


43
7 II
15



PIVS QVINTVS

Italus ex Familia Ghisleria Oppido Boschen. Diœcesis Tortonen. in Prouincia Lombardiæ Coronatus Romæ Die 17. Ianuarij. Anni 1566.

I.

Confirmatio Iurisdictionis, & Facultatum, ac Priuilegiorum Curiæ causarum Romanæ Cameræ Apostolicæ Auditoris, eiusque Officialium, & Notariorum.

De materia, vide infra Greg. 13. const. 55. Ad generis: vbi ponam concord.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

CVM sicut nobis innotuit, fe. re. Pius Papa Quartus prædecessor noster tunc in humanis agens in dilecti filij Alexandri Riarij tunc dicti prædecessoris, & Curiæ nostræ causarum Cameræ Apostolicæ generalis Auditoris ad officiũ Auditoratus huiusmodi per ipsum prædecessorem, tunc facta deputatione quamplurima eidem Alexandro Auditori concesserit priuilegia, prærogationes, facultates, & indulta pro administranda ad Dei laudem iustitia obligationum, ac contractuum tam in forma Cameræ Apostolicæ, quam alias quomodocunque & qualitercunque celebratorum, & celebrandorum executione, & alias prout in literis, & motibus proprijs ab eodem Pio prædecessore nostro desuper emanatis, ac etiam insuper quam plurima alia priuilegia, facultates, prærogatiuæ, libertates, indulta, & aliæ gratiæ pro tempore existentibus eiusdem Curiæ causarum Cam. Apost. generalibus Auditoribus, & officialibus, atque Notarijs eiusdem Auditoratus tam forsan per dictum Piũ Quartum, quàm Paulum Secundum, Sixtum Quartum, Iulium Secundum, Leonem Decimum, Clemẽtem Septimũ, Paulum Tertium, Iulium etiam Tertium, Paulum Quartum, ac forsan alios Rom. Pont. prædecessores nostros, & pro tempore existentes sub diuersis formis, & tenoribus concessa fuerint, & sint, prout in motibus proprijs, supplicationibus, & alijs literis desuper confectis dicitur contineri. Nos igitur quorum mentis, & intentionis, ac etiam voluntatis existit, vt priuilegia prædicta perpetuò inconcussa, & illæsa remaneant, ac ab omnibus inuiolabiliter obseruentur, ea potius augendo, quam diminuendo, eorundem prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes, tam eundem Alexandrum Riarium modernum Auditorem nostrum, quàm dilectos filios illius Officiales, ac Notarios specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes Motu simili, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium omnia, & singula, & quæcunque priuilegia facultates prærogatiuas, libertates, & indulta, ac alias spũales, & temporales gratias tam præfato Alexandro per Pium Quartum etiam circa executionem contractuum, in quibus proceditur executiue, vel procedi solet, quam pro tempore existentibus generalibus Auditoribus, & tribunali ac Officialibus eiusdem Auditoratus tam coniunctim, quàm diuisim per prænominatos prædecessores, necnon Sedem Apostolicam, ac alios quomodolibet sub quibusuis formis, & tenoribus, ac etiam sub quibusuis rebus, ac materijs tam in genere, quàm in specie, & tam per viam, & modum simplicis, vel nouæ concessionis, quam confirmationis, & innouationis, vel alias quomodolibet cõcessa perpetuo confirmamus, approbamus, ac etiam innouamus, & quatenus opus sit, reualidamus, illaque omnia, & singula ab omnibus perpetuo, & inuiolabiliter, ac ad vnguem obseruari volumus, decernimus, & mandamus. Et ita in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque Iudices, & Commissarios ordinarios, & extraordinarios, delegatos, & subdelegatos, quauis auctoritate fungentes, & futuros, etiam sacri Palatij Apostolici causarum Auditores, &c. ac S. R. E. Cardinales &c. sublata, & c. iudicari, sententiari, & diffiniri, ac obseruari debere, necnon quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis Apostolicis, necnon in vniuersalibus, prouincialibus, & synodalibus concilijs editis, & edendis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon etiam iuramento, &c. roboratis, statutis, consuetudinibus, vsibus, stylis etiam per dictum Pium Quartum editis, & factis, priuilegijs quoque, indultis, gratijs, prærogatiuis, rescriptis, & motibus proprijs, ac literis Apostolicis quibuscunque Iudicibus, & personis, ac tribunalibus, & locis etiam circa obligationem in forma Cameræ, & contractuum, Iuramentorum etiam per nos, & seu dictos, & quoscunque alios prædecessores nostros, ac Sedem, & Cameram Apostolicam, necnon alijs & quibuscunque etiam motu proprio, &c. ac concessionibus, constitutionibus, &c. ac alias sub quibusuis tenoribus, &c. forsan concessis, &c quomodolibet in posterum conceden. &c. quibus omnibus, & singulis & si de illis, &c. eorum omnium tenores, &c. pro expressis habentes, latissime hac vice specialiter, & expresse derogamus, & sufficienter derogatum esse, & fore volumus, pariter & decernimus, necnon omnibus alijs quæ supradicti prædecessores nostri in gratijs per eos factis prædictis voluerunt non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque: Proniso quod idem Auditor Cameræ, nunc, & pro tempore existens obseruet contenta, & ordinata in sacrosancta Synodo Tridentina. Volumus autem præsentis nostri Motus proprij solam signaturam sufficere & vbique fidem facere in iudicio & extra, regula contraria non obstante, etiã absque eo quod per Cursores præsentetur.

Pius 4. deputauit Alexandrum Riarium A. C. cũ multis facultatibus, & priuilegijs, vt in eius constit. 130. Ad eximiæ sol. 8, 4. & const. 149.

Alijque Pontifices Auditori Cameræ, & Officialibus, ac Notarijs ipsius Auditoris concesserunt. De quibus vide infra in Grego. 13. const. 55. Ad generis.

Hic autem Pontifex, omnia priuilegia, & facultates eorũdem cõfirmat.

Decretum irritans.

Clausula derogatoria.

Sola signatura sufficit.

Placet Motu proprio M.

Die Trigesima Ianuarij, millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, Admissa est hæc Cædula Motus proprij ex decreto Cameræ collationata, & concordat.

Admissio in Camera apost.

II.

Banniti à Regno Neapolis, in locis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ per Officiales non assecurentur, sed capti ad Proregem remittantur, & è conuerso.

Similem constit. fecit Pius IIII. quam habes supra fol. 828. nu. 115. Romanus Pontifex.

De materia autem Bannitorum, vide infra in Grego. 13. constit. 66. Tanta, & ibi notaui.

PIVS Papa V. Ad futuram rei memoriam.
ROMANVS Pontifex in supremo iustitiæ throno diuina disponente clementia constitutus inter multiplices solicitudinis curas, quibus assidue premitur, suæ vigilantiæ studium circa ea adhibet potissimum, per quæ statum, ac ditionem Ecclesiasticam facinorosis, ac scelestis hominibus purgatum reddat: subditique sui, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, deuoti & peculiares filij cæterique omnes Christifideles in eo pro tempore degentes pacifice, & quiete viuere possint. Idcirco animaduertentes quod si malefactores, scelesti, sicarij alijque diuersorum capitalium criminum rei, tam vassalli, ac subditi nostri, & dictæ sedis Apostolicæ, quam serenissimi Regis catholici iure Regni Neapolis tutum aliquod refugium non habuerint, neque spem aliquam saluos conductus, fidantias aut assecurationes ab aliquo consequendi, aut se ipsos in aliquem locum tuto recipiendi, prout in præsentiarum (sicut accepimus) habent: tot, ac tam immania scelera & delicta non perpetrarentur nec tam magna esset sceleratorum hominum multitudo.

Causa huius constitutionis.

Volentes propterea nos pro nostri pastoralis officij munere, & dilectus filius nobilis vir Perafannus Alcalæ dux, ac Prorex, & Locumtenens generalis suæ Catholicæ Maiestatis in Regno Neapolis opportune prouidere, ne adeo frequentia delicta tam a nostris, quàm dicti Regni hominibus, & incolis committantur, ac pro tempore commissa puniantur, debitisque pœnis eorum auctores afficiantur, neque spem aliquam iustitiæ laqueos effugiendi, aut ad aliquem locum tutum se ipsos recipiendi habeant, inhærentes præcipue literis fel. rec. Pij IIII. prædecessoris nostri, sub plumbo alias expeditis sub datum Romæ, octauo idus Ianuarij, Pontificatus sui anno secundo, & in forma breuis alias expeditis sub datum Romæ, apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die decima Nouembris millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, Pontificatus sui anno quinto.

Hæc const. Pij 4 habetur sup. fol. 692. nu. 30. In eminenti.

Per has nostras in forma breuis literas specialius, & expressius auctoritate apostolica prohibemus omnibus, & singulis nostris, & apostolicæ sedis Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Locatenentibus, & alijs quocunque nomine nuncupatis Officialibus, & ministris, & præsertim moderno & pro tempore existenti Gubernatori ciuitatis nostræ Beneuentanæ, ne ab eis vel eorum aliquo post ac in ciuitatibus, terris, & locis nostris, & dictæ Sedis Apostolicæ aliqui hæretici, rebelles, sacrilegi, falsarij, monetarij, raptores, pacis violatores, latrones, assassini, aut homicidæ, a Regno Neapolitano banniti, & exules modo aliquo tacite, vel expresse recipiantur, assecurentur, vel tuti fiant.

Banniti a Regno Neapolitano nõ assecurentur ab Officialibus status Ecclesiastici.

Quinimo si talia, vt præmittitur, crimina in dicto Regno Neapolis, & illius locis & terris patrantes ad nostra, & dictæ Sedis Apostolicæ loca, & præsertim ad dictam ciuitatem nostram Beneuenti, & eius comitatum peruenire contigerit, aut ibi eos reperiri, ab eisdem Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Locatenentibus, & alijs Officialibus, & ministris nostris, & eiusdem sedis, capi, detineri & carceribus mancipari volumus, & mandamus, ac eidem Proregi, vel officialibus, & ministris, seu ad omnem ipsius vel eorundem ministrorum suorum requisitionem captiuos factos, libere & simpliciter remitti, non captos capi, detineri, & remitti quicunque illi fuerint, aut qualitercunque graduati, nobiles vel barones.

Quinimo capiatur, & ad Proregem remittatur. Quod intelligo vt mox sequitur.

Mandantes eisdem Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, & alijs officialibus quocunque nomine nuncupatis, vt si quas fidantias, saluos conductus aut securitates hactenus fecerint, illos, & illas reuocent, & annullent prout nos præsentium tenore quas post decimum, a die publicationis earundem diem suum effectum sortiri volumus, reuocamus, & annullamus nulliusque effectus, roboris, vel momenti esse volumus, & mandamus.

Salui conductus ab Officialibus concessi annullantur.

Decernentes insuper quod si contigerit aliquem ex terris, & locis nostris, & Apostolicæ sedis oriundum vel incolam in præfato Regno Neapolitano vel illius terris, & locis delictum aliquod committere, illum ab officialibus, & ministris nostris puniri & plecti posse non secus ac si delictum ipsum in nostris, & eiusdem Romanæ Ecclesiæ terris, & locis immediate subiectis commisisset.

Oriundi ex locis S. R. E. vel incolæ pro delictis in Regno Neapolitano commissis, carcerentur per Officiales status Eccles.

Et ne talia patrantes crimina iustitiæ laqueos effugere possint, volumus, & decernimus quod officiales, & ministri eiusdem Proregis criminosos, & delinquentes præfatos, vt præfertur bannitos, & exules insequentes, & perquirentes intra fines & territorium status nostri ecclesiastici per spatium decem milliarium in villis, casalibus, & terris, quæ tamen muris circundatæ non sint, & alijs locis campestribus non tamen ciuitatibus insequi, quærere, capere, & captiuos captos secum ducere libere, & secure valeant.

Ministri Proregis insequi possint eosdem bannitos a iam territorium status Ecclesiæ p. x. milliaria, vt hic.

Mandantes propterea omnibus, & singulis magistratibus, officialibus, ac populis, & particularibus personis nobis, & dictæ Ecclesiæ subiectis vt ministris, & officialibus ipsius Proregis circa præmissa exequenda omnem fauorem, & auxilium præbeant. Hæc autem omnia eo libentius fecimus, & decreuimus. quia idem Prorex per suas literas nobis per dilectum filium Ferdinandum de Torres Secretarium nostrum de numero participantium, & cui ipsius Regni negotiorum specialis cura imminet, significari fecit cuncta superius expressa viceuersa in dicto Regno a suis ministris, & officialibus pariter obseruari statuet, & decernet. Quæ cum statuta, & decreta fuerint hæc illa inuiolabiliter ab omnibus Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, & alijs vt præfertur officialibus, & ministris nostris obseruari volumus & mandamus sub nostræ indignationis pœna.

Prorex autem viceuersa hæc omnia decernat, & obseruet.

Non obstantibus præmissis ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutisque, & consuetudinibus ciuitatum, locorum, priuilegijsque, indultis, ac literis apostolicis quomodolibet in contrarium concessis, confirmatis, & innouatis: quibus omnibus eorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris

Clausula derogatoria.

furis

teri;s,hac vice dantaxat ad effectum præsentium specialiter,& expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris,die prima Februarij millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, Pontificatus nostri Anno Primo.

Cæ. Glorierius.

III.

Medici quæ teneantur obseruare in curatione Infirmorum.

PIVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

SVPRA gregem Dominicum nostræ vigilantiæ diuinitus creditum vigilis speculatoris, prout nobis desuper conceditur,exercentes officium,ad ea per quæ animarum saluti cū diuini nominis gloria consuli valeat, libenter intendimus, vt Christifideles post Baptismum in peccata lapsi, per sacramentum pœnitentiæ Deo reconcilientur.Sanè cum infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proueniat, dicente domino languido quem sanauerat, Vade noli amplius peccare, ne quid deterius tibi contingat, ac propterea prouide fe. re. Innocentius Tertius,prædecessor noster Medicis præceperit, vt cum eos ad ægrotos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneāt,vt animarum Medicos vocent, ne cū eis hoc in extrema ægritudine cōstitutis suadetur,in desperationis articulum incidant. Nos igitur volētes hoc tā salutare præceptū nulla tēporis præscriptione aboleri, sed semper obseruari, constitutionem præfatam auctoritate Apostolica tenore præsentium innouamus, & hac nostra in perpetuum valitura constitutione statuimus, & decernimus, quod omnes Medici cū ad infirmos in lecto iacentes vocati fuerint, ipsos ante omnia moneant, vt idoneo confessori omnia peccata sua iuxta ritum S. R. E. confiteantur,neque tertio die ulterius eos visitent, nisi longius tempus infirmo Confessor ob aliquam rationabilem causam,super quo eius conscientiam oneramus, concesserit,& eis per fidem confessoris in scriptis factam constiterit, quòd infirmi vt præmittitur peccata sua confessi fuerint. Coniunctos vero,ac omnes familiares, & domesticos infirmi in Domino rogamus & monemus, vt de infirmitate parochū certiorem faciant, ac tam parochus, quam coniuncti, & familiares præfati infirmum ad confessionem peccatorum suadeant, & inducant. Quòd si qui Medicorum præmissa non obseruauerint, vltra pœnas in dicta constitutione contentas,quas incurrere declaramus, perpetuo sint infames, & gradu medicinæ, quo insigniti erant omnino priuentur, & a Collegio seu vniuersitate Medicorum eiiciantur, ac pœna etiam pecuniaria arbitrio Ordinariorum, vbi deliquerint, mulctentur. Et vt hæc omnia inuiolabiliter obseruentur volumus, & eadem auctoritate præcipimus & mandamus, vt nullus posthac vbique locorum in Medicina doctoretur, aut ei quomodolibet medendi facultas a quouis collegio, & vniuersitate concedatur, nisi omnia in præsenti nostra constitutione contenta medio eorum iuramento coram Notario publico, & Testibus obseruare in eorum manibus, vel Ordinarij iurauerint, & de huiusmodi iuramento in priuilegio seu licentia medendi specialis mentio fiat. Quòd si collegia, & vniuersitates præfatæ non recepto a promouendis iuramento huiusmodi, eosdem ad gradum prædictum promouerint, aut eisdem medendi licentiam præstiterint, pœnam priuationis facultatis alios vlterius doctorandi incurrant, Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ omnibus, & singulis venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & episcopis, quatenus in ciuitatibus, & diœcesibus proprijs præsentes nostras literas publicari faciant, ac iuramentum prædictum a medicis iam promotis, seu licentiam medendi habentibus, omnibus iuris remedijs exigant, neque aliquos ad medendum in ciuitatibus, & diœcesibus prædictis admittant, nisi eis constiterit eosdem iuramentum huiusmodi præstitisse, & contumaces, & iurare, ac iuramentum huiusmodi iam præstitum exibere recusantes, gradu Medicinæ, & omnibus priuilegijs eisdem Medicis tam coniunctim quam diuisim eis, & eorum cuilibet concessis per quosuis etiā Romanos Pontifices priuent, ac ab ingressu Ecclesiæ arceant, donec resipuerint.Non obstantibus præmissis, priuilegijs, indultis, literis Apostolicis, quibusuis personis collegio, & uniuersitati sub quibusuis verborum formis & tenoribus concessis quæ omnia, quo ad effectum validitatis constitutionis nostræ tantum reuocamus, cassamus,& annullamus, Et omnes Principes sæculares ac alios Dominos, & Magistratus temporales rogamus requirimus, & obsecramus per viscera misericordiæ Iesu Christi eisdem in remissionem peccatorum nihilominus iniungentes, quòd in præmissis omnibus eisdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis assistant, & suum fauorem, & auxilium præstent,ac contrafacientes pœnis etiam temporalibus afficiant. Volumus autem quod præsentes literæ in Cancellaria, & acie campi Floræ publicentur, & inter constitutiones extrauagantes perpetuo valituras conscribantur. Et quia difficile foret præsentes ad singulas quæque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quòd earum transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis eadem prorsus fides vbicunque adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris Die viii. Martij, millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Innocentij 3 ad stit. ista hic non habetur.

Medici suadeant infirmis confessionem, & confitēri tantentes non visitent,alioquin pœnas hic expressas incurrunt.

Medici omnes iurent contenta in hac constitut.

Ordinarij exigāt idem iuramentum a Medicis iam promotis vel licētiam medendi habentib. & iurare renuentes coerceant.

Clausula de rogat.

Cæ.Glorierius.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexsgesimosexto, Indictione nona, Die uero xi. Mensis Martij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ Quinti, Anno Primo,retroscriptæ literæ, seu breue affixæ & publicatæ fuerunt in valuis Cancellariæ Apostolicæ, & acie Campi Floræ, per me Camillum Cherubinum Apostolicum Cursorem.

Publicatio.

Scipio de Octauianis Magister Cursorum.

IIII.

Reuocatio facultatum celebrandi Missas, vespertino tempore.

De materia celebrandi Missas, habes etiam infra in consti.16. Prouidentia, et Concil. Trident.sess.22. De beneficio Missæ.cap.8. et sequen.et sess.25. De Reformat. cap.4.

Reuocatio facultatum celebrandi Missas vespertino tempore.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster Dominus Pius diuina prouidentia Papa V. ad cuius notitiam peruenit, quod nonnulli Cathedralium etiam forsan Metropolitanarum, Collegiatarum, & aliarum Ecclesiarum, nec non monasteriorum, conuentuum, domorum, & aliorum piorum locorum sæcularium, & diuersorum ordinum, ac Militiarum regularium Prælati, Capitula, Clerici, fratres, alijque superiores & personæ antiquum S. R. E. ritum in statutis Missarum celebrandarum temporibus peruertere satagentes, diuersas licentias, & facultates, Missas, quæ media nocte, & seu in aurora Natiuitatis, ac de mane Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi & forsan aliarum festiuitatum iuxta prædictum ritum celebrari consueuerant, de sero etiam forsan circa solis occasum vigiliæ festiuitatum earundem in suis ecclesijs, & cappellis celebrandi, seu celebrari faciendi, ab Apostolica sede, vel eius legatis, ac etiam maiori Pœnitentiario pro tempore existente varijs prætextibus impetrauerunt illisque iampridem vtuntur, hoc ab antiquo catholicæ Ecclesiæ instituto, Sanctorumque patrum decretis deuiare considerans, ac propterea hunc abusum ab ecclesia Dei submouere volens omnes, ac singulas licentias, & facultates huiusmodi hactenus etiam motu proprio, vel quorsuis etiam Imperatorum, Regum, & aliorum Principum contemplatione, & ex quibusuis causis quomodolibet concessas, ac apostolicas, & alias literas desuper confectas, illarum omnium tenores pro sufficienter expressis habens apostolica auctoritate, ea certa scientia reuocauit, ac omnino cassauit, & annullauit hac præsenti perpetuo valitura costitutione quibusuis Prelatis, Capitulis, Clericis, Fratribus, alijsque superioribus, & personis eorundem ecclesiarum, monasteriorum, conuentuum, domorum, & aliorum piorum locorum in uirtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis suæ ac perpetuæ suspensionis a diuinis pœna districtius inhibens, ne deinceps Missas vespertino tempore, huiusmodi licentiarum, & facultatum huiusmodi, aut alio quouis prætextu celebrare, vel celebrari facere præsumant, ac mandans locorum ordinarijs, vt eandem præsentem constitutionem sub prædictis, & alijs sibi beneuisis pœnis per quoscunque Prælatos, Capitula, Clericos, Fratres, Superiores, & personas huiusmodi inuiolabiliter obseruari faciant, contradictores quoslibet auctoritate Apostolica compescendo. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon ecclesiarum, monasteriorum, cõuentuum, domorum, & aliorum locorum prædictorum etiam iuramento confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis apostolicis eisdem ecclesijs, monasterijs, domibus & locis, illorumque capitulis, conuentibus, superioribus, & personis, ac ordinibus sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis etiam ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum et aliorum Principum instantiam, aut eorum contemplatione, etiam motu proprio, et ea certa scientia, ac alias quomodolibet concessis, approbatis, et innouatis quibus omnibus ipsa Sanctitas sua illorum tenores pro expressis habens, specialiter et expesse, derogauit, illaque quoad præmissa cassauit penitus, et annullauit, cæterisque contrarijs quibuscunque. Decernens præsentes, earumque copias per aliquem ex suis cursoribus in basilicæ principis Apostolorum de Vrbe, et Lateranen. ac Cancellariæ apostolicæ valuis affixas, omnes, cum primum earum notitiam habuerint, perinde afficere, ac si illis personaliter intimatæ fuissent.

Contrauenientiũ pœna.

Clausula derogatoria.

Forma & effectus publ.

Placet et ita mandamus. M.

Publicatio.

Anno a natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, indictione nona, die vero vigesimanona, mensis Martij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, et D. N. Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno Primo suprascriptæ literæ lectæ affixæ et publicatæ fuerunt in locis suprascriptis, vt moris est, per me Bernardinum Andreutium apostolicum Cursorem.

Scipio de Octauianis Magister cursorum.

V.

Ordinationes circa diuini cultus obseruantiam, Et Pauperum tempore diuinorum officiorum mendicantium, cadauerumq. super terram depositorum amotionem, ac Festorum venerationem, & prohibitionis, ac pœnæ Simoniacorum, Blasphematorum, Concubinariorum & Sodomit.

De materia Simoniæ, Blasphemiæ, & Concubinatus, & Sodomiæ vide etiam Concilium Tridentinum, & Pontificum constitutiones indicatas hic in rubrica.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CVM primum apostolatus officium diuina nobis dispositione commissum suscepimus, statim omnem curam, et cogitationem nostram in dominici gregis fidei nostræ crediti salute defiximus, et Christifideles Deo iuuante ita dirigere statuimus, ut a vitijs, et peccatis abstinentes, iter, quod ad vitam æternam ducit, insistant. Cum autem ad omnia, quæ diuinam maiestatem aliquo modo possent offendere mouenda, mentis nostræ aciem intenderimus, ea primum, et sine mora emendare decreuimus, quæ Deo præter cætera displicere, & iram eius prouocare cum diuinæ docent scripturæ, tum grauissima exempla declarant,

rant, nempe diuini cultus neglectum, simoniæ labem, blasphemiæ crimen, & libidinis naturæ contrariæ vitium execrãdum, propter quæ populi & nationes, bellorum, famis, & pestilẽtiæ calamitatibus, iusta Dei vltione sæpe plectuntur. Et si autem contra eos, qui tam grauia crimina admiserint, multæ a Prædecessoribus nostris constitutiones editæ fuerunt, tamen quia parum est leges edere, nisi sint qui eas debitis temporibus exequantur. Idcirco ne qui forsan ex tolerantia sperare impunitatem audeant, scientes plerosque pœnarum grauitate magis quam Dei timore arceri solere a voluntate peccandi, omnes & singulas sententias, censuras, & pœnas contra eos, qui talia deliquerint latas confirmamus, & apostolica auctoritate innouamus, nec de earum rigore quicquam relaxamus, admonemusque eos qui talia perpetrare veriti non fuerint, non solum subituros eas pœnas, quæ sacris sunt Canonibus constitutæ, sed eas etiam quas leges ciuiles comminantur, & nostri quoque arbitrij discretio pro personarum qualitate constituet. Mandantes ciuitatum, & locorum status nostri Ecclesiastici pro tempore Ordinarijs, & Gubernatoribus, illis quidem sub pœna suspensionis a diuinis, his vero sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, vt quos debitum Deo cultum in Ecclesijs non tribuere, alijsque nefandis criminibus pollutos esse compererint, comprehendi curent pœnis afficiendos competentibus. Scituris etiam ipsis Iudicibus, quod si post hanc nostram constitutionem in castigandis huiusmodi delictis negligentes fuerint, primum quidem Dei omnipotentis iudicio obnoxij erunt, deinde nostram quoque incurrent indignationem. Vt autem pœnarum certitudo cunctis facilius innotescat, nonnullas hic duximus exprimendas, alijs nihilominus contra huiusmodi criminum reos a iure statutis in suo robore manentibus.

Diuini cultus ob seruantia ab omnibus teneatur & contrauenientes pœnis hic descriptis afficiantur.

Vt igitur Deo optimo maximo, gloriosæ virgini, & sanctis omnibus debitus honor deferatur, Gregorij Decimi prædecessoris nostri constitutionem innouantes, ac statuta in Tridentino Concilio obseruari volentes, statuimus, & ordinamus, vt ad Ecclesias sit humilis, & deuotus ingressus, quieta conuersatio, deuotis orationibus insistant, & omnes genibus flexis sanctissimum Sacramentum adorent, ad nomen Iesu Christi domini nostri cum exhibitione reuerentiæ caput inclinent, nullus in dictis Ecclesijs seditionem faciat, tumultum excitet, clamores moueat, impetumue committat, cessent vana, fœda, & profana colloquia, risus immoderati, & strepitus omnes iudiciorum, & alia quæcunque quæ diuinum officium perturbare possunt. Nullus intra Ecclesias deambulare audeat, siue præsumat dum celebrantur sacra missarum mysteria, & alia diuina officia. ¶ Qui uero prædicta petulanti animo contempserint, præter diuinæ vltionis acrimoniam, nostri quoque arbitrij pœnas incurrent, quæ omnia locorum quoque Ordinarij in suis ecclesijs facient obseruari. Quicunque vero in Ecclesijs, dum ibi sacrificium Missæ, & diuina celebrantur officia, aut verbum Dei prædicatur, deambulare, vociferari, aut uerso tergo ad sanctissimum sacramentum irreuerenter sedere, aut aliquid, quod scandalum generet, aut diuina perturbet officia, facere præsumpserit, pœnam vigintiquinque ducatorum incurret, præter alias arbitrio nostro imponendas, & moderandas pœnas, & qui non habebit in ære luet in corpore, aut carcere mulctabitur. ¶ Qui vero in Ecclesijs cum mulieribus impudicis, siue etiam honestis colloquium scurrile habuerit, aut alios inhonestos actus fecerit, vigintiquinque ducatorum pœnam incurrat, & carceris per mensem. ¶ Qui in Ecclesijs, vt supra, obscœnia, & inhonestis verbis aut signis vsus fuerit, aut alia fœda colloquia cum personis quibuscunque habuerit, decem aureorum pœna mulctetur, aut alias corporaliter puniatur. Mandamus præterea omnibus, & singulis Cathedralium, Collegiatarum, & Parochialium Ecclesiarum Capitulis, Rectoribus, Vicarijs, Sacristis, Ostiarijs, & alijs ipsarum custodibus, quatenus præfatos omnes in Ecclesijs delinquentes admoneant, & ut in eis vetita fieri non permittant, vel saltem ipsis Ordinarijs, vel Officialibus nostris puniendos deferant, quod si facere neglexerint, pœnam duorum aureorum vice qualibet incurrent.

Pauperes in Ecclesijs eleemosynas petere nõ permittuntur, dum diuina celebrantur officia.

Pauperes quoque mendicantes, seu eleemosynas petentes per Ecclesias tempore missarum, prædicationum, aliorumque diuinorum officiorum ire non sinant, sed eos ad valuas Ecclesiarum stare faciant, sub pœna duorum aureorum Capitulis infligenda pro qualibet vice, nisi eos ejici curauerint, & parochis dimidij aurei. Religiosis etiam claustralibus, siue regularibus præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ, vt in Ecclesijs suis deputent aliquem, qui tales eijciat, & si negligentes fuerint, grauissime ab ordinario corripiantur, quod si illi parere recusauerint, grauissimas pœnas incurrent, & pro qualitate personarum etiam corporaliter punientur arbitrio nostro, siue superiorum.

Cadauerum deposita siue capsæ in Ecclesijs super terram existen. amoueantur.

Et vt in Ecclesijs nihil indecens relinquatur, ijdem prouideant, vt capsæ omnes, & deposita, seu alia cadauerum conditoria super terram existentia omnino amoueantur, prout alias statutum fuit, & defunctorum corpora in tumbis profundis infra terram collocentur.

Festaq; venerent.

¶ Cum vero dierum festorum obseruatio ad Dei cultum maxime pertineat, & in lege diuina præcipiatur, cupientes abusus prauos, qui ex eorum inobseruantia inualuerunt, omnino corrigere, & antiquorum canonum statuta renouantes mandamus, vt omnes Dies dominici, & præcipue in honorem Dei, Beatæ Mariæ Virginis, Sanctorum Apostolorum feriati, cum omni veneratione obseruentur, & omnes in diebus præfatis ecclesias frequẽtent, diuinis officijs deuote intendant, ab omni illicito, & seruili opere abstineant, mercatus non fiant, profanæ negociationes & iudiciorum strepitus conquiescant. Qui vero in diebus præfatis opus aliquod illicitum fecisse deprehensus fuerit: præter diuinam vltionem, & amissionem animalium, quibus ad vecturam vtetur, etiam graues pœnas incurret arbitrio nostro, seu Vicarij nostri in vrbe. In alijs autem locis arbitrio ordinariorum, vel aliorum magistratuum, ita vt præuentioni locus sit. Quibus omnibus districte præcipimus, vt hæc diligẽter obseruari procurent; illas etiam festiuitates, quæ iuxta consuetudinem locorum solemniter celebrari consueuerunt, iuxta laudabilem consuetudinem debita cum reuerentia obseruari faciant, sub pœnis arbitrio ipsorum imponendis, & moderandis.

Simoniacorum pœnæ.
Ad quod vide et Iul. 3 constit. 2. fol. 149 & Concil. Trid. sess. 24. cap 14 de Refor.

Et vt Simoniacæ prauitatis, & labes prorsus aboleatur, constitutiones antecessorum nostrorum contra Simoniacos æditas, & præsertim Pauli II. inuiolabiliter obseruari mandamus, & delinquentes tam in sacrorum ordinum receptione, quàm in beneficiorum assecutione, statutis etiam inferius pœnis nostra auctoritate affici volumus. Quicunque igitur detestabile crimen Simoniacæ prauitatis commisisse conuictus fuerit in consequendis ordinibus, eo ipso sit ab illorum executione per decennium sine spe dispensationis suspensus, & per annum carceribus mancipetur. Qui dignitates Ecclesiasticas simoniace acquisiuerit, illis sit ipso iure priuatus, & in futurum inhabilis ad eas, & quascunque alias obtinendas. Qui beneficium, aut officium Ecclesiasticum simoniace

adeptus

adeptus fuerit, illis similiter sit ipso iure priuatus, & ad fructuum omnium, quos perceperit, restitutionem teneatur, & perpetuo sit inhabilis ad ea, & quæcunque alia beneficia ecclesiastica obtinenda. Si quis autem tale crimen pluries commisisse conuictus fuerit, præter supradictas pœnas etiam corporaliter puniatur, & ab ordinibus ecclesiasticis degradatus à fidelium consortio eijciatur. Qui vero ordines, & beneficia simoniace contulerint, pœnis à iure statutis puniantur, cuiuscunq; gradus, conditionis, & dignitatis, etiam si Episcopi, Archiepiscopi, vel maiores fuerint. Caueant præterea quicunque, ne in sacramentorum exhibitiones Simoniacum aliquid faciant, alioquin grauissime puniantur per locorum ordinarios, qui huiusmodi criminis reos cum maxima seueritate coercere procurent, iuxta Concilij Tridentini statuta.

Blasphemantium pœnæ. Ad quod vide etiam Leon. X. const. 19. fol. 394 & Iul. 3. const. 43 fol. 545.

Ad abolendum vero nefarium, & execrabile blasphemiæ scelus, quod in antiqua lege Deus morte puniri mandat, & imperialibus quoq; legibus receptum est, nunc autem propter nimiam Iudicum in puniendo segnitiem, vel potius desuetudinem, supra modum inualuit, Leonis X. prædecessoris nostri in nouissimo Lateranen. Concilio statuta innouantes, Decernimus vt quicunque laicus Deum, & dominum nostrum Iesum Christum, vel gloriosam Virginem Mariam eius genitricem expresse blasphemauerit, pro prima vice pœnam viginti quinque ducatorum incurrat, pro secunda, pœna duplicabitur, pro tertia autem centum ducatos soluet, & ignominia notatus exilio mulctabitur. Qui vero plebeius fuerit, nec erit soluendo, pro prima vice manibus post tergum ligatis ante fores ecclesiæ constituetur per diem integrum, pro secunda fustigabitur per Vrbem, pro tertia lingua ei perforabitur, & mittetur ad triremes. Quicunque clericus in hoc blasphemiæ crimen incurrerit, pro prima vice fructibus vnius anni omnium & quorumcunque beneficiorum suorum, pro secunda beneficiis ipsis priuetur, pro tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur. Quòd si clericus nullum obtinuerit beneficium, pœna pecuniaria, vel corporali pro prima vice puniatur, pro secunda carceribus mancipetur, pro tertia verbaliter degradetur, & ad triremes mittatur. Qui reliquos sanctos blasphemauerit, pro qualitate blasphemiæ, atque personæ arbitrio Iudicis puniatur.

Sodomiæ pœna. Quæ ampliata vide vt inf. 2. const. 70. Horrendum.

Si quis crimen nefandum contra naturam, propter quod ira Dei venit in filios diffidentiæ, perpetrauerit, Curiæ seculari puniendus tradatur: & si clericus fuerit omnibus ordinibus degradatus simili pœna subijciatur.

Concubinariorum pœnæ. Aliquod vide & Nic. V. const. 3. sup. fol. 71. & Concil Trid sess. 24 cap. 8. De refor. matr. & sess. 25. cap. 14. De reform.

Monemus præterea omnes locorũ ordinarios, & in virtute sanctæ obedientiæ eis præcipimus, vt statuta Tridentini Concilij contra cócubinarios tam clericos, quàm laicos edita, districte faciant obseruari, reddituri Deo, ac nobis, si id omiserint, rationem.

Et vt præmissorũ delictorum simoniæ, blasphemiæ, ac stupri nefandi notitia facilius habeatur, volumus quòd in singulis casibus non solum per accusationem, & inquisitionem, sed etiam ad simplicem, & secretam denúciationem procedatur per quoscunque iudices, alias tamen de iure competentes, tam ratione delicti, quàm personarum, ita quòd inter eos locus sit præuentioni.

Falsorum accusatorum pœnæ.

Monemus præterea omnes, & singulos, vt solum Dei timorem præ oculis habentes, & non alia animi praua affectione ducti, culpabiles tantum deferant, innocentes non vexent. Quod si aliqui ex calumnia aliquos denunciasse comperti fuerint, eos ad pœnam talionis teneri volumus, & mandamus.

Pœnarum applicatio.

Mulctæ autem pecuniariæ applicabuntur pro duabus partibus locis pijs arbitrio nostro in Vrbe, extra vero, ordinariorum, pro tertia accusatori, qui delinquentes detulerit.

Mandamus autem Principibus, Comitibus, & Baronibus omnibus, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ feudatarijs, sub pœna priuationis feudorum, quæ ab ipsa Ecclesia Romana obtinent. Reliquos vero Principes Christianos, &

Principes & Barones faciant observari hanc const.

Terrarum Dominos hortamur in domino, & in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, vt pro diuini nominis reuerentia, & honore, præmissa omnia in suis dominijs, ac Terris exactissime seruari faciant, vberrimam ab ipso Deo mercedem tam bonis operis recepturi.

Non obstantibus quibusuis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac exemptionibus, priuilegiis, indultis, facultatibus, & literis Apostolicis quibusuis capitulis, conuentibus, militibus ordinibus, & personis cuiuscunque qualitatis, & conditionis existentibus, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam

Clausula derog.

derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausolis, necnon irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam Motu proprio alias quomodolibet, concessis, approbatis, & innouatis, quibus, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Volumus autem quòd præsentium transumptis etiam impressis manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius prælati munitis eadem prorsus fides vbique adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ innouationis, relaxationis, admonitionis, confirmationis, mandati, statuti, decreti, ordinationis, præcepti, monitionis, voluntatis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, kal. Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Antonius Florebellus Lauellinus.

Visa de Curia Io. Riuetius.

H. Cumyn.

V I.

Confirmatio constitutionis Pauli IIII. editæ circa Iudæorum viuendi modum, Quam const. habes sup. fol. 575. nu. 5. Cum nimis absurdum & ibi notaui.

Paulus 4. modu statuit circa Iudæorum viuẽdi modum vt in dicta const. 5.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.
ROMANVS Pontifex Christi Vicarius in terris nonnunquam ea quæ pro zelo religionis à cæteris Romanis Pontificibus prædecessoribus suis concessa dicuntur, vt illibata persistant approbat, & confirmat prout in domino conspicit salubriter expedire. Dudum fel. rec. Paulus Papa IIII. prædecessor noster zelo fidei christianæ motus certum modum viuendi, & habitandi Iudæis præscripserit prout in quadam

eius

eius constitutione,cuius tenor sequitur, & est talis videlicet. Paulus Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Cum nimis absurdum,&cæt.

Omittitur tenor istius Const.quia habes supra fol. 575.

Nos igitur cupientes,vt constitutio statuta & ordinationes huiusmodi, perpetuis futuris temporibus obseruentur, Motu proprio & ex certa nostra scientia, & non ad alicuius alterius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam,sed ex mera nostra deliberatione, constitutionem statuta & ordinationes huiusmodi, & prout illa concernunt,omnia & singula in dicti prædecessoris literis contenta,& inde secuta quæcunque, auctoritate Apostolica præsentium tenore approbamus,innouamus & confirmamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere decernimus,volumus,& sub interminatione diuini iudicij præcipimus & mandamus, & omnia in posterum obseruari firmiter,non solum in terris & dominiis nobis subiectis,sed etiam vbique locorum. Et ad omnem circa colorem birreti per masculos,& signi per fœminas deferendorum huiusmodi submouendam hæsitationem,declamus dictum colorē esse qui vulgo gialdo dicitur. Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ omnibus, & singulis venerabilibus fratribus,Patriarchis,Primatibus,Archiepiscopis,& Episcopis,quatenus in ciuitatibus,& diœcesibus proprijs præsentes nostras literis publicari,& obseruari faciant. Et omnes Principes seculares,& alios dominos,& magistratus temporales rogamus,requirimus,& obsecramus per viscera misericordiæ Iesu Christi,eisdem in remissione peccatorū nihilominus iniungentes,quod in præmissis omnibus eisdem Patriarchis, Primatibus,Archiepiscopis,& Episcopis assistant & suum fauorem,& auxilium præstent,ac cōtrafacientes pœnis, etiā temporalibus afficiant. Non obstantibus omnibus quæ idem Paulus prædecessor in supradictis literis voluit nō obstare,priuilegiis quoq;,indultis,& literis apostolicis per recolendæ memoriæ Pium IIII. Romanum Pontificem prædecessorē nostrum,& Sedem apostolicā,etiam forsan consistorialiter,ac per viam generalis legis,& statuti,ac in vim stipulati cōtractus,ex quauis,etiam vrgentissima,& onerosa causa, ac Motu proprio, & ex certa scientia,& de apostolicæ potestatis plenitudine,etiā cum quibusuis,etiam derogatoriarū derogatoriis, aliisque efficacioribus,& insolitis clausulis,irritantibusq; & aliis decretis quomodolibet concessis,confirmatis, & innouatis,et si in eis disponeretur,& caueretur expresse quod ad delationē birreti glauei coloris hmōi in itinere,ac quod non vt præmittitur in loco clausulo habitare tenerentur,& quod bona stabilia vsq; ad certam summā acquirere,ac societatem cum Christianis super rebus ad annonam spectantibus inire, ac conuersationē cum eisdē Christifidelibus habere,ac pignora alias quā præscripto modo distrahere, ac plurea Synagogas retinere possent indulserit,aut alias quomodolibet eis dictas literas Pauli prædecessoris in fauorem Hebræorū prædictorū limitauerit. Quibus omnibus, etiā si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio,seu quæuis alia expressio habenda,aut alia exquisita forma seruanda foret, & in eis caueatur quod nullatenus derogari possit illorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis,ac de verbo ad verbum insertis habentes,necnon modos,& formas ad id seruandas pro indiuiduo seruatis habentes,harū serie specialiter,& expresse derogamus. Et literas eiusdem Pauli prædecessoris, & omnia in eis contenta obseruari in omnibus & per omnia mandamus perinde ac si literæ Pij similiter prædecessoris nostri non emanassent, aut si aliquibus communiter,vel diuisim ab eadem sit sede indultum quod interdici, suspendi,vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autē quod præsentes literæ in Cancellaria,& acie Campi Floræ publicētur,& inter constitutiones extrauagantes perpetuo valituras conscribantur. Et quia difficile foret præsentes ad singula quæq; loca deferri,volumus,& etiam declaramus quod earum transumptis etiā impressis manu alicuius Notarij subscriptis,ac sigillo alicuius prælati munitis eadem prorsus fides vbicunq; adhibeatur quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis,confirmationis,decreti,præcepti,mandati,requisitionis,obsecrationis,iniunctionis, derogationis, declarationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum,Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, tertiodecimo Kal. Maij, Pontificatus nostri Anno Primo.

Confirmatio const. Pauli 4.

Signum deferendum à Iudæis.

Publicetur & obseruetur hæc cōstit.vbique.

Derogatio const. Pij 4. quam habes sup.fol. 734. nu.63.Dudum.

Clausulæ derogatoriæ.

Forma publicandi hanc constitutionē quā publ. habes hic i fine.

Cæ. Glorierius.

Visa de Curia Io. Riuetius. H. Cumyn.

Anno à Natiuitate D. N. Iesu Christi Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto,Indictione nona, die vero prima mensis Maij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno Primo,retroscriptæ literæ affixæ,& publicatæ fuerunt in locis retroscriptis per nos Scipionem de Octauianis & Io. Andream Panizzam Apostolicos Cursores.

Publicatio

Camillus Cherubinus Mag.Curs.

VII.

De pœnis impedientium Nautas & alios naufragium patientes,vel occupantium bona naufragata, Et de facultatibus Consulis subditorum Regis Hispaniarum in Vrbe,circa illorum recuperationē. Ac de pœnis Communitatum & Dominorum loci secuti Naufragij,non capientium ipsos latrones & occupatores,& iurisdictione Camerarij S.R.E. in causis Naufragiorum.

Similem constitutionem fecit Iul.3. vt sup.fol.551.nu.49.& ibi notaui.

PIVS Papa V. Motu proprio,&c.

CVM nobis nuper ex parte Dilecti filij Martini de Ayala Romæ commorantis, Consulis protectoris & defensoris ac generalis procuratoris, in rebus Maritimis & Mercantilibus. Nation. Hispanorum, Neapolitanorum & Siculorum, Mediolanensium cæterorumq; subditorum Charissimi in Christo filij nostri Philippi Hispaniarum ac vtriusque Siciliæ &c. Regis Catholici in alma Vrbe nostra ac Ripis,& Portibus,

Terrarum

Terrarum & locorum, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ subiectorum expositum fuerit non sine maxima nostra displicentia, quòd retroactis temporibus cum maximo damno, & periculo miserorum nautarum, & mercium conductorum naues & nauilia diuersis mercibus onusta, propter Maris infortunium, & in dictis portibus, fugamq; ab infidelibus, & aliis inimicis arreptam, aliosue inopinatos casus ob quos nonnulli naues, & nauilia deseruerunt, & ab eorundem inimicorum conatibus euasi fuerunt, eorumque personas nauibus, & mercibus in eis conductis omissis, in terra aliiq; periti in mari, saluas effecerunt, naufragia passi fuerint in portibus, plagiis, & ripis locorū maritimorum prædictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ non sine maximo damno patronorum nauilium, & nauium prædictarum ac mercium conductarum, & detriméto Terrarum & locorum dictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ad quæ prædictæ naues & nauilia cum suis mercibus sæpissime tendebant, ibidem in beneficio, & abundantia ipsarum terrarum exponenda erant, & quòd occurrentibus ad loca prædicta nautis, & conductoribus mercium præfatarum pro salute eorum necnon nauium & mercium ipsarū nanciscenda, extimantes se securos esse expectan. inter Christianos & amicos consequi opem & fauorem fratrum amicabilē, prout ratio & æquitas id postulant, & prout in aliis locis in similibus infortuniis fit, per dictorum locorum Maritimorum incolas & habitatores, ac officiales, nó solum penes eos non reperierunt auailium præfatum, quinimo maius impedimentum, quia contra omne ius diuinum & humanum addendo talibus naufragium patientibus damnum damno, & afflictis afflictionem, cum maxima Dei, & nostra, ac proximi offensa, ab eisdem habitatoribus, & officialibus terrarum præfatarum damnum & tribulatio illata fuit etiam cum minis, & comminationibus, & illi naufragantes ab eisdem eorum bonis, & mercibus, quas domino permittente à tali infortunio liberarunt, & liberabant, animo diabolico, & peruerso priuati fuerunt, dicta bona, & merces occupando, & detinendo ac si essent infidelium, Barones dominique temporales & ecclesiastici officiales talium locorum sub prætextu naufragij, & specie prætensionis, ac directi iuris illa ad se spectare, & pertinere asserebant, vsurpando dictas naues, & nauilia, mercesque quas auferunt à propriis patronis in scandalosum, peruersum, & iniquum exemplum, quod non solum repugnat religioni Christianæ præsertim in Terris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ huiusmodi, quæ omnes ad se venientes benigne amplectitur, verum etiam contra omnem humanam & ciuilem legem, & iuris æquitatem, mentemque nostram, quæ est vt omnes Christifideles qui in dictis Terris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ contractabunt sint patroni suorum bonorum, de illisque possint libere disponere, sintque bene, & amicabiliter tractati & nō debeant modo aliquo vexari nec molestari. Quapropter nos prædecessorum nostrorum vestigiis inhærendo, volentes præmissis occurrere, damnisque & scandalis ne veniant quantum possumus obuiare, Motu simili &c. Auctoritate Apostolica, & de certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine ad perpetuam rei memoriam statuimus, & ordinamus, firmiterque & inuiolabiliter obseruari mandamus in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis, necnon decem millium ducatorum auri largorum Cameræ Apostolicæ applicandorum pœnis, quatenus in Vrbe Roma suisque portibus & ripis, ac Ciuitate Anconitana, aliisque omnibus, & singulis ciuitatibus terris castris, ripis, portubus, & plagiis tam versus Adriaticum quàm Mediterraneum Mare dictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiectis, & etiam prælatorum, dominorumque temporalium & Baronum dictarum terrarum, in quibus est commercium Maritimum, persona aliqua cuiuscuoque gradus ecclesiastici, vel sæcularis communiter vel diuisim officialis aut priuatus, & præsertim Ostien. & Portuen. Episcoporum, & quorumcunque aliorum Cardinalatus honore fulgen. desuper non audeat vel præsumat aut permittat præbere impedimentum, aut genus aliquod molestiæ, præstare dictis nautis, & mercium conductoribus subditis prædicto Regi Catholico, & aliis quibuscunque, & cuiuscunque nationis, qui cum bono, & iniquo tempore infortunium aut naufragium patiantur in dictis Ripis vel prope Ripas, aut intra mare seu in aliqua parte illius, aut portibus, seu plagiis (quod Deus auertat) aut quouis alio voluntario, necessitato, infortunato, aut pacifico modo eos inibi applicare contingat in quamcunque Ripam, portum aut plagiam dictarum Terrarum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ huiusmodi, quinimmo illi fauore, & ope gratiose recipiantur, & benigne tractentur, restituendo, & restitui faciendo res, & bona eorum in talibus nauibus conducta, si ea per aliquam, vel aliquos detineri, & occupari contingat, & in posterum occupabuntur, & detinebuntur, libere absq; eo quod eos ad soluēdum iura aut aliquid aliud cogant & compellant, ad effectum vt stante huiusmodi bona comportatione eorum querelæ cessent, & illi libentiori animo conducant ad loca præfata se, & eorum merces. Et licet alias fel. rec. Paulus Papa III. & Iulius etiam Tertius prædecessores nostri per eorum Motus proprios & literas in forma breuis, vel alias concesserant dicto Martino Consuli auctoritatem recuperandi, & libere recipiendi nauilia, naues, & merces naufragium passas, ac dictis subditis nostris, & illas propriis patronis restituendi, & restitui faciendi ab illis personis illa occupantibus, propterea approbando, & confirmando dictum breue, & Motus proprios, omnesq; alias patentes, & concessiones tam Apostolicas quàm Regias quomodolibet emanatas & concessas, ac in illis contenta & inde secuta quæcunque, illis in suo robore permanentibus, & quæ sub dictis pœnis inuiolabiliter obseruari mandamus, ipsum Martinum in naufragijs commissarium generalem deputamus, non obstan. quacunque concessione, ordinatione, decreto in contrarium forsan emanato, quacunq; via & modo & ad instantiam quarūuis personæ aut personarum cuiuscunque status, gradus, & conditionis existen. quarum tenores pro plene & sufficienter expressis haberi volumus, ac si de verbo ad verbum inserti essent, quibus expresse derogamus, per præsentes concedimus, & impartimur facultatem, & auctoritaté dicto Martino Consuli, vt ipse tanquam talis Consul, & protector ac generalis procurator, & defensor nationum præfatarum repræsentando personas interesse habéres in talibus nauiliis, nauibus, & mercibus, & tanquam persona legitima possit pro se suosque ministros in societate dictorum patronorum præsentibus aut illis absentibus etiā ipsi patroni in absentia dicti Martini Consulis suorumue ministrorū & deputatorū coniunctim, vel diuisim possint exigere, recuperare nauilia, naues, ac merces præfatas naufragiū passas, siue derelictas in mari aut extra mare aut in aliqua illius parte, portibusq; & plagijs atq; Ripis, alioque quouis loco vbi reperientur. Et quia euenire solet quod tales naues & nauilia ac merces in eis conductæ non sunt propriæ aut patronorum talia nauilia conducentium, seu patronantium, aut eas assecurantes interessati sunt, volumus etiam quod si patroni & nautæ seu aliæ personæ saluas effecerint aut recuperauerint dictas merces vel earum partem seu nauilia præfata nō possint modo aliquo de eis disponere absq; nutu, & voluntate dicti Martini Consulis, qui solerte inquirere debeat de mercibus saluis, & perditis, vsque quo veritatem omnino cōperiat, ad hoc ne sub prætextu naufragij aut proiectionis mercium in mare interesse habentes modo

Nautarum bona naufragiata diripiebantur ab incolis locorū Maritimorū in quibus naufragia eueniebant. Tu vide infra in const. 169. quod pro eorum securitate turres constructæ fuerunt i littore maris.

Prædecessorum const. habes sup. fol. 442 & 470. & 552.

Ideo hic Pontifex pœnas imponit impedientibus naufragium patientes, aut occupantibus bona naufragata. Alias pœnas vide in bulla cœnæ Domini inf. sub Greg. 13. const. 52. cum ucneribus.

Martino consuli subditorum Regis Hispaniarum in Vrbe, dat facultaté bona naufragata à quocunque recuperandi, & patronis restituendi. Consul nūcest. d. Alexāder bonacc.

saluantibus aut recuperantib bona naufragata præcipitur ne de eis disponāt inscio ipso Consule.

ees modo

tes modo aliquo damnificati aut defraudati seu suis priuati existant. Et insuper quod omnes, & singuli quarumcumque nauium cuiuscumque generis patroni debeant & teneantur cum omni diligentia saluare, & custodire bona quæcumque per eos conducta & naufragantia, neque illa tamquam perdita dimittere, sed ipsum Consulem pro opportuno remedio certiorare in beneficium, & saluationem ipsorum bonorum naufragantium, ita quod ipsis patronis siue nautis deficientibus in aliquo præmissorum naufragia huiusmodi & damna quæcumque & exinde prouenientia ipsorum patronorum culpæ imputentur, & ad interesse ac damna teneantur, Ac si contingat ab aliqua persona seu personis cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis existen. & nostram monitionem huiusmodi ignoran. in toto, uel in parte detinere merces, res, & bona aliqua in eis conducta furtiue, & coacte uel prætextu prætensionis naufragij vel alio quocunque modo, eadem nihilominus dictus Martinus Consul recipere, exigere, & recuperare, & a detinentibus personis illa dictis patronis ad quos ea de iure spectant, & pertinent restitui facere absque aliqua exactione seu detractione prætextu dictæ prætensionis aut alio quæsito colore, seu solutione aliquibus personis ecclesiasticis vel sæcularibus, Baronibus, Comitibus, aut Triremium Capitaneis, Castellanis, Gubernatoribus, Commissarijs, seu cuicunque alteri cuiuscumque conditionis præminentiæ, & status sit, facienda, Cui Consuli compellendi, & restitui, ac castigari faciendi tales usurpatores, & detentores, plenam & liberam facultatem, & auctoritatem concedimus. Quibus personis expresse in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis præfatis mandamus, quatenus dimittant, & sinant præfatos patronos nauium, & nauilium nationum præfatarum, & quarumcunque aliarum, dictumque eorum Consulem, & Ministrum seu Ministros illa omnia recuperare, & alias de eorum nauibus, nauilijs, mercibus, & bonis conductis etiam derelictis, & ijs tam per mare vagantibus quam prope terram, & in Ripa consistentibus libere disponere absque aliqua molestia, vel impedimento illis directe vel indirecte præstan. nec debeant se intromittere in dictis rebus naufragatis, nec naufragio præfato, nisi in eo ad quod per dictos patronos, Consulem, & Ministrum erunt requisiti, & uocati pro eorum ope, & fauore, nec sub aliquo prætextu, uel colore dicto Martino Consuli, aut eius Ministris seu deputatis præfatis in libero exercitio sui officij generalis consulatus, & commissariatus huiusmodi, & ad illud spectan. alijsque supradictis aliquod impedimentum, molestiam, aut perturbationem præstent, seu præstari permittant, quinimmo ei, & eis omne auxilium, & fauorem in præmissis, & circa ea necessaria seu quomodolibet opportuna ad quæ præfati nostri subditi quotiescunque pro parte dictorum Consulis ac Ministrorum in licitis, & honestis erunt requisiti præstare teneantur, quibus eis videlicet, qui à dicto Martino Consule, & Ministris vocari erunt ad recuperationem adiuuauerint, per dictum Consulem expensis rerum liberatarum in quarum beneficium, elaborauerint in laboris subsidium dabitur quod iustum, & honestum erit, & eidem Consuli videbitur, quod erit iuxta meritum illorum qui in saluandis huiusmodi rebus, & bonis interuenerint, licet fraternitatis charitas in talibus calamitosis euentibus eos ad id obliget atque cogat.

Baronibus, & Gubernatoribus ac aliis præcipit ut in præmissis eidē Consuli auxilium præstent. Hoc idem fecit Iul. 3. in d. sua const. 49.

Et vt Christifideles ad præmissa alliciantur, aut naufragium huiusmodi patientibus ab eis propitiora subsidia præbeantur, omnibus & singulis vtriusque sexus Christifidelibus, qui auxilium, consilium, & fauorem naufragium patientibus in reparatione, & conseruatione suorum bonorum præstiterint, decem annos & totidem quadragenas de iniunctis eis pænitentiis in Domino relaxamus, Mandantes dictis nostris subditis tam Ciuitatis Vetulæ, & Ostiæ, Porti, & Neptuni, ac Pilottis illarum, ac etiam Anconæ, ac habitatoribus omnium Terrarum Riparum, portuum, & plagiarum necnon patronis, & nautis nauium, nauiliorum, Triremium, biremiumque Capitaneis, & Barcharum conductoribus, & piscatoribus, ac aliis quibuscunque personis existentibus, & habitantibus in aut prope vel vbi talia naufragia accidere contingat, sub pœna solutionis tanti quanti bona naufragata valuerint, & quæ ob defectum adiutorij amitterentur quatenus illico postquam à patrono Consule aut deputatis vocati fuerint, occurrant, & festinanter accedant cum eorum Barchis ac Triremibus, & biremibus, ad adiuuandum, & saluandum ea omni cum diligentia, ac si eorum propria essent, solutis tamen eis pro eorum labore expensis mercium conductarum, & rerum saluatarum his quæ Consuli videbitur prout labor eorum exegerit, & non possint petere nec petant aliquid aliud, nec quartum nec partem, nec ius aliquod rerum saluatarum præter supradicta, Concessione, statuto, consuetudine, ordinatione, vsu, & quibusuis aliis minime obstantibus penitus cassamus, & suffragari nolumus.

Et auxilium dantibus indulgentias concedit. Hoc idem fecit Iul. 3. ibidem

Omnibusque commorantib. prope loca naufragiorum iubet vt vocati auxilium præstent.

Volumus autem quod in locis seu territoriis vbi naufragium præfatum eueniet, Dominus, vel Domini, aut Communitas talis loci teneantur consignare in manibus nostræ iustitiæ, & Ministrorum illius latronem, seu latrones, vsurpatorem, seu vsurpatores, detentorem, seu detentores huiusmodi rerum naufragatarum, alias teneantur soluere totum damnum, & expensas in tali naufragio aut illius dependen. passa, & seu patienda, ac passas, & seu patiendas, Et si aliquid forsan occurrerit super præmissis quod dictus Consul non possit accommodare, & concludere, recurratur ad nos, & seu dilectum filium Vitellotium Camerarium nostrum, & S. R. E. quem & nullum alium illud decidere, & finire posse volumus, etiam cum facultate, & auctoritate amplissime puniendi, & castigandi quoscunque latrones & prædatores, etiam vsque ad pœnam capitalem,

Communitates etiam & Dominos locorum seu naufragij, latrones & occupatores capere debere decernit.

Volentes etiam per præsentes præfatum Cardinalem Camerarium merum, & verum iudicem, & executorem in causis Maritimis naufragiorum, & etiam quorumcunque assecurationum super quibus lis & controuersia aliqua inter quoscunque euenire posset, ex causa tamen dictorum naufragiorum, cum opportuna auocatione a quibuscunque iudicibus, non tamen Romanæ Curiæ fore, & esse debere,

Camerariumque S.R.E. Iudicem istarum causarū deputat.

Necnon auctoritate præfata concedendo dicto Consuli eiusque deputatis prout concedimus eisdem, vt pro ipsorum securitate, & defensione cuiuscunque generis arma tam offensiua, quàm defensiua, in toto Dominio, & per totum Dominium Ecclesiasticum scilicet in omnibus terris, & locis Maritimis, & mari conuicinis per quindecim milliaria à terra distantibus libere, & licite portare possint, & valeant quibuscunque bannis editis seu edendis, & aliis quibuscunque Apostolicis constitutionibus & ordinationibus non obstan.

Consuli quoque & eius deputatis facultatem deferendi arma concedit.

Et nihilominus pro obseruatione præmissorum motu, & scientia nostris præfatis præcipiendo mandamus Dilecto filio Vitellotio Vitellio, Camerario nostro, necnon Clericis præsiden. Cameræ Apostolicæ, ac prælatis, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, necnon vniuersis, & singulis tam Almæ Vrbis quàm aliarum quarumcunque S. R. E. mediate, vel immediate subiectarum Prouinciarum, Terrarum & locorum, Vicelegatis, Gubernatoribus, Locaten. Potestatibus, Iudicibus, & aliis quouis nomine nuncupatis iusdicentibus, & iustitiæ ministris, necnon Illustribus & Mag. viris Dominis Ducibus, Marchionibus, & Baronibus, Domicellis, Nobilibus, Castellanis, Triremiumque Ducibus, & Capitaneis, ac quorumcunque locorum Communitatibus seu vniuersi-

Executorum deputatio & facultatem.

tatibus omnibusque & singulis aliis particularibus personis, ad quos quomodolibet spectat seu in futurum spectabit, seu spectare poterit, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ prædictæ mediate, vel immediate subiectis, quatenus præmissa omnia, & singula inuiolabiliter obseruent, & obseruari faciant, & sub pœnis, & censuris antedictis, necnon rebellionis, & priuationis omnium, & singulorum bonorum, seu officiorum, ac confiscationis, & publicationis quorumcunque bonorum per eos, & ipsorum quemlibet obtentorum, incurrendique in crimine læsæ maiestatis. Contradictores &c. cum amplissima facultate, & auctoritate dictos raptores, grassatores, & depredatores & latrones, in fragrãti crimine, seu delicto repertos puniendi, & castigandi, ad effectum, vt huiusmodi iustis querelis cessantibus, dicti mercatores, & nautæ eo libentiua cum suis nauigiis, nauibus, & mercibus ad Vrbem ipsam locaque prædicta, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ prædictæ securius, & tutius accedant.

Clausulæ derogatoriæ.

Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, necnon statutis, & consuetudinibus, etiam municipalibus quarumcunque terrarum, & locorum in contrarium forsan editis, ac priuilegiis, indultis, & literis Apostolicis quibusuis personis, necnon ciuitatibus, oppidis, locis, castris, ac portibus Maritimis, sub quibuscunque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibuscunque clausulis, & decretis, & contractibus, & Motu proprio &c. ac alias concessis, quibus omnibus &c. illorum tenores &c. pro expressis habentes, hac vice latissime derogare placeat, cæterisque contrariis quibuscunque.

Sola signatura sufficit.

Volumus autem quod præsentis nostri Motus proprij sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, regula contraria non obstante, seu si videbitur literæ in forma Breuis expediri possint.

Placet Motu proprio. M.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Octauo Kal. Maij, Anno Primo.

VIII.

De Clausura Monialium cuiuscunque ordinis & Religionis.

Declarationem vide infra const. 100. Decori & Greg. 13. const. 13. Deo sacris.

De Monialium exemptionibus vide sup. fol. 659. Pij IIII. const. 10. De statu, cum ibi notatis.

De facultatibus ingrediendi Monasteria vide infra Greg. 13. const. 36. Vbi gratiæ; & const. 75. Dubiis.

De Electione Abbatissarum &cæt. habes infra Greg. 13. const. 84. Exposcit debitum.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CIRCA pastoralis officij nobis meritis licet imparibus, desuper commissi curam quantum nobis ex alto permittitur inuigilantes, assidue ad ea per quæ singulis erroribus, & excessibus obuiatur, ac personis quibuslibet, præsertim fœminei sexus virginitatem suam altissimo vouentibus, sub religionis iugo Christo Saluatori in castitatis holocausto famulari affectantibus, semita iustitiæ, & honestatis declinantibus, ne quicquam in eis reperiatur incongruum, quod in regularis ponat honestatis gloria maculam, & diuinam merito possit offendere maiestatem, opportune succurritur, libenter intendimus, ac in his nostræ vigilantiæ partes propensius impartimur, prout id in domino salubriter expedire conspicimus.

Bonif. 8. constit. hic non habes, sed habes in tit. de Statu Regul. in sexto & Cõcilij Tridẽt. decretũ habes in sess. 25. cap. 5. Moniales tacite vel expresse Religionem professæ clausurã seruẽt.

Hac igitur perpetuo valitura constitutione, inhærentes etiam constitutioni fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit Periculoso, & decretis Concilij Tridentini super clausura monialium æditis, auctoritate apostolica tenore præsentium statuimus atque perpetuo decernimus, vniuersas, & singulas moniales præsentes atque futuras cuiuscunque religionis, ordinis, vel militiarum etiam Hierosolymitan. sint, quæ vel iam receptæ sint vel in posterum in quibusuis monasteriis siue domibus recipientur, & tacite, vel expresse religionem professæ, etiam si conuersæ, aut quocunque alio nomine appellentur etiam si ex institutis, vel fundationibus earum regulæ ad clausuram non teneantur, nec vnquam in earum monasteriis, seu domibus etiam ab immemorabili tempore ea seruata non fuerit, sub perpetua in suis monasteriis, seu domibus debere de cætero permanere clausura, iuxta formam dictæ constitutionis fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit Periculoso, in sacro Concilio Tridentino approbatam, & innouatam, quam nos auctoritate præfata etiam approbamus, & innouamus in omnibus, & per omnia, ac illam districte obseruari mãdamus.

Inobedientes coerceantur per ordinarios.

Quod si aliquæ moniales forsan reperiantur quæ consuetudine etiam immemorabili aut instituto, vel fundatione regulæ suæ fretæ, animo obstinato huic clausuræ resistant, aut quoquomodo reluctentur, Ordinarij vna cum superioribus earum, omnibus iuris, & facti remediis compellant easdem tanquam rebelles, & incorrigibiles ad præcise subeundum dictam clausuram, & perpetuo obseruandum.

Tertiariæ quoq. si solemne votũ emiserint, clausuræ subijciantur, sin autẽ per ordinarios ad clausura persuadeãtur.

Mulieres quoque quæ tertiariæ, seu de pœnitentia dicuntur cuiuscunque fuerint ordinis in Congregatione viuentes, si & ipsæ professæ fuerint, ita vt solemne votum emiserint, ad clausurã præcise vt præmittitur, & ipsæ teneantur, quod si votum solemne non emiserint, Ordinarij vna cũ superioribus earum hortentur, & persuadere studeant, vt illud emittant, & profiteantur, ac post emissionem, & professionem eidem clausuræ se subijciant: quod si recusauerint, & aliquæ ex eis inuentæ fuerint scandalose viuere, seuerissime puniantur.

Et volentes sine clausura, & professione viuere non recipiantur in aliqua Religione.

Cæteris autem omnibus sic absque emissione professionis, & clausura viuere omnino volentibus interdicimus, & perpetuo prohibemus ne in futurũ vllam aliam prorsus in suũ ordinem, religioné, congregationemve recipiant. Quod si contra hmôi hanc nostram prohibitionem, & decretum aliquas receperint, eas ad sic viuentium omnino inhabiles reddimus, ac illarum quaslibet professiones, & receptiones irritas decernimus & nullas prout etiam præsenti decreto irritas facimus & annullamus. Porro ne moniales, vel tertiariæ prædictæ propter hanc clausuram detrimentum, aut incommodum aliquod in earum necessitatibus, maxime in pertinẽtibus ad illarum

victum

victum patiantur, sed vt eis opportune consulatur, auctoritate apostolica præfata statuimus, decernimus, præcipimus atque mandamus Ordinariis, & Superioribus earum, vt curent colligi fidelium eleemosynas per conuersas quæ non sint professæ, vel si professæ fuerint, sint tamen ætatis annorum quadraginta, & in domibus contiguis, seu extra tamen monasterium, degant, & non ingrediantur clausuram aliarum monialium nisi in casibus ex earum constitutionibus præmissis, & de earum domibus exire non possint pro huiusmodi eleemosynis colligendis nisi de licentia Ordinarij, vel earum Superiorum. Et de cætero nullæ aliæ conuersæ professæ recipi amplius etiam de consensu suorum Superiorum, vel prælatorum possint: quod si aduersus hanc nostram prohibitionem receptæ fuerint, illarum receptio nulla, irrita & inanis sit, prout ex nunc nullam, irritam facimus, & annullamus. Quod si prædicto modo necessitatibus monialium, & mulierum tertiariarum prædictarum succurri sufficienter non poterit, mandamus ipsis Ordinariis, & Superioribus earum, vt ipsi prouideant de aliis personis piis, & Deo deuotis, quæ fidelium eleemosynas colligant, vel alias eo meliori, & commodiori modo quo fieri poterit etiam ex opere manuum ipsarum monialium, & mulierum prædictarum, arbitrio Ordinariorum & Superiorum earundem, & pro vt eis congruentius expedire videbitur, prouideatur, & succurratur. Et ne propter monialium numerum excessiuum clausuræ obseruatio violetur, inhærentes etiam similiter dispositioni dictæ constitutionis Bonifacij, & Concilij Tridentini decreto, monialibus prædictis, & illarum Superioribus, & Ordinariis districte inhibendo præcipimus, & mandamus, ne plures in earum monasteriis recipiant, & admittant, siue recipi, & admitti permittant, quam ea propriis redditibus ipsorum monasteriorum, vel consuetis eleemosynis commode sustentari possint. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ sub obtestatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ vniuersis venerabilibus fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, quatenus in ciuitatibus, & diœcesibus propriis præsentes nostras literas publicari faciant, ac in monasteriis monialium sibi ordinario iure subiectis, in iis vero quæ ad Romanam mediate vel immediate spectant Ecclesiam Sedis apostolicæ auctoritate vna cum Superioribus eorundem monasteriorum clausuram (vt præmittitur) quamprimum poterint seruari procurent. Contradictores atque rebelles per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Ac vt hoc tam salutare decretum facilius obseruetur, omnes Principes sæculares, & alios dominos, & magistratus temporales rogamus, requirimus, & obsecramus per viscera misericordiæ Domini nostri Iesu Christi eisdem in remissionem peccatorum iniungentes, quod in præmissis omnibus eisdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, & aliis monialium Superioribus assistant, ac suum fauorem, & auxilium præstent, ac impedientes pœnis etiam temporalibus afficiant, Præmissis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, etiam per Sedem apostolicam approbatis, & confirmatis, priuilegiis quoque indultis, & literis apostolicis etiam in fundatione, & institutione eisdem monasteriis, vel domibus, & monialibus sub quibuscunque verborum formis, & clausulis, irritantibus, & aliis decretis quibuslibet concessis, confirmatis ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc seruanda foret tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, pro sufficienter expressis habentes, quo ad effectum validitatis nostræ constitutionis tantum derogamus, contrariis quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, aut suspendi non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Per hoc autem in monasteriis exemptis Ordinarij locorum quoad alia nullam sibi credant iurisdictionem, vel potestatem aliquatenus eis attributam. Volumus autem quod præsentes literæ ad valuas basilicæ beati Petri Apostolorum Principis, & in Cancellaria nostra, ac acie Campi Floræ publicentur, & inter constitutiones extrauagantes perpetuo valituras conscribantur. Et quia difficile foret præsentes ad singula quæcunque loca deferri; volumus, & etiam declaramus quod earum transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij subscriptis, ac sigillo alicuius prælati munitis eadem prorsus fides vbicunque adhibeatur quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, statuti, decreti, mandati, interdicti, prohibitionis, annullationis, præcepti, inhibitionis, requisitionis, obsecrationis, iniunctionis, derogationis, declarationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, quarto Kal. Iunij, Pontificatus nostri Anno Primo.

Eleemosinæ pro monialibus colligantur per conuersas, aut per Professas habitantes prope monasteria, & ætatis ann. 40.

Conuersæ de cætero non recipiantur.

Monialium vel prædatum numerus reguletur iuxta redditus monasteriorum.

Executorum deputatio & facultates.

Clausulæ derogatoriæ.

Ordinarij non habeant iurisdictiones in locis exemptis nisi circa hic expressa.

Forma publ. huius const.

Quæ est hic in fine.

Visa de Curia Io. Riuerius. ff.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, Indictione nona, die vero nona mensis Iunij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno Primo, retroscriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas basilicæ Principis Apostolorum Sancti Petri de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ dimissis copiis eorundem in retroscriptis locis affixis per nos Io. Guerardi, & Nicolaum de Matthæis Cursores.

Publicatio

Antonius Clerici Mag. Curs.

IX.

Reuocatio quarumcunque exemptionum præterquam ex causa vere onerosa concessarum, super solutione subsidij triennalis, Quatreni carnis, Taxarum equorum, & aliarum impositionum Cameralium. Et facultates S. R. E. Camerarij circa huiusmodi impositionum exactionem, ac Taxarum moderationem, &c.

Reuocationes similes habes sup. in Pauli III. const. 38. Ex debito, fol. 434. & Iul. III. const. 21. licet, fol. 521. & Pauli IIII. const. 44 Cupientes, fol. 633. & infra in const. xj. Sedes.

Subsidij Triennalis impositionem vide sup. in Pauli III. const. 55. Nouit ille, fol. 466.

Quatreni carnis Gabellæ impositionem habes sup. in Iul. III. const. 35. Nuper, fol. 538. & ibi notaui.

Taxarum equorum impositionem vide sup. in Pij IIII. const. 7. Volentes, fol. 653.

Exemptiones autem post hanc reuocationem concessit Pius V. Mendicantibus vt infra in const. 14. Dum ad vberes, Et etiam Militibus Hierosolymitanis vt in const. 76. Et si cuncta & militibus S. Lazari vt in const. 28. Sicut bonus, & Collegio Germanico de Vrbe concessit Greg. 13. vt infra in eius const. 26. Vt cæteri, & Collegio Græcorum vt in const. 45. In Apostolicæ fol.

PIVS Papa V. Ad futuram rei memoriam.

ET si ea sit mentis nostræ erga subditos nostros pietas, vt eos ab oneribus omnibus liberos videre cupiamus, tam en & propter temporum difficultates, & multiplices de prouentibus Cameræ Apostolicæ per prædecessores nostros factas alienationes, exhaustumque ærarium, ea premimur necessitate ad sustinenda sedis Apostolicæ onera, vt sine subditorum auxilio ea omnino sufferre nequeamus. Cumque firmissimum nobis sit propositum ab omnibus impositionibus abstinere, cogimur saltem vsquequo diuina fauente clementia ab imminentibus, grauissimisque necessitatibus subleuemur, curare, vt hactenus impositæ fideliter diligenterque exigantur. Itaque ex his rationabilibus causis, & etiam ne alter alterius onera, quod minime æquum esse videtur, perferre cogatur, sed onus quisque suum facilius, ac commodius sustinere valeat, opportune prouidere volentes, & aliorum prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, omnes, & quascunque exemptiones, concessiones, gratias, & immunitates super solutione Subsidij Triennalis Quatreni carnis, Taxarum equorum, ac aliarum exactionum, & impositionum Cameralium, tam à quibusuis prædecessoribus nostris, quàm etiam à nobis ipsis, sub quibusuis verborum formis, & clausulis quomodolibet (præterquam ex causa vere onerosa, scilicet effectualis, & congruæ exbursationis pecuniarum) emanatas cassamus, reuocamus, irritamus, viribusq; caruisse, & carere quoad concessa per prædecessores à die eorũ respectiue obitus; quo vero per nos à data præsentiũ decernimus, & declaramus, gratiasq; hmôi nulli penitus, nec in petitorio, nec in possessorio suffragari posse statuimus, omnesq; & singulas Communitates, & vniuersitates Ciuitatum, Terrarum, & locorũ status nostri Ecclesiastici, ac etiã quoscunq; Feudatarios, Censuarios, Dominos locorum, & Barones quocunq; nomine nuncupatos, & quacunq; dignitate & auctoritate, etiã Cardinalatus honore, aut ducali dignitate fulgentes, ac Comites, qui castra, & iurisdictiones infra limites ditionis Ecclesiæ possident, etiam quod nihil ratione Castrorum, & iurisdictionis hmôi Sedi apostolicæ annuatim, seu alias persoluant, ad solutionem Subsidij, Quatreni carnis, taxarum equorum, & aliarum impositionum præfatarum teneri, & obligatos esse volumus, atq; mandamus, nullis eis, & eorum cuilibet exemptionibus, & gratiis, vt præfertur, nisi ex causa vere tantum onerosa præfata penitus suffragantibus, omnesque constitutiones à quibuscunq; Rom. Pont. prædecessoribus nostris super præmissorum reuocatione quomodolibet factas, & quibusuis formis emanatas, cõfirmamus, approbamus, & eis perpetuæ firmitatis robur adijcimus, & quatenus opus sit, illas innouamus, sicq; per quoscunq; Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam dictæ Cameræ Clericos, & causarum Palatij Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales diffiniri, sententiari, & iudicari debere, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & sententiandi facultate, & auctoritate, irritum quoq;, & inane quicquid secus super his à quoquã quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Quo circa dilecto filio Vitellotio Sanctæ Mariæ in Via lata Diacono Cardinali Vitellio S. R. E. Camerario tenore præsentium committimus, & mandamus, vt præter amplissimam, & ordinariam sui officij Camerariatus iurisdictionem, omnes & quoscunque ex causis prædictis Cameræ Apostolicæ debitores cuiusuis sint status, gradus, ordinis, vel conditionis, etiam si Cardinalatus honore, aut Ducali dignitate præfulgeant, per censuras Ecclesiasticas, & pœnas pecuniarias, etiam priuationis feudorum, & inhabilitatis ad illa, & alias sibi beneuisas, aliaque iuris, & facti remedia opportuna, ad realem, & actualem solutionem cuiusuis summæ, tam hactenus debitæ, quàm in futurum debendæ, tam per seipsum, quam alium, seu alios ab eo deputan. iuxta Taxas hactenus impositas cogat, & compellat, & pro faciliori exactione, & satisfactione consequenda plenariam eidem Vitellotio Cardinali Camerario concedimus facultatem, liberumq; arbitrium super hactenus debitis componendi, ac quascũque compositiones faciendi, & etiam in toto, vel in parte, prout sibi videbitur remittendi, præsertim erga eos qui se diligentes in solutione præstiterunt, Taxas, si quæ excessiuæ apparuerint, vel propter communitatum locorum paupertatem, impossibilitatem, seu aliam quamcunque iustam causam sibi beneuisam moderandi, & reducendi, alienationes dictorum, & aliorum prouentuum præfatæ Cameræ minus legitimo pretio factas rescinden. dubia si qua emerserint, declarãdi, & quoscunq; opus fuerit citandi, & monendi, etiam ad personaliter comparendum, etiam per edictũ publicum constito summarie, & extraiudicialiter de non tuto accessu, & quosuis inobedientes, & rebelles censu-

Reuocatio exemptionum.

Confirmatio cõstitutionũ Apostolicarũ super reuocatione huiusmodi exẽptionum editarum.

Decretum irritans.

Camerarij facultates circa exactionem impositionum, & moderationem taxarum.

les censuras, & pœnas comminatas incidisse, & incurrisse declarandi, aggrauandi, reaggrauandi, interdicen. auxilium brachij secularis inuocandi, & relaxandi, a censuris absoluendi, & quoties opus fuerit, remittendi, aliaque omnia, & singula faciendi, quæ pro effectuali satisfactione consequenda, & Cameræ nostræ subleuatione sibi necessaria visa fuerint, seu alias quomodolibet opportuna. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis: necnon concessionibus, & exemptionibus sub quibusuis verborum formis, & quouis colore concessis, cæterisque in contrarium facientibus quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die viij. Iunij, millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Clausulæ derogatoriæ.

Cæ. Glorierius.

X.

Reformatio constitutionis Pij Quarti circa allegationem nouæ causæ, in causis treugæ & pacis fractæ, & præuentionem inter Iudices Ecclesiasticos, & seculares, ac terminum sex mensium ad faciendas defensiones.

Hæc constitutio intelligitur de sponte comparentibus, & non captis infra annum, vt infra in constitu. 137. Dudum postquam.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

CVM ob innumeras Rom. Pon. occupationes, ac particularium rerum quarumlibet status ignorantiam contingat ab eo quandoque literas emanare, quæ in magnum aliquorum præiudicium redundare noscuntur, minime reprehendendum esse videtur, si tandē præiudicio cognito literas hmōi, etiam si per eius prædecessorem emanauerint, tanquam per inaduertentia editas reuocat, & limitat, aliasque desuper disponit prout rerum, & temporum qualitate pensata conspicit in Domino salubriter expedire. Dudum siquidē fe. re. Pius Papa IIII. Prædecessor noster cupiens criminibus, & excessibus qui in dies oriebantur prouidere, per quasdam suas in forma Motus proprij editas literas inter alia statuit, quod in causis treugarū, & pacis fractarū ipsi fractores vel eorum fideiussores allegare non possent quod offensa ex noua causa processisset, nec allegata cuiquam suffragarentur. Et etiam quod in causis mixtis inter Iudicem ecclesiasticum, & laicum locus sit præuentioni, ita tamen quod Iudex ecclesiasticus in casu præuentionis non possit procedere contra laicum, sed illum debeat remittere ad Iudicem laicum, & alias prout in eisdem litteris plenius continetur. Nos considerantes a ratione & iuris debito alienum esse eos qui criminis innoxij fuerint eorumque fideiussores, si treugæ pax seu fideiussiones de non offendendo postea ex noua emergente occasione fractæ fuerint, earum occasione grauari debere, cum præcipue paces, treugæ, seu fideiussionis huiusmodi de nō offendendo nō ad offensionem ex futuris causis sed ex præteritis tantum oriantur, literas præfatas quo ad præmissa reuocantes, cassantes, & moderantes, effectumque suum sortiri in præmissis non posse decernentes: Motu simili, &c. nouam causam in pacis, treugarum, seu fideiussionum huiusmodi fractione principales tantum videlicet qui fuerunt causa pacis, treugarum, seu fideiussionum de non offendendo huiusmodi factarum, seu faciendarum præstitarum, seu præstandarum, si ipsi aliquo modo, seu aliquis eorum in dictis fractionibus interuenerint seu interuenerit, videlicet si aliquis ex dictis principalibus aliquem ex comprehensis in pace, treuga, seu fideiussione de non offendendo offenderit, vel ipse ab aliquo ex ipsis comprehensis offendatur, non excusare. Si vero supradicti principales, seu aliquis eorum in fractione pacis, treugæ, seu fideiussionis huiusmodi vt supra non interuenerint, seu interuenerit, ipsos eorumque consanguineos, & fideiussores cæterosque in pace, treuga, seu fideiussione de non offendendo comprehensos, & quemlibet eorum nouam causam huiusmodi allegare posse, & ea probata excusari debere, & quoquo modo grauari, perturbari, aut inquietari non posse neque debere, idque tam in causis motis, & indecisis pendentibus, quam etiam finitis, & in quibus etiam pronunciatum fuit (dummodo sententiæ desuper latæ totaliter non sint executioni demandatæ) locum sibi vendicare posse, & debere declaramus. Cumque etiam sæpe contingat partes ipsas contra quas in contumaciam procedi consueuit, vel ita negociorum mole grauari, vel ita longe abesse, vt ipsorum contumaciam sex mensium spatio huiusmodi expurgare minime queant, terminum sex mensium huiusmodi ad annum prorogamus, ac contumacibus huiusmodi defensiones nonnisi post anni elapsi terminum denegari debere. Ac quascunque aliter quam vt præmittitur ferendas sententias nullas, inanes, nulliusque roboris, & momenti fore & esse, prout nos eas exnunc tanquam contra iuris debitum, & de facto latas annullamus, cassamus, & irritamus. Quo vero ad præuentionem inter Iudicem ecclesiasticum, & laicum, declaramus illam habere locum in terminis, & statu, prout ante dictum Motum proprium erat, ac ipsum ad terminos iuris in hoc reducimus, & volumus, vt in præuentionibus procedatur iuxta formam iuris, & sacrorum decretorum Concilij Tridentini, & non alias aliter nec alio modo, Sicque & non aliter per quoscunque Iudices, &c. etiam S. R. E. Cardinales, ac causarum Palatij Apostolici Auditores, sublata &c. iudicari debere, irritum quoque, &c. auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & decernimus. Et nihilominus pro potiori præmissorum validitate omnibus, & singulis iudicibus tam ordinarijs, quam delegatis, & subdelegatis, ac eorum Locatenentibus, & Notarijs, sub excommunicationis maioris, ac indignationis nostræ, officiorumque suorum priuationis pœnis, nec contra præmissa aut illorum aliqua facere, & attentare præsumant, districtius inhibemus. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac quarumcunque ciuitatum, prouinciarum, & locorum etiam iuramento, &c. roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis apostolicis vniuersitatibus, communitatibus, & hominibus prouinciarum, ciuitatum, & locorum prædictorum quomodolibet concessis, &c. Quibus omnibus, &c. etiam si de illis, &c. illorum tenores, &c. hac vice latissime derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque, cum clausulis opportunis.

Pius 4 prohibuit allegari posse nouam causam in causis treugæ, & pacis fractæ, vt in eius cōst. 138. Licet dudum.

Præuentionisque terminos declarauit inter Iudices Ecclesiasticos, & seculares, vt ibidem.

Hic autem Pon. moderatur illius consti. vt hic circa allegationem nouæ causæ.

Cōtumaces infra annum ad defensiões admitti posse decernit.

Quod declaratur infra in constit. 137 dudum postquam.

Sententiasque aliter latas nullas esse declarat.

Præuentionē reducit ad terminos iuris, & Concil. Trid.

Decretū irritans

Cōtrauenientiū pœna.

Clausulæ derogatoriæ.

Fiat Motu proprio. M.

Et de reuocatione, cassatione, declaratione, reductione, voluntate, prorogatione, annullatione, irritatione, sta-

ne, statuto, & decreto, inhibitione, derogatione, & alijs præmissis, quæ hic pro simul, vel ad partem repetitis habeantur latissime extenden. Et quod præmissorum omnium, & singulorum, & præsertim præsentibus contrariorum pro sufficienter expressis habeantur. Et quod præsentis Motus proprij etiam absque data, & registratura sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, regula contraria non obstante, eiusq; transumptis manu alicuius Notari publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Quodque Cameræ, & Cancellariæ Apostolicæ, ac audientiæ causarum Palatij Apostolici valuis & in acie Campi Floræ dimissis copijs affixis, post mensem affixionis huiusmodi computandum, omnes ita afficiant, & arctent, ac si illis personaliter intimatæ fuissent.

Sola signatura sufficit.

Forma, & effectus publ.

Fiat. M.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, indictione nona, die vero vigesima, mensis Iunij Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno primo supradictus Motus proprius affixus, & publicatus fuit ad valuas Principis Apostolorum de Vrbe, Cameræ, ac Cancellariæ Apostolicarum, necnon in audientia literarum contradictarum, ac in acie Campi Floræ dimissis inibi copijs affixis per me Ioannem Guerardi præfati S. D. N. Papæ Cursorem.

Publicatio.

Ant. Clerici Magister Cursorum.

XI.

Exempti omnes in Prouincia Marchiæ, contribuere debeant subsidijs, et impositionibus.

De materia exemptionum, vide supra prox. in constitu. 9. Et si ea.

PIVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

SEDES Apostolica, quæ consueuit se liberalem exhibere, plerumque nonnulla rationabiliter consultatione præhabita ordinat, quæque alias per occupationem, & importunam petentium instantiam contra iuris dispositionem, aut populorum sibi subditorum commoditates concedit, eorundem subditorum suadente vtilitate postmodum consultius, ac rationabilius reuocat, declarat, in meliusve commutat, ac in statum redigit rationis, maxime cum rerum, & temporum qualitate pensatis id in domino conspicit salubriter expedire. Cum itaque pro vrgentibus dictæ Sedis, ac prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum necessitatibus, ac illorum, & forsan nostra subuentione in Prouincia Marchiæ, & singulis Ciuitatib. Terris, Castris, & locis ipsius quemadmodum etiam in alijs locis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ subiectis forsan factum extitit, nonnulla subsidia, impositiones, seu onera, videlicet census, taleæ, fictus, custodiæ, subsidium tam triennale, quàm subsidium ordinarium, & charitatiuum, impositionem equorum, tam viuorum, quàm mortuorum nuncupatorũ, quatreni carnis, portus Anconitani, tertiariarum vnius scuti & medij respectiue pro centenario, ac donatiui, & aliarum rerum sub diuersis causis, & nominibus, necnon certis modo & forma tunc expressis, ac etiam certis nominibus, certisque temporibus persoluenda tam per nos, & prædecessores nostros, & Sedem præfatam, seu Cameram nostram Apostolicam, vel dicta auctoritate per omnes & singulas Ciuitates, Terras, loca, Castra, illorumque Communitates ex causis prædictis, ac pro occurrentibus necessitatibus, & negocijs, ac ipsorum hominum subuentione imponi necesse fuerit, & sub diuersis, seu eisdem nominibus, formis, & causis nominandis in posterum per nos, vel Sedem, aut Cameram prædictam, seu successores nostros, ac quarumcunque Ciuitatum, Terrarum, locorum, & Castrorum exigi conueniat, ac sæpenumero (sicuti graui cum querela alias audiuimus fieri) contingat, vt qui in dictis Ciuitatibus, Terris, & locis eorumque Territorijs, Comitatibus, & districtibus plus possident, seu maiores facultates habent, etiam extranei, & forenses, & Ciuitatis nostræ Maceratæ, ipsiusque Prouinciæ curiales, Officiales, & Notarij etiam actu exercentes, Necnon clerici, & vtriusque sexus cuiusuis ordinis religiosi, bona patrimonialia, aut quomodolibet per eos acquisita bona immobilia possidentes, prætextu quarundam immunitatum, seu exemptionum ipsis Apostolica auctoritate forsan concessarum, seu ob alias causas per eos prætensas huiusmodi oneribus pro eorum rata pro dictis bonis patrimonialib. contribuere, & subsidia, impositiones, & onera prædicta persoluere recusent, etiam dictas Communitates, illorumque homines quamplurimis & diuersis litibus, & inhibitionibus, alijsque diuersis modis coram diuersis tribunalibus & iudicibus tam in Rom. Curia, quam extra eam super præmissis inuoluendo, & defatigando, in graue cæterorum præiudiciũ, ac notabile damnum, vt executionibus, & executorum mercedibus, ac Commissariorum viaticis, necnon repræsalijs, alijsque varijs incommodis, damnis, & expensis vniuersitates & homines, necnon Ciuitates, Terræ, & loca dictæ Prouinciæ quotidie vexentur, & quod peius est pro renitentibus soluere & satisfacere vt plurimum cogantur, in grauissimum tam ipsorum Communitatum & hominum, quàm Cameræ nostræ præiudicium, maxime cum vel huic impositiones, & onera prædicta per dictas Communitates & homines, maxima cum tarditate, difficultate, & dilationibus soluantur. Nos æquum esse censentes, vt qui Territorij, & bonorum commodum sentiunt, illorum quoque sentiant incommodum, Motu proprio ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & singulas, si quæ sunt & prætendi possunt, exemptiones, priuilegia, gratias, immunitates a quibusuis, subsidijs, oneribus, & alijs impositionibus prædictis, & quibusuis alijs personis, militibus, officialibus prædictis, aut alias quomodolibet priuilegiatis per nos, & quoscunque Romanos Pontifices, & Sedem prædictos, & eius Legatos, hactenus etiam Motu proprio, aut alias quomodolibet ex quauis causa, etiam in recompensam damnorum concessas, etiam si tales existant de quibus hic expressa, & specifica, ac de verbo ad verbum mentio fieri deberet, Apostolica auctoritate, quatenus opus sit, reuocamus, cassamus, irritamus, & anullamus, nulliusque roboris fore, & esse, neque cuiquam in aliquo suffragari posse, vel debere, aut potuisse vel debuisse declaramus, præterquam quod exemptiones personales tantum, quas saluas esse volumus. Necnon ad omne dubium, ac difficultates tollendas, statuimus, ordinamus, decernimus, & declaramus, quod tam Ciues, & nobiles illustres Barones, ac Domi-

Causa constitutionum.

Reuocatio exemptionum, à subsidijs, & impositionibus Prouinciæ Marchiæ quibuscunq; concessarũ.

celli,

celli, necnon milites sanctorum Petri & Pauli, Georgij de Lilio, Lauretanensis, sancti Iacobi de Spata, & Pij, vel alio nomine nominati, seu nominandi dictæ Prouinciæ, ac singularum illius Ciuitatum, Terrarum, locorum, seu aliunde oriundi, ac dictæ Prouinciæ incolæ, quam extranei forenses, & Curiæ generalis dictæ Prouinciæ, & Ciuitatis Maceratæ Curiales, etiam actu exercentes, bona stabilia, seu mobilia, vel se mouentia in dicta Prouincia, & singulis illius Ciuitatibus, Terris, Locis, & Castris, illorumque Territorijs, districtibus, Comitatibus habentes, tenentes, possidentes, cuiuscunque dignitatis, qualitatis, gradus, ordinis, & præeminentiæ fuerint, et quacunque nobilitate præfulgeant, bona prædicta, eorum animalia cuiuscunque generis, qualitatis, quantitatis fuerint, & alia quæcunque per præfatos, & eorum quemlibet habita, tenta, & possessa, in libris, seu catastis nuncupatis omnium, & singularum Ciuitatum, Terrarum, & locorum dictæ Prouinciæ, ad hoc vt ipsi pro dictis bonis mobilibus, stabilibus, se mouentibus, in solutione onerum, & impositionum præfatarum pro rata ipsos tangente in posterum decurrenda, a nobis, vel successoribus nostris, seu sede, vel Camera prædicta vel alijs a nobis vel prædecessoribus & successoribus nostris, ac sede & Camera præfatis auctoritatem vel facultatem habentibus hactenus impositorum, & in posterum imponendorum per æs & libram, aut aliàs iuxta distributionem, ordinem, & modum per dictas Communitates, & earum quamlibet factam, & fiendam, moderandam, & ampliandam contribuere habeant, cum effectu contribuant, ac catastari, & allibrari, describi, seu annotari, & affidari facere teneantur, & quod illos qui prætextu exemptionum suarum ad solutionem census tallearũ, ficti, custodiæ, subsidij Triennalis, quatreni carnis, subsidij charitatiui ordinarij, taxæ equorum mortuorum & viuorum vt supra nuncupatorum, portus Anconitani, tertiariarum vnius scuti, & medij respectiue pro centenario, & donatiui, & aliorum onerum Cameralium collectarum, ac præbendæ & ponderis molendini, focularum, pascuorum herbatici, pecudum, & aliorum animalium, gabellarum, & vectigalium, aliarumque similium vel dissimilium impositionum, per nos, & Sedem præfatam, ac Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, Commissarios, aut alios a nobis, vel prædecessoribus, seu successoribus nostris, ac Sede & Camera præfatis (vt præmittitur) auctoritatem habentibus, in quibusuis rebus, & ex quauis causa, tam Cameræ Apostolicæ, quàm etiam singularum ciuitatum, terrarum, & locorum dictæ Prouinciæ publicam vtilitatem, & commoditatem concernente, etiam pro aliquo pietatis Monte ad pauperum subuentionem, vel loco pio, seu pia causa, auctoritate prædicta impositorum, & exigi ordinatorum, ac in posterum exigendorum, & vt supra imponendorum, se non teneri prætendunt, omnes & singulos præfatos, etiam illustres, domicellos, nobiles, barones, & milites præfatos, ac quoscunque alios, exemptionum huiusmodi, vel quod ad fidem conuersi, vel quod familiares alicuius Cardinalis, Thesaurarij, vel cariatores salariæ sint, vel alias quomodolibet (præterquam propter numerum duodecim filiorum) prætendentes, ne onus eorum alijs accrescat, ad eorundem onerum, ac subsidiorum, seu impositionum solutionem in futurum cogi, & compelli debere, præterquam quoad onera personalia tantum, & illis dumtaxat exceptis pecunia numerata, vel aliqua æquiualenti recompensa data a Sede, & Camera præfatis, exemptionem ipsarum particulariter obtinuerint. Sicque per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, vel eorum Vicelegatos, ac Palatij Apostolici causarum Auditores, vel quosuis alios Iudices quauis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet aliàs iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & diffiniri debere, & si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Necnon Confalonerijs, Antianis, & Prioribus Ecclesiarum, Ciuitatum, Terrarum, & locorum Territorij, districtuum, & Ciuitatum earundem pro tempore existentibus, ac Communitatibus, & hominibus præfatis quòd bona huiusmodi annotare, & describere, ac catastare, seu allibrari, necnon extraneos, forenses, ciues, & incolas dictarum Ciuitatum, Terrarum, & locorum, territoriorum, districtuum, & Comitatuum eorundem, ac Clericos, & alias personas Ecclesiasticas, dictosque milites, & alios supranominatos, necnon Ecclesias, Monasteria, & alia pia loca præfata, ratione bonorum, vt supra translatorum, pro ipsorum rata ad omnium, & singulorum onerum prædictorum solutionem, toties quoties opus fuerit cogere, & compellere libere, & licite valeant, plenam & liberam Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus facultatem. Decernentes has præsentes literas ad probandam plene intentionem nostram huiusmodi, vbique sufficere, nec ad id alterius probationis adminiculum requiri debere. Mandantes modernis, & pro tempore existentibus nostro, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, Præsidentibus, clericis Cameræ Apostolicæ, Thesaurario, & auditoribus generalibus, ac Gubernatoribus, Legatis, Vicelegatis dictæ nostræ Prouinciæ, necnon quarumcunque Ciuitatum, Terrarum, Locorum, & Castrorum Gubernatoribus, Vicarijs, Potestatibus, cæterisque officialibus, & ministris, quatenus per se, vel alium, seu alios eorum nomine deputatos, vel deputandos, vniuersitatibus, & hominibus dictæ Prouinciæ, ac singularum eiusdem Prouinciæ Ciuitatum, Terrarum, & locorum Communitatibus, in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, omnibus iuris, & facti remedijs magis opportunis, ac etiam manu regia, omni mora, appellatione, & exceptione remotis, faciant, præcipiant, & mandent præmissa omnia, & singula firmiter, & inuiolabiliter obseruari, ac literis desuper in forma Breuis conficiendis, per quascunque nostras, & quorumcunque nostrorum successorum literas, cum quibusuis clausulis etiam derogatoriarum, derogatorijs, necnon irritantibus, & alijs decretis emanatas, & emanandas ad quorumuis instantiam, & ea quacunque causa etiam probabili, derogari, aut derogatum censeri non posse, decernant, & declarent, neque permittant eosdem vniuersitates, & homines per quoscunque quomodolibet gratificatos, & qualificatos molestari, perturbari, seu inquietari, cum facultatum potestate eisdem Legato, Vicelegato, Gubernatori, seu eorum Locumtenenti plenissime collata, per se, vel alium, seu alios, vel eorum alterum breuiter, & summarie, & sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, omnes, & quascunque differentias, & contentiones si quas præmissorum occasione quomodolibet oriri contigerit, audiendi, cognoscendi, decidendi, fineque debito terminandi, secundum præsentes, & non alias: Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras ecclesiasticas, & pecuniarias pœnas auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo. Necnon etiam super his habendis seruatis processibus, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggrauando, Inuocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Bonifacij VIII. de vna, & Concilij generalis de duabus, dummodo non vltra tres dietas, ac quibusuis immunitatibus, exemptionibus, alijsque præmissis, ac aliqua possessione, vel forsan vsurpatione de

Declaratio & limitatio dictæ reuocationis.

Decretum irritans.

Executorum deputatio, & facultates.

Clausulæ derogatoriæ.

non

non soluendo, & contribuendo, necnon nostra de non tollendo iure quæsito, ac alijs Cancellariæ Apostolicæ regulis, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis præfatis militibus, officialibus, curialibus, ac quibusuis alijs personis eti am actu officia sua exercentibus, ecclesiasticis, & alijs priuilegiatis personis, in genere vel in specie sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis etiam derogatoriarum derogatorijs, etiam per viam legis, sententiæ, statuti siue contractus pacti, & transactionis, etiam tempore Reuerendissimi Mignanelli, tunc dictæ Prouinciæ Gubernatoris, & Vicelegati factorum, & imitorum, irritantibusque, & alijs decretis quarumcunque exemptionum prætextu, etiam si illæ tales, & eius generis sint, de quibus expressa, & specifica ac de verbo ad verbum mentio, siue insertio fieri deberet, ac sub quibuscunque verborum formis, & tenoribus, etiam in forma Breuis, vel sub plumbo tam per nos quàm prædecessores nostros, ac sedem, ac eiusdem Legatos, etiam Motu proprio, ac alias quomodolibet in contrarium concessis, approbatis, & innouatis, necnon quacunque inhibitione dictæ Prouinciæ, illiusque Communitatibus, & locorum ministris, & deputatis de & super præmissis omnibus specialiter loquente, ac etiam quacunque lite, & causa quantumuis instructa, ac causam, & causas huiusmodi, ac lites omnes super præmissis quomodolibet motas, vel mouendas ad nos auctoritate apostolica, & ex certa scientia aduocantes, illasque ea nunc penitus extinguentes, & annullantes, ac pro extinctis, & annullatis haberi volentes, etiam si per appellationem, & in quauis instantia, coram quibusuis, etiam camerario nostro, ac Cameræ Apostolicæ clericis, & præsidenti, vel sacro Rotæ auditorio pendentes, cæterisque in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunque, statum, & merita causæ, & causarum, si quæ sint, necnon priuilegiorum, indultorum, immunitatum, concessionum, gratiarum, aliorumque præfatorum, et hic de necessitate exprimendorum tenores, et compendia, ac si de verbo ad verbum, et non per clausulas generales idem importantes, nominaque, et cognomina iudicum, et colligantium pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis Motu, scientia, et potestate præmissis, derogamus specialiter, et expresse, aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sis sedem indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die vigesimaoctaua Iunij, millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Clausula derogatoria.

Cæsar Glorierius obmisso sigillo.

X I I.

Contra Dominos, & Communitates non custodientes eorum Territoria a Furibus, Bannitis, &c.

Ad quod vide const. seq. Cum ibi notatis.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.
EXIGIT Apostolicæ seruitutis officium, quo fungimur, vt ea quæ hactenus a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, maxime pro venientium ad hanc Almam Vrbem, et ab ea recedentium securitate sancita sunt, confirmentur, seu quatenus expedias innouentur, et extendantur, prout diuersis occasionibus conspicitur salubriter expedire. Dudum siquidem a fe. re. Iulio Papa II. et Leone X. prædecessoribus nostris emanarunt literæ huiusmodi sub tenore, videlicet. Leo Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Romani Pontificis prouidentia circunspecta, etc.

Omittitur tenor harum const. quia habes supra fol. 148. & 227.

Confirmatio constitution. Iul. 2. & Leo. X.

Barones, & Communitates teneantur ad refectionem rerum derobatarum in eorum territorijs, &c.

Appellationes non fiunt.

Præinsertas literas pro venientium ad hanc Almam Vrbem, quæ caput est totius orbis, et ab ea recedentium securitate, et commodo inuiolabiliter obseruari, Motu proprio, et ea certa nostra scientia, ac de Apost. potestatis plenitudine literas prædictas auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, ac perpetuæ firmitatis robur adijcimus, seu quatenus opus sit innouamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, illasq; perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari debere decernimus. Et insuper vt Barones, Domini locorum, et Communitates prædictæ diligentius eorum territoria, et loca a prædictis latronibus expurgata præseruent volumus, statuimus, et ordinamus, quod quotiescunque alicui, seu aliquibus aliquid derobatum, et furto subtractum fuerit in eorundem territorijs, et confinibus, vltra refectionem damnorum, et rerum derobatarum, vt præfertur, teneantur, et quilibet eorum, seu earum communitatum teneatur ad tantundem Cameræ Apostolicæ loco pœnæ, tam a iure, quàm a quibuscunque Rom. Pont. prædecessoribus nostris quomodolibet inflictas, quantum a dilecto filio nostro Vitellotio S. Mariæ in via lata Diacono Cardin. Vitellio S. R. E. Camerario, ac præsidentibus, et Clericis ipsius Cameræ, et non alij parti derobatæ restituen. fore declaratum fuerit, ad cuius declarationis executionem statim absque aliqua appellatione contra Barones, Dominos locorum, & Communitates prædictas deueniri debere mandamus. Sicque per eundem Cardinalem Camerarium, ac quoscunque alios Iudices, & Commissarios, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & Sacri Palatij Apostolici causarum Auditores iudicari, ac definiri, & exequi debere, sublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpetrandi facultate decernimus, summarie, & absque alia tela iudiciaria. Mandantes propterea eidem Vitellotio Cardinali Camerario, vt præmissa omnia, & singula ab omnibus inuiolabiliter obseruari faciat, & ea facientes ad illorum obseruationem sub pœnis prædictis quoquomodo, ac omnibus iuris, & facti remedijs agat, & compellat. Contrarijs non obstantibus quibuscunque. Volumus autem quod præsentis motus proprij sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, regula quacunque, seu constitutione Apostolica in contrarium facientibus non obstantibus.

Decretum Irritans.

Executor Camerarius deputatur

Sola signatura sufficit.

Placet Motu proprio M.

Vitellotius Sanctæ Mariæ in Via Lata Diaconus Cardinalis Vitellius Sanctæ Rom. Ecclesiæ Camerarius.

Vniuersis

Vniuersis & singulis præsentes literas inspecturis, visuris, lecturis pariter, & auditūris salutem in Domino sempiternam. Noueritis nos nuper vidisse, & recepisse literas Sanctiss. in Christo patris, & Domini Nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ V. nobis directas in forma Motus proprij expeditas contra Dominos locorum, & Communitates non custodientes eorum territoria, ne uenientes, & recedentes ab ea derobentur, ac constitutiones Iulij secundi, & Leonis Decimi Romanorum Pontificum suæ Sanctitatis prædecessorum factas, & in eisdem literis insertas, innouatas, & approbatas, sanas siquidem, & integras, omni prorsus vitio, & suspicione carentes, quarum tenores supra insertis existunt. Quibus quidem literis visis, & diligenter inspectis, vt ad omnium notitiam perducantur, de mandato prælibati Sanctiss. D. N. Papæ viuæ vocis oraculo super hoc nobis facto, & auctoritate nostri Camerariatus officij easdem literas imprimi, & per loca Vrbis publicari affigi, & ad omnium notitiam deduci fecimus, ne illi, de quorum interesse agitur, ignorantiam aliquam vllo vnquam tempore prætendere, siue quomodolibet allegare possint. Quarum transumptis sigillo nostro sigillatis, & manu infrascripti nostri Notarij subscriptis eandem fidem adhiberi volumus, ac si originales ipsæ literæ exhiberentur. Contrarijs non obstantibus quibuscunque. Datum Romæ in Camera Apostolica, die octaua Iunij. M. D. LXVI. Indictione nona. Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ quinti Anno primo. Publicatio.

XIII.

Contra Homicidas, & Bannitos, illorumque complices, receptatores, & fautores.

Confirmatur, & ampliatur hæc constit. infra in constit. 15. Indefessa, & Grego. 13. const. 66. Tanta.

De hac materia posui concord. sup. in Pij IIII. constit. 30. In eminenti fol. 693. & ponam infra in dicta consti. 66. Grego. 13.

Constitutiones autem contra Bannitos editas singulis annis per Communitates publice legi, & in Archiuijs custodiri iussit hic Pont. inf. in const. 16. Cum nos nuper.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

EX SVPERNAE dispositionis arbitrio gregis Dominici curæ præsidētes inter varias animi solicitudines, quæ ex pastoralis officij ministerio nobis incumbūt, illam a nobis potissime amplectendam esse putamus, per quā inter singulos gregis eiusdē fideles, præsertim vero nobis, & Romanæ Ecclesiæ subditos pax, & concordia confouentur, seditiones sedantur, scandalis obuiatur, & animarum salus procuratur. Vnde ea quæ sedula meditatione hactenus a diuersis Romanis Pōtificibus prædecessoribus nostris præmissorum ratione gesta fuisse ac ordinata comperimus, quò sæpius fideles ipsi illa perspicient innouari, eò feruentius, ac promptius ad illorum obseruationem excitentur, confirmanda, innouanda, nostræque auctoritatis munimine roboranda esse censemus, aliasque desuper disponimus prout in domino conspicimus expedire.

Sane aliàs postquam fæ. re. Pius Papa II. prædecessor noster, per eum accepto, quod a certis tunc elapsis annis citra in terris, & locis, & tenimentis dictæ Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiectis, quāplura etiam ea leuibus causis commissa esse reperiebantur homicidia, idem prædecessor attendens crimen huiusmodi inter alia perniciosum esse, & detestabile, & iuxta canonicas sanctiones debere graui animaduersione puniri, & tantò seuerius puniendum, & extirpandum fore quantò manifestius cognoscebatur quod ex eo scandala, & plurima mala subsequebantur, ac cupiens quod eiusdem Ecclesiæ mediate, vel immediate subiecti, pacifici forent & modesti, ac terras, & loca prædicta sicarijs expurgare, inter alia per suas literas statuerat, & decreuerat, quod oēs illi qui pro delicto huiusmodi forent cōdemnati, aut alias de ciuitate aliqua, seu districtu ipsius banniti, non possent ad ciuitatum seu districtuū huiusmodi quocunque tempore, seu in eis vel eorum altero moram trahere etiam habita pace ab hæredibus, & consanguineis, seu filijs ipsius occisi, nec Legatus etiam de Latere aut Gubernator qui pro tempore foret vel quiuis alius posset auctoritate Apostolica seu ex officio suæ legationis aliquem homicidam, seu bannitū rebannire, & reducere, seu reuocare ad ciuitatē vel districtū aut eorū alterū, seu ei licentiā vel saluū conductū cōcedere, seu morādi in eis, vel eorū altero in perpetuū, vel ad tempus modicum siue magnum, nec etiam ad diem vnum, siue noctem. Quod si secus per quemcunque ex prædictis factum foret, ipso facto pœnam excommunicationis sine vlterioris sententiæ declaratione, a qua per alium, quàm per summum Pontificem, & tunc facta de hoc speciali expressione, non posset absolui, ac licentia, reductio, reuocatio, saluus conductus, & cassatio processus, & banni huiusmodi essent ipso iure nulla, nulliusque roboris vel momenti, incideretque etiam in pœnam ducatorum mille auri Cameræ Apostolicæ applicandorum, quam Thesaurarius, cui hoc secrete, vel publice foret relatum, & denunciatum retineri faceret, & mandaret, nullo super hoc expectato seu requisito superioris mandato. Quod si non faceret ipse Thesaurarius, eandem sententiam excommunicationis ipso facto cum eisdem qualitatibus incurreret, ipseque rebannitus, reductus, siue quocunque alio modo reuersus posset deberetque capi, detineri, & incarcerari, ac de ipso secundum sententiam contra eum latam, iustitia fieri per Gubernatorem, Potestatem, vel alios Officiales ad quos spectaret, & pertineret incontinenti, sine vlteriori sententiæ notificatione, requisitione superioris vel alterius, sub pœna ducentorum ducatorum auri Cameræ præfatæ applicandorum, quam Thesaurarius præfatus simili modo, & forma, ac sub similibus censuris faceret retineri, & quod quæcunque appellationes interpositæ, vel interponendæ ab huiusmodi vel alijs sententijs, siue grauaminibus contra homicidas latis, vel a processu contra eos facto, &

Pius 2. in eius consti. 8. fol. 80. decreuit homicidas non posse remitti, nec affectari ab Officialibus.

Appellare q. ab eorū cōdēnationibus non posse statuit, vt ibidē.

C si lis

si lis vel instantia super eis penderet, & inhibitiones vigore ipsarum emissæ forent per Auditorem Cameræ vel alium quemcunque ordinarium, vel delegatum, essent nullæ, & inualidæ, nec ad vlteriora super his, & ipsarum vigore procedi posset, aut deberet. Quinimmo appellationes, lites, & causæ huiusmodi censerentur auocatæ, extinctæ, & inualidæ, nec Potestates seu Officiales, quibus inhibitum foret, mandatis, inhibitionibus, litis pendentijs, censuris, & pœnis in eis contentis astringerentur, imo tenerentur, & deberent ad executionem sententiarum latarum procedere, posset tam in casibus a iure vel statuto præmissis appellati ad Gubernatorem Ciuitatis, Prouinciæ, qui infra mensem causam diffinire tenerentur, quo elapso inhibitio, & instantia super eis essent nullæ, & libere sine impedimento posse fieri executio sententiæ, vel banni, ac si non fuisset inhibitum & appellatum, Quodque banniti, & condemnati propter huiusmodi crimen homicidij censerentur banniti ab omnibus circumuicinis locis vsque ad milliaria quinquaginta, infra quæ si reperti forent, possent & deberent capitalis sententiæ, siue condemnationis pecuniariæ executiones fieri contra eos per Potestates, & alios Officiales, ciuitatibus, districtui, & loco præsidentes, sub pœnis pecuniarijs simili forma incurrendis, Ita quod omnes, & singuli homicidæ quorum delictum notorium foret, vel de homicidio infamati, seu condemnati, etiã si de delicto huiusmodi ex forma statuti non posset inquiri, vel aliqua pœna imponi, vel etiam si ipsius delicti vel pœnæ pro eo impositæ auctoritate Apostolica vel alterius ab ea vel a Romano Pontifice potestatẽ habente, esset facta remissio, cassatio processus, & sentẽtia annullata, vel alias quomodolibet dispositum per viam gratiæ vel iustitiæ remissionis in toto vel in parte, non posset habere, officia vel dignitates in quibuscunque locis, ciuitatibus, & terris, a quibus banniti forent, & in quibus domicilium eorum originemque haberent, seu alias moram traherent, vel residerent, etiam si forent absoluti, rebanniti, vel alias eorum sententia seu condemnatio siue processus irritati, vel alias pro infectis habiti, sed perpetuo essent infames, & omni officio, & dignitate priuati, nec possent ferre testimonium, nec tabellionatus officium exercere, neque admitterentur ad iudicandum seu aliud officium exercendum, & ab omnibus actibus legitimis essent perpetuo suspensi, quinimo si huiusmodi officia acceptarent, exercerent, seu alias ad ea exercenda admissi forent, tam ipsi quàm Gubernator, Legatus, aut superior qui eum eligere, vocare, aut ipsum officium exercere seu ei præesse pateretur, pœnam quingentorum ducatorum auri ipso facto incurrerent, & sua gubernatione priuarentur, nec gesta in iudicio, vel extra iudicium tam per eum qui admissus foret ad officium, quàm per eum qui illud exercere passus foret de cætero valida essent, & robur obtinerent; quinimo essent nullius roboris, vel momenti, & si ecclesiasticæ personæ forent, sententiam excommunicationis ipso facto incurrerent sine vlteriori declaratione, a qua pœna non possent præterquam a Rom. Pont. cum speciali delicti, seu homicidij huiusmodi expressione absolui: Et Thesaurarius Cameræ sine vlteriori requisitione, seu notificatione, aut inhibitione, vel monitione salarium eiusdem, vel alteri debitum retinere debere, si ab eo deberetur, si vero non deberetur, Potestati, Gubernatori, vel alteri ad quem spectaret, ab eis vel eorum altero exigi, & satisfieri sub eisdem censuris in eisdem literis quas idem prædecessor per omnes ciuitates Ecclesiæ publico præconio publicari mandauerat.

Exulareq; iussit e locis circumuicinis vsque ad milliaria 50. vt ibid.

Imo Clem 7. & Pius 4. iusserunt exulare ab omnibus locis S. R. E. vt hic infra.

Pœnasq; hic expressas homicidij imposuit, vt ibidem.

Quæ Sp. *[sic]* fue runt, et hic inf.

Cum sæpius contingeret, quod offensionis ignarus, aut ob huiusmodi excessus plurimũ cõdolens, horribili immanitate, & furiosa dementia in vindictam iniuriæ vulneraretur, & interdum occideretur, aut aliquis propinquorum offensi ad vltionem iniuriæ propinqui sui, vt præmittitur, propinquum offendentis vulneraret, vel occideret, seu vulnerari, vel occidi faceret inde quoque iuxta damnabilem abusum ciuitatis vtraque pars se domibus priuatis includeret, quam in contemptum summi Pontificis videlicet Principis, ac etiam Magistratuum Ciuitatis, armatis complebant, & interdum fores domorum, ac porticus, steccatibus, vbi tanquam ad officinas, ac asylum scelerum perditi homines, & scelesti ab vtraque parte conueniebant, illic inuidia, factio coniungeretur atrocissima sceleris immanitate concordans, illic dementia, & furia esset venalis iniuria dum hi qui nulla erant iniuria lacessiti, ad vindictam offensorum insana mente, & seruili crudelitate coniurarent, hi essent quorum pedes veloces erant ad effundendum sanguinem, qui viam pacis non cognouerant, inter quos fœda, & obscœna commercia, alearum lusus, pecuniarum effusio, patrimoniorum dissipatio, diræ blaspemiæ, & obscœni agebantur incestus, ex his oriretur regentium Rempublicam, & Magistratuum contemptus, ac seditiones nonunquam suscitarentur. Et si quando huiusmodi rixæ, & dissensiones intercederent, non solum propinqui, atque coniuncti, sed etiam extranei vtrique parti se offerrent, quod vulgo Apuleos, & materno vocabulo (fare di bene) nuncupabatur, ex quo plerunque totius ciuitatis studia diuidebantur, & non sine graui nota regentium atque discrimine reipublicæ armarentur aduersus proximos miseri spiritu diaboli repleti omne ius humanæ societatis, omnem charitatem, omnem ciuilem concordiam damnabili abusu subuerterent Piæ memoriæ Paulus Papa II. etiam prædecessor noster per suas literas perpetuo statuerat, & ordinauerat, vt quicunque extunc deinceps Baro, aut Domicellus, ac ciuis Romanus vel quæuis alia ecclesiastica, secularisque persona cuiuscunque conditionis, & qualitatis existeret, quacunque etiam atroci iniuria lacessita pro sua, vel amici, aut propinqui iniuria vindicanda, patrem, aut filium, fratrem, aut propinquum, vel alias amicum, vel domesticum offendentis vulnerare, mutilare, occidere, vel quocunque modo realiter, vel personaliter offendere præsumeret, aut talia fieri faceret, vel mandaret, similiter qui in Vrbe Roma, vel eius districtu occasione rixæ vel brigæ domum communire, armatos receptare, aut tenere, vel adhærentes, & complices, ac fautores brigæ accersere, siue quamcunque conuentionem, congregationem, & collectam hominum ad vltionem iniuriæ inuocare, excitare, inuitare, vel receptare præsumeret per se, vel alium, crimen læsæ Maiestatis, rebellionis, & seditionis in Vrbe concitatæ reus censeretur, & haberetur, ac veluti talis a competentibus Iudicibus seuerissime puniretur, ecclesiastici vero talia perpetrantes omni dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio essent ipso iure priuati, & perpetuo manciparentur, ac beneficia eorum libere per illos ad quos collatio pertinebat eorum conferrentur. Omnesque præterea talia committentes tanquam Christianæ Religionis alieni publicæ pacis æmuli, ab omni populo, ciuitate, loco, & terra dictæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiecta essent, perpetuo diffidati, eorum bona tam mobilia, quàm immobilia essent ipso iure Cameræ Apost. confiscata: Nulli præterea talium alicuius aperiretur ianua dignitatis, aut honoris Ecclesiastici vel mundani, seu ad alicuius loci regimen esset assensus. Et vt magis esset famosa eorũ infamia, factio testamẽti actiue & passiue esset eis interdicta, ad actus legitimos nullus eis pateret aditus, nulla porta pãderetur, omni spe, gratia, aut dispensationis exempta.

Paul. 2. in eius const. 5. fo. 90 cõtra sumentes vindictã in propinquos offe. dẽtis, & hominum collectam ad id facientes &c. impo suit multas pœnas.

Quæ amplicea *[sic]* sunt hic infr.

Et præ-

Et præter prædictas pœnas sententiam excommunicationis, & perpetuæ maledictionis incurrerent, a qua absolui non possent nisi per Romanos Pontifices, præterquam in mortis articulo constituti. Illi vero qui ipsis offensis, vel offendentibus, seu brigosis adhærere, fauorem, opem auxiliumque promittere, aut in domibus, vel castris, locis, seu fortalitijs suis receptare, aut qui iuxta vulgare (fare di bene) extunc deinceps præsumerent tanquam fautores scelerum, & conspiratores aduersus publicam pacem omnino similis rebellionis, cófiscationis, depositionis, priuationis, inhabilitatis, ac excommunicationis, & anathematis pœnas incurrerent. Et præterea vt domus, & habitationes principaliú offendentium, qui vindictam in alios, vt præmittitur, sumere, & exercere, aut etiam qui ex vtraque parte domos ipsas munire, aut congregationes, occasione brigæ, aut collectas hominum adunare, vel armis, aut armatis, seu steccatis, aut propugnaculis communire ausi forent, in detestationem tanti facinoris demolirentur, & vsque ad solum ad perpetuam infamiam prosternerentur, per hoc quoque secularibus, aut alijs iudicibus suis competentibus non ademerat facultatem vtendi statutis, & legibus aduersus tales editis, & edendis.

Fautores eorum eisdem pœnis implicauit, vt ibid.

Et successiue recolendæ memoriæ Sixtus Papa IIII. similiter prædecessor noster accepto per eum, quod contenta in literis Pij prædecessoris huiusmodi a certis annis tunc elapsis citra non fuerant obseruata, & ea illorum non obseruantia subditi præfatæ Ecclesiæ procliuiores erant ad homicidia committenda, ac fere passim quotidie perpetrabantur, & homicidæ præfati ideo ad illa committenda promptiores existebant, quia sperabant latere, & suorum excessuum remissionem consequi facile posse, ac detestabilem, & horrendam sicariorum nequitiam talium ad aliorum cautelam iuris remedijs prosequi studio cupiens indefesso, habita super ijs cum fratribus suis præfatæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura, de illorum consilio per suas literas, statuta, decretaque Pij prædecessoris huiusmodi, ac prout illa concernebant omnia & singula in dictis literis Pij prædecessoris præfati contenta approbauerat, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decreuerat, ac voluerat; & de eorundem fratrum consilio statuerat, & ordinauerat, quod condemnatis eatenus, & quos in posterum condemnari contingeret vbilibet in ciuitatibus, terris, & locis prædictis pro homicidio, siue vt principales, siue vt auxilium, consilium, vel fauorem præstantes, suarum condemnationum remissionem, aut contra illas saluum cóductum, & licentiam secure in loco patrati criminis, vel infra quinquaginta milliaria (vt præfertur) propinquo nullatenus obtinere possent ab alio quàm a Rom. Pont. qui pro tempore esset, & alicuius alterius etiam Legati de Latere remissio nemini suffragaretur, & si forsan contingeret eundem Rom. Pon. ad remissiones siue saluum conductum huiusmodi procedere, talis remissio per præoccupationem processisse censeretur, & nemini prodesse posset, nisi in illa verus literarum Sixti prædecessoris huiusmodi tenor de verbo ad verbum, nó autem per clausulas generales idem importantes inferius insertus foret, ac specifica, & determinata causa exprimeretur, quæ eundem Rom. Pont. induceret ad derogandum eisdem literis Sixti prædecessoris, quæ cum tam matura deliberatione ab eodem Sixto prædecessore emanauerant.

Sixtus 4. in eius const. 2. fol. 109. confirmauit dictam const. editá contra homicidas a Pio 2.

Imo in eius const. 7. fol. 99. confirmauit etiá dictam const. Pau. 2 editam contra sumentes vindictam in propinquos offendétis.

Et subsequenter sanctæ mem. Iulius Papa II. etiam prædecessor noster habita super ijs cum fratribus suis túc & dictæ Ecclesiæ Cardinalib. deliberatione matura, & de illorum consilio literas Pij, & Sixti prædecessorum huiusmodi prout illas concernebant, omniaque & singula in eisdem literis contenta per quasdam approbauerat, & innouauerat, ac robur firmitatis perpetuo obtinere debere decreuerat, ac illas ad bannitos, seditiosos, & rebelles, aut alios pro quocunque alio crimine capitali, a quibusuis officialibus tam in dicta vrbe, quàm extra eam, & in terris eidem Rom. Eccle. mediate, vel immediate subiectis iusdicentibus, pro tempore condemnatos, & brigosos nuncupatos pacem iurata ordinationes dictæ vrbis Apostolica auctoritate approbatas facere recusantes; Necnon ius sibimet contra alios dicentes, aut caualcatas, sine Romani Pontificis aut Officialium suorum speciali licentia facientes, vel mouentes, præfata auctoritate de eorundem fratrum consilio extenderat, Ac vniuersis & singulis, tam laicis, quàm Ecclesiasticis cuiuscunque status, gradus, ordinis, excellentiæ, & dignitatis, Ducibus quoque, Comitibus, Baronibus, Domicellis, necnon communitatibus, vniuersitatibus ciuitatum, terrarum, castrorum, & aliorum quorumcunque locorum dictæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subiectorum, districte præcipiendo mandauerat, & inhibuerat, ne aliquis eorum homicidas, bannitos, exitiosos, & rebelles, dicentes, aut caualcatas facientes, vel mouentes in eorum ciuitatibus, castris, seu locis alijs quibuscunque recipere, & retinere, seu auxilium, consilium, vel fauorem directe vel indirecte, publice vel occulte per se vel alium præstare, aut in eorum domibus, seu castris, vel locis recipere, & receptare præsumerent, & si aliquis contra inhibitionem, & mandatum huiusmodi quouis modo directe vel indirecte de cætero venire præsumeret, idem Iulius prædecessor omnes, & singulos sic contrauenientes excommunicationis maioris, & anathematis sententiam, a qua non nisi ab ipso Iulio prædecessore, & eisdem successoribus (præterquam in mortis articulo constituti, & debita satisfactione præmissa) absolui possent, incurrere, eosque omnibus, & singulis priuilegijs, gratijs, libertatibus, indultis, exemptionibusque, immunitatibus realibus, & personalibus, ac ciuitatibus, castris, terris, locis, & dominijs eorum dignitatibus, & honoribus, iuribus, & officijs, ac etiam feudis, & concessionibus quibuscunque, quæ a Romana præfata, & quibuscunque alijs Ecclesijs obtinere noscebantur, sub quacunque verború forma, & tenore, ac cú quibusuis efficacissimis, & insolitis clausulis etiam præseruatiuis ab incursu pœnæ priuationis eo ipso priuatos, & inhabiles, ac indignos ad illa & quælibet alia in posterú obtinenda, & quoscunque actus legitimos exercendos fore nunciauerat, & illa per ipsum Iulium prædecessorem, & successores suos absque aliqua declaratione super incursu pœnæ priuationis huiusmodi, aut citatione eorum qui priuationis pœnam incurrerent facienda, alijs personis in feudum seu vicariatum, aut alias, ac si per elapsum temporis concessionis, aut finitam lineam ad dictam Cameram reuersa essent, libere concedere, ac alias de illis disponere posse decreuerat, & declarauerat. Necnon ciuitates, terras, castra, & loca prædicta Cameræ præfatæ confiscauerat, incorporauerat, applicauerat, & appropriauerat, ac confiscata, incorporata, & appropriata esse, sicque contrauenientes pro rebellibus eiusdem Ecclesiæ haberi, & censeri debere voluerat, eorum subditos, ac vasallos, & arcium, ciuitatum, terrarum, castrorum, & locorum prædictorú Castellanos a quocunque fidelitatis iuramento quo ipsi essent quomodolibet astricti penitus absoluens, ciuitates quoque terras, castra, & loca prædicta, si ad eiusdem Ecclesiæ obedientiam se non reducerent, seu in præmissis quomodolibet delinquerent, & etiam quorumcunque eis auxilium, consilium vel fauorem quouismodo directe vel indirecte, publice vel occulte præstantium, etiam quacunque ecclesiastica vel mundana, &

Iul. 2. in eius const. 5. fol. 152. cófirmauit const. a Pio 2. & S. 4. editas contra homicidas, & eas extendit ad condemnatos, & bánitos pro quocúque delicto capitali, & etiam contra brigosos, &c.

Fautoribusq; eorum pœnas multas imposuit, vt ibidem.

regali præfulgerent dignitate, & excellentia, vt præfertur, & ad quem eos declinare contingeret, ecclesiastico subijciens interdicto tandiu firmiter obseruando, donec ibidem forent etiam per triduum post inde discessum. Illos quoque qui aliquem scienter culpabilem in prædictis, & eidem Iulio prædecessori, vel successoribus suis intra trium dierum spatium non referrent, vel alicui per quem ad eum fideliter referretur similes pœnas incurrere voluerat. Et insuper per eundem Iulium prædecessorem accepto quod cum nonnulli ciuitatum, castrorum, & locorum tam Regni nostri tunc sui Siciliæ citra Pharum, quàm aliarum partium dictæ Ecclesiæ subiectarum, etiam Vrbi prædictæ adiacentium, quàm propter homicidia, aliqua nefanda per eos perpetrata excessus, crimina, & delicta, & alias eorum demeritis id exigentibus a ciuitatibus, terris, castris, & locis eorum, seu in quibus tunc morabantur exules, rebelles, & banniti, quod in illis propterea secure morari nequirent, alij de ciuitatibus, terris, castris, & locis dictæ Ecclesiæ subiectis ad Regnum, et alias adiacentes huiusmodi, alij autem ex Regno, & adiacentibus partibus prædictis, ad ciuitates, terras, castra, & loca eidem Ecclesiæ subiecta prædicta etiam dictæ vrbi adiacentia se transferrent, nonnulli Barones, Proceres, & Domini, seu Vicarij in temporalibus ciuitatum, terrarum, castrorum, & locorum, ac regni, & partium adiacentium prædictorum, eorumque Officiales, & subditi dictos homicidas, bannitos criminosos, atque rebelles homines scienter receptare, & quod grauius erat protegere, & defendere non formidabant se reos tantorum scelerum per homicidas, & alios bannitos prædictos perpetratorum apud Deum constituentes, & tam ipsis homicidis, & malefactoribus, quàm alijs similia, vel grauia delicta perpetrandi, & committendi audaciam, & scelerum huiusmodi impunitatem tribuentes in animarum suarum periculum, iustitiæ conculcationem, ac dictæ sedis auctoritatis contemptum, & scandalum plurimorum: idem Iulius prædecessor Motu proprio omnes, & singulos Barones, Proceres, Milites, ac Dominos, & Vicarios in temporalibus ciuitatum, terrarum, castrorum, & locorum eorundem, necnon nostros, & eorundem Baronum, Procerum Militum, & Dominorum Vicarios, Officiales, & subditos per suas literas requisierat, & monuerat, eisque, & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, quam contrafacientes eo ipso incurrerent, districtius inhibuerat, ne homicidas, bannitos, criminosos, rebelles, aliosque infames homines præfatos, qui propter eorum delicta banniti in locis originis suæ, seu alijs regnorum, ciuitatum, terrarum, castrorum, & aliorum locorum prædictorum propter eorum malam vitam commorari non poterant, extunc de cætero nullatenus receptare, aut eis consilium, auxilium, vel fauorem quouis quæsito colore præstare præsumerent. Quinimo tales ad eorum dominia declinantes, seu in eis commorantes capi, & ad forum seu iustitias, vel Officiales ad quos punitio, & castigatio criminum, & excessuum per eos perpetratorum, vt præfertur, de iure, vel consuetudine pertinebant, & spectabant destinare, aut si partibus læsis, & offensis vtilius foret, illos iuxta criminum, & excessuum per eos perpetratorum qualitatem ad pœnas a iure statutas in locis vbi deprehensi forent procedere procurarent.

Leo X. in eius consti. 32 fol. 315 confirmauit dictam const. Iul. 2.

Præterea felicis memoriæ Leo Papa X. etiam prædecessor noster similiter per eum accepto quod nequissimi Sicarij eò ad perpetranda homicidia, & mala omnia committenda procliuiores reddebantur, quò in opprobrium iustitiæ, & animi sui indignationem non solum in ciuitatibus, terris, castris, & locis ipsius Ecclesiæ dominio subiectis, & non subiectis dictæ Vrbis conuicinis, sed etiam in Vrbe ipsa intra ædes, & Palatia retinebantur, & recipiebantur, aut ob fauorem Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, Domicellorum, Dominorum temporalium, armorum Capitaneorum, Ductorumque, & aliorum Magnatum auxilium confouebantur, Iudicum quoque, & Officialium animaduersio in eos sæpe, & sæpius omissa fuerat, idem Leo prædecessor Motu simili, & ea certa scientia priores literas Iulij prædecessoris huiusmodi, ac omnia, & singula in eis contenta per suas literas approbauerat, & innouauerat. Adijciens, & de Apostolicæ potestatis plenitudine statuens quòd si Duces, Barones, Marchiones, Comites, Domini temporales, Vicarij, Feudatarij, armorum Capitanei, Ductores, Magnates, Principes, Communitatas, & Officiales Ciuitatum, Terrarum, & locorum dictæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiectorum, homicidas, bannitos, exititios, rebelles, aut pro quocunque crimine capitali pœna damnatos, necnon brigosos pacem facere recusantes, treguarum siue induciarum violatores, seu fractores, ius sibimet contra alium dicentes, caualcatas aut armatas, vel vltra numerum decem hominum coadunatas facientes propria auctoritate, vel mouentes, ad eorum terras, ciuitates, castra, loca, territoria, & dominia declinantes non solum reciperent, retinerent, vel eis auxilium, consilium, opem, fauorem tacite, vel occulte, directe, vel indirecte præstarent, aut contra mandata, & inhibitiones in eiusdem Iulij prædecessoris literis contentas deuenirent, sed etiam si eosdem manu forti non acciperent, apprehenderentque, & captos ad mandatum Romani Pontificis pro tempore existentis, aut suorum Officialium exhiberent, traderentque, non solum omnes, & singulas sententias, ac etiam priuationis pœnas in eisdem literis expressas, verũ etiã læsæ maiestatis reatũ, & verũ ac nulla iuris aut hominis fictione confectũ crimen eo ipso incurrerent, & in eos sic contrafacientes modo & forma quibus in veros criminis læsæ Maiestatis reos a iure procedi debere statutum erat, procederetur, & tam ad præfatas quàm huiusmodi læsæ Maiestatis criminis a iure inflictas pœnas executiue deueniretur. Et insuper omnia, & singula per Iulium prædecessorem, & vt præfertur per Leonem huiusmodi innouata, & de nouo statuta, & illis adiecta perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari debere decreuerat.

B. Baronibus, Cõmunitatibus, & Officialibus bannitos non capientibus, pœnas imposuit, vt ibidem. Ad quod vide hic infra.

Porrò ad notitiam similis memoriæ Clementis Papæ VII pariter prædecessoris nostri peruẽto plures Vrbis, ciuitatum, terrarum castrorum, locorum, & tenimentorum, ac regni, & partium prædictorum cõtra literas prædecessorum huiusmodi elata ceruice deuenire & se aduersus iustitiæ clypeum, & tutelam rebelles constituere præsumant, ac censuras, & pœnas præfatas in eisdem literis contentas sensu reprobo paruipendere non verebãtur in animarum suarum perniciem, diuinæ Maiestatis offensam, & reipublicæ læsionem, idem Clemens prædecessor ne literæ præfatæ quæ prouida deliberatione ab ipsis prædecessoribus manauerant, contemptibiles redderentur, sed excessuum perpetratores debita animaduersione punirentur, opportunis remedijs prouidere volens, Motu proprio non ad alicuorum eidem super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de sua mera liberalitate, et ea certa scientia, singulas Pij, Pauli, Sixti, Iulij, et Leonis prædecessorum literas huiusmodi, cum statuti, ordinationis, extensionis, additionis, inhibitionis, decreti, declarationis, confiscationis, incorporationis, applicationis, voluntatis, et mandati, ac cum omnibus, et singulis alijs in eis respectiue contentis clausulis, auctoritate Apost.

Clem. 7. In eius consti. 6 fol. 287. confirmauit dictas consti. Pij 2. Pau. 2. Six. 4. Iul. 2. & Leon. X.

per suas literas approbauerat, & innouauerat, ac perpetua roboris firmitate subsistere, et per singulos, quos literæ ipsæ concernerent, sub excõmunicationis, anathematis, maledictionis, infamiæ, suspensionis, diffidationis, criminis læsæ Maiestatis, seditionis, rebellionis, confiscationis, depositionis, priuationis, inhabilitatis, & interdicti, & aliis censuris, & pœnis ecclesiasticis, & temporalibus in eisdem literis contentis, quas contrauenientes eo ipso incurrerent, perpetuo inuiolabiter obseruari debere decreuerat, illasque etiam ad hoc vt homicidæ, sicarij, exitij, criminosi, rebelles, aliique infames propter homicidia, aut alia nefanda per eos perpetrata, excessus, crimina, & delicta in ciuitatibus, terris, castris, vel locis eorum, seu in quibus tunc morabantur bannitj, & condemnati etiam habita pace ab hæredibus, filiis, seu consanguineis occisorum, ac partium læsarum, non solum à locis circumuicinis vsque ad quinquaginta milliaria, sed etiam ab omnibus & singulis ciuitatibus, terris, castris, & locis, etiam regni & partium prædictarum nobis & dictæ Romanæ Ecclesiæ quomodolibet mediate vel immediate subiectis banniti & exules essent & esse censerentur, nec in illis seu eorum aliquo etiam prætextu cuiusuis licentiæ, salui conductus, remissionis, reductionis, reuocationis, vel alterius gratiæ per eos desuper quomodolibet pro tempore obtentæ moram trahere possent: Et si in eis residerent, vel reperti forent, capi, detineri, & incarcerari, ac iuxta criminum, & excessuum per eos perpetratorum qualitatem, vel literarum Pij prædecessoris huiusmodi tenorem, sub pœnis in eisdem literis contentis, per Officiales ciuitatis, terræ, castri, vel loci, in qua vel in quo deprehensi forent, debitis pœnis plecti, seu inde educi, & ad forum seu Officiales, ad quos criminum & excessuum eorundem punitio, vel de iure, vel consuetudine pertineret, remitti deberent, extenderat & ampliauerat. Et nihilominus præmissa omnia, & singula prout per Pium, Paulum, Sixtum, Iulium, & Leonẽ prædecessores præfatos statuta, & ordinata, inhibita, decreta, & declarata fuerant, ita vt Duces, Barones, Marchiones, Comites, Domini temporales, Vicarij, Feudatarij, Capitanei, Magnates, Principes, Communitates, Ciues, Officiales, & personæ, ac alij quos prædictæ literæ concernebant, ac ipsorum singuli literas & in eis contenta huiusmodi non obseruantes, & illis quomodolibet directe, vel indirecte contrauenientes, ac eis adhærentes, eorumque fautores, & complices, singulas censuras, & pœnas prædictas eo ipso, absque alia declaratione incurrerent, & incurrisse censerentur. Quodque Duces, Barones, Marchiones, Comites, in temporalibus Vicarij, & Feudatarij, ciuitatum, terrarum, castrorum, & locorum, etiam regni, & partium prædictarum sibi & eidem Ecclesiæ mediate vel immediate subiectarum, aliquos suos & dictæ Ecclesiæ hostes, & inimicos, aut subditos, exules, bannitos, & facinorosos cuiuscunque status, vel conditionis essent, publice, vel occulte vllo vnquam tempore recipere, & acceptare nullatenus præsumerent: Et si aliquos ad eorum dominia, & territoria confugere contingeret, illos ex eorum dominiis vel territoriis huiusmodi expellere, seu ad simplicem iussionem suam, vel successorum suorum quò voluisset, seu successores ipsi voluissent, tutè conduci facere. Ad quod præmissa à suis subditis inuiolabiliter obseruarentur omni excusatione cessante cum effectu curare, sub similibus priuationis, & rebellionis, ac criminis læsæ Maiestatis pœnis si contrafacerent eo ipso incurrendis. Necnon vt homicidæ, fautores, & complices præfati facilius capi & puniri possent, quod Communitates ciuitatum, & vniuersitates terrarum, castrorum, & locorum in quibus seu quorum territorio, districtu, & ditione dicta homicida perpetrarentur, sub interdicti ecclesiastici, & duorum millium per Communitates, ac mille ducatorum per vniuersitates, necnon ciuitatum, terrarum, & locorum eorundem Domicelli, Barones, Vicarij, ac alij in temporalibus domini, sub maioris excommunicationis latæ sententiæ, & quinque millium ducatorum auri Cameræ apostolicæ irremissibiliter applicandorum eo ipso absque alia declaratione incurrendis pœnis, eosdem homicidas, complices, fautores statim capere, & omnem exactissimam diligentiam, de qua per publica documenta fidem facere tenerentur, capi facere nequirent, statim commissum homicidium vniuersitatibus, seu incolis, & habitatoribus oppidorum, & locorum circumuicinorum ad quæ declinarent, aut declinare possent notificari. Communitates vero, & domini in temporalibus prædicti, ad quorum ditionem tales declinassent, cum primum id ad eorum notitiam deuenissent, eos apprehendere, seu apprehendi facere, quod si non possent, similiter id vniuersitatibus, seu incolis, & habitatoribus vicinorum oppidorum, & locorum ad quæ declinarent, aut verisimiliter declinare possent, insinuare, & captos ad eorum Iudices ordinarios traducere, & tradere sub similibus pœnis tenerentur, & deberent, statuerat, ordinauerat, inhibuerat, & declarauerat. Et ne facilitas veniæ incentiuum præbeat delinquendi, quibusuis dictæ sedis Legatis etiam de Latere, ac Nunciis, & prouinciarum Rectoribus, necnon nostris, & dictæ Romanæ Ecclesiæ Vicariis in temporalibus pro tempore existentibus, & præfatis Communitatibus, omnem super absolutionibus homicidiorum huiusmodi per nos, & prædecessores nostros Romanos Pontifices, & sedem eandem, sub quauis forma, & verborum expressione concessam, approbatam, & innouatam, auctoritatem, & facultatem reuocauerat, cassauerat, irritauerat, & annullauerat. Et si quando similes absolutiones per eum, & successores suos Romanos Pontifices, ac sedem præfatam concedi contingeret, illa per Iudices, & Officiales ad quos pertineret, nisi trinæ literæ apostolicæ sub interuallo vnius mensis pro singulis literis huiusmodi cum expressa derogatione præsentium desuper emanarent, nullatenus admitti vel obseruari voluerat.

Banniti eorum... lata sit ab omnibus locis S.R.E. mediate vel immediate subiectis, etiam habita pace, vt ibid.

Et idem habes hic in fine.

Baronibus etiam eos recipere... pœnas imposuit vt ibid.

Quæ ampliata fuerunt à Greg. 13. in const. 66.

Cõmunitatesq; & Barones locorũ in quibus homicidia cõmittũtur, decernit sub & aliis pœnis cogi & capere debere vt ibidem.

Imo etiam eos nõ capientes teneri ad refectionem damnorum vt hic in fin.

Et facultates absoluendi ab homicidiis quibuscũque concessas reuocat vt ibid.

Quod fecit etiã Pius 4 vt in eius const. 30.

Piæ memoriæ Pius Papa IIII, similiter prædecessor noster singulas Pij II. Pauli, Sixti, Iulij, Leonis, & Clementis prædecessorum literas huiusmodi, cum statutorum, ordinationum, extensionum, ampliationum, reuocationum, cassationum, irritationum, annullationum, decretorum, confiscationum, incorporationum, applicationum, voluntatum, hortationum, requisitionum, & mandatorũ, ac omnibus & singulis aliis in eis respectiue contentis clausulis dicta auctoritate apostolicas per suas literas approbauit, & innouauit, ac perpetua roboris firmitate subsistere, & per singulos quos literæ ipsæ concernebant, & concernerent in futurum, sub excommunicationis, anathematis, maledictionis, infamiæ, suspensionis, diffidationis, criminis læsæ Maiestatis, seditionis, rebellionis, confiscationis, depositionis, priuationis, inhabilitatis, & interdicti, ac aliis censuris, & pœnis ecclesiasticis, & temporalibus, ac corporis afflictiuis in eisdem literis contentis, quas cõtrauenientes eo ipso incurrerent, perpetuo inuiolabiliter obseruari, illasque etiam ad homicidas, sicarios, exitios, criminosos, rebelles, aliosque infames, propter homicidia & alia nefanda per eos perpetrata excessus crimina & delicta, etiam ad hoc vt ipsi in ciuitatibus, terris, castris, vel locis eorum, seu in quibus tunc morabantur banniti, & condemnati, etiam habita pace ab hæredibus, filiis, seu consanguineis occisorum, aut partium læsarum, non solum à locis circumuicinis vsq; ad quinquaginta milliaria, sed etiam ab omnibus & singulis ciuitatibus, terris, castris, & locis, etiam regni, & partium prædictorum nobis, & dictæ Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate, quomodolibet subiectis banniti, &

Pius 4 in eius cõst. 30. fol 692. confirmauit dictas const. Pij 2. Pauli 2. Sixti 4. Iulij 2. Leon. X. & Clem. 7.

Banniti eosq; iussit discedere à locis S. R. E. mediate & immediate subiectis vt ibid.

Quod voluit et Clem. 7. in dicta sua const. 6.

niti,& exules essent,& esse censerentur,nec in illis seu eorum aliquo etiam prætextu cuiusuis licentiæ,saluiconductus,remissionis, reductionis, reuocationis, vel alterius gratiæ per eos desuper quomodolibet pro tempore obtentæ moram trahere possent. Et si in eis residerent,vel reperti essent,capi,& detineri,& incarcerari,ac iuxta criminum & excessuum per eos perpetratorum qualitatem, & literarum Pij I I. & Clementis prædecessorum huiusmodi tenorem,sub pœnis in eisdem literis contentis per Officiales ciuitatis, terræ, castri, vel loci, in qua, vel quo deprehensi forent,debitis pœnis plecti, seu inde educi, & ad forum seu Officiales,ac quos criminum, seu excessuum eorundem punitio de iure vel consuetudine pertineret,remitti deberent,extendi,& ampliari debere,& in eis locum habere decreuit. Et nihilominus præmissa omnia, & singula prout per Pium I I. Paulum, Sixtum,Iulium,Leonem,& Clementem prædecessores præfatos statuta, ordinata, extensa, ampliata, reuocata, cassata,annullata,inhibita,decreta,& declarata fuerant,etiam ad hoc,vt Duces,Barones,Marchiones,Comites, Domini temporales, Vicarij, Feudatarij, Capitanei, Magnates, Principes, Communitates,Ciues,Officiales,& personæ,ac alij quos prædictæ,& præsentes literæ,concernunt,ac ipsorum singuli literas, & in eis contenta huiusmodi non obseruantes,& illis directe, vel indirecte quomodolibet contrauenientes, ac eis adhærentes, eorumque fautores,& complices,singulas censuras,& pœnas prædictas eo ipso absque aliqua declaratione incurrerent,& incurrisse censerentur. Ipsique Duces,Barones,Marchiones,Comites,domini in temporalibus,Vicarij,& Feudatarij,ciuitatum,terrarum,castrorum,& locorum,etiam regni,& partium prædictorum sibi & eidem Ecclesiæ immediate subiectorum aliquos suos,& dictæ Ecclesiæ hostes,& inimicos, aut subditos exules, bannitos,& facinorosos cuiuscunque status,vel conditionis essent,publice,vel occulte vllo vnquam tempore recipere,vel acceptare nullatenus præsumerent. Et si aliquos ad eorum dominia, & territoria confugere contingeret,illos ex eorum dominiis,vel territoriis huiusmodi expellere,seu ad simplicem iussionem,vel requisitionem suam,& successorum suorum quo vellet,& successores ipsi vellent,tute conduci facere, ac quod præmissa ab eius subditis inuiolabiliter obseruentur omni excusatione cessante cum effectu curare,sub similibus priuationis, & rebellionis,ac criminis læsæ Maiestatis pœnis si contra fecissent eo ipso incurrendis: Necnon vt homicidæ,fautores,& complices præfati facilius capi & puniri possent, quod Communitates ciuitatum, & vniuersitates terrarum,castrorum,& locorum,in quibus seu quorum territorio, districtu, & ditione dicta homicidia perpetrarentur,sub paribus interdicti ecclesiastici,& duorum millium per Communitates, ac mille ducatorum per vniuersitates,necnon ciuitatum,terrarum,& locorum eorundem Domicelli,Barones,Vicarij, & alij in temporalibus domini sub maioris excommunicationis latæ sententiæ, & quinque millium ducatorum auri præfatæ Cameræ irremissibiliter applicandorum eo ipso,absque alia declaratione incurrendis pœnis, eosdem homicidas, cōplices,& fautores statim capere,ac omnem exactissimam diligentiam, de qua per publica documenta fidem etiam facere tenerentur,capi facere, etsi eos capere non possent, statim commissum homicidium vniuersitatibus, seu incolis, & habitatoribus oppidorum, & locorum circumuicinorum ad quæ declinabunt,seu declinare poterunt notificari. Communitates vero, & domini in temporalibus prædicti ad quorum ditiones tales declinabunt, cum primum id ad eorum notitiam deuenerit, eos apprehendere, seu apprehendi facere, quod si non potuerint, similiter id vniuersitatibus seu incolis, & habitatoribus vicinorum locorum ad quæ declinabunt, aut verisimiliter declinare poterunt, insinuare, & captos ad eorum Iudices ordinarios traducere, & tradere, sub similibus pœnis tenerentur, & deberent, de nouo statuit, ordinauit, inhibuit, & declarauit. Et similiter quibusuis dictæ sedis Legatis etiam de Latere, ac Nunciis, & Prouinciarum Rectoribus, necnon luis, & dictæ Romanæ Ecclesiæ Vicariis in temporalibus pro tempore existentibus, & præfatis Communitatibus omnem soper absolutionis homicidiorum huiusmodi per eum, & prædecessores suos ac sedem eandem, sub quauis forma,& verborum expressione concessam,approbatam,& innouatam auctoritatem, & facultatem reuocauit,cassauit, irritauit, & annullauit. Et si quando similes absolutiones per eum, & successores suos Romanos Pontifices, & sedem prælatam concedi contingeret,illas per iudices, & Officiales, ad quos pertineret, nisi trinæ literæ apostolicæ sub interuallo vnius mensis pro singulis literis huiusmodi cum expressa derogatione præsentium desuper emanarent, nullatenus admitti, vel obseruari voluit, prout in singulis literis prædictis plenius continetur.

Et Baronibus eos re cepstibus pœnas impositas vt ibid.
Quas impliauit Pius V. in const. 55 & Greg. 13. in sua const. 66.

Communitatesque & Barones locorum in quibus homicidia cōmittuntur decernit eos & eorum complices persequi & capere debere vt ibidem.
Imo Communitates eos non capien. et tenentur ad refectionem damnorū vt hic infra.

Facultatem quoque quibuscunque concessam tenore circa absolutionē homicid. vt ibid.

Cum autem statim vbi nos ad summi apostolatus apicem diuina cooperante prouidentia assumpti fuimus, ob earundem literarum non obseruationem in eisdem ciuitatibus, terris,& locis,ac etiam in alma Vrbe nostra varias dissensiones,discordias,& odia vigere,latrocinia,& homicidia, aliaq; nefandissima crimina perpetrari, ac præfatos Pium I I. Paulum,Sixtum,Iulium, Leonem, Clementem, ac Pium I I I I. prædecessores pro felici ac tranquillo statu & commodo personarum tam dictæ Vrbis quàm aliarum ciuitatum,terrarum, & locorum prædictorum, præmissa statuisse,ordinasse, & peregisse perspexerimus: Idcirco nos quoque eadem ratione quietis videlicet ac pacis moti,habita super his cum venerabilibus fratribus nostris eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura,ac de illorum vnanimi consilio & assensu singulas Pij I I. & Pauli, ac Sixti, necnon Iulij,& Leonis,& Clementis,& Pij I I I I. prædecessorum literas huiusmodi,cum statutorum, ordinationum,extensionum,ampliationum,reuocationum,cassationum,irritationum, annullationum,decretorum,confiscationum,incorporationum,applicationum,voluntatum,hortationum, requisitionum, & mandatorum,omnibusque & singulis aliis in eis respectiue contentis clausulis apostolica auctoritate prædicta tenore præsentium approbamus,confirmamus,& innouamus,illisque perpetuum, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, ac ab omnibus, et singulis quos illæ concernunt penitus ac sub prædictis per contrafacientes irremissibiliter incurrendis pœnis obseruari volumus atque decernimus,easdemque literas ad hoc,vt si homicidæ, sicarij, banniti in ciuitatibus,terris,castris,et locis prædictis cuiquam damna aliqua intulerint,ipsique damnis taliter illatis, à ciuitatum communitatibus,ac terrarum,castrorum,et locorum huiusmodi vniuersitatibus capti, et deprehensi nō fuerint sed taliter delinquentes impune euaserint,communitates,ac vniuersitates huiusmodi (præter hoc quod ad damnorum quorumcunque sic illatorum parti læsæ damnaque huiusmodi patienti,eorumque hæredibus plenariam restitutionem, et satisfactionem omnino teneantur) ad tantundem quantum damna illata huiusmodi extimata fuerint,Cameræ apostolicæ realiter et cum effectu persoluendum omnino sint astricti, auctoritate, et tenore præfatis extendimus,et ampliamus. Mandantes eisdem communitatibus, et vniuersitatibus quatenus ipsæ in virtute sanctæ obedientiæ, et sub maioris excommunicationis, ac aliis nobis, et pro tempore existenti

Hic auct. Pont. cōfirmat omnes prædictas const. Pij 2 Pauli 2 Sixti 4 Iul. 2 Leon X. Clem. 7. & Pij 4.

Communitatesque locorum in quibus banniti damnum alicui dederint & capti non fuerint decreuit teneri ad emendationem damni.
Ad quod vide cōst. & præcedentem Greg. 13. in sua 66.

Romano

Romano Pontifici beneuisis pœnis, eosdem sicarios, & bannitos in eorum ciuitatibus, terris, castris, & locis commorantes, seu per eas & ea transeuntes capere & ad populum conuocaodum, & coadunandum campanas pulsare, eosque sic captos ad carceres conducere, aut curiæ temporali consignare omnino teneantur. Quocirca dilectis filiis Vitellotio S. Mariæ in via lata Romanæ Ecclesiæ Camerario, & Cameræ præfatæ Thesaurario, Præsidentibus, Clericis, ac vniuersis, & singulis Legatis, & Vicelegatis Prouinciarum nostrarum, & aliis Rectoribus, ac Officialibus ciuitatum, terrarum, & partium prædictarum nobis, & dictæ sedi mediate, vel immediate subiectarum districte præcipiendo mandamus, quatenus præsentes literas solenniter in singulis prouinciis, ciuitatibus, terris, & locis prædictis publicari, necnon omnia & singula in eis conteota inuiolabiliter obseruari faciant & mandent. Contradictores quoslibet & rebelles, cuiuscunque status, gradus, & præeminentiæ fuerint, sententias, censuras, & pœnas præfatas damnabiliter incurrisse declarent, & declarationem huiusmodi per eos faciendam in libris maleficiorum conscribi, & annotari mandent, & faciant: Necnon capitales præfatas sententias à ministris iustitiæ absque alicuios incursu irregularitatis exequi procurent, ac realiter & irremissibiliter exigãt, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auailio brachij sæcularis. Necnon pro eaactione pœnarum pecuniarum huiusmodi contra communitates, & vniuersitates, ac in eorundem inobedientiũ io temporalibus dominorum vassallos propter eorum huiusmodi inobedientiam repræsalias concedant, necnoo & cum effectu eacqui faciaot. Attentius hortantes, & requirẽtes in domino Barooes, & Domicellos, ac in temporalibus dominos dicti regni, necnõn illius Prouinciarum, ciuitatum, & locorum Gubernatores, & Officiales pro tempore caistentes, vt præfatos homicidas, & fautores, & complices capiant, & capi procurent, captosque ad præsides nostrarum Prouinciarum, vnde ipsi homicidæ, fautores, & complices originem traxerunt, conduci, & eis realiter cõsignari similiter cum effectu faciant. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac omnibus illis quæ dicti prædecessores in præfatis eorum literis voluerunt non obstare, cæterisq; contrariis quibuscunq; : Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel eacommuoicari nõ possint per literas apostolicas nõ facientes plenam, & eapressam, ac de verbo ad verbum de indulto hmõi mentionem. & quibuscunq; aliis priuilegiis, indulgentiis, & literis apostolicis generalibus, vel specialibus super recipiendis bannitis, homicidis, & brigosis, ac aliis prædictis quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus noo expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habendà sit io nostris literis mentio specialis, quæ quo ad hoc cuiquam nolumus vllatenus suffragari. Volumus autem quod præsentes literæ nostræ postquam io valuis basilicæ Principis Apostolorum, & io Campo Floræ de Vrbe affixæ fuerint, omnes & singulos ciues Roman. & alios in Vrbe commorantes effluxis quindecim diebus, alias vero Duces, Comites, Marchiones, Domicellos, Barones, & alios temporales Dominos, & Vicarios, Communitates, & vniuersitates ciuitatum, terrarum. & locorum sedi præfatæ mediate & immediate subiectorum huiusmodi decurso mense arctent, & contrafacientes pœnas præfatas incurrant in omnibus & per omnia, perinde ac si eis omnibus, & singulis cõtrafacientibus personaliter, & particulariter intimatæ fuissent. Nolli ergo omnino hominum liceat hanc paginã nostræ approbationis, confirmationis, innouationis, adiectionis, decreti, extensionis, ampliationis, maodati, hortationis, requisitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, tertio Nonas Iulij, Pontificatus nostri Anno Primo.

Executorum deputatio & facultates.

Clausulæ derogatoriæ.

Forma, & effectus publ. Quam habes hic in fi.

Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Io. Card. Moronus Episcopus Portuensis.
Ego Io. Mi. Card. Saracenus.
Ego Io. Cardinalis Politianus.
Ego Io. B. Cicada Card. S.Clementis.
Ego B. Card. Tranen.
Ego Io. Card. Capisuccus.
Ego Ia. Card.Sabellus.
Egn M. Ant. Card. Columna.
Ego Ptolemæus Card.Comen.
Ego Aloysius Card. de Pad.
Ego Zacharias Card. Delphinus.
Ego Marcus Antonius Card. Bobba.
Ego Franc. Ab. Card. Const.

Ego Io. Aotonius Card. S.Georgij.
Ego Aloysius Card. Cornelius.
Ego Lu. Card. Simoneta.
Ego Ant. Card. Granuelanus.
Ego F. Cardinalis Paciecco de Toledo.
Ego Io. Fran. Card.de Gambara.
Egn Innicus Aua'us Card. Arag.
Ego Guido Card. Vercellen.
Ego Benedictus Lomellinus.
Ego G. Card. Sirletus.
Ego Hier. Card. Simoncellus.
Ego F. Card. Alciatus.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo seato, Indictione nona, die decimaseptima mensis Augusti, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno Primo, suprascriptæ literæ apostolicæ lectæ, affiaæ, & publicatæ fuerunt ad valuas basilicæ Principis Apostolorum, de Vrbe, & io acie Campi Floræ dimissis illarum copiis affixis per oos Bernardinum Andreutium, & Io. Andream Rogerium Apostolicos Cursores.

Publicatio

Iulius Parinus Magister Curs.

XIIII.

Exemptiones & Priuilegia Ordinum Mendicantium.

Alia Priuilegia concessit hic idem Pontifex infra in const. 38. Et si mendicantium & const. 45. Romanus, Quæ postea reducta fuerunt ad terminos iuris communis per Greg. 13. infra in const. 55. In tanta.

De Materia Mendicantium habes etiam sup. fol. 56. Mart. 5. const. 2. Viam & fol. 217. Leon. X. const. 57. Dum intra & infra in Greg. 13. const. 84. Exposcit, & in aliis constitutionibus infra citan.

De Materia autem Fratrum Minorum Conuentualium ordinis S. Francisci, omitto hic ponere concord. (licet promiserim in P. 3. const 61.) quia habes infra in const. 67. Illa nos cura.

De Materia Fratrum de Obseruantia ponam concord. in Greg. 13. const. 35. Ex benigna.

PIVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

DVM ad vberes, quos sacri mendicantium ordioes in agro dominico quotidie faciunt fructus attente respicimus, & attente considerationia indagine perscrutamur ipsorum religionis sinceritatem, & voluntariæ paupertatis habitum, in quibus sub humilitatis spiritu deuotum altissimo præstant famulatum, dignum quin potius debirum reputamus, vt illis ea libenter concedamus, per quæ semotis quibuslibet grauaminibus promptiores eiusdem altissimi inhæreant seruitiis. Hinc est quod nos volentes eosdem mendicantium ordines, & dilectos filios eorum fratres, & monachos, cæterasque personas, ac etiam moniales quaslibet eiusdem ordinis sub illorum cura degentes specialibus fauoribus, & gratiis prosequi, Motu proprio non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ea certa nostra scientia ac de apostolicæ potestatis plenitudine, quod ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus omnes & singuli mendicantium ordinum huiusmodi fratres, monachi, & dilectæ filiæ in Christo moniales seu sorores, ac aliæ vtriusque sexus personæ regulares vbilibet per totum Christianum orbem diffusi, & constituti, illorumque monasteria, cœnobia, domus, conuentus, Ecclesiæ, capellæ, oratoria, & alia loca etiam vnita, ac membra, & dependentia, necnon terræ cultæ, & incultæ, possessiones, prædia, agri, & alia omnia, & singula mobilia, & immobilia, ac se mouentia, & vbilibet, ac in quibuscunque rebus consistentia bona, necnon eorum in dictis bonis laboratores, coloni, arrendatarij, locatarij, & affictuarij, negotiorumque suorum gestores vniuersi quomodolibet nuncupati, nunc & pro tempore eaistentes in perpetuum, ab omnibus, & singulis exactionibus tam vrbanis, quàm rusticis, necnon datiis, gabellis, pedagiis, vectigalibus, collectis, impositionibus, & oneribus ordinariis, & eatraordinariis, ac tā realibus, quàm personalibus meris, & mixtis, etiam subsidio triennali, & augmento, ac focularibus, equorum taxis, militumque hospitiis, ac alias quibuscunque nominibus nuncupatis quauis auctoritate quomodolibet impositis, & imponendis, & quæ laicis ac aliis quibusuis quomodolibet imponi consueuerunt, & in futurum imponentur, ac ratione quarumcunque mercium, & rerum cuiuscunque generis, vel qualitatis existentium, tam per mare, & aquam dulcem quàm per terram vndecunque & quomodocunque pro tempore delatarum, necnon animalium quorumcunque mortuorum & viuorum, & quæ alias quomodolibet & ea quauis causa ac super quibuscunque rebus tam in alma Vrbe nostra quàm eatra eam vbilibet locorum eaiguntur, & in futurū exigentur, necnon à contributionibus, & solutionibus in illis faciendis, ac tam pro victu & vestitu, quam quocunque alio vsu suo tantum, ac tam emendo, quàm vendendo, & alias quomodolibet negociando, necnon etiam à solutione quadrantis pro singulis liberis carnium de animalibus, quæ nunc & pro tempore ex armentis occidi contigerit, necnon etiam quæ in suis ædibus prædiis & possessionibus priuatim detinent, & nutriunt, ac à contributione sumptuum, & expensarum quæ aliquando pro pontibus, viis, aquæductibus muris, mœnibus, aliisue machinis struendis, & reparandis, seu reficiendis, ac ciuitatum, terrarum, & locorum quorumcunque fortificationibus, necnon etiam alias in omnibus, & per omnia, ac tam in dicta Vrbe, quàm extra eam vbilibet penitus, & omnino liberi, immunes, & exempti, ac liberæ, & exemptæ, liberaque immunia & exempta sint, & esse censeantur, ac pro talibus teneantur, & reputentur. Quodque terræ, agri, possessiones & loca aratiua, vt præfertur in illis quæ aliquando pro pascuia animalium ad certum tempus reseruantur, nullatenus vnquam comprehendantur, nec comprehendi censeantur, ac etiam monasteria, cœnobia, aliaque omnia regularia loca prædicta, pro quorumcunq; militum tam equitum quàm peditum hospitiis, quemadmodum magno cum nostro dolore hucusque in plerisque locis factū comperimus, nequaquam assignentur, nec assignari debeant. Et insuper quod fructus, redditus, prouentus, introitus, & alia quecunque bona monasteriorum, cœnobiorum, & aliorum locorum regularium præfatorum ab aliis quam à Syndicis, & Procuratoribus religiosis fratribus, monachis, & monialibus, aliisque personis præfatis exigi, illa duntaxat in beneficium loci, vel sustentationem ipsorum religiosorum fratrum, & monialium expendi, nec per alios quoscunque quouis nomine censeantur, nec in alium quam præmissum vsum conuerti, seu expendi possint neque debeant, nisi de consensu superiorum illius loci, cui data, vel consignata, aut donata fuerint, sed da quem alias spectabunt, nec etiā soli tutores, aut curatores, seu protectores, & alio nomine Sanctesij, aut alias nuncupari, de eisdem bonis vllo modo disponere possint. Quodque idipsum etiam de eleemosynis, oblationibus, & quibuscunq; aliis donatiuis intelligi, & obseruari debeat, Apostolica auctoritate tenore præsentiū perpetuo statuimus, ordinamus, volumus, & declaramus. Necnon fratres, monachos, moniales, ac alias regulares per

Exēptio à datiis collectis, subsidiis, & hospitiis Militum.

Ista exemptio locum habet etiam si mendicantes bona immobilia in communi possideant vt infra in cōst. 45. Romanus.

De istis exēptionibus & solutione impositionū pro fortificationibus habes infra const. 166. & si ea quæ.

De exemptionibus ab hospitiis Militū habes infra i const. 192.

Cum sicut non.

sonas, eorumque monasteria, cœnobia, conuentus, ecclesias, capellas, oratoria, & alia loca, ac terras, possessiones, prædia, agros, & bona, necnon laboratores, colonos, arrendatarios, locatarios, affictuarios, ac gestores, prædicta, vt præfertur libera, immunia, & exempta eisdẽ auctoritate, & tenore facimus, ac fore & esse decernimus. Mandantes propterea dilectis filiis modernis, & pro tempore existentibus Cameræ Apostolicæ Camerario, Præsidentibus, & Clericis, ac Commissariis agentibus, & officialibus quibuscunque, vt omnibus & singulis tam virorum, quàm mulierum monasteriis mendicantium ordinum huiusmodi existentibus sub ditione nostra temporali mediate vel immediate constitutis, tantum sal quantum pro eorum vsu suffecerit singulis annis omni dilatione cessante, & cõtradictione remota contribuere, & assignare, ac cõtribui, & assignari facere debeant realiter, & cum effectu.

Sal Mendicantibus pro eorũ vsu detur gratis per Ministros R. Cameræ.

Districtius etiam in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ, ac excommunicationis maioris latæ sententiæ, ac duorum millium ducatorum auri de Camera pro vna basilicæ sancti Petri de Vrbe, & pro altera medietatibus singulis monasteriis, & locis præfatis quæ molestari, seu perturbari contigerit, irremissibiliter applicandorum pœnis eo ipso si & quoties contrafactum fuerit incurrendis, inhibentes tam illis, quàm dilectis filiis Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Potestatibus, Datiorum, Gabellarum, onerum, & aliorum præmissorum exactoribus, conductoribus, appaltatoribus, necnon quibusuis communitatibus, & vniuersitatibus illarumque officialibus, & personis aliisque quibuscunque ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, quatenus præmissa omnia & singula inuiolabiliter & perpetuo obseruent, ac ab omnibus obseruari faciant, neq; fratres, monachos, moniales, & alias religiosas personas aliosque supradictos super præmissis quomodolibet molestent, & perturbent, neque permittant per quoscunque quomodolibet molestarj, seu perturbari.

Cõtrauenientiũ pœna.

Et si quis contradicere, aut quouis modo contrauenire præsumpserit, per mandatum executiuum contra ipsum cuiuscunque dignitatis, status, ordinis, vel præeminentiæ fuerit, ipso facto procedi; Et sic per quoscunque iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungen. sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus.

Decretum irritans.

Quocirca venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, siue eorum Vicariis in spiritualibus generalibus, necnon dilectis filiis Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, ac Abbatibus, Prioribus Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Canonicis, & capitulis, ac aliis quarumcunque Ecclesiarum Prælatis, & personis, vbilibet, & in quibuscunque regionibus terris, & locis existentibus, ac aliis ad quos quomodolibet spectat & spectabit, per præsentes Motu simili mandamus, quatenus ipsi, & eorum quilibet per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcunque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte fratrum, monachorum, monialium, aliarumque religiosarum personarum præfatorum fuerint requisiti solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra illos, & eorum singulos statuto, ordinatione, voluntate, declaratione, constitutione, deputatione, mandato, inhibitione, decreto, aliisque præmissis pacifice frui & gaudere, non permittentes eos desuper per Camerarium, Præsidentes, Clericos, & Commissarios Cameræ huiusmodi, necnon Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, Collectores, Gabellarios, & Exactores prædictos, aut quoscunq; alios ad aliquam solutionem, contributionem, vel præstationem præmissorum occasione quomodolibet facienda quouis modo cogi, & compelli, aut alias contra præsentium tenorem quomodolibet molestari, perturbari, aut inquietari.

Executorum deputatio & facultates.

Contradictores quoslibet, & rebelles per prædictas aliasque opportunas censuras, & pœnas appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus censuras, & pœnas huiusmodi incurrisse declarando, interdictum Ecclesiasticum apponendo, inuocato etiam ad hoc si opus fit auxilio brachij sæcularis. Non obstan. fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & concilij generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium non extrahatur, ac omnibus illis quæ in contrarium per quoscunq; officiales, & quosuis alios, ac præsertim per officiales ciuitatis nostræ Bonon. & quosuis alios adducta sunt hactenus, & deducentur in posterum, ac adduci, & allegari possent, necnon quibuscunque litibus, & causis, tam in Rom. Cu. quam extra eam vbilibet, ac coram quibuscunque iudicibus etiam palatij nostri causarum Auditoribus, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardin. super præmissis inter quoscunq; quomodolibet pendentibus ac etiam instructis, & ad sententiam deductis, vel etiam à sententia terminatis, nisi in fauorem Ecclesiæ fuerint, Et præsertim quadam lite inter huiusmodi regulares, ac ciues, & communitatem dictæ Ciuitatis Bonon. in Romana Curia pendente, quas & quam, ac omnes processus, & scripturas productas, & producendas, ac Registra, & sententias vbiuis comparentes, & latas, ac ferendas ad nos auocamus, & penitus extinguimus cassamus, annullamus, & delemus, perpetuumque desuper silentium imponimus, Necnon quibusuis apostolicis, ac in prouincialibus, & synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus etiã contra exemptos quomodolibet editis, & edendis, ac etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis illis & eorum singulis, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarũ derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis ac insolitis clausulis irritantibusque & aliis decretis in genere & specie, etiam Motu simili & ea certa scientia etiam consistorialiter, & alias quomodolibet etiam iteratis vicibus in contrarium concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, contrariis quibuscunque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultũ quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Dat. Romæ apud sanctum Marcum sub annulo piscatoris, die vigesimanona Iulij, Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Clausulæ derogatoriæ.

F. de Torres.

XV.

Contra receptantes Homicidas,& Bannitos.

Ad quod vide hic supra const.13. Ex superiori fol.937. Cum ibi not.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

INDEFESSA pastoralis nostræ prouidentiæ sollicitudo,ad ea potissimũ diligenter intendit, per quæ omnes Christifideles,præsertim subditi,& S.R.E. deuoti.& peculiares filij,quiete, & pacifice viuere valeant. Vnde nos in his nostræ prouisionis remedium libenter adhibemus , ac pœnas adijcimus, vt,si nõ pacis cupidine,saltem formidine pœnæ, mandata Apostolica ad ipsorum subditorum nostrorũ tranquillitatem spectantia,debite seruentur,& alias desuper disponimus,prout in domino conspicimus salubriter expedire . Cum itaque (sicut non sine graui animi nostri molestia nuper accepimus) diuersæ status ecclesiastici , & dominij nostri temporalia personæ,posthabitis & neglectis constitutionibus , & mandatis , tam à nobis , quàm etiam alijs Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris emanatis,homicidas,rebelles,latrones publicos,grassatores,viarum ac in pœnam capitis bannitos,& alios facinorosos homines, in suis locis receptare , ac tenere, eisq; diuersimode fauere,consiliumq;,& auxilium præstare nõ reformident, in non modicum apostolicorũ mandatorum contemptũ plurimamq; eorundem subditorum nostrorum perturbationẽ,& offensionem : Nos igitur, ad quos pro vniuersalis nostræ administrationis munere,præcipue pertinet inconuenientibus hmòi, & scandalis, quæ exinde quotidie proueniunt omni diligentia nostra obuiare,in præmissis,quantum cum Deo possumus,opportune,matureq; prouidere volentes Motu proprio ; & ex certa sciẽtia , maturaq; deliberatione nostra,ac de apostolicæ potestatis plenitudine præter alias contra talia perpetrantes à nobis iam factas constitutiones , hac nostra perpetuo valitura sanctione,& constitutione statuimus,ordinamus,volumus,decernimus,& declaramus: Quod quicunq; subditi nostri,& ipsius Romanæ Ecclesiæ,cuiusuis status,gradus,ordinis,cõditionis, nobilitatis, & præeminẽtiæ existẽtes, etiam si Barones,Domicelli,& Feudatarij nostri fuerint,aliquos homicidas, rebelles, publicos latrones,grassatores viarum , ac in pœnam capitis bannitos , & quoslibet alios facinorosos homines, illorumq; adhærentes,fautores,& complices de cætero in suis locis receptauerint aut tenuerint , pœnis confiscationis omnium bonorũ,ac demolitionis domorũ suarum,& exilij perpetui vna cum totis eorum familiis, vltra alias pœnas tam in nostris , quàm eorundem prædecessorum nostrorum desuper confectis literis contentas (quas contrafacientes eo ipso incurrere volumus) per dilectos filios Gubernatores Officiales,ac Iustitiæ ministros Prouinciarum,ciuitatum,terrarum,& locorum nobis, & dictæ Romanæ Ecclesiæ subiectorum (quibus vt præsentes nostras literas omnino exequantur,sub indignationis nostræ pœna,districte præcipimus) irremissibiliter afficiantur,plectantur,& puniantur,afficiq;,& puniri debeant . Qui vero præfatos homicidas,rebelles, publicos latrones,viarum grassatores,in pœnam capitis bannitos,& facinorosos homines, hucusq; in locis suis receptauerint,aut tenuerint,in exilium vna cũ ipsorum familiis, ad varia loca per ipsos Gubernatores, Officiales ac Iustitiæ ministros declaranda,& statuenda (data per eos idonea cautione de hmòi exilio seruando) mittantur,& relegentur. Decernentes præterea,super præmissis procedi posse per accusationem,delationem, inquisitionem,& alio quouis modo,Sicq; per quoscunq; Iudices,& Commissarios quauis auctoritate fungentes , etiam S. R. E. Cardinales,in quauis causa,& instantia (sublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate,& auctoritate) iudicari,& diffiniri debere,necnon irritũ , & inane quidquid secus à quoquã quauis auctoritate,scienter vel ignoranter contigerit attentari . Non obstantibus,constitutionibus,& ordinationibus apostolicis,& etiã iuramento,cõfirmatione Apostolica,vel quauis firmitate alia roboratis statutis,& consuetudinibus,priuilegiis quoque, indultis,& literis apostolicis,quibusuis in genere, vel in specie quomodolibet cõcessis,confirmatis,& sæpius innouatis (quibus omnibus etiã si de illis,eorumq; totis tenoribus,specialis, specifica,expressa,& indiuidua mentio habenda esset,eorũ tenores, ac si de verbo ad verbũ insererentur,præsentibus pro sufficienter expressis habẽtes,illis alias in suo robore permansuris,hac vice duntaxat,ad effectũ præsentium,specialiter & expresse derogamus) cæterisq; contrariis quibuscunq. Cæterum quia difficile foret præsentes literas ad singula quæq; loca,in quibus opus fuerit,deferri,volumus etiã ac decernimus, quod earũ transumptis etiã impressis,manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio,& extra adhibeatur,quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ,vel ostensæ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ ordinationis,declarationis, statuti, præcepti,decreti,voluntatis,& derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire . Si quis autem hoc attentare præsumpserit,indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum . Dat. Romæ apud Sanctum Petrum , Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, decimo octauo Kal.Septembris,Pontificatus nostri Anno Primo.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Registrata Apud Cæsarem Secretarium.

Ma'ior constitutiones alias fuerunt contra homicidas & bannitos,eorumque receptatores vt habes hic supra pios. in cõst.13. ex superius 937

Hic Pont. modo alias pœnas imponit eis qui deinceps bannitos eorumq; complices receptabunt. Ad quod vide & Greg. 13 const. 56.

Et eos qui hucusque illas receptarunt in exiliũ cum eorũ familijs mitti iubet. Et cõtra eos procedi ab officialibus etiam per inquisitionem &c. Decretum irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

XVI.

Constitutiones editæ contra Homicidas,& Bannitos,eorumque receptatores,complices,& fautores, singulis annis in publico Consilio legi & in Archiuio custodiri debent à Communitatibus locorum S. R. E. mediate vel immediate subiectorum.

Has const. indicaui sup. fol.937. nu.13. Ex superiori.

PIVS Papa V. ad perpetuam rei memoriam.

CVM nos nuper pro nostri Pastoralis officij sollicitudine ad pacem , & quietem in vniuerso statu nostro ecclesiastico inducendam.& conseruandam,mala extirpanda,ac ciuitates,terras,& loca nostra sicarius & aliis nefariis hominibus expurganda quasdam nostras sub plumbo desuper confectas literas

contra

contra homicidas, bannitos, & alios facinorosos, eorumque receptatores, adhærentes, & fautores publicari fecerimus, volentesque literas huiusmodi ab omnibus, quos ipsæ concernunt, inuiolabiliter obseruari, nec inobedientes vllo modo se se excusare possint, Motu proprio, & ex certa scientia, maturaque deliberatione nostra auctoritate apostolica tenore præsentium statuimus, ordinamus, ac sub indignationis nostræ, & mille ducatorum Cameræ apostolicæ applicandorum per contrafacientes eo ipso incurrendis pœnis districte præcipimus, & mandamus, Quod quælibet Communitas, Vniuersitas, & populus quarumcunque ciuitatum, oppidorum, terrarum, castrorum, & locorum nobis & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiectorum, statim cum dictæ nostræ literæ, siue earum transumptum impressum ad eos peruenerint, conuocato eorum publico consilio in præsentia officialium, sindicorum, & curam maleficiorum habētium, eas ibi alta, & intelligibili voce etiam vulgari sermone illas declarando, vt melius, & facilius ab omnibus percipi possint, legi facere, & deinde in eorum Archiuio publico diligenter custodiri curare omnino debeant: Ac successiue singulis annis in principio cuiuslibet anni perpetuis futuris temporibus similiter, vt præfertur, easdem literas in eorum publico consilio legendo reiterare teneantur. Quod si (quod non credimus) ab aliquibus prætermissum, vel contrauentum fuerit, volumus, & sub excommunicationis, & aliis arbitrij nostri pœnis etiam mandamus, quod loci Gubernator, Rector, & qualibet alius Iustitiæ minister quocunque nomine nuncupatus, contra statutum, & ordinationem nostram huiusmodi non obseruantes ad executionem pœnarum prædictarum sine mora irremissibiliter procedat, vt quos obedientiæ bonum ad mandatis nostris parendum non adducit, pœnarum saltem metus à contraueniendo absterreat. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Præterea volumus præsentium literarum transumptis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis plenam, & indubiam fidem æque ac originalibus ipsis adhiberi debere. Datum Romæ apud sanctum Marcum sub annulo Piscatoris, Die quarta Septembris, Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Hic Pont. edidit const. cōtra bannitos eorumque fautores & cæt. quā habes sup. fol. 937. n. 33. & ibi not.

Communitates legant in consilio dictas const. anno quolibet & in Archiuio custodiant.

Contrauenientium pœnæ.

Cæ. Glorierius.

XVII.

Reuocatio facultatum concessarum Græcis, latino more & Latinis, græco ritu celebrandi Missas & alia diuina officia.

De Materia celebrandi Missas habes sup. in const. 4. Sanctissimus fol. 92 4. vbi notaui.

De Materia Græcorum vide infra in Greg. 13. const. 48. In Apostolicæ.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

PROVIDENTIA Romani Pontificis plurimum circumspecta nonnunquam ea quæ certis suadentibus causis per eius prædecessores gesta sunt, ex aliis non minus rationabilibus causis alterat, & ad pristinum statum reducit, prout æquitas suadet, & in domino conspicit expedire. Sane cum ad notitiam nostram peruenerit, quod nonnulli presbyteri tam Græci, quàm Latini antiquum S. R. E. ritum tam in celebratione Missarum, quàm aliorum diuinorum officiorum peruertere satagentes, diuersas licentias, & facultates missas, & alia diuina officia Græci Latino more, ac Latini Græco ritu celebrandi ab apostolica Sede, vel eius Legatis, ac etiam maiore Pœnitentiario pro tempore existente variis prætextibus impetrarunt, illisque iampridem vtuntur, hoc ab antiquo catholicæ Ecclesiæ instituto, sanctorumque patrum decretis deuiare considerantes, propterea hunc abusum ab Ecclesia Dei extirpare, & submouere volentes, omnes, & singulas licentias, & facultates huiusmodi hactenus etiam Motu proprio vel quorumuis etiam Imperatorum, Regum, & aliorum Principum contemplatione, & ex quibusuis causis quomodolibet concessas, ac Apostolicas & alias literas desuper confectas, illarum omnium tenores pro sufficienter expressis habentes, Apostolica auctoritate ex certa scientia hac præsenti nostra perpetuo valitura constitutione reuocamus, cassamus, annullamus, & irritamus, quibusuis presbyteris tam Græcis, quàm Latinis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ, ac perpetuæ suspensionis à diuinis pœnis districtius inhibentes, ne deinceps presbyteri Græci præcipue vaorati Latino more, & Latini Græco ritu, huiusmodi licentiarum, & facultatum, aut alio quouis prætextu Missas, & alia diuina officia celebrare, vel celebrari facere præsumant. Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ omnibus & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis quatenus in ciuitatibus, & dioecesibus propriis præsentes nostras literas publicari, & sub prædictis, & aliis sibi beneuisis pœnis per quoscunque Prælatos, Capitula, Clericos, Fratres, Superiores, & personas quaslibet inuiolabiliter obseruari faciāt. Contradictores quoslibet auctoritate Apostolica compescendo. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon ecclesiarum, monasteriorum, conuentuum, domorum, & aliorum locorum quorumcunque etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis, statutis consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis eisdem ecclesijs, monasteriis, domibus & locis, illorumque capitulis, conuentibus, superioribus, & personis, ac ordinibus sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis etiam ad Imperatorum, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principū instantiam, aut eorum contemplatione, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac alias quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, illorum tenores pro expressis habentes, specialiter, & expresse derogamus, illaque quoad præmissa cassamus penitus, & annullamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem quod præsentes literæ ad valuas beati Petri Apostolorum Principis, & Cancellariæ nostræ, ac in acie Campi Floræ publicentur, & inter constitutiones extrauagantes perpetuo valituras conscribantur. Et quia difficile foret præsentes ad singula quæque loca deferri, volumus, & etiam declaramus quod earum transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij subscriptis, ac sigillo alicuius prælati munitis eadem prorsus fides vbicunque adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum

Reuocatio facultatum concessarum Græcis celebrandi ritu latino, & latinis ritu Græco.

Episcopi & alij faciant in eorū diœces. publicari & obseruari hanc const.

Clausulæ derogatoriæ.

Forma, & effectus publ. Quare habes hic in 6.

liceat hanc paginam nostræ reuocationis,cassationis,annullationis,irritationis,mandati, inhibitionis, derogationis,& voluntatis, infringere,vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, tertiodecimo kal. Septembris,Pontificatus Nostri Anno Primo.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, Indictione nona, die vero veneris vigesima mensis Septembris, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ Quinti anno eius primo præsentes retroscriptæ literæ affixæ & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe,ac Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ per nos Bartholomæum Sottocasa,& Io. Andream Rogerium præfati S. D. N. Papæ Curs.

Nicolaus de Matthæis Mag. Cursorum.

XVIII.

Serui, siue sclaui baptizati ad Senatus Cameræ Vrbis officium & Conseruatores pro libertate confugientes,consequuntur libertatem,ac ciues Romani efficiuntur.

Hoc idem voluit Paul.3. sup.in const.2.Nouimus fol.357.Sed postea reuocauit in const.56.Cum sicut fol.469.

PIVS Papa V. Motu proprio &c.

DIGNVM, & rationi congruum esse videtur, vt ea quæ ex veteri instituto Officium Senatus Cameræ Vrbis,& ipsius Conseruatores consueuerunt,vel alias illis concessa existunt, munimine apostolicæ superioritatis in posterum roborentur,& in vsum,si adhuc non existant,reducantur. Nos siquidē, qui etiam in minoribus cōstituti semper, & continue Romanum Populum paterno dilectionis amore prosecuti sumus,& ipsius priuilegia,ea maxime quæ Christiano Populo necessaria & vtilia esse videntur confirmare desideramus, fæl. rec. Pauli Papæ III. prædecessoris nostri,qui per suas in forma breuis literas, ipsos Conseruatores & Populum in facultate & priuilegio mancipia quæque sclauos vulgariter nuncupata,qui Baptizati,& Christiani prius facti fuerint,ad Senatus Cameræ ipsius Vrbis officium, ac illius Conseruatores pro eorum libertate confugientia,prout ex veteri consuetudine hactenus,vt ipse prædecessor narrauerat, Conseruatores præfati tū ex speciali priuilegio Pontificali,tū imperiali potestate ab aspero seruitutis iugo liberandi facultatē habuerant, etiam si lapsu temporis deperdita fuissent,reintegrauit,vestigiis inhærendo,Motu simili,& ex certa nostra sciētia,ac de apostolicæ potestatis plenitudine eosdem Conseruatores pro tempore existentes speciali fauore prosequentes,ac literas apostolicas Pauli prædecessoris,ac si de verbo ad verbum insererentur pro expresis habentes, illasque in totum iuxta illarum tenorem confirmantes, ipsos Conseruatores, ac officium Senatus Cameræ Vrbis in iurisdictionem, facultatem, & potestatem mancipia quæcunque sub iugo seruitutis quomodolibet alligata ad huiusmodi senatus Cameræ Vrbis officium pro tempore existen. ac ipsius Vrbis Conseruatores confugientia,ac libertatem acclamantia, pro eosdem Conseruatores libertate donare,& Romani Ciues,liberiq; homines effici possint,prout ipse Paulus prædecessor reintegrauerat,reintegramus, ac pro potiori cautela de nouo damus,concedimus,& gratiose impartimur. Itaque mancipia seu sclauos eadem, quæ ab eisdem in posterū liberabuntur,pro liberis hominibus,& Romanis ciuibus in omnibus, & per omnia vbique haberi, teneri, & reputari debere, Dantes & concedentes eisdem mancipiis sic vt præfertur ab eisdem Conseruatoribus liberatis facultatem in iudiciis contra quascunque personas standi,contrahendi,testandi,& alia faciendi,quæ cæteri ciues Romani liberi homines facere consueuerunt,& faciunt,& ea in omnibus,& per omnia habere, & libera esse decernimus,volumus,& mandamus;ac ex nunc prout ex tunc,& econtra omni iuri cuiuslibet statutorum, consuetudinum,& aliorum contrariorum rigore penitus reiectis liberamus, Et sic in premissis omnibus per quoscunq; tam ordinarios,quàm delegatos etiam quacunque iurisdictione fungentes iudices, & personas, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi,sententiandi, & diffiniendi facultate,potestate, & auctoritate, iudicari, sententiari,& diffiniri debere, ac quicquid secus scienter, vel ignoranter contra præsentium tenorem fieri, & attentari contigerit,irritum, & inane decernentes. Non obstantibus Motu proprio & seu literis forsan desuper per viam decreti vel alias per dictum Paulum prædecessorē sub, Dat. Romæ apud sanctum Petrum Quinto Idus Nouembris,Anno Pontificatus sui Quintodecimo.supradictarum suarum literarum in forma breuis etiam forsan ad instantiam dicti Populi Romani decretis,derogatoriis, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis,necnon dictæ Vrbis etiam iuramento,confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus,reformationibus,& decretis,ac quibusuis priuilegiis,indultis, & literis apostolicis in genere vel in specie per quoscunque alios Rom. Pontifices prædecessores nostros tam sub plumbo, quàm in forma breuis sub quibuscunque tenoribus,& formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis etiam irritantibus, & aliis in contrarium quomodolibet concessis,approbatis,& innouatis.Quibus omnibus,tenores illorum,ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso insererentur præsentibus pro sufficienter expresis habētes, illis alias in suo robore permansuris hac vice dutaxat specialiter,& expresse derogamus,ac omnibus illis,quæ dictus prædecessor voluit non obstare,cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem quod sola signatura præsentium sufficiat,& vbique in iudicio,& extra fidem faciat,regula contraria non obstante,seu si videbitur,literæ desuper per breue nostrum seu sub plumbo,aut alias prout melius videbitur expediri possint. Et quo ad illos seruos duntaxat,qui antea vt præfertur sacro baptismatis lauacro mediante,Christiani facti fuerint, & nō de aliis. Datum Romæ apud Sanctum Marcum Quinto Idus Septembris Anno Primo.

Paul.3.reintegrauit facultatē conseruator. Vrbis, libertate donandi,sclauos ad eos pro libertate cōfugientes vt in eius const.2. fol. 357.

Hic Pont. eandē facultatem confirmat.

Et ita iudicari mandat.

Derogatq; alteri constit. Pauli 3. quam habes supra nu. 56. fol. 469.

Clausulæ derogatoriæ.

Sola signatura sufficit.

Declaratio costitutionis vt procedat quo ad sclauos antea baptizatos.

Confirmatio

XIX.

Confirmatio Statutorum, & Priuilegiorum nobilis artis agriculturæ Vrbis, & iurisdictionis Dominorum Consulum.

Priuilegia autem exercentium huiusmodi artem in districtu Vrbis, vide supra in Clem. 7. consti. 4. Ad sacram fol. 283. & infra proxime in consti. 21. Cupientes.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

PIA deuotio, & assidua cura, & diligentia, quas dilecti in Christo filij Consules, & Collegium nobilis, & antiquæ artis Agriculturæ Vrbis, erga nos, & sanctam Sedem Apostolicam Almamque Vrbem nostram indesinenter exhibent, nos inducunt, vt quæ ad dicti Collegij conseruationem, & augumentum fore dignoscimus liberaliter, & proprio motu concedamus. Cum igitur dilecti filij prædicti nuper antiquissima eorum statuta id vsu exigente emendauerint, & suppleuerint, multaque etiam de nouo, quæ ad necessariam dicti Collegij, ac iurisdictionis Consulum ipsius Collegij conseruationem, & augumentum necessaria visa fuerunt, statuerint, & addiderint, quæ omnia diligenter inspici, & emendari mandauimus, prout inspecta, & emendata fuerunt. Nos igitur attendentes quod opera, cura, diligentia, & impensa prædictorum dilectorum filiorum, Deo Optimo Maximo fauente factum est, vt Ciuitas nostra, quæ retroactis temporibus mari inuecto, & vndique perquisito frumento indigebat, nostris felicissimis temporibus non solum frumento abundet, sed etiam quod plus est vicinis, & exteris terra, marique iam agri Romani frumentum subministrari possit prout sæpissime subministratum fuit, & quod non minus est aer nostræ Almæ Vrbis ex assidua agrorum cultura siluarum, & nemorum extirpationem palustriumque locorum exiccatione factus est tutior, clementior, & salubrior, & considerantes quod qui agrorum culturæ incumbunt non debent litibus, & per diuersa Tribunalia trahi ne forte a cultura propter liter, dum eorum prosequi cupiunt retrahantur, ac etiam attendentes, quod de rebus spectatibus ad artem nullus magis, quàm ipsi de arte cognoscere, & terminare valent: cupientesque dictum Collegium, illiusque Consules, & eorumdem iurisdictionem amplioribus gratijs, & fauoribus prosequi, eosdem dilectos filios a quibuscunque censuris ad effectum validitatis præsentium absoluentes, & absolutos fore censentes. Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine statuta prædicta sicut prædictam est reformata, & emendata, & suppleta tenore præsentium approbamus, confirmamus, & emologamus, eisdemque nostrum, et Sedis Apostolicæ robur adijcimus, eaque auctoritate prædictis inter homines de arte prædicta, deque rebus spectantibus ad artem, iuxta eorundem statutorum declarationem cuiuscunque status, gradus, et conditionis existant etiam si clerici et curiales Romanæ Curiæ sequentes, aut quocunque alio priuilegio muniti existant seruari volumus, & mandamus, eosdemque dictis Consulibus, eorumque iurisdictioni pro rebus spectantibus ad artem supponimus, subijcimus, & submittimus. Et sic per quoscunque Iudices tam ordinarios, quam delegatos iudicari, decerni, & diffiniri volumus, & mandamus, sublata aliter iudicandi, & interpretandi facultate. Irritum quoque, & inane decernen. quicquid in contrarium contigerit attentari. Volumus autem quod de subreptione, & obreptione, aut intentionis defectu, præsentis nostri Motus proprij quouis modo opponi non possit, attento quod Motu proprio. Non obstan. præmissis, ac quibuscunque priuilegijs, & indultis etiam quibusuis personis, ac iudicibus ordinarijs, siue delegatis etiam Dohanerijs Almæ Vrbis respectu affidatorum damnum dantium in segetibus, & casalibus Vrbis per nos, & quoscunque Romanos Pontifices editis, quorum omnium priuilegiorum, & indultorum tenores hic pro sufficienter expressis, perinde ac si de verbo ad verbum inserta, & expressa forent, haberi volumus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Et quod præsentium sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat, attento quod in Vrbe.

Commendatio nobilis artis Agriculturæ Vrbis.

Confirmatio statutorum eiusdē artis.

Iurisdictio Dominorum Cōsulum eiusdem artis.

Decretum irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

Sola signatura sufficit.

Fiat Motu proprio. M.

Datum Romæ apud sanctum Marcum quinto id. Septembris Anno primo.

XX.

Facultates Vicarij Papæ circa executionem obligationes in forma Cameræ, ac Ripæ, & Ripettæ, quo ad personas Ecclesiasticas, & pia loca, & eorum bona, non obstantibus facultatibus a Pio IIII. concessis Auditori Cameræ.

De materia Iurisdictionis Vicarij, vide sup. Clem. 7. consti. 53. Licet Ecclesiarum. fol. 322. Vbi notaui.

De materia autem Iurisdictionis Auditoris Cameræ, ponam infra in Greg. 13. consti. 55. Ad generis.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

CONSIDERANTES varia dispendia, & incommoda quæ ecclesijs, monasterijs, & alijs pijs locis illorumque Rectoribus, Abbatibus, Archipresbyteris, Prioribus, Præpositis, & alijs beneficiatis in alma Vrbe cōsisten. inferuntur, si ad diuersa Tribunalia Vrbis euocari, & propriū Vicarij nostri in dicta Vrbe Tribunal deserere cogantur, & ob id sæpe iura, & instrumenta, munimēta, & scripturæ bonorum eisdē ecclesijs, monasterijs, & locis pijs deperduntur in detrimentū eorundē: Idcirco indemnitati eorū consulere prout tene-

Causa huius constitutionis.

mur

Facultates A. C. per Pium 4. in eius constit. 120. fol. 849. non impediunt Vicarij iurisdictionē circa executionem oblig. in forma Cameræ, quo ad personas Ecclesiasticas, & loca pia.

Decret. irritans. Sola signatura sufficit. Clausulæ derogatoriæ.

mur, & occurrere volentes, per facultatē, & potestatē dilecto filio Alexandro Riario causarū Cameræ apostolicæ Auditori per fel. rec. Pium Papam IIII. prædecessorē nostrū sub varijs concessionibus concessam, & attributam quarum omnium tenores hic pro sufficienter expressis etiam cum illarum Dat. haberi seu inseri posse volumus, & decernimus potestati, & iurisdictione Dilecti filij nostri Iacobi tituli Sanctæ Mariæ in Cosmedin presbyteri Cardinalis nostri in alma Vrbe eiusque districtu Vicarij Generalis circa personas Ecclesiasticas, loca pia, illorumque bona quæ iurisdictioni præfati Vicarij subsistunt, etiam si inter contractus cum solita obligatione in forma Cameræ, seu Ripæ, & Ripettæ interuenerint, aliquod præiudicium factum non fuisse, sed quod idem Vicarius Cardinalis in omnibus, & per omnia procedere possit quo ad personas, & bona præfata prout ante eum cæteri Vicarij tempore quondam Franciscus Albericus, & alij eiusdem Cameræ Auditores prædecessores in dicto Auditoriatus officio tunc fungebantur procedebant, tenore præsentium auctoritate Apostolica declaramus, & sic per quoscunque, &c. sublata, &c. irritum quoque, &c. Solamque præsentis nostri Motus proprij singnaturam in iudicio, & extra etiam absque illius registratura fidem facere, regula contraria non obstan. decernimus. Non obstan. constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, & facultatibus, & indultis eidem Auditori Cameræ concessis, cæterisque contrarijs nequaquam obstantibus.

Placet Motu proprio M.

Dat. Romæ apud Sanctum Marcum pridiæ Idus Septembris Anno primo.

XXI.

Priuilegia exercentium nobilem artem Agriculturæ in districtu Almæ Vrbis, blandaque ad Vrbem deferentium, & pœnæ eos impedientium, vel frumenta vltra vsum familiæ, & absque licentia ementium, ad effectum ea carius vendendi.

Ad quod vide etiam Clemen. 7. constitu. 4. Ad sacram fol. 283. & Grego. 13. constitu. 53. Volentes.

Priuilegiorum, & Statutorum artis Agriculturæ & DD. Consulum Iurisdictionis coofirmationem habes supra prox. in const. 19. Pia deuotio f. 949.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

CVPIENTES pro commisso nobis Apostolico munere omnibus regimini, ac curæ nostræ subiectis populis non modo spiritualia fideliter, vt debemus, dispensare, sed in temporalibus etiam quantum cum Deo possumus salubriter prouidere, nullam prætermittimus diligentiam pro pauperum qui sub hoc nostro temporali gubernio viuunt subleuandis necessitatibus, ac potentiorum oppressionibus propulsandis. Hinc est quod quum ad rei frumentariæ negocium, quod præcipua pro eorundem pauperum substentatione & victu cura eget, animum nostrum intendimus, summopere nobis laborandū cognoscimus, vt fraudibus quæ in dies Annonæ à ditioribus fiunt, quo carius eam vendant, omni studio, ac diligentia prouideatur. Intelligentes itaque non sine animi nostri molestia diuites ipsos, ac potentes non modo propria ipsorum frumenta, bladaque quæ ex prædijs suis, propriaque Agricultura colliguot in horreis recondere, ac conclusa supprimere, & donec illorum pretium pro eorū auaritia adauctū conspiciant, ab omni prorsus venditione abstinere; verū etiam a laboratoribus, operarijsque proprijs, ac etiam subditis (si Barones sint) illud vili pretio comparare donec tantā vndique tritici copiam cummularint, vt pauperes, qui aliunde frumentum venale non reperiunt, necessitate ducti ab eisdem diuitibus, & Baronibus eo pretio emere cogantur, quod venditorum ipsorum auaritia affectauerit. Quinimo eos etiam qui ad Vrbem hanc nostram quo vndique ex omnibus mundi partibus Christifideles confluunt, frumenta, bladaque prædicta importare cupiunt, omni via, & ratione impedire, ac retardare præsumunt contra summorum Pontificum prædecessorum nostrorum decreta ordinationesque, & in maximum etiam animarum suarum periculum. Nos præmissis remedium aliquod opportunum adhibere omnino volentes, in primis diuites prædictos omnes, ac Barones hortamur in domino, & monemus, vt dei largitatem in se ipsos agnoscentes, pauperibus benigniores in posterum sese præbeant, atque huiusmodi detestabili frumentario quæstu prorsus abstineant, memores scriptum esse, quod qui abscondit frumenta maledicetur in populis benedictio autem super caput vendentium. Quod si propria frumenta, quæ ipsis vltra vsum eorum supersunt debitis temporibus, prout certe deberent, vendere detrectant, at saltem ab alienorum emptione, & illicita negociatione abstineant, & quam Dei benignitas populis fertilitatem anni concedere dignatur, eam ipsi inuidiose perturbare non præsumant. Quod si tam à prædictis emptionibus frumentorum, quàm ab impediendo subditos eorum, aliosque ad Vrbem Romam frumenta, bladaque omnia deferentes imposterum non abstinuerint, sciant se pœnas in constitutionibus Romanorum Pontificū prædecessorum nostrorum, præcipueq; Clamentis VII. pro abundantia rei frumentariæ, & Agriculturæ exercendæ, anno a natiuitate Domini nostri Millesimo quingentesimo vigesimotertio, decimo Kal. Martij, editis incursuros, quas quidem prædecessorum nostrorum dispositiones præsenti nostra perpetuo duratura constitutione in hac parte innouamus: Declarantes insuper omnes cuiuscunque generis, qualitatis, & conditionis fuerint, qui frumentum, aliaque blada vltra vsum familiæ suæ animo, & intentione illa carius vendendi emunt sine licentia in scriptis ab ordinario Annonæ pro tempore obtenta, quam tamen rationabili de causa tantum, & gratis omnino concedi volumus, non modo pœnas amissionis ipsius frumenti, & bladorum, & alias pecuniarias ab ipso ordinario pro tempore impositas incursuros: sed etiam Dei omnipotentis maiestatem summopere læsuros, grauiterque in eo peccaturos. Barones vero, & alios dominos, terrarumque vniuersitates omnesque alios nobis, & Sanctæ Sedi Apostolicæ mediate, vel immediate subiectos cuiuscunque status, aut conditionis extiterint, etiam si Episcopali, Metropolitana, Patriarchali, & Cardinalatus etiam dignitate præfulgeant qui subditorum suorum frumenta, aliaque blada, vltra vsum, & necessitatem suam, & familiæ suæ emerint, quique accedentes ad Vrbem cum frumentis

Causa huius constit.

Prohibitio impediendi deferentes ad Vrbem frumenta, & blada, & ea emendi vltra vsum familiæ & absque licētia animo carius vēdendi.

Ampliationē, & declarationē, vide infra i Greg. 13. const. 53. Volentes.

alijsque

alijſque rebus ad victum neceſſarijs directe, vel indirecte impediunt, vel remorantur, pœnas in dicta Clementis Septimi prædeceſſoris noſtri conſtitutione expreſſas incurſuros, videlicet priuationis feudorum, ſuſpenſionis excommunicationis, & interdicti iuxta tenorem, & formam prædictæ conſtitutionis aliorumque in ea expreſſarum quas in hac parte per præſentes noſtras innouamus, & earum tenores hic pro ſufficienter expreſſis haberi volumus. Vt vero facilius, commodiuſque omnes poſsint ad Vrbem hanc noſtram frumenta, bladaque libere conuehere, eos vt præfertur dicta de cauſa ad Vrbem accedentes, ab omni pedagio, gabella aut onere quocunque pro dictis frumenti, bladorumque comportatione eximimus, ac liberamus, immunesque, & exemptos eſſe, ac fore perpetuo declaramus. Mandantes omnibus tam vniuerſitatibus terrarum quàm Gubernatoribus, Rectoribus, alijſque dominis oobis, ac Sanctæ Sedi Apoſtolicæ mediate, vel immediate ſubiectis quocunque titulo, vel dignitate præfulgeant, etiam ſi S. R. E. Cardi. exiſtant. ne prædictorum frumentorum, aliorumque bladorum ad Vrbem venientium occaſione quicquam ſolui ab ipſis vectoribus faciant, aut quoquomodo in Ciuitatibus, Terris, ac Locis regimini eorum ſubiectis dicta de cauſa ſolui permittant, aut patiantur, ſub pœnis ſupradictis, alijſque arbitrio noſtro declarandis. Volumus etiam quod venientes ea de cauſa ad vrbem videlicet ad frumenta, bladaque prædicta conuehenda, tuti omnino ſint ab omnibus ciuilibus executionibus, tam pro eorum debitis, quàm pro Cameralibus quibuſcunque exactionibus, & repræſalijs quacunque de cauſa, & contra quoſcunque decretis, ſeu decernendis: irritum, & inane decernentes quicquid contra, & aduerſus prædictos, ſeu eorum animalia, & res quas ſecum prædicta de cauſa detulerint, tam in accedendo ad Vrbem, ibique commorando per biduum ad effectum vendendi ea, quæ attulerint, quàm etiam in redeundo ad eorum ſolitam habitationem, executum, vel quoquomodo attentatum fuerit. Inhiben. omnibus cuiuſcunque generis executoribus, ſeu curiæ miniſtris, ne prædictos dicta de cauſa ad Vrbem accedentes ibique, vt præfertur commorantes, ſeu inde diſcedentes moleſtare præſumant ſub pœnis arbitrio Præfecti Annonæ pro tempore infligendis. Eos etiam qui agriculturam ipſam pro communi bono laudabiliter intra XL. ab Vrbe milliarium exercent dignis fauoribus, & priuilegijs proſequi volentes, tam meſſium quàm ſeminum tempore, dum ſcilicet colligendo, vel ſeminando tritico veriſimiliter occupantur, ab omni ſupradicta executione, etiam ſi ex obligatione in forma Cameræ proceſſerit, tutos omnino, ac ſaluos fore, & eſſe declaramus, dummodo aliunde quàm ex agriculturæ fructibus ſoluere non poſsint. Boues vero aratorios, omniaque inſtrumenta ad agriculturam neceſſaria non ſupradictis temporibus tantum, ſed perpetuo pro quauis ciuili obligatione auferri, aut alia ratione impediri prohibemus. Declarantes inſuper in tacitis quibuſcunque hypothecis a quacunque quauis de cauſa inductis prædictos boues aliaque inſtrumenta prædicta minime comprehenſa fore. Et in ſumma prædictis rebus agriculturæ inſeruientibus, tamquam commoditatis imo neceſsitatis publicæ inſtrumentis omnia priuilegia concedentes, quæ bonis dotalibus de iure conceſſa eſſe reperiuntur, Sicque per quoſcunque iudices, &c. irritum, & inane, &c. Quæ omnia, quo fidelius ab omnibus obſeruentur, volumus Dilectos filios noſtros Ludouicum Simonetam, Marcum Antonium Amulium, & Vitellotium Vitellium Camerarium S. R. E. Card. ea quam ipſorum grauitatem, & virtutem decet diligentia curare. Dantes eis in præmiſsis plenam, & omnimodam facultatem, & eam quam nos ipſi habemus poteſtatem pro præmiſſorum executione, obſeruantiaque, cum poteſtate declarandi, & decidendi ſi quid in præſenti noſtra conſtitutione, declaratione, aut definitione egere videbitur. Non obſtaotibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, necnon vrbis, Terrarum, Oppidorum, & villarum quarumcunque iuramento confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate, alia roboratis ſtatutis conſuetudinibus, reformationibus & decretis, priuilegijs quoque, & indultis apoſtolicis communitatibus, vniuerſitatibus, baronibus, ac alijs præfatis, a dicta Sedis Apoſtolica, vel a nobis forſan conceſsis, quæ eis quo ad præmiſſa nolumus ſuffragari, Nec non pactis, & conditionibus, ac omnibus alijs quæ dicti prædeceſſores voluerunt non obſtare contrarijs quibuſcunque. Cæterum ne de præmiſsis quemquam dubitare contingat, volumus quod præſentium literarum tenor per omnia loca publicari debeat, ipſæque literæ ſic publicatæ perinde arctent omnes quos concernunt, ac ſi ſingulis eorum perſonaliter intimatæ fuiſſent. Volumus autem quod præſentis noſtri Motus proprij ſola ſignatura ſufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, quacunque regula ſeu conſtitutione Apoſtolica contraria non obſtan.

Exemptio deferentium blada ad Vrbem a ſolutione Gabellarum, & aliorum onerum.

Priuilegium eorumdem ne moleſtentur pro eorum debitis.

Priuilegiũ exercentium Agriculturam ne moleſtentur pro debitis, dum colunt, vel ſeminant ſrumenta.

Boues aratorij. &c. pro debitis capi non debẽt, & in tacitis hypothecis non cõprehẽduntur, & gaudent priuilegijs bonorũ dotalium.

Clauſula derogatoria.

Sola ſignatura ſufficit.

Placet Motu proprio. M.

Die vndecima Octobris Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto, Admiſſa eſt hæc cedula Motus proprij ex decreto Cameræ, & regiſtrata libro ſecundo ſignaturarum Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ apud me Notarium. fol. 513.

Admiſſio in Camera apoſt.

Hier. de Tarano.

Anno a Natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto, indictione nona, die vero vigeſima, menſis Octobris, Pontificatus Sanctiſsimi Domini Noſtri Pij Papæ Quinti Anno primo, Infraſcriptæ literæ Apoſtolicæ affixæ fuerunt, ac publicatæ in acie Campi Floræ ac valuis Cancellariæ Apoſtolicæ, vt moris eſt per nos Franciſcum Sottocaſa, & Nicolaum de Matthæis Curſorum.

Publicatio.

Philibertus Chapius Magiſter Curſorum.

Reuocatio

XXII.

Reuocatio licentiarum quibuſcuoque Mulieribus conceſſarum, ingrediendi Monaſteria & loca, quorumcunque ordinum Regularium.

Aliam reuocationem ſimilium licentiarum ingrediendi loca Monialium, & etiam virorum, cuiuſcunque ordinis, habes infra in Grego. 13. conſti. 36. Vbi gratiæ.

De Clauſura Monialium, vide etiam Concil. Trideo. ſeſs. 25. cap. 5. De Regul. & Mon. Et ſup. conſt. 8. Circa, fol. 930. Cum ibi oot.

Concil. Trid. decretum iſtud habet ſeſs. 25. c. 5. De Reg. & Mon.

Cauſa huius conſtitutionis.

Reuocatio licentiarum.

Prohibitio & pœna mulierum ingredientium.

Pœna Religioſorum eas admittentium.

Clauſulæ derogatoriæ.

Forma public. Quæ mox ſequitur.

PIVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.
REGVLARIVM perſonarum, quæ relicto ſæculo Dei ſe obſequio dedicaruot, pro commiſſo nobis officio, quieti conſulere cupientes, ad ea remouenda, quæ religioſum earum propoſitum impediri poſſunt, curam noſtram libenter intendimus, vt nulla re, quæ eas a diuino cultu auocet, præpeditæ ſecundum ordinum ſuorum regularia inſtituta, & decreti ſacri Tridentini Concilij, tranquillis mentibus gratū altiſsimo impendere poſſint famulatum. Quia igitur, & Carthuſientium ordinis, & aliorū regularem vitam profeſſorum quies non parum ſolet, ſicut accepimus, perturbari, propterea quod mulieres modeſtiæ matronalis oblitæ, domos, ac monaſteria eorum, contra ipſorum inſtituta, prætextu confeſsionalium, aut aliarum literarum Apoſtolicarum ingredi audeant, ipſis etiam Abbatibus, Præpoſitis, Prioribus, & alijs Præſidentibus, aliquando recuſantibus, & renitentibus, non ſine magna eorū moleſtia, nec ſine graui laicorū etiam offenſione, ac ſcandalo, ſi quando admitti nimis facile videantur: huic rei prouidere volentes Motu proprio, & ex certa ſciētia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulas facultates, ac licentias ingrediendi monaſteria, ac domos Carthuſienſium, & aliorum quorumcunque regularium ordinum, etiam mendicantium, mulieribus, cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & quacunq; dignitate, ac præeminentia præditis, etiam Comitiſsis, Marchioniſsis, Duciſsis, ſub quibuſcunque verborum tenoribus, & formis, & cum quibuſcunque etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſq; fortioribus, efficaciorib. & inſolitis clauſulis, Necnon irritantib. decretis ab Apoſt. Sede quomodocunque conceſſas, quarū tenores perinde ac ſi de verbo ad verbum præſentibus insererentur, haberi volumus pro expreſsis, tenore præſentium reuocamus, & caſſas, irritas, & inanes eſſe decernimus: Diſtricte prohibētes mulieribus quidem prædictas facultates, & licentias prætendentibus, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, poſtquā harū literarū notitiā habuerint, a qua non poſsint niſi a nobis, aut a Romano Pontifice, qui pro tempore fuerit, abſolui, præterquàm in mortis articulo: ne dictas domos, & monaſteria ingredi audeant. Ipſis vero monaſteriorū, & conuentuū Abbatib. Præpoſitis, Prioribus, & alijs Præſidētibus quocūque nomine vocentur: & eorū Monachis, Canonicis, & Fratribus, ſiue mendicantibus, ſiue non mendicantibus, ſub priuationis officiorū, quæ in præſentia obtinent, & inhabilitatis in poſterū ad illa, & alia omnia, & ſuſpenſionis a diuinis, ipſo facto, ſine alia declaratione, incurrēdis pœnis, nec eas introducere, admittereue præſumant. Non obſtantibus præmiſsis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, & mandamus: vt hæ literæ ad valuas Baſilicæ beati Petri Apoſtolorum Principis, & in Cancellaria noſtra, atque in acie Campi Floræ de more publicentur. Quia vero difficile foret has literas ad omnia loca deferri: volumus, & declaramus, vt earum exemplis, & tranſumptis manuſcriptis, vel impreſsis, & manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius Prælati munitis, par vbique fides habeatur, ac ſi præſentes exhibitæ eſſent, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo piſcatoris, die xiiii. Octobris milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Ant. Florebellus Lauellinus.

Publicatio.

Anno a Natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto indictione nona, die vigeſimaoctaua, menſis Octobris, Pontificatus S. D. N. Pij Papæ V. Anno Primo ſupraſcriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerūt in locis ſupraſcriptis, per nos Bernardinum Andreutium, & Ioannem Andream Rogerium Apoſtolicos Curſ.

Philibertus Chappuis Magiſter Curſorum.

XXIII.

Declaratio Conſt. Pij IIII. Super expreſsione gradus propinquioris in diſpenſationibus matrimonialibus, pro coniunctis in diuerſis gradibus.

Pius 4 decreuit in diſpenſationib. exprimen. eſſe gradus ꝓpinquiores, vt ſup ſeius conſt. 117. Sāctiſsimos fol. 848.

SANCTISSIMVS in Chriſto pater, & Dominus noſter Dominus Pius diuina prouidentia Papa V. Attendens per quandam conſtitutionem dudum per fel. recordat. Pium Papam IIII. Sanctitatis ſuæ prædeceſſorem editam, qua cauetur, quod in diſpēſationibus matrimonialibus, pro diuerſis conſanguinitatis, ſeu affinitatis ex eodem ſtipite prouenientibus gradibus coniunctis non remotioris ſolum, prout olim fieri ſolebat, ſed etiam propinquioris graduum expreſſa mētio fieri debeat, alioquin diſpenſationes, ac deſuper confectæ literæ nullius ſint roboris vel momenti, prout in dicta conſtitutione plenius continetur, a diſpoſitione iuris communis, & laudabili, ac antiquo Rom. Cu. ſtylo nimium recedi, ac fauorem matrimonij debitum reſtringi: Voleoſque propterea iuri & ſtylo prædictis, necnon piæ me. Gregorij XI. & Clementis VI. Rom. Pont. etiam Sanctitatis ſuæ prædeceſſorum veſtigijs inhærendo, ſacramento & libertati matrimonij, quantum cum Deo poteſt fauere, ſtatuit, & ordinauit quod de cætero in quibuſcunque diſpenſationibus quas pro matrimonijs contractis, aut contrahendis inter viros & mulieres, inuicem diuerſis prohibitis conſanguinitatis, ſeu affinitatis, aut mixtis ex communi, ſeu ab eodem ſtipite ſurgentibus, quicunque illi ſint, dummodo primū quoquomodo non attingant, cum in eo Sanctitas ſua nunquam diſpenſare intendat, gradibus coniunctos, ab

eadem

eadem Sanctitate sua & pro tempore existente Romano Pontifice, aut Sede Apostolica impetrari, vel alias concedi contigerit, ac literis commissionibusque desuper etiam locorum ordinarijs faciendis gradus remotior attendatur, trahatque secum propinquiorem, ac ob id sufficiat remotiorem tantum gradum exprimere, obtentis tamen postea super propinquiore literis declaratorijs iuxta Gregorij & Clementis prædecessoris huiusmodi constitutiones, quas quo ad hoc innouauit, & inuiolabiliter obseruari mandauit, dispensationesque seu dispensandi commissiones, ac desuper confectas literas, & processus habitos per easdem dispensatis, seu his cum quibus dispensari mandatur propter proximioris gradus huiusmodi non expressionem, de subreptionis, vel obreptionis vitio, seu intentionis defectu notari non posse, sed in omnibus, & per omnia suffragari, perinde ac si in literis seu cōmissionibus huiusmodi de proximiore, seu vtroque gradu, specialis & expressa mentio facta fuisset: Sicque per quoscunque Iudices & Commissarios, etiam S. R. E. Cardinales sublata eis quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid secus super his a quocunque quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decreuit; Constitutione Pij prædecessoris huiusmodi cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque.

Hic vero Pont. declarat, & innouat d. cōst. Pij 4

Decretum irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

Placet, publicetur & describatur. M.

Lecta & publicata fuit suprascripta regula Romæ in Cancellaria Apostolica, Anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, die vero Martis vigesima Mensis Augusti, Pontificatus præfati Sanctissimi D. N. Papæ Anno Primo.

Publicatio.

A. Lomellinus Custos.

XXIIII.

Declarationes Concilij Tridentini, circa impedimenta cognationis spiritualis, & affinitatis ex fornicatione, quo ad matrimonia post confirmationem Concilij contracta, & de cætero contrahenda.

Confirmationem istam habes sup. in consti. 96. Benedictus, fol. 799.

SANCTISSIMVS in Christo Pater & Domin. Nost. Dom. Pius diuina prouidentia Papa V. AD cuius notitiam peruenit, quod cum in decretis sacri Concilij Tridentini certæ tantum personæ enumerentur, inter quas dumtaxat cognatio spiritualis deinceps contrahatur ab aliquibus reuocatur in dubium, an qui vltra personas in dictis decretis enumeratas quoquomodo cognatione spirituali ante confirmationem dicti Concilij cōiuncti erant, absque dispensatione Apostolica matrimonium post dictam confirmationem contrahere potuerint, ac hodie, & de cætero contrahere possint, cum ante prædictam confirmationem id facere de iure minime liceret.

Dubiū primum circa a cap. Concil. Trid. sess. 24. de Refor. Matr. quo ad impedimenta cognat. spirit.

Aliud dubiū ortum fuit, quod mox infra declaratur.

Et insuper cum in eisdem decretis statuatur affinitatem, quæ ex fornicatione contrahitur, in illis solummodo attendi debere qui primo vel secundo affinitatis gradu coniunguntur, ab aliquibus pariter dubitetur, An matrimonia inter personas, quæ ante confirmationem dicti Concilij tertio vel vlteriori huiusmodi affinitatis gradu coniunctæ erant, post confirmationem eiusdem Concilij absque dispensatione Apostolica contracta & quæ deinceps contrahi contigerit, dirimi debeant.

Dubiū primum circa eiusdē Concil. cap. 4. quo ad impedimēta affinitatis ex fornicatione.

Aliud ortū fuit dubium qđ mox infra declaratur.

Sanctitas sua ad tollendum omne dubium, eos qui ante confirmationē prædicti Concilij cognationem spiritualem contraxerunt, dummodo non sint ex personis in dictis decretis enumeratis, & inter quas tantum Concilium voluit deinceps contrahi, hanc cognationem spiritualem matrimonij vinculo inter se absque dispensatione aliqua libere, & licite copulari posse, ac matrimonia etiam post confirmationē huiusmodi, absque dispensatione sedis Apostolicæ inter eas iam contracta valere, plenamque roboris firmitatem obtinere.

Declaratio primi dubij, circa dictum cap. 4.

Et similiter matrimonia post confirmationem Concilij absque dispensatione Apostolica sequuta, & quæ de cætero sequentur, inter personas quæ ante dictam confirmationem, affinitatem (infra tamen secundum gradū ex fornicatione prouenientem) contraxerant, propter huiusmodi affinitatem dirimi non debere, sed valida, & efficacia existere declarauit.

Declaratio primi dubij circa caput 4.

Sicque per quoscunque Iudices, & Commissarios, etiam S. R. E. Cardinales, sublata eis quauis aliter iudicandi & interpetrandi facultate, iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentari contigerit irritum & inane decreuit.

Decretum irritans.

Placet publicetur & describatur. M.

Lecta, & publicata fuit suprascripta regula Romæ in Cancellaria Apostolica anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, die vero Martis vigesima mensis Augusti, Pontificatus præfati Sanctissimi D. N. Papæ Anno primo.

Publicatio.

A. Lomellinus Custos

Sequitur alia declaratio circa impedimenta cognationis spiritualis.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Cum illius vicem licet minime suffragantibus meritis, geramus in terris, de cuius vultu prodit iudicium, & vident oculi æquitatem, officij nostri debitam prosequimur actionem, sic obscuros sacrorum canonum sensus ita aperire studemus, vt pijs Christifidelium mentibus nulla dubitandi occasio relinquatur.

Sane licet ex eo quòd in Cōcilio Tridentino decretum fuerit cognationem spiritualem inter eos tantum con-

Dubium secūdū circa dictum c. 4.

trahi, qui suscipiunt baptizatum de baptismo, ac baptizatum ipsum, & illius patrem & matrem, necnon baptizantem, & baptizatum, baptizatique patrem & matrem, in reliquis personis, quæ per antiquos canones occasione cognationis huiusmodi contrahere prohibeantur, omne impedimentū sublatum esse videatur, adhuc tamen ab aliquibus dubitari accepimus, an saltem impedimentum cognationis spiritualis huiusmodi inter maritum vel vxorem suscipientis, & baptizatum, necnon inter maritum vel vxorem suscipientis, & patrem ac matrem baptizati vigeat, propterea quod prohibitum de vno coniuge, de altero etiam prohibitum esse videatur.

Declaratio eiusdem dubij.

Nos piarum mentium quieti, & matrimoniorum fauori (quantum ex alto nobis permittitur) consulere volentes, a præcisis verbis Concilij minime discedendū in præmissis esse censuimus. Et propterea nullū amplius impedimentum ratione cognationis huiusmodi subesse decernimus, & declaramus, quominus inter dictos maritū vel vxorem suscipientis, & baptizatum, baptizatique patrem, & matrem, & quascunque alias personas tam ex parte suscipientis quàm baptizantis, & baptizati, in dicto Concilio nominatim non expressas, matrimonium libere & licite contrahi possit, & ita ab omnibus iudicari debere mandamus atque statuimus.

Decretum irritans.

Decernentes irritū & inane, si quid secus a quoquam quacunque dignitate, auctoritate, & potestate prædito contigerit iudicari.

Clausulæ derogat.

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, alijsque contrarijs quibuscunque.

Forma public. quæ mox sequitur.

Volumus autem quod præsentes literæ in Cancellaria nostra Apostol. & acie campi Floræ de more publicentur, & inter constitutiones perpetuo valituras describantur: Et quia difficile foret præsentes ad singula quæque loca deferri, quod earum transumptis, etiā impressis, manu alicuius Notarij subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, decreti, mandati, statuti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Patrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, quarto Calendas Decembris, Pontificatus nostri Anno Primo.

Visa de curia Io. Barengus.

Cæ. Glorierius.

Registrata apud Cæsarem Secretarium. H. Cumyn.

Publicatio.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingētesimo sexagesimo sexto, indictione nona, die vero nona mensis Decembris, Pontificatus Sanctissimi D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. anno eius primo, retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Cancellariæ Apostolicæ, & acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Antonium Clerici, & Io. Andream Rogerium præfati Sanctissimi D. N. D. Papæ Cursores.

Stephanus de Olea Mag. Curs.

Sequitur alia declaratio circa impedimentum affinitatis ex fornicatione.

PIus Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Ad Romanum Pontificem spectat canonicas sanctiones, quæ expressiorem sensum postulare uidentur, re diligenter perspecta ita declarare, & alias prouidere, vt omnis dubietas de pijs Christifidelium mentibus euellatur. Sane postquam ex eo quod Tridentina Synodus impedimentum affinitatis ex

Dubiū secūdum circa d. c. 4. Concil. Trid.

fornicatione proueniens, per quod non solum matrimonium contrahi prohibetur, sed etiam postea factum dirimitur, ad eos tantum restrinxit, qui primo & secundo gradu coniunguntur, in vlterioribus vero gradibus statuit matrimonium postea factum non dirimi, a pluribus christi fidelibus, vt accepimus, est dubitatum, an licet in vlterioribus gradibus huiusmodi matrimonium contractum nó dirimatur, adhuc tamen iuxta antiquos canones contrahi prohibeatur.

Declaratio eiusdem dubij.

Et propterea nos omnem ambiguitatem tollere, & animarum tranquillitati, ac matrimonij libertati quantū cum Deo possumus consulere volentes, Declaramus, & Apostolica auctoritate decernimus, nullum hodie impedimentum remanere quominus in vlterioribus gradibus hmói libere, & licite matrimonium contrahi possit.

Decretum irritans.

Et ita ab omnibus iudicari debere mandamus atque statuimus, decernentes irritum & inane si quid secus a quoquam quacunque dignitate, auctoritate, & potestate prædito contigerit iudicari, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, alijsque contrarijs quibuscunque.

Forma public. Quæ mox sequitur.

Volumus autem quod præsentes literæ in Cancellaria nostra apostolica, & in acie Campi Floræ de more publicentur, & inter constitutiones perpetuo valituras describantur, & quia difficile foret eas ad singula quæque loca deferri, quod earum transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis eadem prorsus fides adhibeatur quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, decreti, mandati, statuti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctū Petrum, anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, quarto Calen. Decembris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Cæ. Glorierius.

Visa de Curia Io. Barengus.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Publicatio.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, indictione nona, die vero decimanona, mensis Decemb. Pontificatus S. D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ Quinti, Anno eius primo retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt Romæ in valuis Cancellariæ Apost. & in acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Ioannem Andræam Rogerium, & Camillum Cherub. Curs.

Stephanus de Olea Mag. Curs.

Translatio

XXV.

Translatio Neophitarum Monialium, ad Ecclesiam Sancti Basilij in Regione Montium Vrbis.

De istis Monialibus habes supra in Pij IIII. constitutio.60. Cum inter cæteras. fol.729.

De materia autem Neophitorum, & Catechumenorum notaui supra in Pauli III. constit.29. Cupientes Iudæos, fol.415. & habes etiam inf. in Grego.13. consti. 106. Sancta mater.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. SACROSANCTAE Catholicæ Ecclesiæ extra quam constitutis nulla æternæ salutis spes ostenditur diuino consilio residentes inter cæteras gentes, quas cum maximo animi nostri dolore a vera religione alienas, & in erroribus suis obstinatas in æternum exitium præcipites ferre videmus Hebræorum gens, & acerbissimum nobis dolorem inurit, & misericordiam commouet singularem, dum recolimus populum hunc, quem sibi Dominus præ cæteris elegerat tunc a Domino pertinacissime dissidere, & in errorib. suis sibi damnationem perpetuam incredulitatis merito comparasse, neque sane quicquam prætermittimus quantum quidem in nobis situm est, quod ad eos ab erroris semita in rectam æternæ salutis viam reducendos pertinere arbitremur, itaque & alias, & maxime postquam ad summum Apostolatus officium prouecti sumus numquam destitimus, docendo, hortando, monendo, consisi, vt eorum quamplurimos ad Christi fidem adduceremus, neque omnino irriti Dei benignitate labores nostri fuerunt quando, & satis multi vtriusque sexus sacro fonte regenerati, nonnulli etiam ex primarijs a nobis ipsis salutari aqua perfusi Christianam Religionem susceperunt, & alij quamplures eorum exemplum secuti ad tantam multitudinem peruenerunt, vt iam amplissimum Hospitale quod fe. re. Paulus Papa III. Prædecessor noster apud Ecclesiam S. Ioan. de Mercato Regionis Campitelli de Vrbe pro excipiendis, & in Catholica Religione instituendis Catechumenis, & Neophitis erexit fere compleat parumque inde remotum Neophitarum, & Virginum Monasterium Beatæ Mariæ Annunciatæ ordinis fratrum Prædicatorum sub reg. S. Augustini angustũ nimis reddatur. Quare nos postquam in hanc cogitationẽ incubimus qua ratione, & Monialibus ipsis, & alijs Virginibus quæ annuente Deo ex eo genere conuertentur religionemque huiusmodi profitebuntur, quarum nos magnum in dies numerum confluaurũ speramus de idoneo loco, vbi omnes habitare valeant prouideri possit cogitauimus, & tandem diuersarum ædium capacitatem atque positiones nobis præpositas, sed minus idoneas etiam per nosipsos vidimus. Deinde venerabili fratri nostro Ioanni Michaeli Episcopo Sabinen. Saraceno Hospitalis, & Monasterij prædictorum, necnon Archiconfraternitatis ibidem institutæ Protectori, & dilecto filio nostro Ioanni, tituli S. Mariæ Transtiberim Presbytero de Monte Politiano nuncupatis Cardinalibus, & alijs rerum vsu peritis hanc causam delegauimus, omnibus Vrbis partibus magna cura perlustratis nobis denique Ecclesiam & vetusta ædificia Præceptoriæ S. Basilij Regionis Montium Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani, & de Vrbe inuenisse quæ in dictarum sanctarum Monialium vsus commode aptari possint. Hac igitur nobis opportuno oblata occasione Motu proprio & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine vnionem, annexionem, & incorporationem, seu quamcunque aliam appropriationem, vel concessionem de dicta Præceptoria, & Ecclesia Sancti Basilij Prioratui eiusdem Vrbis Hospitalis prædicti Sancti Ioannis Hierosolymitani, & vigore stabilimentorum eiusdem Hospitalis, ac priuilegiorum & indultorum Apostolicorum illi concessorum, vel alias quacunque auctoritate, & ex quauis causa perpetuo, vel ad tempus factas, Dilecti filij nostri Bernardi, tituli Sanctæ Priscæ, presbyteri Cardinalis de Saluiatis nuncupati, qui dictum Prioratum in titulum, vel commendam ex dispensatione apostolica obtinet expresso ad hoc accedente consensu harum serie dissoluimus, ac eandem Præceptoriam, siue illa magistralis, siue Cameræ, siue membrum dicti Prioratus, siue etiam, vt principale cum dicto Prioratu coniunctum, ac per Priorem huiusmodi pro tempore existentem obtineri, & prouideri solitam cum Ecclesia, siue sacello eiusdem S. Basilij, necnon Palatio ædibus viridarijs, hortis, tabernis, & domiculis circumpositis, necnon granarijs, emphyteuticis, apothecis, cæterisque ædificijs iuribus etiam litigiosis, deuolutis iurisdictionibus, actionibus, & pertinentijs suis ab ipsis Prioratu, & Hospitali S. Ioannis Hierosolymitani dismembramus, diuidimus, & separamus, ac in eadem Præceptoria, seu Camera, necnon Ecclesia S. Basilij ordinem, statum, & essentiam, cæteraq; insignia dicti Hospitalis S. Io. Hierosolymita. nomenque titulum, & nominationem Præceptoriæ ac Magistralis seu alterius Cameræ, vel membri perpetuo supprimimus, extinguimus, & abolemus. eademq; Præceptoriam cuius & illi forsan annexorum fructus redditus, & prouentus centum ducatorum auri de Camera, secundum communem extimationem valorem annuum, vt accepimus non excedunt, siue per dissolutionem huiusmodi, siue alio quouis modo, & ex cuiuscunque persona vacet vna cum dicta Ecclesia Sancti Basilij, necnon palatio ædibus viridarijs, tabernis, domunculis, granarijs, iurisdictionibus, actionibus, rebus & bonis, ac omnibus iuribus adhærentijs, iuribus, & pertinentijs suis Archiconfraternitatis prædictæ ad dictarum Virginum vsum, & commodum perpetuo concedimus, & assignamus, ita quod liceat ex nunc Ioan. Michaeli Episcopo, & protectori prædicto, necnon administratoribus Archiconfraternitatis prædictæ corporalem possessionem Ecclesiæ S. Basilij, necnon palatij, ædium, hortorum viridariorum, aliarumque proprietatum bonorum rerum, & iurium prædictorum per se, vel alium, seu alios propterea auctoritate libere apprehendere, & perpetuo detinere, illorumq; fructus redditus, & prouentus in prædicti Monasterij vsus & vtilitatem conuertere cuiusuis licentia desuper minime requisita, & nihilominus in dictis palatio, & ædibus aliud Monasterium huiusmodi Virginum sub dicta inuoca

Iudæorum multi ad fidem conuersi sunt tempore istius Pont. & ad eius monitionẽ ita vt Hospitale Cathecumenorum, & Monasterium Neophitarũ repleta erãt. Hospital. erectionem, vide sup. in Pau. 3 consti 34. Illius qui f. 428. Monasterij erectionẽ habes supra in Pij 3. cõst. 60. Cum inter cæteras. fol.

Pôt. igitur inuenit satis cõmodã esse pro Monasterio Neophitarũ Ecclesiam S. Basilij vbi in regione Montium Vrbis.

Ideo d. Ecclesiã a Prioratu Vrbis & Hospit. S. Ioã. Hierosolymi. dissoluit, & illam vnam cum omnibus iuribus & cæt. Archiconfraternitati Cathec. & Neophit. assignat pro d. Monasterio.

uocatione Beatæ Mariæ Annunciatæ, & eiusdem ordinis prædicatorum, cum omnibus ad id requisitis perpetuo erigimus, & instituimus, & ad illud Moniales primo dicti Monasterij cum sacra & communi suppellectile, cæterisque rebus, & bonis, necnon priuilegijs, indulgentijs, gratijs, concessionibus, & indultis Apostolicis eis & earum singulis quomodolibet concessis, ita ut eadem illa habeant, illisque ipsis potiantur, quæ in primo dicto Monasterio obtinebant dicta auctoritate transferimus; illisque dictam Ecclesiam Sancti Basilij pro Ecclesia secundo dicti Monasterij concedimus, & assignamus. Districtius inhibentes in virtute sanctæ obedientiæ Dilectis filijs Magistro, & Conuentui dicti Hospitalis Sācti Ioannis Hierosolymitani, & pro tempore existenti Priori Prioratus, Vrbisue etiam quorumcunque statutorum, rom, stabilimentorum, ac priuilegiorum prætextu, vel alias quomodocunque diuisionem, & alia præmissa directe, vel indirecte, quouis quæsito colore audeant impugnare, seu eorum effectum, alias quoquomodo impedire. Decernentesque singula præmissa nullo tempore de surreptionis, obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quopiam defectu argui notari, nec sub illis reuocationibus, restitutionibus, aut alijs contrarijs dispositionibus etiam ad Magistri, & Conuentus, seu Prioris prædictorum instantia, aut motu, & scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac consistorialibus consistorialiter, ex quibusuis causis pro tempore factis comprehendi, sed semper ab illis, excepta & quoties emanabunt toties in pristinum statum restituta & plenarie reintegrata esse censeri, nec ipsos magistrum Conuentum, aut Priorem etiam prætextu enormissimæ læsionis, aut damni, & incommodi sui Hospitalis, & Prioratus rescissionem præmissorum, aut restitutionem in integrum, vel reductionem ad terminos iuris, seu quodcunque aliud iuris, vel gratiæ remedium contra illa impetrare, seu etiam ab alio, seu alijs impetratis, vel etiam motu, & scientia similibus concessis uti posse, sicq; in eisdem præmissis omnibus & singulis per quoscūq; Iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum palatij Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales in quauis causa, & instantia sublata eis, & eorum, cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate vbique iudicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Quocirca venerabilibus Fratribus nostris Archiepiscopo Theatin. Amerinen. & Narnien. Episcopis per Apostolica scripta Motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Ioannis Michaelis Episcopi, & protectoris, necnon administratorum, & Archiconfraternitatis prædictorum, vel alicuius eorum fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra præmissa omnia & singula firmiter obseruari ipsisque omnes, quos eædem literæ concernunt, & concernent in futurum illis pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eorum quempiam per quoscunque, quauis auctoritate fungentes desuper quomodolibet indebite molestari. Contradictores quoslibet & rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias eorum arbitrio moderandas, aliaque opportuna iuris remedia appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis seruatis processibus, censuras, & pœnas ipsas iteratis etiam vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus nostra per quam dudum inter alia voluimus quod semper in vnionibus commissis fieret ad partes vocatis quorum interesset, ac Lateranen. Concilij nouissime celebrati vniones perpetuas, nisi in casibus a iure præmissis fieri prohibentes, necnon piæ memoriæ Bonifacij Papæ Octaui, etiam prædecessoris nostri, quibus cauetur ne mendicantes ad noua loca transire, aut illa recipere præsumant, quoquomodo sine speciali dictæ Sedis licentia de prohibitione huiusmodi mentionem faciente, & ne quis extra suam Ciuitatem, vel Diœcesim, nisi in certis, exceptis casibus, & dictas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, alijsque Apostolicis constitutionibus, ac Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani, & Prioratus prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, stabilimentis, vsibus, & naturis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis illis, necnon prædicto Magistro, Conuentui, & Priori, ac quibusuis alijs Superioribus personis, & locis, per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, qui ab ipsius Hospitalis institutione hucusque fuerint ad nos, & Sedem Apostolicam contra huiusmodi alienationes, & dismembrationes, etiam cum decreto quod illæ ex quauis causa factæ nullis temporibus subsistere possint, sed res, & bona semper vnita, ut prius censeantur, & suam pristinam naturam sortiantur, nec vnquam alijs consolidari, aut in aliorum vsus conuerti, sed ad ius, & proprietatem quocunque tempore reuocari valeant, & alias sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs; alijsque efficacioribus efficacissimis, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, necnon consistorialiter, ac consideratione, intuitu, contemplatione, vel ad instantiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum, aut etiam nullius instantiam, ac pro conseruatione Religionis Christianæ, quomodocunque concessis, confirmatis, & innouatis etiam si in eis, ac prædictis stabilimentis caueatur expresse, quod illis etiam per quascunque literas Apostolicas, etiam quasuis clausulas generales, vel speciales, etiam derogatoriarum derogatorias districtiores, & insolitas; & etiam irritantia decreta sub quacūq; verborum expressione in se continentes nullatenus derogari posse, nec derogatum censeri nisi tenor illarum de verbo ad verbum nihil omisso insertus, ac huiusmodi derogationes consistorialiter factæ, & per trinas distinctas literas eundem tenorem continentes tribus similibus distinctis vicibus Magistro, & Conuentui prædictis legitime intimatæ, & insinuatæ fuerint; & ipsorum Magistro, & Conuentui ad id expressius accesserit assensus, & aliter factæ minime suffragentur. Nec Magister, & Conuentus prædicti ad parendum literis derogatorijs huiusmodi, & decretis super illis processibus ac illorum executoribus, & subexecutoribus eorumque mandatis & monitionibus teneantur ad literarum huiusmodi executionem omnino impedire, nec ratione resistentiæ huiusmodi censuris Ecclesiasticis per eosdem executores, & subexecutores latis innodari possint, quibus omnibus etiam si pro sufficienti illorum derogatione de ipsis eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non aūt per clausulas generales idē importantes mentio, seu quæuis alia expressio habēda; aut alia ad hoc exquisita forma ad hoc seruāda foret, tenores hmōi, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæteris contrariis quibuscunque; aut si aliquis super prouisionibus sibi faciendis de præceptorijs huiusmodi

Inhibetq. Magistro Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani, & Priori prioratus Vrbis ne effectū præsentium audeant impedire.

Clausulæ præseruatiuæ.

Executorum deputatio.

Clausula derogatoria.

modi speciales, vel aliis beneficiis ecclesiasticis in dicta Vrbe generalis dictæ sedis vel legatorum eius literas impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reseruationem, & decretũ vel alias quomodolibet sit processum: quas quidem literas, processus habitos per easdem, & inde secuta quæcunque ad dictam præceptoriam volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quo ad executionem beneficiorum aliorum præiudicium generari, seu si Magistro, & conuentui præfatis, vel quibusuis aliis communiter vel diuisim ab eadem sit indultum, quod interdici, suspendi, & excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet aliis priuilegiis, indultis, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcunque tenorum existentibus, per quæ præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat vel differri, & de quibus quorum totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, tertio Kal. Decembris, Pontificatus nostri Anno Primo.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

P. Episcopus Narnien. Summista.

XXVI.

De veritate exprimenda à Procuratoribus Pœnitentiariæ, & cæt. in dispensationibus matrimonialibus, & aliis gratiis Apostolicis, sub pœna falsi.

Alias pœnas habes infra in const. 85. In omnibus.

De Materia autem dispensationum vide infra in const. 62. Ad Romanum, vbi not.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

CVM sicut accepimus nonnulli suæ conscientiæ prodigi, ac propriæ salutis immemores, vt facilius à nobis, & Sede Apostolica dispensationes matrimoniales, & alias gratias, & concessiones obtineant, gradus consanguinitatis vel affinitatis aut cognationis spiritualis, ac scientiã illorum aliter quam eis à principio ab ipsis partibus significatũ vel narratum fuerit exponunt, & si matrimonia huiusmodi adhuc contracta non fuerint, pro contractis narrat, ac alias diuersimode veram facti speciem, tam in ipsis dispensationibus matrimonialibus, quam pro aliis quibuscunq; gratiis, & concessionibus obtinendis immutent, ac propterea cum non solum in impetrationibus huiusmodi falsitas narretur, verum etiam in partibus plerumque pro verificatione gratiarum huiusmodi veritas immutetur, & falsitas committatur: Nos igitur huiusmodi abusibus, & erroribus obuiare cupientes, Motu proprio, &c. omnes, & singulos Procuratores tam officij sacræ Pœnitentiariæ, seu Contradictarum, quam alios quoscunque Sollicitatores & Scriptores quos Copistas vocant, qui veritatem facti à narratione quam ab ipsis partibus habuerunt, quod substantialia, & qualitates necessario exprimendas diuersam faciunt, seu quoquomodo inuertunt, aut immutant, deprauantur, & per subreptionem, & obreptionem gratias à nobis extorquent, pœnam falsi incurrere, & ea puniri omnino debere decernimus, & declaramus, Mandantes propterea almæ Vrbis Gubernatori, Cameræ Apostolicæ Auditori, & Vicario, quatenus in præmissis reos, & culpabiles repertos pœna falsi vt præmittitur puniant, cum potestate citandi etiam per edictum constito summarie de non tuto accessu, aliaque dicendi, & faciendi in præmissis necessaria seu quomodolibet opportuna. Non obstantibus præmissis, constitutionibus & ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis nequaquam obstantibus, irritum quoque, & inane &c. sicique, &c. iudicari, & diffiniri debere, sublata, &c. decernentibus. Et quod præsentis Motus proprij, & absque data, & registratura sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, regula contraria non obstante, eiusque transumptis manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Quodque Cameræ, & Cancellariæ Apostolicæ, ac audientiæ causarum Palatij apostolici valuis, & in acie Campi Floræ dimissis inibi copiis affixis omnes ita afficiant, & arctent, ac si illis personaliter intimatæ fuissent.

Causa constitutionis.

Veritas exprimatur sub pœna falsi.

Executorum deputatio.

Clausulæ derogatoriæ.

Decretum irritans.

Sola signatura sufficiat.

Forma, & effectus publ. Quæ hic seq.

Placet Motu proprio. M.

Die quinta Decembris Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, suprascriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in locis suprascriptis dimissis in eisdem locis copiis affixis, per me Nicolaum de Matthæis Cursorem.

Publicatio.

Io. Guerardi Magister Curs.

XXVII.

Declaratio, quod sententiæ in fauorem reorum Inquisitorum à quibuscunque Iudicibus contra stylum vel dispositionem iurisdictionis Officij sanctissimæ Inquisitionis latæ & ferendæ, non transierint nec transeant in rem iudicatam, Et iurisdictio generalium Inquisitorum ipsas causas reuidendi. Et confirmatio constitutionis Pauli 4. editæ contra Hæreticos.

Alias facultates Inquisitorum vide supra in Pij IIII. constit. 88. Romanus fol. 784. Cum ibi not.

Hanc const. Pauli 4. Contra Hærtico habes sup. f. 630. n. 42. Cum ex Apostolatus, & ibi not.

PIVS Papa V. Motu proprio &c.
INTER multiplices curas quæ animum nostrum assidue pulsant, illa in primis est, prout esse debet, vt Ecclesia Dei nobis ex alto commissa purgatis immo quantum fieri potest procul exterminatis omnibus hæresibus, & prauis erronearum opinionum dogmatibus tuto militare, & tanquam nauis in tranquillo mari, sedatis omnibus tempestatum fluctibus & procellis, secure nauigare, & ad optatum salutis portum peruenire posit. Cum itaque nos dum in minoribus constituti sanctissimi officij Romanæ, & vniuersalis contra hæreticam prauitatem Inquisitionis negocia pertractaremus, tandem ea longo vsu atq; experientia rerum magistra cognouerimus, quod multi rei delati, & in prædicto sanctissimo officio, seu alibi coram locorum ordinariis, & hæreticæ prauitatis Inquisitoribus processati ac de hæretica prauitate inquisiti falsos testes ad eorum defensam examinari faciendo, ac compurgatorum de eorum vita, & doctrina minime informatorum opera, & testimonio se iuuantibus, ac diuersis aliis illicitis modis, excogitatisque dolosis excusationibus, & malitiis prædictum sacrum officium sanctissimæ Inquisitionis, cæterosque iudices, & etiam Romanos Pontifices deludendo, & decipiendo, plures etiam veluti innocentes diffinitiuas à prædictis processibus, & Inquisitionibus absolutorias, & præcedente canonica purgatione eorum assertæ bonæ, & catholicæ fidei vitæ, & doctrinæ declaratorias sententias, seu decreta ab eodem sanctissimo officio, aliisque locorum ordinariis siue delegatis, & Inquisitoribus, ac etiam Rom. Pont. prædecessoribus nostris obtinuerunt, seu extorserunt, quas sententias, & decreta præfati Romani Pont. etiam cum perpetui silentij impositione, ac inhibitione, ne dictum sanctissimum officium, aut alij Inquisitores ad vlteriora procedere possent seu deberent, necnon etiam cum causarum auocatione ad sedem Romanum Pontificem sub cuius protectione submittebantur, aliisque derogatoriarũ derogatoriis, & efficacissimis clausulis, ac etiam irritantibus, & aliis decretis etiam in forma gratiosa ampliando, per varios, & varias eorum Motus proprios, ac etiam sub plumbo, vel annulo piscatoris expeditas literas etiam in consistorio, seu consistorialiter emanatas confirmarunt. Vnde eueniebat quod prædicti rei inquisiti sub velamine, & tutamine, prædictarum sententiarum declaratoriarum, & literarum Apostolicarum, & præsertim vigore clausulæ inhibitoriæ contra Inquisitores factæ confidentes, clam, & etiam aliquando palam in antiquis eorum erroribus contra fidem catholicam perseuerando, nunquam ad gremium Ecclesiæ vere redibant, immo cum aliis secure, & tanquam Catholici conuersando, eorundem aliorum animos corrumpere, & inficere, ac in suas hæreticas opiniones trahere de facili potuerunt, in totius reipublicæ Christianæ non medicum scandalum & præiudiciũ, prædictorumque delatorum animarum perniciem, & iacturam. Nos huic scandalo adeo periculoso, & contagioso obuiare, dictarumque animarum saluti consulere, & prouidere, omnemque iurisperitorum dubietatem, & altercationem, ac quæcunque impedimenta & obstacula, propter quæ sancta Inquisitio hæreticæ prauitatis quomodocunque, & qualitercunque impediretur, vel retardaretur, tollere volentes, Motu simili, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, in primis omnes, & singulas, ac quascunq; literas Apostolicas sub quacũque verborum forma etiam in prædictis, ac quibusuis aliis causis Hæresis etiam Motu proprio &c. ac etiam cõsistorialiter &c. & alias quomodolibet emanatas, necnon etiam desuper signatas motuum propriorum & alias cedulas quaslibet, ad ius, & iustitiam, ac iuris terminos reducentes, necnon fisco prædicti sancti officij Inquisitionis, & aliorum ordinariorum, & delegatorum iudicum aduersus prædictas literas inhibitiones, ac etiam derogatoriarum derogatorias, aliasque clausulas quaslibet os aperientes, & quatenus iurisdictionis dispositioni, vel stylo dicti officij sint cõtraria, illas penitus, & perpetuo reuocantes, hac nostra perpetua perpetuoq; valitura vniuersali constitutione omnes, & singulas, & quascunque etiam ea capite assertæ innocentiæ absolutoriss, vel etiam præcedente canonica purgatione sub quacunq; verborum forma declaratorias sententias etiã diffinitiuas, & decreta in eorundem reorum inquisitorum & delatorum fauorem per prædictum sanctissimum officium, aliosque iudices ordinarios, & delegatos, ac etiam Roman. Pontifices latas, & lata, aut in futurum per nos etiam & successores nostros Rom. Pontifices pro tempore existentes ferendas, & ferenda, nunquam fecisse, nec in futurum posse facere transitum in rem iudicatam, Apostolica auctoritate declaramus decernimus, statuimus & ordinamus, præfatisque sententijs, & decretis, & quantumcunque per literas Apostolicas etiam in forma gratiosa etiam iteratis vicibus ac etiam à pluribus Romanis Pontificibus emanatis, confirmatis, vel confirmandis, cum prædictis, vel aliis quibuscunque etiam derogatoriarum derogatoriis, ac etiam irritantibus, aliisq; clausulis, & decretis, necnon inhibitionibus, ac et canonicis sanctionibus, quorũ omnium, & singulorũ aliorũq; præmissorum, & inde sequutorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus, haberi volumus pro expressis, ac totaliter insertis, cæterisque in contrarium facientibus quibuscunque non obstan. per prædictum sanctum officium sanctæ Inquisitionis ac dilectos filios modernos, & pro tempore existentes Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis hæreticæ prauitatis Inquisitores, & super dicto officio nunc & pro tempore deputatos, contra easdem & reos delatos, & inquisitos etiam si fuerint; & sint Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, Primates,

Pius Pont. in minoribus existens Inquisitor fuit.

Causa huius constitutionis.

Reductio ad terminos iuris quarumcunque literarum Apostolicarum in causis Hæresis emanatarum, & reuocatio earundẽ quatenus sint cõtraria dispositioni iurisdictionis, ac stylo Inquisitionis.

Declaratio quod sentẽtiæ in reorum Inquisitorum fauorẽ contra dictum stylũ & dispositionem latæ & ferendæ nunquam transeant in iudicatum.

Primates,eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesię Cardinales,Legati,etiam de latere,Comites,Barones,Marchiones, Duces,Reges,& Imperatores,tam de antiquis,quàm nouiter etiam super eisdem articulis receptis. vel recipiendis testibus,aliisque argumentis,probationibus. & indiciis iuxta facultates eisdem Cardinalibus Inquisitoribus per nos & quoscunque prædecessores,& successores nostros Roman. Pontifices pro tempore existentes , ac Sedem Apostolicam quomodolibet concessas,& datas,ac in futurum respectiue dandas & concedendas denuo inquiri.& procedi posse,& debere etiam in omnibus,& per omnia perinde ac si prædictæ sententiæ,decreta,& literæ Apostolicæ ac etiam canonicæ purgationes in prædictorum reorum delatorum,& Inquisitorum,etiā Episcoporum,Archiepiscoporum,Patriarcharum,Primatum,Cardinalium, Legatorum,Comitum, Baronum, Marchionum,Ducum,Regum,& Imperatorum fauorem non emanassent,nouis præsertim superuenientibus indiciis eiusdem,vel alterius speciei hæresis tempus præteritū etiā respicien. vel vbi appareret per aliqua indicia quòd illicitis modis prius ipse delatus, vel inquisitus fuisset absolutus , eadem Apostolica auctoritate volumus pariter,& mandamus : Concedentes eisdē Cardinalibus Inquisitoribus , & super dicto Sacro Sanctis. Inquisitionis officio nunc & pro tempore deputatis plenam,liberam,amplam,& omnimodam facultatem,potestatem & auctoritatem causas huiusmodi etiam auctoritate œcumenici vniuersalis Concilij Tridentini decisas reuidendi,ac in statu & terminis in quibus ante prædictas sententias, & decreta,ac etiam canonicas purgationes quomodolibet reperiebantur,reassumendi,fineque debito terminandi,prout in aliis causis pendentibus indecisis per eosdem Cardinales Inquisitores iuxta eorum facultates fit,fieriq; potest,& consueuit : Et insuper vestigiis fel. rec. Pauli Papæ IIII. prædecessoris nostri inhærendo , Constitutionem alias contra hæreticos & schismaticos per eundem Paulum prædecessorem,sub data videlicet Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo, quintodecimo kal. Martij. Pontificatus sui Anno Quarto editam,tenore præsentium renouamus & etiam confirmamus,illamque inuiolabiliter,& ad vnguem obseruari volumus , & mandamus iuxta illius seriem atq; tenorem , Et sic in omnibus, & singulis supradictis censeri, ac ita per prædictos , & quoscunque iudices &c. sublata &c. iudicari &c. debere. Irritum &c. perpetuo decernimus, & declaramus. Non obstan. præmissis,ac regula nostra de non tollendo iure quæsito, & quibusuis aliis Apostolicis vniuersalibus prouincialibus & synodalibus constitutionibus,ordinationibus, necnon etiam iuramēto &c. roboratis statutis &c. priuilegiis quoque,indultis,& prædictis,ac aliis literis,& etiam Motibus propriis quibuslibet,etiam præfatis reis,& inquisitis etiam Episcopis &c. ac Imperatoribus etiam absolutis , & quibusuis aliis personis in genere , vel in specie sub quibuscunque tenoribus &c. ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisq; clausulis,ac etiam irritantibus,& aliis decretis , ac etiā pœnalibus inhibition. etiam Motu proprio &c. ac consistorialiter &c. & aliàs in contrarium quomodolibet concessis &c. in posterumque concedendis &c. Quibus omnibus etiam si de illis &c. eorum tenores &c. latissime hac vice derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque , cum clausulis opportunis.

Facultates Inquisitorum Generalium reuidēdi dictas causas,dictis sententiis etiā à Sede Ap. cōfirmatis nō obstan.

Cōfirmatio constit. edit. contra Hæreticos à Paulo 4 quæ est sup. fol.630.nu.42.

Decretum irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

Fiat Motu proprio. M.

Et cum absolutione à cen ad effectum &c. & de reductione &c. reuocatione singulis declaratione,decretis, statuto,ordination. voluntatibus,mandatis,concessione,reuocatione,confirmatione,derogatione,aliisque præmissis vt supra in forma gratiosa perpetuo,& ad perpetuam rei memoriā . Et quod postquam præsentes,seu desuper forsan conficiendæ literæ per aliquem vel aliquos ex Cursoribus nostris in basilicæ Principis Apostolorū de Vrbe,& Cancellariæ Apostolicæ valuis,ac acie Campi Floræ affixæ , & publicatæ fuerint , omnes prædictos etiam Episcopos &c. ac Imperatores,& alios quorum interest afficiant,& arctent,perinde ac si eis personaliter intimatæ,& insinuatæ fuissent,ac vim & efficaciam solemnis,personalis,validæ , & peremptoriæ monitionis,& citationis habere,omnesque ligare habeant . Et quod præsentis nostri Motus proprij sola signatura sufficiat , & vbique fidem faciat in iudicio & extra, regula contraria non obstan. Et nihilominus si videbitur literæ desuper etiam per breue nostrum,aut officium contradictarum simul,vel ad partem expediri possint. Et quod præsentium,seu desuper conficiendarum literarum transumptis etiam impressis, manu alicuius notarij publici subscriptis,& sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ,aut curiæ ecclesiasticæ munitis,eadē prorsus fides adhibeatur,quæ ipsis originalibus adhiberetur si exhibitæ forent,vel ostensæ.

Forma & effectus publ. Quæ mox sequitur.

Sola signatura sufficit.

Fiat. M.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum , Duodecimo Kal. Ianuarij, Anno Primo.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo septimo,Indictione decima,die vero Lunæ trigesima mensis Decembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris,& Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quinti Anno Primo,suprascriptus Motus proprius affixus , & publicatus fuit ad valuas Principis Apostolorum beati Petri de Vrbe,Cancellariæ Apostolicæ,ac in acie Campi Floræ dimissis ibidem eiusdem copiis affixis , vt moris est , per nos Ioannem Gerardi , & Christianum de Monte prælibati Sanctiss. D. N. Papæ Cursores.

Publicatio

Stephanus de Olea Magister Curs.

Registrata in lib. 1. Secretorum fol. 51. G. S. Sarde.

XXVIII.

Moderatio & reuocatio priuilegiorum indultorum, & facultatum Militiæ & Hospitalis leprosorum S. Lazari Hierosolymitani.

Alias limitationes & reuocationes habes infra in const.43. Graues ad nos,& const.71. Sacrosanctum,& const.120. Quæ ordini.

De Materia autem posui concord. supra in Pij 4. const.13. Pastoris æterni,fol.662.

Multi prædecessores, varia indulta Militiæ & Hospitali S. Lazari Hierosolymitani concesserunt, vt supra in Pij 4. cõst.13.fol. 662 & const. 126 fol. 852.

Pius 4. Erectionẽ huius Hospitalis & Militiæ & priuilegia approbauit, vt in dicta const. 126.

Concessit etiam alias multas gratias easque extendit ad Hospitale Capuan. & cæt. vt ibidem.

PIVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

SICVT bonus agricola, qui largiorem ex agro quem colit,prouentum colligere cupit, temporum vices solicitus obseruat,& positis in eo plantis,non semper irriguos riuos, aut pinguem limum admouet,sed collectum quandoque humore deducit,ac nimiam ramorum lætitiam cohibet, & ne vires frustra effusæ euanescant,ferro comprimit. Ita nos agri Dei nostri culturæ (ipso fauente) fidelibus studiis incumbentes Hospitale Sancti Lazari Hierosolymitani , eiusque Militiam, feracem sane, vti speramus,inter cæteras, huius agri plantam pridem à compluribus prædecessoribus nostris ac nobis metipsis indulgentiis excultam , ne fortè inutili frondium sylua luxuriet,resectis ac veluti putatis ramis sterilibus , intra ordinem ponere, atque ad meliorem , & vtiliorem cultum (habita horum temporum ratione) reducere cupimus : vt tandem suis in se collectis viribus,& tanquam radicibus solo altius adactis, firmius persistens, suaues atque vberes fructus domino perferat. Dudum etenim , postquàm fælicis recordationis Pius Papa quartus prædecessor noster,institutionem,& erectionem,necnon translationem Hospitalis,& Militiæ hmõi,ac quamplurima priuilegia, indulta , facultates,licentias, exemptiones,libertates indulgentias,gratias, & alia à diuersis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris,tunc suis,dicto Hospitali,eiusque magno Magistro,& conuentui, ac fratribus, etiam per modum communicationis,& extensionis,in genere, & in specie concessa,necnon statuta,vsus, & consuetudines in eisdem Hospitali,& militia edita,& introducta,Apostolica auctoritate ,Motu proprio , & ex certa scientia, ac de Apostolicæ auctoritatis plenitudine confirmauerat, & approbauerat , ac etiam innouauerat : & insuper alia multa concesserat,eaque omnia ad Hospitale Sancti Lazari , quod in ciuitate Capuana, etiam tunc consistebat, extenderat ; ipsumque Hospitale,& eius membra,& pertinentias, aduersus suppresiones , extinctiones , vniones,& alias dispositiones quascunque, de illis per recolendæ memoriæ Innocentium octauum , & Pium secundum,ac forsan alios Romanos Pontifices,etiam consistorialiter factas , in pristinum quo ante illas erant statum restituerat,ac plenarie reintegrauerat : decernens inter alia, ea tanquam ex causa onerosa concessa , restituta, & facta,reuocari,limitari, vel alterari , ac sub reuocationibus , limitationibus , alterationibus generalibus vel specialibus , si forte fierent , comprehendi non posse.

Et Pontifex iste ea omnia confirmauit quibusdam modificationibus adiectis, sed confectis illarũ hic nõ habes.

Nunc autẽ idem Pontifex reuocata, confirmat, limitat, & declarat vt infra.

Nos quoque in ipso statim Pontificatus (ad quem, diuino astante Spiritu , vocati sumus) initio , eadem omnia , ipsiusque Pij quarti prædecessoris literas super eis expeditas,paribus motu,scientia,plenitudine,& auctoritate confirmauimus,approbauimus, & innouauimus,ac similibus clausulis,& decretis muniuimus,quibusdam tamen limitationibus & restrictionibus adiectis, quas hic quoque pro repetitis esse volumus,prout in prædictis literis,ac quadam cedula, Motu proprio , & manu nostra signata plenius continetur . Verum postea experti tam multa sic concessa,non tantum ipsis Hospitali , & Militiæ incrementum , quantum aliis cupiditatem afferre : illorum verò vsum , & dispensationem tum periculo ijs ipsis,quibus concessa sunt , tum oneri nobis fore . Ac propterea volentes illis modum , & normam , ac certos demum limites statuere,illorumque omnium , necnon prædictarum , & quarumcunque præterea literarum , & cedularum similiumue scripturarum,quæ inde confecta sunt,tenores,continentias,& formas,pro plene & sufficienter expresis,habentes : Motu proprio,& ex certa scientia nostra,ac de Apostolicæ potestatis plenitudine,

Confirmatio Erectionis translationis & approbationis Hospitalis & Militiæ de quibus in dicta Pij 4. cõst. 126.

ad Dei gloriam,& publicam vtilitatem,manentibus erectione, institutione, ac translatione, necnon restitutione,& reintegratione dictorum Hospitalis, & Militiæ, ac illarum approbatione prædictis , quas prout hactenus factæ sunt,prout tamen iuris fuerit ratas habemus in præmisis (vt præfertur) concessis,confirmatis, & innouatis : tenore præsentium sic perpetuò statuimus,& ordinamus,omnia,& singula dictis Hospitali,Magistro, conuentui,& Militibus, à prædictis , & aliis quibuscunque Romanis Pontificibus ante ipsum Pium quartum prædecessorem concessa,eatenus duntaxat confirmata esse , & censeri , quatenus temporibus eiusdem Pij quarti ante factam ab eo illorum confirmationem prædicta obseruabantur,& in vsu erãt : atque alienis iuribus,siue ex præscriptione siue alias quocunque titulo legitime quæsitis , detrimentum aut præiudicium non inferant.

Declaratio quod priuilegia concessa per Pontifices ante Pium 4. cõfirmata censeantur quatenus tempore Pij 4. essent in vsu, & inde, alieni quæsitis non præiudicent.

Ex his vero,quæ ab ipso Pio quarto concessa sunt, atque ex statutis , ordinatis , & decretis ab eodem erga illa quibuscunque , non alia vlla,neque aliter omnino valida esse,aut ipsis Hospitali,Magistro,conuentui , & Militiæ licere,quàm infrascripta : & cum moderationibus,reductionibus,limitationibus. & limitationibus tam in prædicta cedula,Motu proprio , & manu nostra signata positis , quàm infrascriptis. Reliqua autem omnia , & singula, necnon illa concernentia confirmationes,literas,& alia supradicta,& inde secuta quæcunque reuocamus, cassamus,irritamus,& annullamus,ac viribus omnino euacuamus,ac reuocata,cassata,irrita,& nulla, ac sine viribus semper fore,neque in iudicio aut extra iudicium attendi, vel etiam allegari , neque cuiquam suffragari , neque pro eis, aut secundum ea quicquam statui aut iudicari . Neque præsentes de intentionis nostræ aut alio defectu impugnari,neque earum reuocationem,moderationem,vel reductionem aut aduersus ea restitutionem , aliaue iustitiæ aut gratiæ remedia impetrari,aut etiam motu,scientia,& plenitudine similibus (etiam consistorialiter) concedi,aut concessis quenquam vti posse,Et ita per quoscunque iudices,etiam ad id specialiter delegatos,etiã causarum palatij Apostolici Auditores,& Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eorum cuilibet quauis aliter interpretandi & iudicandi auctoritate,interpretari & iudicari debere, ac quicquid secus quauis auctoritate scienter,vel ignoranter contigerit attentari,irritum,& inane decernimus. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis clausulis,& decretis, etiam mentes dictorum prædecessorum attestantibus , & quantumuis validis, &

Declaratio quod priuilegia concessa per Pium 4. in dicta eius constitu. 126. inualida sint olã præterquã infrascripta & cũ moderationibus hic expressis.

firmis in

firmis in dictis concessionibus, confirmationibus, & literis, sub quauis exquisita verborum formula appositis, necnon de iure quæsito non tollendo, aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, dictique Hospitalis etiam iuramento simili, confirmatione, aut quauis alia firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, naturis, vsibus, stabilimentis, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, quòd Magister, & conuentus ac milites præfati, nobis & successoribus nostris Romanis Pontificibus, ac Sedi Apostolicæ, vbi, ac quoties vocati aut requisiti fuerint, contra quoscunque Romanæ Ecclesiæ hostes, vel rebelles armati inseruire, atque opem & auxilium præstare suis impensis teneantur.

Militia S. Lazari Sedi Apost. contra eius hostes, suis expensis deseruire tenetur.

Ea vero, quæ Magistro, Conuentui, & Militiæ præfatis licere, ac manere permittimus, sunt quæ sequuntur, videlicet.

Quòd dilecto filio Ioannotto Castilioneo moderno, & pro tempore existente magno Magistro, cedente, vel etiam apud eandem Sedem decedente, seu magnum Magistratum alias quomodolibet etiam per liberam resignationem in nostris, vel nostrorum successorum pro tempore existentium Romanorum Pontificum manibus, dimittente, vel amittente, & illo quouis modo vacante, Conuentus eiusdem militiæ (si tamen tunc firmam Sedem in aliquo certo loco, ibi auctoritate, & de licentia dictæ Sedis, ante vacationem huiusmodi, constitutam habuerint, & illic resederint) insimul ibidem congregati, alium magnum Magistrum, iuxta eiusdem religionis, & militiæ stabilimenta, de consensu sui protectoris edita, vel edenda, quæ Concilio Tridentino minime sint contraria, eligant: ita tamen quòd eiusdem electionis confirmationem intra tres menses à die quo facta fuerit, ab eadem sede petere omnino debeant, alioquin electio ipsa nulla sit, & electo aliquod ius non tribuat, sed Magistratus ipsius omnimoda dispositio ad dictam Sedem eo ipso deuoluatur. Quodque idem Magister pro tempore existens, & Conuentus, principalem ipsius militiæ sedem, ad quemcunque locum, etiam maritimum, eis visum, consulta prius sede Apostolica, & ab ea licentia, & facultate obtenta, transferre, habitumque suum Regularem, ac etiam Crucem, etiam si de suis antiquis habitu, Cruceque appareat, vel non appareat, in eum meliorem, qui sibi videbitur modum (citra tamen aliarum militiarum, & religionum præiudicium) reformare, in toto, vel in parte immutare, vel stabilire, ac innouare: regulamque, stabilimenta, & statuta dictæ religionis, & militiæ, de consensu sui protectoris & aliorum Fratrum, vel diffinitorum instituere, & reformare, seu de nouo condere, edere, & illas, ac illa corrigere, & immutare (dummodo licita, & honesta, nec eidem Concilio contraria existant) toties quoties voluerint. Necnon idem Ioannottus, & pro tempore existens magnus Magister, quæcunque, quodcunque, & qualiacunq; simplicia dumtaxat beneficia Ecclesiastica de iurepatronatus laicorum ex fundatione, & dotatione existentia, & personale seruitium in cathedralibus, & collegiatis non requirentia (accedente tamen consensu patronorum, de quorum iuribus eis (vt præfertur) ex fundatione, & dotatione competentibus, per publica documenta, non autem alia probationum genera, coram pro tempore existentibus Vicario nostro in Vrbe in spiritualibus generali, & Auditore curiæ causarum Cameræ Apostolicæ vocatis, quorum interest, legitime constet, & sine præiudicio ea obtinentium, & ipsis cedentibus, vel decedentibus) in præceptorias, commendas, capellas, aut Ecclesias ipsorum Hospitalis, & militiæ, perpetuo erigere, & instituere, dictæque suæ militiæ pepetuo incorporare, applicare, & appropriare: ac illarum fundatoribus, & dotatoribus, iuspatronatus, & præsentandi dictis Magistro, & conuentui, vel eorum deputato personas idoneas, ad præceptorias, domos, capellas, seu Ecclesias, & Hospitalia huiusmodi pro tempore vacantia, perpetuo præseruare, seu etiam reseruare, & concedere, & sic à patronis præsentatos, iuxta stabilimenta dictæ religionis, ordinariorum locorum, & quorumuis aliorum consensu minime requisito, in illis instituere, ac alias illa conferre, & de eis prouidere possint: ita tamen, quòd debitus diuinus cultus per personas idoneas, etiam si dicti ordinis fuerint, ab ordinario approbandas, in eisdem exerceatur. Quodque confirmatio erectionis & institutionis præceptoriarum, commendarum, capellarum, aut Ecclesiarum pro tempore sic erectarum, ac illarum incorporationis, applicationis, & appropriationis, nec nō iurispatronatus ad illas reseruationis & concessionis huiusmodi, si citra infra quatuor, si verò vltra montes beneficia huiusmodi consistant, infra sex menses à die quo factæ fuerint, à Sede Apostolica impetrari debeat, aliàs illæ, & inde secuta quæcunque, nulla & irrita, nulliusque roboris vel momenti existant; ac beneficia huiusmodi in eorum pristinam naturam restituta esse censeatur & ab eadem Sede impetrari possint. Necnon quòd Hospitalia, leprosariæ, & alia loca quæcunque, tam in alma Vrbe, quàm in aliis quibuscunque terris, dominijs, & locis sub inuocatione Sancti Lazari leprosorum hactenus fundata, constructa, erecta, & instituta, & quæ in posterum fundari, construi, erigi, & institui contigerit, etiam si per Magistrum, conuentum, & fratres huiusmodi recepta aut possessa non sint, vbi vllo vnquam tempore fuerit, sit, vel erit Hospitalitas leprosorū seu infirmorum Sancti Lazari nuncupatorum, de qua legitime coram locorum ordinariis constet, etiam si iurispatronatus laicorum sint, cum omnibus vnionibus, annexionibus, incorporationibus, & applicationibus, illis pro tempore factis, militiæ & Hospitali Sancti Lazari huiusmodi subiecta, & incorporata, & ad ius, & proprietatem, ac omnimodam dispositionem, institutionem, & collationem moderni & pro tempore existentis magni Magistri & conuentus eorundem, iuxta ipsius militiæ seu religionis stabilimenta (saluo tamen iurepatronatus) pertinere censeantur, prout alia etiam dictæ religionis seu militiæ Hospitalia, cappellæ, oratoria, beneficia, & loca spectant & pertinent: illaque per dictæ militiæ fratres (non autem per alias ecclesiasticas aut seculares personas, etiam ciuitatum, terrarum, oppidorum, & villarum Communitates, vel vniuersitates) regi & gubernari, & in signum recognitionis superioritatis dicti Hospitalis de aliquo rationabili canone seu censu per Magistrum, & conuentum ac diffinitores generalis capituli dicti Hospitalis imponendo, singulis annis respondere debeant, sine alicuius præiudicio, & dummodo in illis hospitalitas debita seruetur, & cultus diuinus nullatenus diminuatur, ac in illorū fundatione, vel dotatione secus nō fuerit ordinatū: saluis tamen legitimis titulis, & præscriptionibus & salua iurisdictione ordinariorū, tam ea quæ de iure communi eis competit, quàm quæ ea decretis dicti Concilij Tridentini eisdē est attributa: præterquam in ijs casibus, in quibus Conciliū prædictū expresse exemit & excepit religionem S. Ioannis Hierosolymitani, in quibus & hæc S. Lazari religio, postquam tamen in aliquo certo loco firmā sedem conuentualē habere cœperit, & ibi Magister, & conuētus præfati resederint: pariter excepta, & excepta sit: & esse censeatur, excepta taxatione pro Seminariis instituēdis. Et insuper milites, ac præsbyteri, & cappellani Hospitalis, & militiæ S. Lazari huiusmodi nunc, & pro tēpore existētes, ac eorū singuli etiā coniugati,

Electio Mag. Magistri spectat ad Conuentum & Milites.

Electus petere debet confirmationem à Sede Apostolica.

Sed Pius 4. in d. eius const. 126. volebat quod eo ipso cōfirmatus censeretur.

Facultas Magni Magistri & Conuentus transferēdi sedem militię ad quemcunque locum eis bene uisum habita licentia sedis Apostolicæ.

Quæ licentia nō requirebatur in dicta cōst. Pij 4.

Erigendiqua in Commēdas &c. beneficia da iure patronatus laicorum vt hic.

Hæc facultas erat maior ex indulto Pij 4. vt ibidem. Sed hic Pont. reuocauit vt infra in eius const. 71.

Iuspatronatus & præsentandi fundatoribus vel dotatoribus, reseruādi, & præsentata beneficia conferendi.

Tu vide reuocationē infra in const. 71.

Erectionum prædictarum confirmatio peti debet à Sede Apostolica.

Hæc autem non requirebatur in const. Pij 4. Nec hodie est necessarium cum abrogata fuerit, vt in d. const. 71.

Quæcunq; loca sub inuocatione S. Lazari in quibus fuerit vel erit Hospitalitas infirmorum, incorporata censeantur Hospitali S. Lazari.

Hoc priuilegiū & quascunq; concessiones per M. Magistrū & Conuentū factas hic Pont. postea reuocauit vt habes infra in eius const. 43 Grauet ad nos.

Facultas Militũ obtinendi pensiones.

Ad quod vide limitationem infra in const. 72.

qui cum vnica tantũ, & virgine matrimoniũ contraxerint, vnam vel plures pensiones annuas vsq; ad summam quingentorũ ducatorũ auri de Camera nouorũ super quorũuis Cathedraliũ etiã Metropolitan. & aliarũ Ecclesiarum, ac etiam Mensarum, etiam Patriarchalium, Archiepiscopalium, & Episcopalium, necnon etiam Monasteriorum, etiam Consistorialium, Prioratuum, Canonicatuum, & Præbendarũ, Dignitatum, Personatuum, Administrationũ, & Officiorũ, aliorumq; beneficiorũ Ecclesiasticorum cum cura & sine curia secularium & quorumuis ordinum regularium, qualitercunque qualificatorum fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis, ac distributionibus quotidianis, aliàs canonicè sibi assignatas, vel assignandas: vel loco pensionum annuatum, omnes & singulos, ac quoscunque similes fructus, redditus, & prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta quæcunque, ac etiam distributiones quotidianas, vsque ad dictam summam sibi reseruatos, & reseruandos, etiam si post illarum, vel illorum reseruationem, vxorem, vnicam tamen, eamque virginem (vt præfertur) duxerint, ad vitam percipere, exigere, ac leuare, ac in suos vsus, & vtilitatem conuertere libere, & licite valeant: & quoad hoc, atque etiam pensiones, & fructus assignandos, & reseruandos, vnà cum prioratibus, præceptoriis, & aliis beneficiis Hospitalis Sancti Lazari huiusmodi percipere. Et insuper idem Hospitale Sancti Lazari, ac illius prioratus, præceptoriæ, domus, cameræ, Hospitalia, & loca quæcunque, necnon intra regularia dictorum Hospitalis, & militiæ loca degentes, Magister, priores, præceptores, milites, & personæ, ac eorum subditi, vassalli, coloni, & seruitores nunc, & pro tempore existentes, etiam presbyteri curam animarum exercentes, (seruatis tamen decretis Concilij Tridentini) quandiu illa exercuerint, & in illorum obsequiis fuerint: ac illorum ratione beneficiorum dicti Hospitalis Sancti Lazari tantum (non autem patrimonialia) res, animalia, prædia, domus, molendina, & bona quæcunque quæ obtinent & possident, ac in futurum canonice obtinebunt, & possidebunt, sub beati Petri & dictæ Sedis & nostra protectione: ab omni iurisdictione, correctione, onere, statutis, bannis, dominio, superioritate, & potestate (intra tamen terminos Concilij Tridentini, & saluis eius decretis) quorumcunque Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, & Prælatorum, etiam locorum ordinariorum, cum primum sedem conuentualem propriam habere cœperint, vt præfertur: Necnon ea nunc quorumcunque temporalium dominorum, quauis potestate, etiam Imperiali, Regali, & Ducali fungentium, ac Vniuersitatum, & illarum Regentium, etiam (præterquam dicti Hospitalis) ordinariorum temporalium, vbicunque tam citra, quàm vltra Montes, & Mare constitutorum, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentium, illorumque Vicariorum, & Officialium, Locatenentium, & Iudicum nunc & pro tempore existentium quorumlibet: Necnon à solutione & exactione passagij, arreragij, gabellæ, datij, tractæ, collectæ, procurationis, iocundi aduentus, iurium, etiam Synodalium, censuum, & decimarum etiam noualium, etiam hortorum, pratorum, piscationum, & molendinorum (ad quæ cuilibet accessus, nullatenus directe vel indirecte prohiberi possit) & terrarum, quas per seipsos, vel alios eorum nominibus, etiam colonos, arrendatarios, & emphyteotas excolent, & de quibus fructus percipient ratione beneficiorum Hospitalis Sancti Lazari huiusmodi: & cuiusuis alterius oneris personalis, realis, seu mixti, ordinatij, vel extraordinarij, vbicunque, & ex quacunque causa impositi, vel imponendi pro tempore, liberi, & exempti, ac nobis & dictæ Sedi immediate subiecti existant: Ita quod Archiepiscopi, episcopi, Prælati, Ordinarij, Vicarij, Officiales, Locatenentes, & Iudices in spiritualibus, etiam ratione delicti (dummodo illud non sit de atrocioribus) vel contractus, seu rei de qua agetur, vbicunque committatur delictum, iniatur contractus, aut res ipsa consistat, si personæ ipsæ intra regularia loca prædicta degent, & ibi aliquis à dictis Magistro, & conuentu ad id specialiter cum iurisdictione deputatus fuerit, postquam conuentus Hospitalis huiusmodi dictam Sedem habuerint: temporales verò Iudices & Domini præfati, etiam ea nunc, nullam in eos vel eas iurisdictionem, correctionem, seu potestatem (saluis tamen decretis Concilij Tridentini) exercere, aut excommunicationis, aliasue sententias, censuras, & pœnas promulgare: aut etiam ratione personarum, vel rerum, animalium, ac bonorum (non tamen patrimonialium) ad aliquam solutionem pontium, fontium, furnorum, mutorum, seu etiam aliarum Ecclesiarum, quàm dictæ religionis, etiam si forsan hactenus per abusum, seu alterius priuilegium, aut negligentiam, etiam per longissimum tempus taliter obseruatum non fuerit: Quæ omnia, etiam præscriptiones, nullo pacto, saltem in posterum obstent, quo minus exemptionibus, quibus alij regulares cuiuscunque militiæ milites vtuntur, & eodem modo quo illi vti possint, eos coarctare, aut alij quicunque cuiuscunque Ecclesiasticæ vel mundanæ dignitatis aut præeminentiæ, status vel conditionis existant, etiam in locis & Terris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, etiam immediate subiectis, & ad instantiam cuiuscunque Principis seu Communitatis sub excommunicationis latæ sententiæ, seu quadrupli, vltra damna, & expensas, restitutionis pœnis per contrafacientes eo ipso incurrendis, eos in iudicio vel extra super præmissis, vel eorum vsu, seu possessione, vel quasi directe vel indirecte quouis quæsito colore, vel ingenio molestare, impedire, vexare, aut aliàs quomodolibet impetere præsumant, debeant, seu etiam valeant. Sed priores, milites, & aliæ personæ Hospitalis & militiæ Sancti Lazari, huiusmodi sic degentes, post firmatam dictam Sedem, de Iustitia coram solo Magno Magistro, & conuentu, vel eorum deputato (alioquin, & interim, donec ipsam sedem habuerint, coram ordinariis locorum tanquam Sedis Apostolicæ delegatis) respondere debeant. Et quicunque processus contra illos, vel eorum aliquem, per ipsos locorum ordinarios vel eorum Vicarios, aliàs quàm, vt præmittitur, seu quosuis alios pro tempore facti, & quælibet, etiam excommunicationis, vel suspensionis, aliæque sententiæ promulgatæ, nulli & inualidi nulliusque roboris & momenti sint. In delictis autem atrocioribus, inter Magnum Magistrum seu deputatos ab eo, ac locorum tam in spiritualibus, quàm in temporalibus ordinarios, ita seruetur: vt qui ex eis præuenerit, eius sit in delinquentes iurisdictio. Nec aliqui ex Hospitalis & militiæ Sancti Lazari, Fratribus, Donatis, Seruitoribus, Vassallis, & Colonis in Prioratibus, Commendis, domibus, Hospitalibus, leprosariis, membris, aut aliis quibusuis beneficiis, prædiis, siue Grangiis quomodocunq; à dicto Hospitali dependentibus, in quibuscunq; locis sub quorumcunq; Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Vniuersitatum, Hospitalium, Rectorum, Ecclesiarum, limitibus, & iurisdictione constituti, decimas, aut canonicam portionem, seu charitatiuũ subsidium, aut quartas nuncupatas, seu alias quascunq; collectas, seu contributiones tam ex antiquis Hospitalis S. Lazari, & beneficiorum huiusmodi culturis, quàm ex recenter cultis noualibus

Hospitalis eiusq; personæ, & bona (non tamen patrimonialia) sub protectione sedis Apost. suscipiuntur (iuxta decreta Concilij Tridentini.
Hoc idẽ indistincte concesserat Pius 4. in dicta eius const. 126.

Exemptio eorundem à solutione decimarũ gabellarum &c.
Hoc idẽ concesserat Pius 4. ibidem, absque alia limitatione, ratione beneficiorum Hospitalis.
Exemptio à iurisdictione ordinariorum procedat eum ratione delicti, contractus, & rei cũ tribus limitationibus seu declarationibus positis hic & mox infra.
Hoc autem simpliciter concesserat Pius 4. ibid.
Milites & aliæ personæ Hospitalis coram Magno Magistro vel deputato tantũmodo super præmissis conueniri possint, postquã religio sedem firmauerit, & interim coram ordinariis tanquam sedis Apost. delegatis.
Hoc concesserat simpliciter Pius 4. in eius const. 49 cũ 126.
Exemptio eorundem à solutione decimarũ & collectarũ pro culturis beneficiorũ Hospitalis, videlicet eorũ quæ alij milites talia priuilegia habẽtes nõ soluunt.
Hoc concesserat Pius V simpliciter in dicta eius const. 126.

noualibus, alicui quouis modo soluere teneantur, nisi prout alij regulares cuiusuis militiæ milites, generali-
bus vel specialibus circa hoc priuilegiis pacificè gaudentes, soluere tenentur: à quibus omnibus exactionibus,
atque etiam nouo subsidio, charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Regi in suis Regnis per
quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros concesso, & Canonica portione seu quarta nuncupata
in Franciæ Regnis imposita: necnon à quibuscunque aliis facultatibus, Regibus huiusmodi, & aliis Principibus
concessis, vel concedendis in futurum, omnia dicti Hospitalis loca, necnon Ecclesiarum quomodocunque à di-
cto Hospitali dependentium fabricæ, ad exemplum aliarũ regularium militiarum locorum, sint libera & exem-
pta. Et insuper, quòd præfati Magister, & conuentus, priores, præceptores, aut quicunque alij ex dicti Ho
spitalis fratribus, per quoscunque locorum aut terrarum Dominos tam spirituales, quàm temporales, etiam si
Regali dignitate præfulgeant, etiam in Terris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ab extractione frumenti, ordei, vini,
olei, legumioum, & quorumcunque fructuum, atque etiam pecuniarum ex prioratibus, commendis, membris,
domibus, grangiis, aliisue præfati Hospitalis locis prouenientium, nullo vnquam modo impediri possint, quo
minus præfata omnia, pro sua possessorum voluntate, in quæcunque fidelium loca, ab omni pedagio, datio, seu
tracta (vt præfertur) libera, & exempta valeant asportare. Et bona Magistri, priorum, præceptorum, & fra-
trum, ac aliarum personarum huiusmodi, tam acquisita, quàm in posterum acquirenda, ex concessione Aposto-
lica, vel Magistrali, ex die emissæ per eosdem priores, præceptores, fratres, & personas professionis, ab omnibus
decimis, & aliis oneribus similiter, ad exemplum bonorum aliarum regularium militiarum, libera, immunia, &
exempta existant. Et quòd quælibet querelæ, quæstiones, lites, causæ, & controuersiæ quas ex nunc inter fra-
tres & subditos Hospitalis & militiæ Sancti Lazari, præsentes, & futuras, ex quibusuis occasionibus oriri & mo-
ueri contigerit, quouis modo, cum omnibus suis incidentibus, emergentibus, connexis, & annexis, ac omnium
cuiusuis appellationis (præterquam in defectus, aut denegatæ iustitiæ, vel illati perperam contra stabilimenta
& consuetudines dicti Hospitalis grauaminis casibus (remoto obstaculo, per pro tempore Magistrum, & con-
uentum dicti Hospitalis, seu illos ex fratribus, quibus ipsi Magister & conuentus id commiserint, etiam vsque ad
tertiam diffinitiuam sententiam inclusiue audiantur, nec non (iuxta laudabiles consuetudines & stabilimenta
Hospitalis huiusmodi, & aliàs prout iuris fuerit) debito fine decidantur: Omnesque & singuli priores, præce-
ptores, milites & fratres Hospitalis præfati (postquam de mandato seu auctoritate Magistri, seu conuentus præ
fatorum, in quibusuis ex prædictis contra eos intentandis causis, ad comparendum coram ipsis, & commissariis
per eos (vt præfertur) deputatis, in locis quantumcunque ab eo Hospitali remotis, citati fuerint) coram eis-
dem Magistro, conuentu, & commissariis, prout contigerit, legitimè comparere debeant, & teneantur, iu-
ri, & iustitiæ (secundum stabilimenta, approbationes, vsus, & laudabiles consuetudines præfati Hospitalis)
pariturі: Quòdque illi ex prioribus, præceptoribus, fratribus, & subditis præfatis, qui contra eorum ali-
quem super quibusuis querelis, rebus, vel negocijs (præterquàm in casibus præfatis) coram alio quàm præ-
fatis Magistro, & conuentu, ac per eos pro tempore datis commissariis, in causam traxerint, & ad alium
quàm ad eosdem appellationes quascunque interposuerint, causas huiusmodi prorsus perdant, reque, super
qua contenderint, priuati existant eo ipso. Necnon modernus, & pro tempore existens Magister, & con-
uentus Hospitalis huiusmodi (iuxta illius stabilimenta, & laudabiles consuetudines, ac mores) in prioratus,
& præceptorias, domos, Hospitalia, membra, bona, & loca quæcunque, necnon quoscunque priores, præ
ceptores, fratres, & personas Hospitalis & religionis huiusmodi, ac illorum vassallos, subditos, & serui-
tores, vbicunque, tam citra, quàm vltra montes, nunc & pro tempore constitutos, & commorantes (qui
omnes Magistro, & subdelegatis ab eo, firmiter, tam personaliter, quàm realiter, omni exceptione cessan-
te, & quocunque à nobis vel sede prædicta obtento vel obtinendo indulto non obstante, parere, & obedire
teneantur) plenariam & omnimodam, etiam meri & mixti Imperij, iurisdictionem, & superioritatem: Ip-
seque Magister contra rebelles, & suis mandatis non obedientes, etiam vigore literarum Apostolicarum,
etiam in forma breuis, à nobis & successoribus nostris pro tempore emanatarum, seruatis quatuor terminis
ad docendum se paruisse, & satisfecisse in loco conuentus Hospitalis huiusmodi, post legitimè executam pri-
mam citationem, ad mulctam siue pœnam personaliter, iuxta mores & stabilimenta prædicta, seu etiam ad
priuationem habitus, & beneficiorum, domorum, & prædiorũ per eos obtentorum procedendi, vel etiam
(si magis expedire videbitur (beneficia, domos, & prædia ipsa ad manus suas seu receptorum dicti Hospita-
lis reducendi, & (donec ipsi inobedientes contumaciam purgauerint, & debita onera persoluerint) pro suo
arbitrio retinendi, illorum fructus, redditus, & prouentus arrendandi, & percipiendi: Necnon omnes &
singulas causas, lites, & querelas (nondum tamen coram aliis iudicibus motas, & pendentes) super quibusuis
dicti Hospitalis beneficiis, ac bonis, rebus, & pecuniis ærarij, & fratrum quorumcunque, in quibus inter se
ipsos inuicem realiter siue personaliter conuenient, seu conuenientur, atque etiam in quibus ab aliis etiam
clericis secularibus vel regularibus aut laicis similiter conuenientur, etiam per deputatos ab eis in locis, in
quibus causæ ipsæ cognoscentur, audiendi, & decidendi, eosque citandi, & quoties opus fuerit inhibendi,
etiam sub censuris, & pœnis Ecclesiasticis, tam in curia prædicta, quàm extra eam, facultatem habeant:
Necnon illorum sententiæ, & res iudicata per priorem Ecclesiæ dicti conuentus, etiam sub censuris & pœnis
Ecclesiasticis contra condemnatos, tam realiter, quàm personaliter executioni mandentur: ita quòd alibi
quàm in dicto Hospitali, aut extra illud ex Magistri & conuentus cõmissione cognosci, & terminari nequeant:
Nec à sententiis, per iudices dicti Hospitalis pro tempore latis, ad alium, quàm Magistrum & conuentum
prædictos, seu Iudices ab eis deputatos, in quauis instantia, neque à sententiis per ipsum Magistrum, & Con-
silium latis aliò, quàm ad generale capitulum, siue per ipsius Hospitalis fratres, siue per ipsos subditos, &
vassallos, quoquo modo appellari possit: quinimmo illi vsque ad tertiam sententiam in eodem conuentu pro-
cedere teneantur. Et similiter, quòd omnes sententiæ per eosdem Magistrum & conuentum latæ, omnes item
commissiones, citationes, collationes, & omnia denique eorundem rescripta, ad omnes suæ iurisdictioni
subditorum ac reliquorum, etiam quorum interierit, causas, lites, seu querelas coram ipsis pertractandas,
directè exequi, & à nullis locorũ, & terrarũ Dominis, etiã Regali aut Ducali dignitate fulgentibus, aliqua ratio-
ne expectandi cõsensus, seu alio quouis quæsito colore in eorundẽ executione impediri possint, seruato tamen

Exemptio à solutione subsidij per Regẽ Hispaniarum, & quartæ impositæ per Regem Franciæ, & aliarum impositionum.

Facultas extrahendi frumẽtum, & alios fructus, & pecunias ex locis militiæ & Hospitalis Sancti Lazari & ad quæcunque fidelium loca, sine datio, & gabella, asportandi.

Tu vide reuocationem infra in const. 176.

Iurisdictio magni Magistri & conuentus, seu eorum delegatorum, inter personas religionis & militum.

Citati corã magno Magistro, & conuentu seu eorum delegatis, cõparere tenentur.

Milites & aliæ personæ religionis prohibentur coram aliis, quã religionis iudicibus inter se litigare.

Iurisdictio Magistri & Conuentus super personis & rebus religionis.

Facultas magni Magistri procedẽdi contra inobedientes, etiam ad priuationem beneficiorum.

Facultas eiusdẽ aduocãdi singulas causas lites, & querelas, personarũ religionis (nondum tamẽ corã aliis iudicibus motas & pẽdentes)

Hoc Pius 4. simpliciter concesserat in dicta eius const. 126.

Et exequẽdi sententias & rem iudicatam.

Appellationes à sententiis iudicũ Hospitalis ad Magistrũ & Cõuentum, & ab eis ad Capitulum generale permittunt.

Expeditiones & executoriales Magistri & cõuentus exequant absque alicuius licẽtia, nec à quopiã possint impediri.

in eis exequendis datæ ordine, ita quòd eorum vltimæ primia anteferri nequeant: Ac quòd contra clericos seculares, seu laicos, Prioratus, Præceptorias, Domos, Cameras Magistrales nuncupatas, & alia beneficia Hospitalis huiusmodi, eorumque res & bona quocunque titulo, sine tamen consensu & expressa licentia Magistri & conuentus præfatorum, indebite occupantes, seu illi, aut eius communi ærario, seu fratribus, occasione responsionum annuatum, vacantium, mortuariorum, annatarum, passagiorum, arreragiorum, seu aliàs quomodolibet & ex quacunque alia causa debentes, siquidem illi actores sint, & in quauis instantia ad causam venient: Magister, & conuentus præfati, modo & forma, quibus contra ipsius Hospitalis fratres procedi consueuerit, pro illorum recuperatione libere procedere, & eos prioratibus, præceptoriis, domibus, & aliis beneficiis huiusmodi, seruata forma iuris, & aliàs iuxta formam priuilegiorum prædictorum priuare: si verò rei fuerint, coram ipsorum competentibus Iudicibus ad recuperationem, & alia prædicta agere, & omnia iuris remedia tentare, ac demum priuatione huiusmodi legitimè facta, de prioratibus, aliisque beneficiis prædictis, per priuationem eandem vacantibus, libere disponere valeant. Necnon personæ in dignitate Ecclesiastica vbilibet constitutæ, & quicunque locorum ordinarij, ac eorum Vicarij, & officiales, per eosdem Magistrum & conuentum, postquam dictam sedem habuerint pro tempore eligendam, seruata tamen forma Concilij Tridentini, in eorum & quorumcunque priorum, præceptorum, & fratrum Hospitalis huiusmodi, Conseruatores, qui, quandiu exercuerint dictum officium, à nemine quominus illud exerceant sub aliquo prætextu impediri, vel molestari possint, deputati sint: ita quòd ipsi electi, sub excommunicationis pœna eosdem priores, præceptores, & fratres, ac eorum singulos, non tamen extra regularia dicti Hospitalis loca degentes, aduersus inferentes eis, aut eorum seruitoribus, & familiaribus iniurias, seu grauamina, vel damna in personis, rebus, & bonis, seu exigentes ab eis contra ac suprascriptum est vectigalia, datia, pedagia, gabellas, collectas, aut alia onera, defendere, & præseruare, ac omnem eorum iurisdictionem exercere: necnon vbi executio realis, vel personalis aduersus reos fieri non poterit, & reorum contumacia id exegerit, præcedentibus legitimis monitionibus, aliisque seruandis ritè seruatis, sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas contra rebelles & inobedientes, cum effectu promulgare, ac priuilegia prioribus, præceptoribus, & fratribus præfatis pro tempore concessa, eis obseruari facere debeant, & teneantur: In causis autem Hospitalis, & militiæ huiusmodi, eorumque bonorum, & personarum, vbi aliæ probationes non existent, eorum Magister priores, præceptores, milites, fratres, vassalli, subditi, seruitores, & aliæ personæ in testes adhiberi & recipi possint. Ac iura mortuariorum, & vacantium, necnon arreragiorum, passagiorum, & aliorum quorumcunque; ita vt quæuis personæ cuiuscunque Ecclesiasticæ dignitatis existentes, beneficia Hospitalis huiusmodi pro tempore obtinentes, illa soluere omnino teneantur, & astricti sint: ac ad id etiam sub sententiis, censuris, & pœnis Ecclesiasticis, ac aliis iuxta eorūdē priuilegia, priuationis, & apprehensionis bonorum ad manus suas remediis cogi possint, soluantur: Necnon quòd Magister, priores, præceptores, & dicti Hospitalis fratres, capellani ab ordinariis, intra quorum diœc. fines, eorum prioratus, præceptoriæ, & alia loca, in quibus eos residere oportuerit, existent, vel si ab ordinariis præfatis legitime impeditis non poterint, ab eis nihilominus examinati, atque idonei secundum canonicas sanctiones reperti, & approbati, habitisque ab eis dimissorialibus litteris, & à suis superioribus licentia, & seruata in omnibus forma Concilij Tridentini, a quocunque catholico Antistite sub Romanæ Sedis obedientia constituto, in propria diœcesi residente, aut in aliena pro diœcesano Pontificalia exercente, diligenti præuio examine, sacros ordines, etiam (si id pro vtilitate aut necessitate Hospitalis, prioratuum, præceptoriarum, & aliorum locorum huiusmodi respectiuè eisdem ordinariis & superioribus videbitur expedire) extra tempora à iure statuta, tribus nec paucioribus diebus Festiuis suscipere, & in quibusuis tam secularium quàm regularium Ecclesijs, cum commendatitiis sui superioris literis, absque alicuius licentia celebrare possint. Et ipsi Magister, & conuentus, necnon prior Ecclesiæ, aliique priores, & præceptores, intra limites suarum iurisdictionum & administrationum, veri ordinarij (iuxta formam stabilimentorum & priuilegiorum prædictorum) existant, & esse censeantur. Necnon Magister & conuentus quoscunque & singulos priores, & cōmendatores, suorum prioratuum & commendarum fratres seu religiosos delinquentes vel inobedientes cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis & præeminentiæ existentes, etiam si quauis, etiam Apostolica exemptione fungantur, in quocunque loco quantumuis priuilegiato, & quauis etiam Imperatoris, Regum, seu aliorum principum, etiam Ecclesiasticorum Curia (præterquam Romana) per se, aut suos Officiales, & Ministros capere, & incarcerare, ac captos à se vel eorum nomine liberare, & ad Hospitale præfatum per Magistrum & conuentum præfatos (iuxta eorum constitutiones, & stabilimenta) puniendos sub debita custodia transmittere, & transmitti facere liberè & licitè possint: Ac tam Ecclesiastici, quàm seculares officiales, & locorum potestates ad eisdem Magistro, & conuentui, prioribus, commendatoribus, aliisq; in præmissis assistendum, ac auxilium, consilium, fauorem, & iuuamen præstandum, sub excommunicationis & aliis censuris & pœnis Ecclesiasticis, teneantur, & obligati sint: Ac omnia, & singula (quæ tamen suum nondum sortita sunt effectum) speciales & generales, etiam mentales reseruationes, expectatiuæ, Mandata de prouidendo, Antianitates, sine consensu coadiutoriæ, necnon præuentiuæ quæcunque gratiæ de & super prioratibus, præceptoriis, rectoriis, domibus, cameris Magistralibus, locis, & membris, ac aliis beneficijs Ecclesiasticis dicti Hospitalis quouis modo nuncupentur, etiam in Angliæ, Castellæ, Legionis, ac Valentiæ Regnis, ac Principatu Cathaloniæ, & Comitatu Flandriæ, quomodocunque & qualitercunque, absque Magistri & conuentus præfatorum consensu, etiam cum quibusuis fortissimis & insolitis, etiam derogatoriarum derogatoriis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, & inhibitionibus etiam motu & scientia similibus, quibusuis etiam aliis quàm dicti Hospitalis personis cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel præeminentiæ fuerint, etiam Cardinalatus honore fungentibus & functuris, etiā per nos & Sedem præfatam tam in genere, quàm in specie concessa & facta, & quasuis etiam præuentiuas, & restitutorias, ac præseruatiuas, necnon derogatorias iuribus dictorum Magistri, & conuentus etiam quoad annuam responsionem illis faciendam, clausulas in se continentia, eorumque vires, & effectus, reuocata, cassa, & nulla, nulliusque roboris, vel momenti sint, ac nemini suffragari possint, neque debeant, nec per ea cuiquam in prioratibus, præceptoriis, dignitatibus, domibus, locis, & membris, ac aliis beneficijs Hospitalis huiusmodi, ius acquiri possit, neque coloratus titulus possidendi tribui: sed illis, effectum suum (vt præfertur) nondum sortitis, nequaquam obstantibus, Magister & conuentus

Facultas Magni Mag. & conuentus procedendi contra occupantes bona religionis, seu non soluentes debitas responsiones, quando illi actores sunt; quando etiam sunt rei, conueniri debēt coram eorum Ordinarijs, sed Pius 4. ibid. indistinctè hoc concesserat.

Facultas Magni Magistri & conuentus eligendi conseruatores religionis.

Hæ facultates concessæ fuerant omnibus Militibus per Pium 4. ibidem.

In causis Hospitalis, Milites & alij admittuntur ad probandum, aliis deficientibus probationibus.

Obtinentes beneficia Hospitalis tenentur soluere iura mortuariorum & cæt.

Ad hoc vide reuocationem inf. in cōst. 41.

Fratres istius ordinis extra tempora ordines sacros sumere, & in quibuscunque Ecclesijs celebrare possunt vt hic.

Magister Conuentus, prioresque & præceptores intra limites suarū iurisdictionū veri ordinarij existunt.

Magister & Conuentus priores & commendatores possint suorū locorū milites, ac alios delinquentes, vbique præterquam in Vrbe capere & incarcerare.

Pius 4. ibidem concesserat id licere etiam in Vrbe.

Annullatio quarumcunque expectatiuarum, & aliarū gratiarū præuentiuarū super locis Religionis absque consensu Magistri & Conuentus concessarum, dummodo non sint sortitæ effectum.

Et facultas Magni Magistri de eis prouidendi, illis non obstantibus Pius vero 4. concesserat sine limitatione.

uentus præfati coniunctim vel diuisim, iuxta consuetudines & stabilimenta huiusmodi Hospitalis, de Prioratibus, Præceptorijs, Domibus, Cameris, Locis, & Mébris ac alijs Hospitalis Beneficijs huiusmodi, libere disponere, & interim (donec de illis disposuerint) per se, vel procuratores suos possessionem eorundem vacantem propria auctoritate libere apprehendere, ac illorum Fructus, redditus, & prouétus percipere, ac in suos & Magistralis & Conuentualis Mensarum vsus & vtilitatem conuertere, & retinere possint, cuiusuis licentia super his minime requisita. Præterea, quod prioratus, præceptoriæ, & Membra, ac Beneficia quæcunque dicti Hospitalis, quæ pro tépore qualitercunque vacauerint extra Romanam Curiam, sub quibusuis generalibus vel specialibus reseruationibus Apostolicis factis, & quas fieri contigerit de Beneficijs ecclesiasticis pro tempore vacantibus, vtpote ad Hospitalitatem, & fidei tuitionem ordinata, nullatenus includantur, nec reseruata, vel affecta existát, sed Hospitalium pauperum, quæ sub reseruationibus ipsis non includuntur, quo ad id sortiantur naturam: Debeatque de illis per pro tempore existentem Magistrum, & Conuentum prædictos dúntaxat, & non alium, iuxta stabilimenta prædicta, Fratribus dicti Hospitalis prouideri: Resignationes vero, seu cessiones de illis a pro tempore illa obtinentibus, etiam si obtinentes de dicta Militia non sint in fauorem quarumcunque personarum fieri nequeant, nisi personæ ipsæ professionem per Fratres dicti Hospitalis emitti solitam iam emiserint, aut illam ex tunc intra duos menses expresse emittere, & habitum per eosdem gestari solitum suscipere, & gestare paratæ existant, alioquin resignationes, & cessiones ipsæ, & quas aliter fieri contigerit, per Nos, aut successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, ac dictam Sedem, vel eius, aut alia quacunque authoritate de Prioratibus, Præceptorijs, Membris, & Beneficijs huiusmodi reseruationes, prouisiones, collationes, comédæ, vniones & quæcunque aliæ similes vel dissimiles dispositiones: & exemptiones, Priorú, Præceptorum, & Fratrú, à Magistri & Conuentus præfatorum obedientia, & superioritate, aut debitis per eos præfato ærario responsionibus annuis, & alijs iuribus quacunque ratione vel causa, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam cum expressa derogatione posteriorum literarum quarumcunque, quæ etiam per nos in contrarium fortasse fieri contigerit, nullius penitus sint roboris, vel momenti, & habeantur prorsus pro infectis: Nec censeatur in hac parte vnquam derogatum per quascunque clausulas, etiam derogatoriarum derogatorias fortiores, & efficaciores, nisi dum & quoties ipsarum posteriorum literarum de verbo ad verbum verè, & non per clausulas id importantes, inserto tenore de ipsorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio derogari cótigerit, nec etiam tunc nisi ad id Magistri, & Conuentus præfatorum expressus accedat assensus, & non aliter, nec alio modo: & semper in huiusmodi, quæ sic fient de consilio præfato, derogationibus, censeatur apposita clausula, quòd effectum sortiantur de consensu Magistri, & Conuentus præfatorum, & non aliter, nec alio modo.

Loca Religionis non cópræhendi sub reseruationib. Apost. & per M. Mag & Cóuentú dúntaxat, cóferri debent personis Religionis. Resignationes, seu cessiones Beneficiorum Religionis fieri nequeút nisi in personis in d. Religiona professis, habitú solitum gestátib.

Exemptiones cócessæ Priorib. & Militib. non suffragantur aduersus debita per ipsos cómuni ærario Hospit. & obedientiam Magni Mag & Cóuétus.

Quòdque Collationes, Prouisiones, Commendæ, Vniones, Reseruationes, & aliæ dispositiones qualibet, quas de eisdem Prioratibus, Præceptorijs, & membris pro tempore per cessum, vel decessum, seu quamuis aliam dimissionem (præterquàm apud Sedem) vacantibus, aliàs quàm in huiusmodi personis & modo prædicto fieri contigerit, etiam si per nos, & pro tempore existentem Romanum Pontificem fient, illis, quibus sic fient nullum ius, nullumque coloratum titulum tribuant possidendi: Alienationes censuum, redditruú, iurium, iurisdictionú, & bonorum quorumcunque ad Prioratus, Præceptorias, Domos, Hospitalia, Beneficia, & loca Hospitalis huiusmodi pertinentium, sub excommunicationis latæ sententiæ, & priuationis beneficiorum obtentorum pœnis, per contrafacientes eo ipso absque aliqua declaratione incurrendis, de cætero ne fiant, & si fiant, viribus omnino careát. Et insuper, quod Iurapatronatus, & præsentandi personas idoneas ad Prioratus, Præceptorias, Hospitalia, Membra, aliaque beneficia, & loca Hospitalis huiusmodi, & quadraginta annis citra acquisita, & in futurum acquirenda, ex quauis causa, præterquam ratione fundationis, & iuxta dispositionem Concilij Tridentini, nisi præuia diligenti cognitione per locorum Ordinarios habenda, reperta fuerint ob maxime euidenté beneficiorum, & locorum huiusmodi necessitatem constituta esse, ab eisdem Ordinarijs in totum reuocentur & restituto patronis, eo quod ab ipsis propterea datum fuerit in pristinam libertatem reducantur, & ex tunc (sine tamen damno illa canonice possidentium) liceat Magistro, & Conuentui præfatis, Prioratus, Præceptorias, Hospitalia, Membra, & Beneficia huiusmodi conferre. Et quod nulla pensio annua super alicuius Præceptoriæ, Commendæ, vel alterius Beneficij Militiæ huiusmodi fructibus, etiam ex resignatione in manibus Romani Pontificis, aut alia quauis probabili causa nisi in personam dictæ Religionis & Militiæ, etiam per ipsum Pontificé reseruari, neque Comméndæ, & alia Beneficia dictæ Religionis pésionibus huiusmodi aliter, quam vt præfertur onerari possint, & si pensiones desuper aliter assignari contingat, assignationes ipsæ nullius sint roboris vel momenti, nec titulares beneficiorum hmôi ad illarum solutiones teneantur, neque ad id censuris Ecclesiasticis, aliisue pœnis compelli possint. Et quod liceat Magistro, singulisque Prioribus, præceptoribus, Militibus, & fratrib. Hospitalis huiusmodi, Parochiales, ac etiá sine cura Ecclesias, vel earú Vicarias, seu Cappellanias perpetuas, aut Cappellas, vel Altaria, seu alia Beneficia simplicia ad eorú collationem prouisionem, præsentationé, electionem, seu quamuis aliam dispositionem ratione Prioratum, Præceptoriarum & Camerarum Magistraliú nuncupatarum, Domorum, & aliorum Beneficiorum dicti Hospitalis per eos pro tempore obtentorum, de iure, statuto, consuetudine, fundatione, aut priuilegio, seu alias quomodolibet spectantia & pertinentia, & ab ipsis Prioratibus, Præceptorijs, Domibus, Hospitalibus, & alijs Beneficijs dependentia, seu illis annexa, & quæ dudum Fratribus saltem Cappellanis eiusdem Hospitalis ab eisdem Magistro, Prioribus, & Præceptoribus, & alijs præfatis conferebantur, à longo tamen & forsan longissimo tempore citra de cuiusuis initio memoria hominú forsan non existit, per ipsos Magistrum, Priores, Præceptores, Milites, & Fratres per abusum, aut ex defectu Fratrum, Cappellanorú, vel aliarum personarum eiusdem Hospitalis ad id idonearum Clericis, seu Presbyteris, sæcularibus collata, aut conferri, & per ipsos presbyteros, vel clericos sæculares obtineri solita, cum primum per quamcunque dimissionem illa nunc obtinétium vacauerint, ea scilicet quibus presbyteratus ordo annexus est, non alijs quàm Fratribus Hospitalis huiusmodi Capellanis nuncupatis, qui a militibus presbyteris, seu clericis, nisi quo ad gestionem Crucis, vel habitus dicti Hospitalis ad pectus non differunt, dúmodo si presbyteri, aut in ea ætate constituti, vt ad ordinem presbyteratus promoueri possint, & ad id aliàs etiam iuxta dispositionem Concilij Tridentini, idonei, & habiles sint: reliqua vero cæteris Fratribus Militibus conferre, ac aliàs de illis prouidere, & disponere: Ipsique Fratres, quibus beneficia huiusmodi conferri contigerit, illa, si sibi canonice aliàs cóferantur, aut eligantur, præsententur, vel aliàs assumantur ad illa & instituantur in eis, recipere, & in titulum

Loca Religionis quólibet præter quas apud Sedé vacantia, nisi si in Religione professis, ac habitú gestantib conferri possint. Pius adi 4 ibid. hoc concesserat ind stincte.

Alienationes bonorum Hospit. nullæ sunt.

Iura patronatus, & præsentandi ad beneficia Hospitalis reuocentur, & M. Mag & Cóuentus disponát de illis, restituto patronis quicquid propterea datum fuerit.

Ad hoc aút aide sess. consti. 71. sacrosanctum.

Probibitio reseruationis pésionú super beneficijs d Hospitalis, nisi in fauorem Fratrum eiusdé ordinis.

Ad parochiales, & alias dicti ordinis ecclesias de ponatur fratres capellani eiusdé, ordinis non obstante quod alias presbyteris sæcularib fuerit collata, aut cóferri consueta.

Vt qñ vacauerit per dimissioné illa obtinentium.

In Ecclesijs huius Religiõis deseruietur per Capellanos ordinis, & in eorum defectum per presbyteros non professos, vt hic.

Priuilegijs Religionis dumtaxat gaudeãt, qui habitũ susceperint, & infra certũ tẽpus professionem emiserint.

Vagabundi dictis priuilegijs non gaudeant. Confugientes ad Ecclesias huius Religionis, non molestentur.

Facultas M. Magistri, & Conuentus deputãdi Vicarios locis Hospitalis cum auctoritate conferẽdi bñficia respõsiões exigẽdi, &c. Ad quod vide sup. cõst. 43 Graues.

Facultas M. Magistri, & Conuentus, deputandi Procuratorẽ generalem in Ro. Cu. cũ facultate conferendi beneficia etiam reseruata, &c.

Ad quod vide inf. const. 71. Sacrosanctum.

Cimiteriaque in eorum Eccle habendi, ac mortuos sepeliendi.

Legata quęcunq; exigendi.

Fratres & aliæ personæ Religionis sacros ordines a quo volũt Antistite recipere valeant, vt hic.

Quod Pius 4. in d. eius const. 126. Simpliciter non cesserat.

Capellani Hosp. possint audire cõfessiones Militũ, & aliorum, ac eis sacramenta ministrare, ac tẽpore Interdicti celebrare.

Facultas erigẽdi domos, & Hospitalia, sub depẽdẽtia huius Hospi.

Facultas Militũ, & aliorũ testãdi de nõb bõis & de fructib beneficiorũ acquisitis, relicta Hospi. 5 par.

etiam quoad vixerint retinere: Et quod presbyteri, qui in dicta Religione professionem non emiserint, nisi de expressa licentia, vel consensu Magistri, seu Priorum, Præceptorum, vel Fratrum, quos id tangeret, ad deseruiendum Parochialibus, & alijs Ecclesijs, ac Cappellis Hospitalis huiusmodi, Cappellani eiusdem Religionis, vel in defectum eorum presbyteri in ea non professi, dummodo tam hi, quàm illi (vt præfertur) idonei sint, & iuxta decreta Concilij Tridentini huiusmodi, per locorum ordinarios ad requisitionem, seu præsentationem dictorum Priorum, Præceptorum, & Fratrum ad quos id pertinere compertum fuerit, absque aliqua exactione, & oneris impositione recipi & admitti debeant: Quodque illi dumtaxat priuilegijs dicto Hospitali concessis gaudeant, qui a præfato Magistro, seu de eius licentia habitum susceperint, & professionem emiserint, seu de habitu suscipiendo & professione huiusmodi emittenda infra certum tempus arctati fuerint: Nullusque priorũ, Præceptorum, & Fratrum præfatorum absque mandato, seu licentia præfati Magistri, aut saltem sui prioris, seu procuratoris ipsius Hospitalis in Romana Curia existentis, priuilegijs prædictis in eadem Curia vti valeat, nec illa absque huiusmodi licentia vagantibus suffragentur. Ac manus violentæ in eos, qui ad Ecclesias, seu Domos eiusdem Religionis pro sua salute confugerint, per quempiam inijci nequeant, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna. Liceat etiam Ioannotto, & pro tempore existenti Magistro, & Conuentui præfatis, in singulis prioratibus ipsius Hospitalis vnum Vicarium cum facultate conferendi præceptorias, & domos Hospitalis huiusmodi, deputare, ac pensiones, seu responsiones, & onera super domibus, præceptorijs, leprosarijs, & aliis beneficiis Hospitalis huiusmodi imponi solita, a quibuscunque etiam clericis sæcularibus illa in commendam obtinentibus, eorumque colonis, & inquilinis, etiam laicis, eo modo, quo a fratribus ipsius Hospitalis exigentur, exigere: ac in Romana Curia procuratorem generalem cum generali, vel speciali, aut limitata potestate, & facultate constituere, seu deputare, & in eadem Curia per se, seu dictum procuratorem quæcunque eiusdem Hospitalis beneficia, cuiuscunque qualitatis existentia quomodolibet, præterquam per resignationem in manibus nostris, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum pro tempore, aut per obitum, seu alias quomodocunque apud Sedem vacantia, iuxta ipsius Hospitalis, & militiæ stabilimenta, libere conferre, & de illis, de quibus iam dispositum fuit de nouo, de alijs vero beneficiis huiusmodi, siue illa tanquam priuata prædia in titulum perpetui beneficii Ecclesiastici, seu etiam ad nutum, aut amouibiliter vni, vel diuersis personis assignari solita sint, iuxta solitum huiusmodi, pro beneficio eorundem natura, aut etiam si expediuerit per viam perpetuæ vnionis, libere disponere: ita tamen, quòd beneficia presbyteris destinata, nullatenus militibus, seu fratribus capellanis in presbyteratus ordine, aut tali ætate qua ad illum canonice promoueri possint, constitutis, dumtaxat conferantur: Necnon antianitates tam generales quàm speciales super eisdem beneficijs Fratribus eiusdẽ Hospitalis, quæ eo ipso apostolica auctoritate confirmatæ, & approbatæ censeantur, concedere: ac resignationes dictorum beneficiorum recipere, & admittere. Necnon Cimiteria in eorum parochialibus Ecclesijs habere, & quorumcunque Christifidelium cadauera, etiam si interdicti forent (dummodo interdicto causam non dederint) saluo iure, si quo Cathedrali Ecclesiæ, aut alteri parochiali ratione Quartæ funeralis debitum fuerit, absque alio onere, & solutione Episcopo facienda, recipere & sepelire. Legata, & donata tam inter viuos, quàm qualibet vltima voluntate exigere, & percipere. Necnon prioribus, præceptoribus, militibus Fratribus, & personis præfatis intra regularia dicti Hospitalis loca degentibus (de suorum superiorum licentia, alijs vero quoad confirmationẽ sine Diœcesani, quoad alia vero sine parochialium ecclesiarum, intra quorum limites eos degere cõtigerit, præiudicio, & seruatis decretis Concilij Tridentini) liceat quæcunque ecclesiastica sacramenta à quocũque maluerint catholico antistite, siue alio illa licite administrãte, gratiam & cõionem dictæ sedis habẽte, nihil oblato vel soluto recipere. Et tam ipsis, quam eorum familiaribus arma quæcunque & vbicũq; locorum pro sua defensione, & hostium dictæ sedis offensione gestare. Liceat similiter cappellanis eiusdem Hospitalis, priorum, præceptorum, Militum, Fratrum, personarum, Vassallorum, Subditorum, & Familiarium præfatorum intra huiusmodi loca degentium, confessiones audire, & pœnitentiam salutaré eis iniungere, ac Eucharistiæ, & alia sacramẽta Ecclesiastica ministrare, necnõ tẽpore interdicti, dũmodo illi cãm nõ dederint, excõicatis, & interdictis exclusis, clausis ianuis, & sũmissa voce, Missas & alia diuina officia celebrare. Quilibet aũt Christifideles in quibusuis ciuitatib. locis, diœcesib. præceptorias, domos, & Hospitalia sub dependentia, & subiectione d. Hospitalis & militiæ, per eius Fratres & milites obtinenda, quæ ijsdem priuilegijs, immunitatibus, indulgentijs, concessionibus, & indultis, quibus aliæ dicti Hospitalis præceptoriæ, domus, & Hospitalia vtentur, fruentur, & gaudebunt, vtantur, potiantur, & gaudeant, assignata illis congrua dote, ordinariorum locorum, & quorumuis aliorum licentia minime requisita: & nulla præterea (nisi vsquequo Magister, & Conuentus Hospitalis huiusmodi propriam Sedem Conuentualem in aliquo certo loco habuerint) in illis ordinarijs ipsis iurisdictione, aut oneris imponendi facultate reseruata, construi, & erigi faciendi, plenam & liberam facultatem, & auctoritatem habeant. Ac quòd pariter liceat omnibus prioribus, præceptoribus, cæterisque Militibus, ac Fratribus, & ministris etiam presbyteris, & beneficiatis eiusdem Religionis, & Militiæ, de quibuscunque tã stabilibus, quàm mobilibus bonis, pecuniarum summis, gemmis, & lapidibus pretiosis, alijsque rebus cuiuscunque qualitatis, & quantitatis, ac valoris existant, per eos etiam ratione beneficiorum Ecclesiasticorum dicti Hospitalis dumtaxat per eos obtentorum, ac aliàs vndecunque, & quomodolibet acquisitis, & ad illos quouis modo spectantibus (dummodo quintam illorũ partem Conuentui præfato relinquant) inter quoscunq; consanguineos, filios etiam spurios, & alios illegitimos, aliasque quantumuis incapaces personas testari, ac alias etiam per Codicillos, donatione inter viuos, causa mortis, & alia quacunque via, prout sibi videbitur, disponere, ac illa in pias, & non pias, alias tamen licitas causas erogare. Priori autem ecclesiæ dicti conuentus pro tempore existenti, quoties sibi placuerit, missam & alia diuina Officia in præfata alijsque dictæ religionis Ecclesijs, in habitu Pontificali cum mitra & baculo pastorali celebrare: ac post missarum solemnia (dummodo non sit præsens aliquis catholicus antistes, vel de illius consensu) ibi benedictionem Christi populo impartiri. Et insuper, quòd nullus ex Magistro, & militibus, ac fratribus pro tempore existentibus, alijsque personis dictæ militiæ, & Religionis, propter eius regulã, capitula, ac statuta nunc & pro tempore edita, non obseruata, vel minus rite adimpleta, in peccatum mortale incidat, præterquam propter inobedientiam, & contumaciam pluries commissam, & continuatam, & ab ipsa Religione rebellionem, & excommunicationis pœnæ sibi impositæ, ac alios casus, peccatum huiusmodi ex diuinis præceptis, sacrisque Canonibus generantes. Et quòd ipsi Milites, & aliæ eiusdem militiæ personæ, qui tempore sumptionis habitus, &

eus,& professionis eorum regularium emissionis,atque in articulo mortis constituti,de peccatis suis corde contriti,& ore confessi fuerint,plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem, cum facultate etiam eligendi sibi dicto tempore professionis, & mortis confessorem ab ordinario tamen approbatum: Ac tam milites & personæ præfatæ,quàm quiuis alij vtriusque sexus, qui Ecclesias domorum, & aliorum locorum Hospitalis huiusmodi,vbicunque existentes,singulis diebus festiuitatum, quæ in honorem Domini Nostri Iesu Christi,& Beatissimæ Mariæ Virginis eius matris, annuatim celebrantur, a primis vesperis vsque ad occasum Solis Festiuitatum huiusmodi, deuote visitauerint, & pro pace inter Principes Christianos confouenda ter Orationem Dominicam, & totidem Angelicam Salutationem recitauerint. Septem annorum,& totidem quadragenarum de iniunctis eis pœnitentijs relaxationem consequantur. Necnon quòd Notarij, qui rogati fuerint de testamentis,vel alijs vltimis voluntatibus,in quibus aliquid disponi contigerit,in fauorem,& cómodum Hospitalis,& militiæ,sub excommunicationis pœna dispositionem huiusmodi,quanto citius cómodè poterunt, Magistro & Conuentui dicti Hospitalis,vel alteri,per quem id poterit ad ipsorum Magistri & Conuentus notitiam peruenire, intimare curent. Necnon quòd priores, & præceptores quorumcunque Hospitalium, & domorum a dicto Hospitali S. Lazari dependentium,& illud in caput suum recognoscentium, in die festo Dominicæ Palmarum,& per eius octauam,si in sacerdotio constituti fuerint,per se in suis Hospitalibus,ac domibus præfatis tantú,confessiones quorúcunq; de cósensu ordinariorum locorum audire,& cum huiusmodi confitentibus quibuscunque facultatibus,& indulgentijs,ad peccatorum remissionem,eis auctoritate Apost.concessis, vti, ac easdem illis(de licentia tamen expressa Magistri pro tempore existentis,& Conuentus præfati Hospitalis,singulis annis renouáda)impartiri,ijdéq; aut etiā si in presbyteratus ordine cóstituti nó sint,aliú,vel alios probos, & idoneos presbyteros sæculares,vel cuiusuis ordinis regulares per locorú ordinarios approbatos, ad id deputare plenè & liberè possint,alijs verò temporibus sint sicut alij sacerdotes nullā a sede prædicta facultaté habentes.

Milites, & aliæ personæ Religionis possint eligere confessoré cõsequuntur plenariam indulg. si contriti fuerint, & confessi, tépore professionis, ac mortis.

Indulgentia pro visitantib. Ecclesias Religionis, festiuitatib. D. N. & eius matris Virginis Mariæ.

Notarij teneãtur sub pœna excõicationis notificare legata facta Hospitali & Militiæ.

Priores, & præceptores,in festo Dñicæ Palmarú, & eius oct. possint per seipsos si Sacerdotes sint, vel per alios, de consensu ordinariorum, cõfessiones audire, &c. in eorum Ecclesijs.

Possint etiam Nollas,seu Campanas porcis seu alijs quibusuis animalibus,quæ eidem S. Lazaro offerri contigerit,appendere,seu aliqua nota subsignare. Necnon quod durante quacunque suspensione temporali indulgentiarum, gratiarum concessarum, vel imposterum concedendarum,indulgentiæ prædictæ, ac omnes facultates & gratiæ eidem Hospitali, illiusque Magistro,Cóuentui,fratribus,& membris per sedem præfatam concessæ non intelliganrur suspensæ, sed in suo pristino & vero valore & firmitate existant & permaneant. Necnon vt liceat ipsis Fratribus in eorom Ecclesijs Missas,& alia quæcunque diuina officia legere, vel etiam alta voce celebrare,vel per alios presbyteros idoneos celebrari facere: ac omnibus & singulis Christifidelibus & leprosis pauperibus infirmis in dictis Hospitalibus pro tempore degentibus ecclesiastica sacramenta ministrare, ac eorum, & (sine tamen cuiuscunque præiudicio)aliorum quorumcunque fidelium corpora mortuorum id eligentium, & petentium in Cœmeterijs & Ecclesijs dictorum Fratrum Ecclesiasticæ tradere sepulturæ: Ac Verbum Dei debitis & congruis temporibus in parochialibus quidem parochianis & populo, in alijs vero ecclesijs ipsorum pauperibus ipsis ac leprosis huiusmodi per se ipsos, si suorum Superiorum licentiam habuerint, atque ab ipsis de vita, moribus,& scientia examinati & approbati fuerint,petita ab episcopis, intra quorum diœc. fines ecclesiæ ipsæ constitutæ fuerint, benedictione,proponere,& si legitime impediti fuerint, per alios idoneos,superiorum suorú, & eorundem Episcoporum licentiam habentes,& in omnibus iuxta formam Concilij Tridentini,proponi facere.

Facultas appẽdẽdi campanas, vel aliqua nota subsignãdi porcos,& alia animalia S. Lazaro oblata.

Facultas Fratrũ ordinis celebrandi in eorũ Eccl.

Infirmisq; Sacramenta ministrandi,& mortuos sepeliendi.

Et verbũ Dei prædicandi,vt hic.

Et insuper, quod modernus & pro tempore existens Magnus Magister, & conuentus, ac singuli Milites, & aliæ personæ Hospitalis, & militiæ huiusmodi postquam præfatam Sedem Conuentualem firmauerint, vt præmissum est, omnibus & singulis priuilegijs,Immunitatibus,Iurisdictionibus,exemptionibus, etiam per viam exceptuationis in ipsa onerum impositione,dispensationibus,indultis,concessionibus, dispositionibus, honoribus, gratijs,libertatibus, fauoribus, antelationibus,restitutionibus, reintegrationibus, & alijs quibusuis gratijs hucusque S. Ioannis Hierosolymitani, S. Iacobi de Spata, S. Stephani Militijs, ac S. Spiritus in Saxia de Vrbe, & Sācti Antonij Viennensis Hospitalibus,Religionibus,& ordinibus,eorumque locis,personis,rebus,& bonis,per quoscunque Romanos Pontifices,etiam prædecessores nostros,ac etiam per Nos,& Sedem prædictam,seu Concilia generalia,vel alios quoscunque in genere vel in specie, etiā ad imperatorum,regum,ac aliorum Principum instantiam,vel Motu proprio,aut alias quomodolibet hactenus concessis,quibus Hospitalia,Religiones,& militiæ huiusmodi,eorum Magni Magistri,Conuentus,& fratres milites vtuntur,potiuntur & gaudent,ac vti poterunt quomodolibet in futurum,pariformiter,absque vlla penitus differentia(citra Indulgentias quæstuarias) vti potiri,& gaudere in omnibus & per omnia libere ac licite valeant,perinde ac si ea omnia & singula,prout illis concessa fuerunt,eorumque omnium & quorumcunque literarum desuper quomodolibet confectarum tenores hic de uerbo ad verbum insererentur:ita quod super illis, vel eorum occasione per ipsos Ordinarios, aut quosuis alios molestari,perturbari,vel inquietari non possint,dúmodo moderationibus,& limitationibus suprascriptis,Concilio Tridentino prædicto non repugnent: & per hoc dictis Hospitalibus, & militijs,ac iuribus cuiuslibet alterius tertij non præiudicetur, ac (quoad exemptiones) Iurisdictio Ordinariorum, tam ea quæ de Iure communi eis competit,quàm quæ ex decretis dicti cócilij Tridentini eisdem est attributa, semper salua existat: Præterquam in ijs casibus,in quibus Concilium præfatum expresse excepit,& exemit Religionem S. Ioannis Hierosolymitani,in quibus & hæc S. Lazari Religio,& militia(præterquam quoad Seminarij cótributioné excepta & exempta pariter intelligatur. Prærerea quòd tam præsentium, quàm aliarum quarumcunque literarum Apostolicarum seu earum transumptorum, ac mandatorum Magistri, & Conuentus præfatorum publicatio,& affixio in singulis prioratibus,præceptorijs,membris,& beneficijs Religionis huiusmodi factæ, perinde arctent, ac si contra contentos sub eisdem personaliter factæ essent, facta tamen in præmissis diligentia, de illis personaliter reperiendis in dictis locis. Quòdque verbis,in ipsorum Magistri & Conuentus literis, circa singulorum Fratrum Militum dicti Hospitalis professionis emissionem, habitus susceptionem, debitorum & obsequiorum præstationem,plena fides adhibeatur. Et nihilominus quod si quisquam priorum, præceptorum, militú, & fratrum dicti Hospitalis,ac quicunque alius,qui professionem per fratres dicti Hospitalis emitti solitam emiserit,quandocunque pro seruitijs Religionis,aut alias euocatus,seu in solutione iurium communis ærarij morosus fuerit, & citatus coram dictis Magistro, & Conuentu personaliter non comparuerit, ac illis obedientiá, aliaque iura debita non præstiterit tempore sibi ad id præfigendo,elapso,canonico impedimento cessante.habitu, dignitate, administratione, & beneficio, ac quocunque honore, & officio alias iuxta formam stabilimentorum,

Cõcessio Militiæ, & Hospitali postquam Sedem formauerint omnium priuilegiorũ & gratiarum cõcessarum.

Militib. Hierosolymitanis,de quib. hẽ. in Pij 4. const.14. circumspecta sup. fol. 663.

Militib. S. Iacobi de quib. hic non habes.

Hospitaliq; S. Antonij, de quo habes sup. in Pij 4. const. 36. f. 55.

Hospitaliq; S. Spiritus, de quo habes sup. in Leo. X. const. 5. Saluator fol 372.

Militibusque S. Stephani, de quibus habes supra in Pij 4 cõst. 84 Altitudo f. 730.

rum,& priuilegiorum prædictorum,per Magistrum & Conuentum præfatos priuari posit. Nec vlla derogatio,aut exemptio realis vel personalis seu alia gratia præseruatiua,etiam motu,sciētia, & potestatis plenitudine similibus quomodolibet pro tempore facta,seu concessa,contra præmissa valeat: nec Magister & Conuentus præfati illis parere teneantur: sed illis non obstantibus, de Prioratu, Præceptoria, dignitate, officio, vel Beneficio sic per priuationem huiusmodi vacante, iuxta stabilimenta & alia præmissa,libere disponi, aut illa alias per eū vel eos, ad quem seu quos Aotianitatis,vel alio iure pertinet, acceptari posit. Necnon quòd præmissis etiam

Clausula præseruatiua.

per quascunque literas Apostolicas,etiam quasuis clausulas generales,uel speciales, etiam derogatoriarum derogatorias,efficaciores que,& insolitas, ac etiam irritantia decreta, sub quacunque verborum expresione in se continentes,nullatenus derogari posit,nec quoad illa derogatum censeatur,nisi tenor illarum de verbo ad verbum nihil penitus omisso insertus.& huiusmodi derogationes Consistorialiter factæ,& per trinas distinctas literas eundem tenorem continentes,tribus distinctis similibus vicibus Magno Magistro,& Conuentui præfatis intimatæ,& insinuatæ fuerint:ac ipsorum Magistri & Conuentus ad id expressus accedat assensus:& aliter factæ derogationes,nemini suffragentur,ac Magister & Conuentus præfati ad parendum literis derogatorijs huiusmodi, & decretis super illis processibus,ac illorum executoribus,& subexecutoribus,eorumque mandatis,& monitio

Decretum irritans.

nibus minime teneantur: sed literarum huiusmodi executionem omnino impedire, nec ratione resistentiæ censuris ecclesiasticis per eosdem executores vel subexecutores latis innodari posint. Et sic in præmissis omnibus & singulis per quoscunque Iudices & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales,& causarum Palatij Apostolici Auditores,sublata eis,& cuilibet eorum quauis aliter iudicādi,& interpretandi facultate,iudicari & diffiniri debeat. Et quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentari contigerit,irritum & inane sit. Et quoad præmissa non obstent ea omnia, quæ dictus

Clausula derogatoria.

Pius Quartus prædecessor io dictis literis voluit non obstare. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam nostrorum ratihabitionis,statutorum,ordinationum, reuocationis, cassationis, irritationis, annullationis, euacuationis,& decretorum infringere,vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,indignationem omnipotentis Dei,ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, Septimo Kal. Feb. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Cæ.Glorierius.
H. Cumyn.

P. Episcopus Narnien. Summista.

XXIX.

Reseruatio Beneficiorum propter crimina hæresis vacantium, & declaratio quod hæc beneficia non comprehenduntur in impetrationibus,in quibus, modus vacationis propter crimen hæresis,non sit expressus,nisi in casibus hic nominatis.

Similem reseruationem fecit etiam Greg. 13 infra in const 68.In Ecclesijs, vbi annullauit quascunque beneficiorum dispositiones, quæ fiunt personis prohibitis propter hæresim, &c.

Hæreticorum eorum pœnas,vide sup.in Honor 4.const.5.fol.32.& Pau.4.const. 42. Cum ex Apostolatus fol.630.Cum ibi not.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CVM ex Apostolatus officio nobis (meritis licet imparibus)credito,cura dominici gregis nobis immineat generalis,& exinde teneamur,more vigilias pastoris,vigilare,& attentius prouidere vt ecclesiis,monasterijs,& quibusuis alijs beneficijs ecclesiasticis nunc & pro tempore, propter crimen hære-

Causa huius constit.

sis vacantibus,& vacaturis,tales viri eis præficiantur idonei,qui detestandas, ac nefarias hæreses diabolo disseminante contra veræ,& orthodoxæ fidei puritatem exortas,de agro Domini extirpare,& populos sibi cōmissos ad catholicæ Ecclesiæ veritatem reducere,doctrina,verbo, & boni operis exemplo valeant: Præmissorum itaque consideratione inducti,& alijs ad id suadentibus rationabilibus causis,nōnullis etiā prædecessorum nostrorum vestigijs inhærendo, Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam,sed de

Reseruatio omnium beneficiorum propter crimen hæresis vacantium.

mera nostra volūtate,& deliberatione omnia & singula beneficia ecclesiastica cū cura,& sine cura,secularia,& quorumuis ordinum etiam sancti Ioannis Hierosolymitani & aliarum quorumuis militiarum regularia quæcunque & qualiacunque sint etiam,si secularia,canonicatus & præbendæ, dignitates,personatus,administrationes, vel officia in cathedralibus etiam metropolitanis,vel collegiatis,& dignitates ipsæ in cathedralibus etiā metropolitanis post pontificales maiores seu collegiatis Ecclesijs huiusmodi principales,Regularia vero beneficia huiusmodi,monasteria etiam consistorialia, prioratus, præpositurae, præpositatus, dignitates etiam conuentuales, personatus,administrationes,vel officia etiam claustralia,ac hospitalia & præceptoriæ, & alias quomodocūque

Declaratio quod in impetrationibus beneficiorū, non comprehendunt bñficia propter hæresim vacantia, nisi specifice sit expressū. Ad quod vide et d.cōst. Greg. 13.

qualificata fuerint, ordinationi & dispensationi nostræ, & sedis apostolicæ hac perpetuo constitutioe valitura auctoritate Apost. tenore præsentium reseruamus. Declaraotes omnes & quascunque impetrationes de beneficijs vt præfertur, quomodocunque qualificatis certo modo in futurum faciendas, & obtinendas, beneficia huiusmodi propter hæresim vacantia, & in futurum vacatura non comprehendere, nisi specialiter, & dispositiue vacationis modus propter crimen hæresis expressus fuerit, & illum nullo modo sub quibusuis clausulis, & decretis comprehendi quantumcunque generalibus in quibusuis gratijs & concesionibus per nos & Romanos Pontifices successores nostros faciendis, etiam per fiat signatis & concesis, ac decernentes omnes & quascunque impetrationes de quibusuis beneficijs, vt præfertur qualificatis hactenus factas & obtentas nisi, earum vigore in iudicio per impetrantes crimen huiusmodi deductum fuerit, & super eo sententiam fauorabilem

bilem

bilem obtinuerint, vel dictorum beneficiorum possessionem assequuti fuerint, ad vacationem huiusmodi propter crimen hæresis se non eatendere, & illum neminem comprehendere, sicque per quoscunque Iudices, & commissarios quauis auctoritate fungentes etiam S. R. E. Cardinales iudicari & interpretari debere, irritum quoque & inane si secus per quoscunque quauis dignitate & auctorirate præditos, iudicatum fuerit, decernimus. Volumus autem quod præsentes literæ in Cancellaria nostra Apostolica, & in acie Campi Floræ de more publicentur, & inter constitutiones perpetuo valituras describantur. Et quia difficile foret præsentes ad singula quæque loca deferri, volumus & etiam declaramus quod earum transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reseruationis, declarationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu, temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignarionem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, sexto Cal. Februarij, Pontificatus nostri Anno Secundo.

Exceptio dictæ declarationis.

Decretum irritans.

Forma publicationis. Quæ mox sequitur.

Cæ. Glorierius.

H.Cumyn.

Visa de Curia Io.Rouetius R.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, indictione decima, Pontificatus Sāctissimi in Christo patris, & D. N. D. Pij Papæ V. Anno Secundo, die vero decimaseptima, mensis Febr. retroscriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Cācellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ per nos Antonium Clerici, & Io. Andream Rogerium prædicti Sanctiss. D. N. Papæ Cursores.

Publicatio.

Scipio de Octauianis Magister Curs.

XXX.

Reuocatio Indulgentiarum continentium facultatem quæstuandi, ac pro quibus consequendis porrigen. sunt manus adiutrices, & prohibitio quæstuandi pro Indulgentiis concessis

De materia Indulgentiarum, habes etiam sup. in Pii Quarti const. 85. Decet fol. 770. & const. 159. in Principis fol. 841. Cum ibi not. & infra in const. 99. Quam plenum.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

ETSI Dominici gregis saluti semper intenti, singulis cū humilitate poscentibus ea benigne cōcedere nos & prædecessores nostri studuerint, per quæ peccatorum mole deposita salus ipsis succedat, & hostis humani generis seruitute ereptas animas lucrifaciant Altissimo, qui eas nobis sua bonitate cōmisit; id tamen propensiori studio nos præcauendum esse censemus, ne cuiusuis Indulgentiæ, remissionis, vel facultatis obtentu Christifideles procliuiores ad illicita in posterum committenda reddantur, aut facilitas veniæ eis peccandi tribuat incētiuum, & exinde clauium auctoritas deducatur in contemptum, & Christifideles quamplurimum scandalizentur. Sane cum ad auditum nostrum ex diuersis mundi partibus quamplurimæ querelæ perlatæ fuerint, quod vigore diuersarum Indulgentiarum, & facultatum per prædecessores nostros, ac etiam nos vel auctoritate nostra tam fabricæ nostræ basilicæ Principis Apostolorum, & Ecclesiæ S. Ioannis Lateranensis de Vrbe, ipsiusque Ecclesiæ, necnon S. Ioannis, & S. Lazari Hierosolymitan. ac S. Spiritus in Sasia, & S. Ioannis Lateranen. ac S. Iacobi Incurabilium, de eadem Vrbe, necnon S. Elmi, & S. Bouis, ac S. Gothardi, & S. Leuguzoni, necnon S. Nicolai, & S. Bernardi Montis Iouij, necnon S. Leonardi, ac S. Marthæ, necnon Sanctissimi Crucifixi Siracusan. ac S. Mariæ de Monte Serrato, hospitalibus, ac etiam S. Sebastiani prope, & extra muros dictæ vrbis, necnon S. Antonij de S. Antonio Vienen. diœcesis & Redemptionis captiuorum nuper Neapoli instituto monasteriis, illorumque, ac diuersis aliis Ecclesiis, Monasterijs, Hospitalibus, Militiis, confraternitatibus, Societatibus, & pijs locis concessarum multi quæstores ex eisdem indulgentijs, lucrum temporale tantum quærentes nominibus fabricæ Ecclesiarum, Hospitalium, Monasteriorum, Militiarum, Confraternitatum, societatum, & piorum locorum prædictorum in diuersis ciuitatibus, & diœcesibus quæstas facere, Confratres describere, Capellas, & Oratoria erigere, illisq; erectis Indulgentias hmōi cōicare, & in diuersis gradibus a iure prohibitis dispensare, ac plura etiam concedere, quam, eis vigore facultatum prædictarum licitum sit, ipsiq; lucro intenti, pecuniasq; potiusquā Christifidelium salutē quærentes, ac eisdē indulgētijs sic abutēres, quæstum ex illis particularem facere conantur, variosq; & diuersos Quæstores, Cōmissarios, Procuratores, Receptores, Thesaurarios, Factores, Nuncios, & alios ministros constituere, qui non solum supradicta, sed etiam plura alia eis nunquam concessa facere, & concedere, necnon locorum ordinarios, illorumque in spiritualibus Vicarios generales, & Officiales, ac Ministros, ecclesiarumque & ordinum Prælatos, Superiores & personas quæstas huiusmodi impedientes censuris Ecclesiasticis innodare, & alias in pluribus grauiter excedentes, in diuinæ maiestatis offensam, ac suarum, & christifidelium animarum perniciem, ac ordinariorum perturbationem, & piarum mentium scandalum, præsumunt. Nos qui Deo propitio gregis Dominici meritis licet insufficientibus curam gerimus, & illum spiritualis Thesauri elargitione cupimus ipsi Deo reddere acceptabilem, ex præmissis, & alijs rationabilibus causis animum nostrum mouentibus, felicis recordationis Calixti Quarti, Clementis VII. Pauli III. Iulij similiter III. & diuersorum aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, Motu proprio nō ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiā, sed de mera nostra voluntate, & deliberatione omnes, & singulas indulgentias etiam perpetuas, & peccatorum remissiones fabricæ & Ecclesiæ huiusmodi, necnon S. Ioannis Hierosolymitani etiam pro constructione, &

Causa huius constitutionis.

De facultatibus erigen. Cappellas, & Ecclesias, vide Pij 4 const. 75. Regimini, folio 757 & ibi no.

Reuocatio Indulgentiarum conuentium facultatum quæstuandi, & pro quibus cõsequendis porrigendæ sunt manus adiutrices.

ædificatione illius nouæ ciuitatis prædictis, in quibusuis alijs hospitalibus, monasterijs, ecclesijs, domibus, militijs, ordinibus etiam mendicantium, congregationibus, confraternitatibus, & vniuersitatibus, & pijs locis illorumque ordinibus, capitulis, conuentibus, magistris, superioribus, & tam sæcularibus, quàm quorumuis etiam mendicantium ordinum regularibus personis, tam singulariter, quàm vniuersaliter per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam nos sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac ex quibusuis etiam vrgentissimis causis, etiam causa redemptionis captiuorum, & alias quomodolibet concessis: pro quibus consequendis manus sunt porrigendæ adiutrices, & quæ quæstuandi facultatem quomodolibet continent, illorum omnium tenores, formas, derogationes & decreta præsentibus pro expressis habentes auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo reuocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, ac viribus vacuamus. Et insuper perpetuo hac nostra valitura constitutione decernimus, quod eanunc de cætero sub indignationis nostræ pœna prætextu indulgentiarum, & facultatum per quoscunque Romanos Põtifices prædecessores nostros, ac nos, & sedem Apostolicam etiam Motu simili, ac sedis apostolicæ Legatos, & alias quomodolibet concessarum, & quas a nobis & sede prædicta in posterum verbo literis aut quauis alia scriptura etiam manu nostra signata etiam cum clausula quod

Prohibitio deputandi quæstores, aut faciendi quæstus pro Indulgentijs concessis, vel concedendis, nisi de speciali licentia Papæ.

sola signatura sufficiat, etiam in fauorem fidei, aut cruciatæ sanctæ, vel cuiuscunque alterius piæ causæ etiam priuilegiatæ concedi quomodolibet contigerit, nullus quauis etiam Episcopali, Archiepiscopali, & patriarchali aut maiori dignitate etiam Cardinalatus honore, seu etiam regali, vel temporali excellentia præfulgeat, audeat vel præsumat quæstas facere, aut nuncios, quæstores, Commissarios Thesaurarios, Receptores pro illis recipiendis in dictis hospitalibus, ecclesijs, domibus, monasterijs, militijs, & alijs supranominatis vel pro eis aut illorum nominibus alibi constituere, & deputare nisi ex speciali licentia, & ex certa scientia nostris & Romani Pontificis pro tẽpore existentis, de qua per literas nostras, & eiusdem Romani Pontificis pro tempore existentis locorum ordinarijs, vel eorum in spiritualibus Vicarijs, seu Officialibus derogationem præsentis no-

Decretum irritans.

stræ constitutionis illius tenore de verbo aduerbum inserto expressè continentes, Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari) constare debeat. Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ omnibus, & singulis venerabilibus

Executorum deputatio.

fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, quatenus in Ciuitatibus, & diœcesibus suis præsentes nostras literas publicare, & obseruare debeant, rogantesque omnes, & singulos Principes sæculares, & alios Dominos, & Magistratus temporales, eisque per viscera misericordiæ Domini nostri Iesu Christi in remissionem peccatorum suorum iniungentes, quatenus in præmissis eisdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis assistant, & suum auxilium, & fauorem præstent cum auxilio, brachij sæcularis. Non

Clausulæ derogator 662.

obstantibus præmissis, ac quibusuis apostolicis necnon in prouincialibus, & synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon fabricæ Ecclesiæ, Hospitalium, Monasteriorum, militiarum confraternitatum, ordinum, capitulorum, conuentuum aliorumque locorum prædictorum,

De indultis S. Ioannis Hierosol. habes sup. in Pij 4. cõst. 14 f. 663. De indultis S. Lazari habes sup. in Pij 4. cõst. 53. fol. 662. De Indultis S. Spiritus, vide infra Grego. 13. const. 47 S. ... De indultis Antonij habes sup. in Pij 4. constit. 136. Ex debito. fol. 887.

& quorumuis illorum membrorum, Ecclesiarum etiam Cathedralium, & Metropolitanarum etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus stabilimentis vsibus & naturis, priuilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis illis, & præsertim S. Ioannis, & S. Lazari, ac S. Spiritus in Saxia, hospitalibus, necnon S. Antonij de S. Antonio, & sanctorum Nicolai, & Bernardi Montis Iouij monasterijs ipsorumque monasteriorum hospitalibus, singulorumq; eorum Cõuentibus, Superioribus, & personis præfatis, per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores, ac nos, & sedem apostolicam sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus. & alijs decretis, etiam motu simili, & ex certa scientia, ac quauis etiam Imperiali, vel Regali consideratione, vel instantia, & alias quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica, indiuidua, & expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quæuis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent præsentibus pro sufficienter expressis habentes, motu scientia, & potestatis plenitudine similibus specialiter & expressè derogamus, & sufficienter derogatum esse volumus contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica sit Sede indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod præsentes literæ in

Forma, & effectus publ. Quam habes hic in fine.

Cancellaria nostra Apostolica, & acie Campi Floræ de more publicentur, & inter constitutiones perpetuò valituras describantur. Et quia difficile foret easdem præsentes ad singula quæque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quod earum transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur, si originaliter forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, cassationis, irritationis, annullationis, vacationis, decreti, mandati, iniunctionis, derogationis, voluntatis, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, sexto idibus Febr. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Publicatio.

Anno a natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, indictione decima; die uero decima septima mensis Februarij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & D. N. D. Pij Papæ V. Anno Secundo, retroscriptæ literæ apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ per nos Antonium Clerici & Io. Andream Rogerium præfati S. D. N. Papæ Cursores.

Scipio de Octauianis Magister Cursorum,

Facultates,

XXXI.

Facultates, & iurisdictio DD. Consulum Artis Lanæ Almæ Vrbis.

Confirmationem huiusmodi facultatum habes infra in Grego. 13. consti. 80. Alman.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

VT ad Artis Lanæ quæ tanquam nobilis Mediolani, Neapoli, Florentiæ, alijsque insignibus Ciuitatibus, in illarum decus, & ornamentum ac Ciuium, & populi vtilitatem & sustentationem, quàm maxime quotidie exercitatur, exercitium etiam in hac Alma Vrbe nostra temporum iniuria iam pene collapsum restaurandum, & suo pristino splendori restituendum, dilecti filij Collegium, seu Societas Mercatorum artis Lanæ Vrbis nostræ eò efficacius excitentur, illique alacrius intendant, quò vberiori Sedis Apostolicæ munificentia nouerint se confoueri, Collegium seu Societatem prædictam specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, omnia & singula ipsius Collegij, seu Societatis capitula, ordinationes, statuta, priuilegia, indulta, immunitates, exemptiones, aliasque gratias a quibuscunque Roman. Pontificibus predecessoribus nostris quomodolibet concessa approbata, & innouata, etiam si illa in vsu esse desierint, illorum omnium, necnon literarum & instrumenti, seu instrumentorum desuper confectorum tenores pro expressis & insertis habentes, ac prout illa concernunt in dictis literis, seu instrumentis contenta, & inde secuta quæcunque licita & honesta, ac sacris canonibus non contraria, apostolica auctoritate perpetuò confirmamus, & approbamus, ac illis perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adiicimus, omnesque, & singulos iuris, & facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem supplemus, quoad omnes, & singulas personas dictam artem exercentes in perpetuum; Nec non quod moderni, & pro tempore existentes ipsius Collegij seu Societatis Consules de omnibus, & singulis causis tam ciuilibus, quàm criminalibus, seu mixtis etiam ratione præteritorum (quatenus instructæ non sint) Lanæ artem concernentibus iuxta præfata statuta, & ordinationes in futurum cognoscere, easque decidere, & terminare libere & licite valeant, ita quod causæ præfatæ per modernos, & pro tempore existentes Vrbis præfatæ Gubernatorem, & Senatorem, & Conseruatores aliosque Capitolinos iudices, & cæteros etiam maiores magistratus quouis prætextu, vel colore reassumi non possint, ipsos Consules in ordinarios, & idoneos iudices constituendo, & deputando perpetuò statuimus, & ordinamus, Ac confirmationem, approbationem, adiectionem, suppletionem, exemptionem, liberationem, constitutionem, deputationem, statutum, & ordinationem præfata suos plenarios, & integros effectus sortiri, & inuiolabiliter obseruari, ac eisdem exercentibus, & Collegio suffragari, & illos ad omnimodam suorum statutorum obseruationem teneri, & efficaciter obligatos fore, Ac literas super præsentibus conficiendas in libris Cameræ, & Capitolij si videbitur registrari, & nullo vnquam tempore quouis quæsito colore, vel ingenio de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ defectu notarij, vel impugnari, nec sub quibusuis reuocationibus, suspensionibus, derogationibus, vel limitationibus similium vel dissimilium gratiarum a nobis, vel dicta sede pro tempore emanatarum comprehendi, sed semper ab illis exemptas, & quoties illæ emanabunt toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, & de nouo etiam sub data per eosdem Collegium, seu Societatem eligenda concessas, ac validas, & efficaces esse, & censeri. Et sic per quoscunque iudices, &c. etiam S. R. E. Cardinales sublata, &c. iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, &c. decernimus. Nec non modernis, & pro tempore existentibus Camerario, præsidentibus, & Clericis Cameræ apostolicæ, ac Senatori, Conseruatoribus, Gubernatori, alijsque Vrbis prædictæ Magistratibus, Dohanerijs, Commissarijs, & alijs personis, ne Collegium, seu Societatem illiusque singulas personas prædictas super præmissis in aliquo molestare, perturbare, vel impedire quouis quæsito colore, vel ingenio audeant, seu præsumant, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ, ac mille ducatorum auri de Camera per contrafacientes eo ipso toties quoties, &c. incurrẽda partim Collegio, seu Societati huiusmodi, partim Hospitali Sancti Iacobi Incurabilium de Vrbe applicanda, pœnis districtius inhibemus, quinimo Collegio illiusque personis præfatis quoad præmissa eorumque executionem quantum in eis fuerit, ac prout ad illos communiter, vel diuisim pertinebit faueant, & assistant, ac eadem præmissa integre obseruari faciant præcipimus, & mandamus. Non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac præscriptione etiam longissimi temporis, necnon dictæ Vrbis, etiam iuramento, &c. roboratis statutis, consuetudinibus, inhibitionibus, declarationibus & decretis, etiam per nos, & quosuis Roman. Pontifices prædecessores nostros etiam Motu simili, &c. hactenus factis, & in posterum faciendis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis etiam Populo Rom. Senatori. Conseruatoribus, Gubernatori, prædictis, ac Clericis, & Gabellarijs, Dohanerijs, Commissarijs, alijsque deputatis, & personis quocunque nomine nuncupatis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis in genere, vel in specie etiam motu, & scientia similibus concessis, &c. quibus omnibus in literis latissime extenden. illorum tenores, &c. hac vice latissime derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque, cum clausulis opportunis,

Causa constitutionis.

Confirmatio priuilegiorũ, & Statutorũ Artis Lanæ Vrbis.

Iurisdictio, & Facultates Cõsulũ eiusdem artis cognoscẽdi causas artem ipsam concernẽ.

Clausulæ præseruatiuæ.

Decretum irritans.

Inhibitio cõtra Iudices Vrbis, ne Consules, & alios desuper ĩpediãt.

Clausula derogat.

Fiat vt petitur M.

Et cum absolutione a cen. ad effectum, &c. & quod instrumenta literarum, statutorum, priuilegiorum, exemptionum, aliorumque prædictorum tenores habeantur pro express. seu in toto, vel parte exprimi, aut de verbo ad verbum inseri possint & cum confirmatione, approbatione, adiectione, suppletione, exemptione, liberatione, statuto, ordinatione, decreto, inhibitione, præcepto, mandato, & derogatione præfatis, quæ hic pro singulariter repetitis habeantur in forma gratiosa ad perpetuam rei memoriam latissime extenden. & cum opportuna si videbitur executorum deputatione, qui assistant etiam sub cen. &c. cum potestate aggrauandi, &c. interdictum ecclesiasticum apponendi, inuocato etiam ad hoc si opus sit auxilio brachij sæcularis, cum derogatione constitutionum de vna, & duabus dietis non tamen vltra tres, & quod sola præsentis motus proprij sufficiat signatura, & vbique etiam in iudicio fidem faciat regula contraria non obstan. super qua literæ etiam per

Repetitio clausularum.

Sola signatura sufficit.

Breue nostrum cum maiori, & veriori præmissorum expreßione expediri poßit, Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Non. Septembris, Anno Secundo.

Fiat. M.

XXXII.

De Collatione Ecclesiarum Parochialium.

Ad quod habes etiam supra Pij Quarti, const. 87. Inter multiplices fol. 783. vbi notaui etiam de materia Residentiæ.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

IN conferendis beneficijs ecclesiasticis, & præsertim Parochialibus Ecclesijs personis dignis & habilibus, quæ in loco residere, & per se ipsos curam exercere valeant, quantam diligentiam adhiberi oporteat, Alexander III. Lateranen. & Gregorij X. Lugdunen. generalibus concilijs, ac Innocentij similiter III. & aliorum Romanorum Pont. prædecessorum nostrorum editæ constitutiones testantur. Quod vt diligentius, ac rectius perficiatur, statuit etiam Synodus Tridentina, vt occurrente vacatione parochialis Ecclesiæ etiam generaliter, vel specialiter, etiam vigore indulti in fauorem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, aut alias quomodolibet reseruatæ, vel affectæ, debeat Episcopus habita notitia vacationis Ecclesiæ, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium cum congrua eius arbitrio fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore prouideatur. Et deinde Episcopus, & qui iuspatronatus habet, intra decem dies, aut aliud tempus ab Episcopo præscribendum aliquos clericos ad regendum Ecclesiam idoneos Examinatoribus iuxta formam eiusdem Synodi deputatis, nominet, & non nisi ab eisdem Examinatoribus per concursum aliorum Examinatorum, etiam tanquam magis idoneo ab Episcopo iudicato & electo de Ecclesia prouideatur: alias prouisiones, seu institutiones omnes præter formam prædictam factæ, surreptitiæ censeantur. Sed quoniam res humanæ semper in deterius prolabuntur, nisi sit qui eas retineat, ac debitæ executioni demandet, & verendum sit ne propter constitutionum huiusmodi transgreßionem maximi abusus oriantur: Nos, ad quorum notitiam non sine graui nostra molestia peruenit nonnullos ex venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis & Episcopis occurrente vacatione Parochialium ecclesiarum eas nullo aut minus rite seruato examine, præsertim illo quod per concursum fieri debet ex Concilio Tridentino, vel etiam examine rite seruato, personis minus dignis, carnalitatis aut alium humanæ paßionis affectum non rationis iudicium sequentes contulisse, & de eis prouidisse, volentes quantum cum Deo possumus huiusmodi ac etiam futuris periculis occurrere, eorundem prædecessorum nostrorum constitutiones præfatas, etiam innouando, auctoritate Apostolica tenore præsentium omnes & singulas collationes, prouisiones, institutiones, & quasuis dispositiones Parochialium Ecclesiarum ab eisdem Episcopis, & Archiepiscopis, ac quibusuis alijs collatoribus tam ordinarijs, quàm delegatis etiam S. R. E. Cardinalibus, ac sedis apostolicæ Legatis, vel Nuncijs præter & contra formam ab eodem Concilio Tridentino, præsertim in examine per concursum faciendo præscriptam factas aut in futurum faciendas, nullas, irritas, ac nullius roboris, vel momenti fore, & esse, nullumque prouisis ius, aut titulum etiam coloratum poßidendi præbere, & parochiales Ecclesias huiusmodi, vt prius ante collationes huiusmodi vacabant, ex nunc vacare statuimus, decernimus, & declaramus, easque omnes pro tempore sic vacantes nostræ & sedis apostolicæ, seu eorum quibus ius conferendi eas præterquam Episcopis, & Archiepiscopis, qui curam dicti examinis iuxta decretum Concilij habere debent competet, dispositioni reseruamus. Insuper ne parochiales Ecclesiæ diu in suspenso maneant in maximum animarum periculum quarumcunque parochialium Ecclesiarum, quarum dum pro tempore vacant, ad Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & Patriarchas & quosuis alios ordinarios collatores in mensibus ordinarijs collatoribus etiam per nostras regulas assignatis prouisio & collatio spectat & pertinet, de quibus idem Episcopi & Ordinarij prædicti intra sex mensium spatium a die vacationis earundem perfecto examine iuxta formam Concilij Tridentini præfati non prouiderint, ac illarum etiam quarum collationes nobis, & dictæ sedi generaliter vel specialiter & ex quauis causa reseruatæ, seu affectæ existunt, aut alias ex indulto sedis apostolicæ competunt. ad quas occurrente illarum vacatione Episcopi & Archiepiscopi præfati personas per examen concursu mutuo habito iuxta dicti Concilij Tridentini formam approbatas & magis idoneas non elegerint, aut electas nobis, vel succesloribus nostris, aut ijs ad quos collatio spectabit, pro collatione obtinenda intra quatuor mensium spatium a die illius vacationis non significauerint, necnon Parochialium ecclesiarum similium, quæ Iurispatronatus ecclesiastici, vel aliorum seu clericorum & laicorum simul fuerint, si præsentatus intra tempus eisdem patronis a iure præfixum præuio examine iuxta formam dicti Concilij approbatus petatur institui, institutioque ipsa per duos menses a die præsentationis dilata fuerit, collationem, prouisionem, institutionem, ac omnimodam dispositionem nobis & ipsi Sedi, ac personis indulta hujusmodi conferendi, prouidendi, seu instituendi obtinentibus respectiue reseruamus, data tamen in Parochialibus Iurispatronatus optione ipsis patronis, vt si institutio ad ordinarios spectabit, ipsis ordinarijs illam facere negligentibus, & vltra dictos duos menses deferentibus, poßint pro huiusmodi institutione obtinenda habere recursum ad Metropolitanum, vel viciniorem Ordinarium, aut ad sedem apostolicam. Prohibentes etiam eisdem ordinarijs ne tempus decem dierum eisdem ordinarijs & patronis ab eodem Concilio Tridentino ad nominandum idoneos clericos coram deputatis Examinatoribus præfixum, vltra alios decem dies prorogare audeant, vel præsumant. Districtius inhibentes ne quis præter Romanos Pontifices, aut alios indulta huiusmodi obtinentes, vt præfertur quacunque sit super hoc auctoritate munitus, de huiusmodi beneficijs sic reseruatis (vt præfertur) disponere, vel circa illa etiam per viam permutationis, vel alias innouare quoquo modo præsumat. Vt autem non solum dignis, sed magis idoneis repertis iuxta eiusdem Concilij decretum Parochiales ecclesiæ conferantur, volumus & eadem auctoritate decernimus, quod si Episcopus minus habilem posthabitis magis idoneis elegerit, poßint ij qui reiecti fuerint a mala electione huiusmodi ad Metropolitanum, vel si ipse eligens Metropolitanus,

Concil. Trid. sess. 7. c. 13. & sess. 24. c. 18. de Reform. tradidit formam conferendi Parochiales Ecclesias.

Quid vero Episcopi de huiusmodi Ecclesijs prouiderunt, nõ seruata dicta forma.

Ideo hic Põt. collationes factas, ac fiendas cõtra formã d. Concilij annullat. & beneficia vacare decernit.

Imo collationes Parochialiũ spectare ad Sedẽ Apost. si de eis seruata forma dicti Concil. Ordinarij nõ prouiderint, in tẽpore. & modo hic expreßis.

Appellariq. posse voluit a mala electiõe Ordinariorum, ad Metropolitanũ vel viciniorẽ Ordinarium.

nus, aut exemptus fuerit, ad viciniorem ordinarium vti nostrum, & sedis huiusmodi delegatum, aut alias ad ipsam sedem Apostolicam appellare, ac prælectum ad nouum examen coram ipso appellationis Iudice & eius examinatoribus prouocare, & constito de prioris eligentis irrationabili iudicio, eoq; reuocato, Parochialis, magis idoneo per eundem iudicem appellationis auctoritate nostra (quatenus collatio ad Episcopum à quo appellatum fuit spectaret) conferatur, alias eidem magis idoneo per iudicem appellationis approbato conferenda remittatur ad eum ad quem collatio, prouisio, vel institutio spectabit. Hæc tamen appellatio interposita interim non impediat aut suspendat, quominus electio per ordinarium primo loco facta interim debitæ demãdetur executioni, & prouisus ab eadem Ecclesia causa appellationis huiusmodi dependente non amoueatur. Et si quis à sententia per Iudicem appellationis lata duxerit appellandum, is tunc ad sedem ipsam Apostolicam appellabit. Si secus in præmissis omnibus & singulis actum aut attentatum fuerit, irritum decernimus & inane. Volumus autem quod præsentium transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ, quodque literæ ipsæ Cameræ & Cancellariæ Apostolicarum, & Audientiæ causarum Palatij Apostolici valuis, & in acie Campi Floræ dimissis inibi copiis publicatæ & affixæ, omnes ita afficiant & arctent, ac si illis personaliter intimatæ fuissent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, statuti, decreti, reseruationis, prohibitionis, inhibitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, quintodecimo Kal. Aprilis, Pontificatus nostri Anno Secundo.

Appellatio autē nō suspendit executionē electionis.

Et a Iudice appellationis ad Sedē Apost. appellabatur.

Decretum irritans.

Forma, & effectus publ.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Visa de Curia M. de Enciso.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, Indictione decima, die vero decimasexta mensis Maij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno eius Secundo, retroscriptæ literæ affixæ & publicatæ fuerunt in retroscriptis locis, vt moris est per nos Alexandrum Astancollum & Ioannem Guerardum prælibati Sanctissimi D. N. Papæ Cursores.

Publicatio

Antonius Clerici Magister Curs.

XXXIII.

Ordo seruandus in satisfaciendis creditoribus Prælatorum in Romana Curia decedentium, & Declaratio circa mercedem familiarium.

De huiusmodi mercede familiarium habes sup. in Pauli 3. const. 43. Cum sicut nobis, f. 443.

De consignatione annuli & ornamentorum Cardinalium de qua hic, habes supra in Iul. 3. const. 9. Cum sicut nobis, fol. 504.

De prælatione creditorum occasione cibariorum, habes declarationem circa Aromatorios Vrbis infra in const. 105. Quia sicut. Et quo ad miserabiles personas vide infra const. 190. Accepimus, Et quo ad Furnarios Vrbis pro pretio panis vide Greg. 13. const. 77. Cum sicut accepimus.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

CVPIENTES litium anfractibus, qui post obitum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, & aliorum quorumcunque prælatorum in Rom. Cur. decedentium inter eorum creditores oriuntur, dum se vnusquisque altero potiorem contendit, dum aliqui prætextu mercedis & regaliarum, alios creditores pręcedere conantur, quo fit vt sæpe numero pauperrimi, qui eorum substantiam bona fide crediderunt, non tantum debita satisfactione defraudentur, sed etiam longis, & periculosis litibus grauissimo cum eorum impendio desatigẽtur, hac perpetuo valitura constitutione sancimus, vt defunctis in Rom. Cur. tam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, quàm Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Cameræ Apostolicæ Clericis, Sacri Palatij Apostolici Auditoribus, Referendariis, maioris præsidentiæ Abbreuiatoribus, & aliis quibusuis Prælatis, nullus super eorum bonis mercedem petere possit in præiudicium creditorum, nisi euidenter appareat, quod sub certa constituta mercede, ad seruitium huiusmodi accessisset: Et vt etiam seruetur forma constitutionis fæl. recor. Pauli Tertij super hoc concessa, quam (quatenus opus sit) innouamus, Similiter eorundem Cardinalium, & prælatorum familiares abstineant à petitione regaliarium cuiuscunque generis, iuxta formam decreti de fratrũ consilio de mense Septembris, proxime præteriti super hoc editi. Porro in satisfactione creditorum dictorum Cardinalium, & prælatorum in Rom. Cur. decedentium, talis ordo seruetur, vt post consignationem annuli, & ornamentorum Cappellæ dilecto filio Cameræ Commissario (respectu Cardinalium) in primis & ante omnia faciendam, prior causa sit eorum, qui pro vsu dictorum Cardinalium, & prælatorum, eorumque familiæ res cibarias dederint. Secunda eorum, qui res vestiarias, & ad vsum corporis ipsorum, non autem ad ornatum, vel ad pompam necessarias, subministrauerint, quandoquidem ex causis huiusmodi creditores, vt plurimum sint pauperes, vel mercatores, qui pro illis aduehendis innumera pericula subeunt, & sine illis præfati Cardinales, & prælati statum eorum dignitatis, vsque ad obitum minime sustentare potuissent, & requisiti, vtique verisimiliter omnem honestam obligationem, etiam cum iuramento, & in forma Cameræ contraxissent. Tertia vero causa sit præfatorum mercenariorum, quibus certa constituta merces appareat, quibus satisfactis in cæteris seruetur ius commune. Quod non tantum in futuris, sed etiam in pendentibus negociis locum habere decernimus, etiam

Causa constitutionis.

Declaratio circa mercedem familiarium, ipsorũ Prælatorum.

Ordo seruandus in satisfaciendis creditoribus eorundem Prælatorum.

Ad quod vide infra const. 105. & 190. & Greg. 13. const. 77.

si ex alia

Hæc const. procedit etiam in negociis pendentibus.

Executoris deputatio.

Clausulæ derogatoriæ.

si ex alia causa creditores instrumenta, & obligationes etiam in forma Cameræ habeant. Quo circa dilecto filio Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Auditori nunc & pro tempore existenti, tenore præsentium committimus & mandamus, quatenus præmissa omnia & singula per hæredes & testamentorum executores & cæteros ad quos pro tempore spectabit, etiam per censuras Ecclesiasticas, & pœnas etiam pecuniarias, & alia iuris & facti remedia opportuna, inuiolabiliter obseruari faciat. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis priuilegiis, obligationibus in forma Cameræ concessis, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscunque.

Placet Motu proprio. M.

Præsentetur B. Amerin. Regens.

Collationata fuit præsens copia cum originali in actis præsentata, Notarij infrascripti sub die vigesima secunda Martij, Millesimo quingentesimo sexagesimo septimo.

Antonius Guidottus est Notarius.

XXXIIII.

Moderatio & Reuocatio indultorum S. R. E. Cardinalibus concessorum, circa beneficiorum collationes, ac declaratio, & limitatio, super futura illorum concessione.

Ad hoc tu vide regulas Cancellariæ Sanctissimi D. N. Papæ Six. V. quas habes infra in fi. Voluminis.

Hæc indulta habes sup. in Clem. 7. const. 38. Sanctissimus, fol. 342. & Iul. 3. const. 37. Sanctissimus, fol. 538.

Causa constitutionis.

SANCTISSIMVS in Christo pater, & dominus noster dominus Pius diuina prouidentia Papa V. Ex tam multis S. R. E. Cardinalium super beneficiorum Ecclesiasticorum dispositione indultis, & multiplicatione aliarum super aliis facultatum quæ quotidie literis dictorum indultorum diffusiue inseruntur, sæpenumero impeditus, quo minus solitam ante hac Sedis huius benignitatem erga pauperes, & benemeritos liberaliter exercere posset, Idcirco rationem capere volens, vt tanta dehinc eiuscemodi indultorum, & facultatum largitione præcisa, dictis personis cômodius beneficiandi via sibi libera recludatur: Omnia & quæcunque indulta, concessiones, facultates, & alia priuilegia, côferendi quæcunq; beneficia Ecclesiastica, cum cura & sine cura sæcularia, & quorumuis ordinû regularia qualitercunqs qualificata, ad collationê, prouisionê, præsentationem, electionem, & quamcunque aliam dispositionem dictorum Cardinalium, ratione Patriarchalium, Metropolitan. & aliarum Cathedralium Ecclesiarum, necnon monasteriorum, prioratuum, dignitatum & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, quæ quomodolibet obtinent, & in posterum obtinebunt, ac etiam quorum collatio, prouisio, & quæuis alia dispositio, illis ex causa factæ per eos cessionis, regiminis, & administrationis, seu commendæ, aut resignationis, ecclesiarum, monasteriorû, & aliorum beneficiorû huiusmodi Apostolica auctoritate reseruata existit, vel in posterum reseruabitur, necnon quorumcunque inferiorum collatorum, & collatricum, de iure, priuilegio, consuetudine, ac aliàs quomodolibet pertinentia, & etiam illa commendandi, ac aliàs de eis disponendi, omnibus & singulis Cardinalibus prædictis etiam de dictorum inferiorum collatorum consensu per quoscunque Rom. Pont. ac sanctitatem suam, & dictam sedem, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, & etiam ex pactis inter dictos Pontifices, & Cardinales diuersis temporibus factis, firmatis, & iuratis, ac quibusuis onerosis, & aliis causis concessa; & etiam iteratis vicibus innouata atque extensa, quibuscunque concepta formulis, ac etiam restitutiuis, mentis attestatiuis, præseruatiuis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, necnon vim contractus inducentibus, & aliis decretis suffulta, quorum omnium tenores Sanctitas sua haberi voluit pro expressis, specialiter & expresse reuocauit, literasque Apostolicas desuper confectas, & quo ad ea in quibus illa nondû erant sortita effectum, & inde secuta quæcunque cassauit, & annullauit, viresque & effectum de cætero non habere decreuit. Præterea voluit, & ordinauit quod omnes deinceps literæ Apostolicæ facultatum, & indultorû huiusmodi pro singulis Cardinalibus prædictis, præsentibus, & futuris ad vnam tantum cathedralem vel maiorê Ecclesiam, seu illius loco vnum, vel duo monasterium seu monasteria, aut vnum aliud vel duo alia beneficium seu beneficia in dictis literis exprimendû seu exprimendum vel exprimenda, quam seu quod vel quæ ipsi Cardinales vltra illas sex Episcopales, ac presbyterales, & diaconales Cardinalium Ecclesias tunc temporis obtinebunt, seu cuius vel quorum collatio eis reseruata fuerit (vt præfertur) Ac etiam sublata omnino altera huiusmodi indultorum parte super consensu ipsorum Cardinalium requirendo in prouisione beneficiorum apud sedê prædictam, pro tempore vacantium, aliàs sub dictis indultis comprehensorum, de quibus omnibus Sanctitas sua posthac libere disponere intendit & etiam citra facultates commendandi monasteria, aliaque beneficia ecclesiastica, sæcularia, & regularia, necnon disponendi de monasteriis, etiam cura & conuentu carentibus, & de dignitatibus, conuentualibus, & in Metropolitan. aliisque cathedralibus post Pontificales maioribus, & in collegiatis ecclesijs principalibus, Ac etiam disponendi de beneficijs Referendariorum, causarum palatij Apostolici Auditorum, Protonotariorum, & aliorum officialium dictæ Sedis, necnon familiarium cæterorumque omnium, qui constitutionibus declaratoriis fel. rec. Pauli Papæ III. ad perpetuam rei memoriam æditis continentur: Denique cum moderatione facultatum disponendi de beneficiis familiarium ipsorû Cardinalium ac concessionum eis etiam per regulas Cancellariæ Apostolicæ factarum, de consensu per ipsos in prouisionibus Apostolicis præstando ad eos solos familiares continuos commensales eorundem, qui vera, & actuali familiaritate continua commensalitate huiusmodi durante extra Romanam Curiam, vel Cardinalibus ipsis in dicta Curia existentibus, apud dictam sedem decesserint, & ad ea sola beneficia quæ ipsi familiares continui commensales viuentes, ad collationem dictorum Cardinalium pertinentia obtinebant, seu quæ ex collatione sibi ab eisdem Cardinalibus facta assecuti fuerant, expediantur. Aliter vero etiam motu scientia, & potestate similibus ac

Reuocatio indultorû S. R. E. Cardinaliû circa beneficiorû collationem.

Declaratio & limitatio circa futuram illarum concessionem.

etiam

etiam cum præsentium speciali,& eapressa derogatione expeditæ,nullius sint prorsus roboris vel momenti, Et nihilominus huiusmodi constitutiones,& regulas super beneficiis familiarium Cardioalium æditas, etiam quo ad Cardinales indulta huiusmodi non habentes ad familiares,& beneficia prædicta dumtaxat restrinxit,& moderatus fuit. Decernens sic in ijs cæterisque omnibus præmissis per quoscunque &c. etiam causarum dicti palatij Auditores,ac etiam ipsos Cardinales sublata &c. necnon irritum, & inane quicquid secus per quoscunque etiam prætextu indultorum,facultatum,& concessionum huiusmodi,scienter vel ignoranter contigerit attentari. Statuto ordinatione,decreto,& declaratione suæ Sanctitatis incrastinum eius assumptionis ad summi apostolatus apicem æditis, quod Cardinales in constitutionibus, & regulis per eam post priorum suorum constitutionum,& regularum æditionem,& publicationem in posterum faciendis, non includantur, nisi illæ eorundem Cardinalium fauorem concernant,vel ipsæ ædendæ constitutiones de illorum, seu maioris partis eorum consilio æditæ fuerint,cæterisque contrariis non obstantibus quibuscunque. Decretum irritans. Clausulæ derogatoriæ.

Placet publicetur, & describatur. M.

Lecta,& publicata fuit supraseripta regula Romæ in Cancellaria Apostolica Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, Die vero Mercurij vltima Mensis Aprilis, Pontificatus præfati Sanctiss. D. N. Papæ Anno Secundo. Publicatio in Cācellaria Apo.

A. Lomellinus Custos.

XXXV.

Prohibitio alienandi & infeudandi Ciuitates & loca S. R. E. & etiam tractandi vel suadendi alienationes & infeudationes,etiam ex causa permutationis,aut sub prætextu necessitatis vel euidentis necessitatis Sedis Apostolicæ.

Hæc constitutio confirmata fuit à Greg.13. infra in eius const.1.Inter cætera,& à Sanctiss. D. N. Sixto V. in eius const.1.

Prohibitiones autem alienandi bona Ecclesiastica habes supra fol.3.in Greg.9.const.1.Rex excelsus, & fol.34.in Ioannis 22.const.1.Inter cætera,& fol.91.in Pauli 2.const.6.Ambitiosæ.

Reuocationes autem & rescissiones bonorum Eccles. male alienatorum vide sup.fol.39.in Clem.6.const.1. & fol.525. in Iul.3.const.25.Cum sicut accepimus,& fol.570.in Pauli 4. const.2. Iniunctum,& fol.850. in Pij 4.const.125.Apostolicæ,& infra in const.98.Et si de singulis.

Permissiones autem alienationum aliàs concessas,ob necessitates Sedis Apostolicæ,habes sup. fol.317,In Clem.7.const.18.Si pro pauperum,vbi notaui concord. & infra in Pij V. const.144. Etsi benedictus.

De commissionibus autem alienationum in forma Si in euidentem, vide infra in const.68.Volentes,cum ibi not.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.
ADMONET nos suscepti cura regiminis vniuersalis Ecclesiæ,cui auctore domino præsidemus, vt Ciuitates,Terræ,Oppida, & Loca nobis, & Sedi Apostolicæ in temporalibus mediate, & immediate subiecta perpetuo in iure,dominio,& proprietate ac possessione dictæ Sedis conseruentur. Sanè licet nonnulli Romani Pontificis prædecessores nostri per eorum constitutiones rerum ecclesiasticarum alienationes prohibuerint, & iam factas reuocauerint, & annullauerint: nihilominus cum retroactis temporibus nonnulli nimium ambitiosi,& dominandi cupidi sub variis prætextibus coloribus & causis sæpe etiam falsis (quod non sine maximo animi nostri mœrore referimus) aliquibus Romanis Pontificibus suggestionibus & insinuationibus suis conati sint ostendere, & persuadere magis vtile, & expediens Sanctæ Romanæ Ecclesiæ & Sedi præfatæ fore,si aliquæ Ciuitates,Terræ,Oppida, Castra, Arces, & Loca ad ius, & proprietatem eiusdem Sedis pertinentia,in feudum,gubernium,vicariatum,ducatum,aut quemuis alium titulum perpetuum, vel ad tertiam generationem,seu ad vitam,aut aliàs ad longum tempus concederentur,vel etiam ea eo, quod alias in feudum data aut quouis alio titulo huiusmodi alienata fuerint, & propterea tanquam ad Sedem prædictam deuoluta, vel deuoluenda posse & debere de iure iterum infeudari,& alienari,atque inde nonnullas alienationes, infeudationes,& concessiones à Sede Apostolica emanasse, ex quibus illa non mediocrem diminutionem non solum patrimonij,sed etiam eatimationis recepisse dignoscitur. Hinc est quod nos cōsiderantes omnium Ciuitatum, & locorum prædictorum singularem fidem, & promptam deuotionem eidem Sedi eahibitam, omni tempore valde vtilem,& salutarem fuisse, & esse; ac volentes non solum alienationes huiusmodi (quas tempore nostro omnino exulare intendimus) de medio tollere,& quod nobis licere non patimur, nostris successoribus indicamus,quos non immemores fore speramus ante Domini nostri Iesu Christi in eaamine diei magni aduentus tribunal,villicationis nostræ rationem reddituros nos esse,sed vt omnis alienationum huiusmodi fiendarum occasio penitus aboleatur,quantum cum Deo possumus,per amplius prouidere,constitutionibus prædecessorum nostrorum huiusmodi etiam inhærendo,illasque innouando,Motu proprio,& ea certa nostra scientia, non ad alicuius super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam,sed ex mera animi nostri deliberatione, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, habita etiam super his cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus in Consistorio

Prædecessorum cōstitutiones iudicaui hic innuar. Causæ istius constitutionis.

ftorio noftro fecreto confultatione matura, de eorum confilio, & vnanimi affenfu (qui etiam iurauerunt præfenti conftitutioni non contrauenire, nec Pontificibus alienationes contra tenorem præfentium attentantibus confentire, & abfolutiones à iuramento huiufmodi nō petere, nec acceptare) hac noftra perpetuo valitura con-

Declaratio, q̃ ciuitates & loca Sedis Apoftolicę alienata vel infeudata, iam deuoluta, quam deuoluenda, ipfo facto cenfeātur Sedi Apoft. incorporata.

ftitutione decernimus & declaramus Ciuitates, & loca prædicta etiam hactenus in feudum, aut quemuis alienationis titulum dari folita, vel confueta, ad nos & Sedem præfatam quomodolibet deuoluta, & pro tempore deuoluenda, abfq; alia vlteriori declaratione, & illorum poffefsionis apprehenfione eo ipfo Sedi, & Camere Apoftolicæ incorporata, ac ad ius, & proprietatem, & dominium priftinum, ad poffefsionem rediiffe cenferi, perinde ac fi per quadraginta annos, & vltra Ciuitates, & Loca præfata à nobis, & Sede præfata immediate poffeffa, & nunquam in feudum, aut alium titulum conceffa fuiffent. Statuimufque, & decernimus, quod omnes, & fingulæ tam Communitates, & Vniuerfitates, quàm Ciues, & incolæ Ciuitatum, Terrarum, & Locorum prædictorum, aliæque quæcunque perfonæ, tam ecclefiafticæ, quàm fæculares cuiufuis dignitatis & ordinis etiam Epifcopalis, vel maioris exiftentes, ac Sanctæ Romanæ Ecclefiæ Cardinales, tam publice in confiliis Ciuitatum, & Locorum præfatorum, quàm priuatim alibi in quibufuis locis, etiam fi Ciuitatum, & Terrarum earundem Gubernatores, aut noftri & Sedis Apoftolicæ Legati, vel Prolegati exiftant, tractantes, confulentes, aut alias verba facientes de infeudationibus, aut alienationibus de ciuitatibus, & locis præfatis immediate ad nos, & Sedem præfatam fpectantibus, & pertinentibus, etiam deuolutis, etiam in feudum communiter, & pluries dari folitis, etiam ex caufa permutationis, vel fub annuo cenfu, aut canone, aut alias quomodolibet, etiam contemplatione merito-

Prohibitio de eo- rum alienat. & infeudandi aut eas tractandi vel fuadendi.

rum erga Sedem præfatam, aut fub prætextu necefsitatis, vel euidentis vtilitatis faciendis, feu de poftulandis à nobis, & Sede præfata quibufuis perfonis cuiufuis dignitatis, ftatus, gradus, etiam nobis, & fucceffforibus noftris fecundum carnem coniunctis, etiam Sanctæ Romanæ Ecclefiæ Cardinalibus, aut quauis alias temporali, vel ecclefiaftica dignitate fungentibus, in Duces, Vicarios, Gubernatores, feu quemuis alium titulum ad vitam, vel in perpetuū, vel longum tempus, aut etiam Sedis Apoftolicæ beneplacitum, Ciuitatum & Locorum præfatorum, ac propterea de eligendis oratoribus ad nos, & fucceffores noftros fuper præmifsis, vel illorum occafione mittendis proponentes, tam ipfi quàm Oratores munus huiufmodi recipientes, aut alij quicunque alienationes huiufmodi Romano Pontifici pro tempore exiftenti per fe, vel alium, feu alios infinuantes vel fuadentes, eo ipfo fententiam excommunicationis incurrant, à qua nifi ab ipfo Pontifice, præterquam in mortis articulo, abfolui nequeant, & infuper Sanctæ Romanæ Ecclefiæ & Sedis Apoftolicæ præfatæ rebelles, etiam in primo capite læfæ maieftatis, & proditores Ciuitatum, & Locorum præfatorum, ac bona eorum fifco, & Cameræ noftræ Apoftolicæ ipfo iure deuoluta, & incorporata fint, & effe cenfeantur, omnibufque ecclefijs, monafteriis, & aliis per eos quomodolibet obtentis beneficiis ecclefiafticis eo ipfo priuati exiftant, neq; ad Ciuitates, & Loca præfata vllo vnquam tempore remitti pofsint: Et fi aliquando eos reintegrari contigerit, nihilominus infames remaneant, illifque bonorum, & dignitatum portæ perpetuo claudantur. Et quoniam intelleximus aliquos etiam Cardinales, Ciuitates, Terras, Oppida, Caftra, Arces, & Loca ad vitam, feu tertiam, vel aliam generationem, aut alias à dicta Sede, etiam ex caufa onerofa obtinere, habere, & pofsidere, cum facultatem faciendi in illis melioramenta, ita quòd ab eis amoueri non pofsint, nifi reftitutis fibi prius pecuniis in melioramenta huiufmodi expofitis,

Limitatio & reuocatio priuilegiorum Cardinalium & aliorum faciendi melioramenta in locis à Sede Apoft. eis conceffis, & ea retinendi vfque ad illorum refectionem.

omnes, & fingulas facultates faciendi melioramenta præfata quibufuis perfonis etiam Cardinalibus per eofdem prædeceffores noftros aut alios ad id facultatem habentes quomodolibet conceffas harum ferie reuocamus, & annullamus, & nemini deinceps fuffragari poffe, neque debere, ac cuicunque facultatem faciendi melioramenta huiufmodi habenti illa, etiam pro munitione, & tuitione, nifi ex caufa neceffariæ conferuationis Locorum eorundem facta fuerint, poft publicationem præfentium facere omnino interdicimus, ac prohibemus, & fi fecus à quoquam factum, attentatumue fuerit, melioramenta quæcunque per eos contra tenorem præfentium facta locis ipfis cedere, & Cameram ad illorum fatisfactionem minime teneri, & obligatam effe volumus, & decla-

Claufula præferuatiua.

ramus. Decernentes præfentes literas fub quibufuis reuocationibus, caffationibus, derogationibus, & aliis contrariis difpofitionibus fub quibufuis tenoribus, & formis, ac cum quibufuis claufulis, & decretis pro tempore quomodolibet factis minime comprehendi, fed femper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, totiens in priftinum ftatum reftitutas, & de nouo conceffas effe, & cenferi debere.

Decretum irritans.

Irritum quoque, & inane fi fecus fuper his à quoquam quauis auctoritate fcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Claufulæ derog.

Non obftantibus conftitutionibus, & ordinationibus apoftolicis, ac Ciuitatum, & Locorum prædictorum iuramento, confirmatione apoftolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ftatutis, & confuetudinibus, cæterifque contrariis quibufcunque. Sic igitur deuotionis, & fidei conftantia Ciuitatum, & Locorum præfatorum erga nos, & fucceffores noftros, & eandem Romanam Ecclefiam perfeueret, vt merito integritatis virtus maiora beneficia ab eadem fede confequi

Iuramentum à Cardinalib⁹ præftandum pro obferuantia iftius conftitutionis.

mereamur. Volumus autem quod ficut omnes, & finguli Cardinales præfentes conftitutionem huiufmodi, quantum in eis erit, obferuare, illique non contrauenire, nec Pontificibus cōtrafacientibus confentire, aut abfolutionem à iuramento præftito non petere, nec oblatam, aut conceffam acceptare in Confiftorio noftro fecreto promiferunt, & iurarunt, idem per abfentes Cardinales à confiftorio, in habitatione eorū, & à Romana Cu. vt quandocunque ad eandem Curiam fe contulerint, ac per futuros pro tempore Cardinales in affumptione pilei promitti, & iurari debeat, ac promifsionem, & iuramentum huiufmodi in formula iuramenti per eofdem Cardinales præftari foliti adiungi, & inferi debere, ac contrafacientes pœnam periurij, & perpetuæ infamiæ iuris, & facti eo ipfo incurrere decernimus. Præterea quod ipfi Cardinales, occurrente Apoftolicæ Sedis vacatione in Conclaui quando de obferuandis literis Iulij Papæ II. prædeceffforis noftri fuper electione Romani Pontificis, & aliis conftitutionibus iuramentum præftare folent, etiam de inuiolabiliter obferuanda præfenti conftitutione

Pontifex electus obferuātiā iftius conft. promittere & iurare debet, & per eius literas offirmare.

noftra per quemlibet eorum, qui in Romanum Pontificem electus fuerit, & poft modum idem ad fummi Pontificatus faftigium affumptus, poft eius affumptionem hoc ipfum promittere, ac iurare, & deinde poft coronationem fuam promifsionem, & iuramentum huiufmodi per literas fuas fpeciales harum confirmatorias reiterare debeat. Quod fi illud à Pontifice (quod credendum non eft) recufabitur, aut differetur, tunc dicti Cardinales in primo Confiftorio fecreto, & præcipue eorum Decanus, & capita ordinum apud eum omni cum inftantia, & inftantifsime pro præfentiū obferuatione petere, & rogare, ac obteftari non ceffent, idque vt omnino efficiat, diligentifsime curare ftudeant, ftatuimus, & ordinamus.

Quod fecerunt Greg. 13. & Six. 5. vt hic in tub.

Quodq; præfentes literæ in libellum redigantur, & poft prædictas Iulij literas, quæ in dicto Conclaui legi folent, inter alias conftitutiones noftras adiungātur, & etiam

in quinter

In quinterno Cancellariæ Apostolicæ cum alijs extrauagātibus nostris describantur, ac ad valuas basilicæ Beati Petri Principis Apostolorum, & in Cancellaria nostra Apostolica, ac acie Campi Floræ publicentur. Et quia difficile foret præsentes ad singula quæque loca deferri, decernimus etiam & declaramus, quod earum transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij subscriptis, & sigillo alicuius prælati munitis eadem prorsus fides vbique in iudicio, & extra, adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, reuocationis, decreti, statuti, interdicti, prohibitionis, ordinationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, quarto Kal. Aprilis, Pontificatus nostri Anno Secundo.

Forma publicandi hanc constit. Quam habes hic in fi.

Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.
Locus signi.

Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.

Ego F. Card. Pisanus Episcopus Ostien.
Ego Io. Card. Moronus Episcopus Portuensis.
Ego Christoforus Card. Madrucius Episc. Præ.
Ego A. Card. Farnesius Episc. Tuscul. Vicecan.
Ego Io. Mi. Card. Saracenus.
Ego Ful. Card. Perus.
Io. Card. Politianus.
Io. B. Cicada Card. S. Clementis.
B. Card. Tranen.
Scipio Card. Pisarum.
Io. Card. Capisuccus.
Ego Clemens Card. Aræceli.
Ego Ia. Card. Sabellus.
Ego Io. Antonius Card. S. Greorgij.
Aloysius Card. Cornelius.
Ber. Card. Saluiatus.
Ego Phi. Card. a Burdesia.
Ego Lud. Card. Simoneta.
Ego Ant. Card. Granuelanus.
Ego F. Card. Paciecco.
Ego Marcus Antonius Card. Amulius.
Ego Hieronymus Card. de Cotrigio.
Ego Io. Franciscus Card. de Gambara.
Ego N. Card. de Sermoneta.
Ego Hipp. Card. Ferrarien.
Ego Innicus Aualos Card. Arag.
Ego Marcus Antonius Card. Columna.
Ego Io. Franciscus Card. Commendonus.
Ego Marcus Antonius Card. Bobba.
Ego Hugo Boncompagnus Card. S. Sixti.
Ego Alexander Card. Sfortia.
Ego Alexander Card. Cribellus.
Ego Franciscus Abundius Card. Castilion.
Ego Benedictus Card. Lomellinus.
Ego Gulielmus Card. Sirletus.
Ego F. M. Card. Alexandrinus.
Ego Hieronymus Card. Simoncellus.
Ego Vitellotius Card. Vitellius S. R. E. Cam.
Ego Franciscus Card. Alciatus.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Registrata Apud Cæsarem Secretarium.

Anno à Natiuitate D. N. Iesu Christi Millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, Indictione decima, die vero vigesima tertia mensis Maij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno eius Secundo, retroscriptæ literæ affixæ & publicatæ fuerunt ad valuas Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ per nos Io. Andream Rogerium, & Nicolaum de Matthæis Sanctissimi D. N. Papæ Cursores.

Publicatio

Antonius Clerici Magister Curs.

XXXVI.

De celebratione Festiuitatis S. Thomæ de Aquino, die 7. mensis Martij, Et indulgentijs concessis, ea die visitantibus eius sacella.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

MIRABILIS Deus in Sanctis suis, qui se daturum illos in laudem & gloriam & honorem, prophetæ ore promisit: vt quos sicut sol in conspectu suo fulgentes, ob merita sanctitatis coronat in cœlo, admirabiliter etiam honoraret in sæculo, & in eo, quod illis tribui iubet laudis & venerationis officio, debitum quoque Maiestati suæ honorem, & gloriam agnosceret. Quorum non modo vitam, sed mortem, sepulchra, monumenta, reliquias, & imagines, ad Catholicæ fidei confirmationem, & ad confusionem hæreticæ prauitatis, vt felicius etiam, quam in præsenti vita, doceret viuere mortuos, qui in domino moriuntur, sæpissime dignatus est decorare & illustrare miraculis. Ex quo sanctorum laudabili numero, qui catholicam veritatem, corde, opere, & ore roborarunt, angelici doctoris S. Thomæ de Aquino Ordinis Fratrum Prædicatorum in cœlū assumptio, multis ante annis, orbi terrarum, & diuinis, & propriis est comprobata testimoniis. Nam & miraculorum signis, quibus serui sui Thomæ perpetua verę pietatis opera nobilitare voluit inexhausta Dei benignitas, & certissima Christianæ regula doctrinæ, qua S. Doctor Apostolicam Ecclesiam infinitis confutatis hæresibus illustrauit, adductus fælicis recordationis Ioannes XXII. prædecessor noster, illo in sanctorum numerum relato, eius diem festum Nonis Martij quo die nunc etiam colitur, anniuersario honore celebrari iussit. Sed quoniā omnipotentis Dei prouidentia factum est, vt Angelici Doctoris vi, & veritate doctrinæ, ex eo tempore, quo cœlestibus Ciuibus ascriptus fuit, multæ, quæ deinceps exortæ sunt hæreses cōfusæ & conuictæ dissiparentur: quod

Ioannes 22. ex eam his de causis Festū S. Thomæ de Aquino singulis annis celebrari iussit die 7 Martij.

H & antea

& antea sæpe, & liquido nuper in sacris Tridentini Concilij decretis apparuit; eiusdem memoriam, cuius meritis orbis terrarum à pestiferis quotidie erroribus liberatur, maiore etiam quam antea grati & Pij animi affectu colendam statuimus. Quod officium nostrum præter beneficia ea illius salutari disciplina in diem magis profecta in sacrosanctæ Ecclesiæ filios, ad quorum pastoralem paternamque curam Dei benignitati humilitatem nostram placuit euocare, postulat etiam aliqua ex parte eiusdem Ordinis Prædicatorum communio, & societas vnde, licet imparibus meritis nos etiam, tanquam ex fonte profluximus. Itaque primum vt in Ciuitate & Regno Neapolitano, quod in eam Prouinciam, quæ ad salutarem omnium gentium institutionem, ex nobilissima familia Aquinate, clarissimum hoc edidit Ecclesiæ Dei lumen, tantum inde laudis, decorisque diuina bonitas redundare voluerit, de venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio atque vnanimi assensu ipsa die nonarum Martij, qua præstantissimus Doctor migrauit in cœlum, posthac semper vniuersi vtriusque sexus ab omnibus vetitis ac seruilibus operibus laboribusque abstinentes, festum diui Thomæ solemniter sub duplici maiori officio sicut cæteras eius generis solennes festiuitates, quæ de ipsius Ecclesiæ præcepto seruantur; in aliis autem orbis terræ partibus, quemadmodum sanctorum quatuor Ecclesiæ Doctorum festiuitates piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri præcepto celebrantur, sic eundem festum diem S. Thomæ in perpetuum posthac omnes item vtriusque sexus Christifideles celebrent & venerentur, Apostolica auctoritate statuimus, ac sancimus. Vt vero etiam memoriæ S. Doctoris maiori studio ac pietate cultus & debita veneratio adhibeatur, de omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri & Pauli auctoritate confisi, omnibus vtriusque sexus Christifidelibus vere pænitétibus, & confessis, qui in ipso S. Thomæ festiuitatis die sacellum, vel altare in Ecclesia S. Dominici Neapolitan. situm, in quo scriptoris angelici doctrina, Saluatoris Crucifixi ore (sicuti pia testatur historia) mirabiliter probata fuit, à primis eius diei vesperis vsque ad occasum solis deuote visitauerint, septem annos & totidem quadragenas, In cæteris autem orbis terræ partibus iis, qui eundem festum diem, vt præfertur, solenniter celebrauerint, & ad Ecclesiam, quæ apud eos fuerit, vel sacellum, aut altare sub eiusdem S. Thomæ inuocatione, pie, ac deuote accesserint, quoties id fecerint, toties centum dies de iniuncta ipsis pænitentia per præsentes literas in perpetuum valituras, quas sub aliis cuiuscunque generis indulgentiarum concessionibus & illarum reuocationibus nullo modo comprehendi volumus, misericorditer in Domino relaxamus. Et quia difficile esset has ipsas literas ad singula orbis terrarum loca peruenire, volumus & auctoritate apostolica decernimus, vt earum exemplis etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius prælati munitis, vbique locorum & gentium in iudicio, & extra eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis ipsis, si exhibitæ essent, iure ab omnibus adhiberetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ sanctionis, voluntatis, relaxationis, statuti, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, tertio Idus Aprilis, Pontificatus nostri Anno Secundo.

Margin: Hic et iam Pont. ex aliis causis idem Festum solemniter celebrari iubet vt hic.

Margin: Indulgentias q; eius altaria tunc visitantibus concedit.

Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.
Locus signi.

Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.

Ego F. Card. Pisanus Episcopus Ostien.
Ego Io. Card. Moronus Episcopus Portuensis.
Ego Christoforus Card. Madrucius Episc. Præ.
Ego A. Card. Farnesius Episc. Tuscul. Vicecan.
Ego Io. Mi. Card. Saracenus.
Io. Card. Politianus.
Io. B. Cicada Card. S. Clementis.
B. Card. Tranen.
Scipio Card. Pisarum.
Io. Card. Capisuccus.
Ego Clemens Card. Aræcell.
Ego Ia. Card. Sabellus.
Ego Io. Antonius Card. S. Georgij.
Ego Aloysius Card. Cornelius.
Ber. Card. Saluiatus.
Ego Phi. Card. a Burdesia.
Ego Lud. Card. Simoneta.
Ego Ant. Card. Granuelanus.
Ego F. Card. Paciecco.
Ego Marcus Antonius Card. Amulius.
Ego Hieronymus Card. de Corrigio.
Ego Io. Franciscus Card. de Gambara.
Ego Hipp. Card. Ferrarien.
Ego Innicus Aualos Card. Arag.
Ego Io. Franciscus Card. Commendonus.
Ego Marcus Antonius Card. Bobba.
Ego Hugo Boncompagnus Card. S. Sixti.
Ego Alexander Card. Sfortia.
Ego Alexander Card. Cribellus.
Ego Benedictus Card. Lomellinus.
Ego Gulielmus Card. Sirletus.
Ego F. M. Card. Alexandrinus.
Ego Hieronymus Card. Simoncellus.
Ego Vitellotius Card. Vitellius S. R. E. Cam.
Ego Franciscus Card. Alciatus.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

Registrata Apud Cæsarem Secretarium.

Margin: Publicatio

Anno à Natiuitate D. N. Iesu Christi Millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, Indictione decima, die vero trigesima mensis Iunij. Pontificatus Sanctiss. in Christo patris & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno Secundo, retroscriptæ literæ lectæ publicatæ & affixæ fuerunt in valuis sancti Petri de Vrbe, & S. Io. Lateran. Cancellariæ Apostolicæ, per nos Io. Andræam Rogerium, & Christianum de Monte prælibati Sanctissimi D. N. Papæ Cursores.

Camillus Cherubinus Magister Cursorum.

Reformatio

XXXVII.

Reformatio Ordinis Fratrum Humiliatorum Regulæ S.Benedicti.

Extinctio autem eiusdem Ordinis habetur infra in const.152. Quemadmodum.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.
QVANTVM vtilitatis Reipublicæ Christianæ afferunt bene institutæ, & institutis suis conuenienter viuentes Religiosorum Congregationes, tantum illa detrimenti, & offensionis capere videtur ex his, cum quos aliis in sæculo viuentibus honestate morum & sanctimonia excellere, salutisque æternæ viam præire oportebat, ipsimet ab optimis disciplinis desciscentes, in cupiditates & vitia prouoluuntur. Hac considerantes ea quo nos diuina Maiestas ad huius præcelsæ dignitatis fastigium euexit, omnia, quantum in nobis est, superno auxilio freti, facere conamur, vt illæ quidem sodalitates, quæ in obseruatione institutorum suorum religiose persistunt, magis quotidie in illo suo sancto proposito confirmentur: illæ autem, quæ relicta vetere disciplina in deterius lapsæ sunt, opportuna animaduersione adhibita, ad honestum vitæ genus feliciter reuocentur.

Cum igitur inter eas Religiones, quas graui cum nostra sollicitudine à veteribus institutis defecisse videmus, Fratrum Humiliatorum relaxata iampridem disciplina, non animo tantum, sed nostris etiam oculis in primis obseruetur, quæ postulet, vt ad illam quamprimum emendandam præcipua nostra studia conferamus. Horum etenim Regula pluribus iam sæculis ab Humilibus quidem, sed maxime piis & deuotis profecta initiis, inde optima illius disciplina in immensum augescéte, sic sensim coaluisse fertur, vt radices suas longe lateque feliciter propagarit. Sed humani generis hostis, qui bonis semper operibus aduersatur, captato inter affluentes opes tempore, frugiferam hanc plantam, sæuis adeo turbinibus agitauit, vt plerique Præpositi, & alij dicti Ordinis, quos par erat ieiuniis, orationibus, & sacræ lectioni in claustro sine intermissione incumbere, credito sibi gregi docendo, monendo, & increpando inuigilare, propriæ salutis obliti, contra regulam, & instituta prædicta, proprium sibi vendicantes, bonam magnamque partem reddituum dictæ religionis, quorum priuatus vsus ne ipsis quidē præpositis ea instituto permittitur, in amplissimis ædibus sumptuose exornandis, in conuiuiis, in copioso famulitio sæculari, & aliis huiusmodi voluptatibus mundanis temere disperdant, hinc fidelibus scandalū obijcitur, hinc hæreticis maledicendi suppeditatur occasio, hinc multi infirmi & incauti in diaboli laqueos incidunt, dum quorum mores integros non vident, eorum ne doctrinam quidem integram opinantur. Humiliatorum Fratres, ita dissoluti erant, vt reformatione indigerent.

Quibus malis Dilectus filius noster Carolus tt. Sanctæ Praxedis presbyter Cardinalis Borromæus nuncupatus dicti ordinis Protector, & Apostolicæ Sedis delegatus, nuper mederi cupiens, adhibitis Generali, & aliquot aliis Præpositis dicti Ordinis, multa vtilia de ratione cultus diuini, de modo recipiendorum, & educandorum religiosorum, de correctione morum, de obedientia, castitate, paupertate, & vita, vt antea communi, bene & prouidenter condidit. Ideo Card Borromeus Protector, vna cū Generali, & aliis Præpositis, multa statuit pro eorum reformatione, sed nihil profecit.

Veruntamen quia propter improbas multorum Præpositorum, & aliorum prædictorum cupiditates, nullus hucusque vel certe rarus inde fructus consequitur, & sicut ea diuersis literis apostolicis, ac etiam ipsiusmet Ordinis constitutionibus compertum habemus, prædictus Ordo regulæ D. Benedicti, proprium cuiq; habere prohibenti, adstringitur, ac illius Præpositi siue prælati, nullos ex sua administratione prouentus, cum nulli ibi, nisi communes sint, percipere possunt, sed in communi, quemadmodum cæteri Fratres viuere debent: Visitatores vero inter cætera fideliter inquirere tenentur, Num Præpositi cum cæteris Fratribus comedant, Num aliqui proprietarij in vlla domo reperiantur, & an ratiocinia facultatum atque expensarum domus inter præpositos & officiales suos habeantur: Denique procurare, vt numerus Fratrum in singulis præposituris pro ratione facultatum augeatur. Immo quidam Fratres postea, ipsum Card. interficere tentarunt vt infra in const.122. Propterea ea eisdem constitutionibus etiam deprehendimus, quod præpositi prædicti olim annales, interdum biennales pro nutu præpositi Generalis, & ad electionem suorum Conuentuum assumi debeant. Nos supradicta discrimina ea perpetua rerum administrandarum facultate, quam dicti præpositi habere noscuntur, in primis prouenire rati, prædictis periculis validiore manu occurrere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & quascunque tam apostolicas, quàm ordinarias collationes, prouisiones, commendas, & alias dispositiones de generalibus, prouincialibus, conuentualibus & aliis præposituris, necnon prioratibus, cæterisque beneficiis ecclesiasticis cum cura, & sine cura dicti ordinis, & etiam super illorum fructibus, quarumcunque pensionum annuarum, aut aliarum rerum, vel etiam ipsorum fructuum, vel partis eorum reseruationes Fratribus supradictis perpetuo, siue ad certum, & qualecunque tempus, necnon omnia & quæcunque regressus, accessus, & ingressus, & regrediendi, accedendi, & ingrediendi facultates, & indulta, coadiutorum quoq; deputationes ad illas, illos, & illa, etiam de consensu, ac ex resignationis seu cessionis iuris, ac etiam litis & causæ aut concordiæ Apostolica auctoritate confirmata, aliaue causa, quantumcunque onerosa & considerabili tam eisdem Fratribus, quàm quibuscunque aliis, etiam S. R. E. Cardinalibus, per quoscunq; Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedem prædictam, etiā motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, necnon consideratione, intuitu, contemplatione, vel ad instantiam Imperatoris, Regum, Ducum, aliorumque Principum facta, & concessa, quibuscunque concepta formulis, ac etiam restitutiuis, præseruatiuis, derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis & insolitis clausulis, necnon vim contractus inducentibus, & aliis decretis suffulta (quorum omnium tenores præsentibus haberi volumus pro expressis) dicta auctoritate Apostolica, tenore præsentium specialiter & expresse reuocamus, & apostolicas & quascunque alias literas, necnon processus habitos per easdem & inde secuta quæcunque cassamus & annullamus, ac volumus illa omnia vires & effectum de cætero non habere. Propterea hic Pont. pro eorundem emendatione annullat collationes ipsis Fratribus factas de beneficiis huius ordinis, & reuocat indulta eisdem per quibuscunq; concessa.

Et nihilominus omnes & singulos Præpositos & cæteros Fratres illas, illos, & illa obtinētes prædictos, etiam quarumcunque longissimo tempore possessores eisdem omnibus ex nunc priuamus, & ab illorum possessione amouemus, amotosque denunciamus. Mandantes vniuersis & singulis, vt quam primum præsentes illis intimatæ fuerint, ab omnimoda administratione abstineant, ac possessionem huiusmodi vacuam realiter dimittant. Inhibetq; eisdē et ab illorum administratione omnino abstineant.

Quod si horum quisquam secus quoquomodo contenderint, illum talem excommunicationis sententia innodamus, ac dignitatibus, administrationibus, & officiis dicti ordinis perpetuo indignum decernimus eo ipso. Ipsi tamen sic dimittentes titulum, nomen, & insignia omnia Præpositi ita retineant, vt, quoad vixerint, & in vnitate fidei, atque obedientia & obseruatione præsentiũ perstiterint, nec quicquam, quod eos merito reddat indignos, admiserint, vocem & suffragium actiue, & pasiue, etiam quoad electionem Præpositi Generalis habeát, & tam in proximo, quàm cæteris deinceps Capitulis generalibus ad curam, & regimen aliarũ præpositurarum & prioratuum, tertio quoque anno commutentur, & ad tempus dumtaxat eligi debeant.

Promittit etiam beneficia aliis extra personas Ordinis collata, ad eundem statum cũ vacauerit reducere.

Firmiter autem pollicemur præposituras, prioratus, & cætera beneficia dicti Ordinis, quæ nunc aliis extra illum collata seu commendata reperiuntur, cum vacabunt, ad eundem statum reducturos, si interim eos, quos ex præsenti nostra reformatione futuros speramus, fructus vere nouerimus prouenisse.

Cæterum ex his quæ pro salubri dictæ Religionis statu, & felici directione alioqui instituta hucusque reperiuntur, quæque nec præsentibus contraria sunt, nec effectum earundem impediunt, nihil omnino detrahere, sed illa omnia omnino immota custodiri.

Institutaq; eiusdẽ Ordinis huic reformationi nõ contraria confirmat.

Rursus ea quæ ad perfectæ regulæ disciplinã vel deesse, vel obesse possunt, præsenti pagina supplete vel emendare intendentes, Motu, scientia, & potestatis plenitudine prædictis statuimus, & ordinamus.

Ordinationesq; hic expressas pro reformatione huius Religiõis decernit, & obseruari præcipit.

Quod futuris temporibus in perpetuum Præpositus Generalis dicti ordinis tertio quoque anno in capitulo generali singulis trienniis celebraodo, per suffragia secreta, iuxta Concilij Tridentini dispositionem, & alias secundum regularia dicti ordinis instituta, laudabilesque consuetudines eligatur: sed hoc officium lapso triennio illi deinceps nequeat prorogari.

Simili quoque modo prædicti, cæterique omnes præposituratum, domorum, & locorum omnium dicti ordinis Præpositi & priores quocunq; nomine vocati, & ad triennium, & in ipso capit. generali dumtaxat instituantur, qui debitam in suis præposituris domibus vel locis, residentiam faciant.

Et, si horum quempiam eo durante triennio decedere vel priuari contigerit, prædictus Præpositus Generalis, Vicarium ex eadem illa idoneum, sin autem ex alia præpositura, domo, siue Conuentu, in demortui, vel priuati locum pro reliquo triennij tempore, vsque ad futurum generale Capitulum surrogabit.

Cæterum huiusmodi præpositi & priores futuri suo rite defuncti officio triennali, rursus poterunt in futuro Capitulo generali ibidem, vt antea, præpositi & priores in aliis præposituris, & domibus dicti ordinis, si rursus idonei iudicati fuerint, ad aliud triennium, & sic deinceps deputari.

Ad hæc nullus omnino præpositorum seu priorum, curam, ant administrationem bonorum & aliarum rerum temporalium, dispensationemque reddituum suæ præpositurae seu domus etiam nomine sui Conuentus, habere, siue exercere, vel se se in ijs interponere posit: Sed vniuersum id onus tribus Religiosis in vnoquoq; Capitulo generali ita demandetur, vt primus rerum, & bonorum mensæ tam præpositi, quàm præposituræ seu domus, inferendorumque in eam reddituum curam habeat. Alter tanquam depositarius pecunias, & cætera ab illo importata, fideliter asseruet. Reliquus de pecuniis, & rebus à depositario captis Præposito, Priori, Fratribus, & domui vniuersæ de necessariis, veluti dispensator prouideat, officiorum huiusmodi inuicem confusione penitus interdicta. Sed hi tres tam accepti, quàm impensi singulis mensibus præposito suo, adhibitis etiam duobus, vel tribus Fratribus eiusdem præposituræ, seu domus probatioribus, rerumque vsu peritis: Deinde ipsimet rursus præsentibus ipsis Præposito, & peritis Præposito generale, vel visitatoribus, quotiescunque visitationis officium fecerint: Denique generalis præpositus semper in proxime sequenti capitulo generali, & coram tribus iudicibus ab ipso Capitulo deputatis suæ administrationis rationem reddere teneatur.

Omnes vero præpositi, & priores vitam cum suis Fratribus communem ducant, nec poprium quicquam habeant. Omnibus diuinis officiis diurnis & nocturnis in Ecclesia, & choro semper adesse debeant: In refectorio semper comedant, vbi silentium perpetuum agatur, & lectura sacra ab initio ad finem de more habeatur. Aedes separatas neque in claustro, neque alibi vsquam habeant, sed vnica cella, aut, si necessitas postulauerit, duabus dumtaxat, eisdemque cum cæteris aliorum Fratribus coniunctis, ac omnino sine ornatu, velis, aulæis, aut tapetis, sed nudo pariete, ac lectulo, & mensa humilibus, sicuti religiosos humiles decet, vtque signum humilitatis non differat à signato, contenti esse debeant.

Pari quoque ratione cæteri Fratres nihil sibi proprij vendicátes, necessarium victum, & vestitum, à suo quisq; conuetu siue domo, ac per eius ministros, prout cuique opus erit, capiant, pecuniæ vsu, veluti olim ad libitum abutebantur, deinceps omnibus penitus interdicto.

Eam tamen diligentiam Præpositus adhibere debebit, vt singulorum, maxime infirmorum, & senum necessitatibus iuxta cuiusque exigentiam consulatur.

Vestitus etiam omnis omnino conformis, nulla exquisita arte elaboratus, sed purus, & honestus in vniuersum habeatur.

Vsu tamen bireti, cæterisque præpositorum & prælatorum insignibus à reliquis Fratribus hucusque distinctis minime propterea sublatis.

Nullus insuper siue præpositus, siue simplex religiosus intra septa domus suæ, neque omnino alibi mulieres, quantũcunq; prouectas, seu matres, seu sorores, seu alias propinquas, etiam infimitatis tempore, admittat, neque famulos laicos, etiam tanquam communes habeat, sed præpositum fratres assectentur.

Fratres vero, etiam equitantes, vna bini semper incedant.

Vbi tamen communis præposituræ, seu domus necessitas vsum equorum postulauerit, famulus laicus, honesto tamen habitu indutus, ad curationem illorum, necnon associationẽ præpositi, & fratrum equitantium, equiq; custodiam dumtaxat poterit adhiberi.

Postremo, vt in præposituris & domibus prædictis, iustus ministrorum numerus perpetuo constet, nunquam pauciores, quam duodecim Fratres in singulis educantur. Illæ vero, in quibus tot commode ali nequiuerint, aliis Præposituris, siue domibus eiusdem Ordinis per dictum Capitulum generale, seu si id commode tunc fieri nequiuerit, a dicto Carolo Cardinali, & Protectore vna cum præposito generali, & Promotoribus, ac seu diffinitoribus perpetuo vniantur, seu de opulentiorum præpositurarum & locorum redditibus cæteris angustioria prouentus præposituris, & locis, commodis rationibus prospiciatur, ita tamen quod præpositi, præpositurarũ &

locorum

locorum sic voiendorum deinceps earum præpositurarum,quibus vniones huiusmodi fient, Priores, seu vicarij deputenrur,ac decedeotibus alijs Præpositis ante ac perpetuis,si sint idonei,omnium primi post eos Præpositi in eisdem capitulis generalibus ordine præscripto setuato eligantur.

Districtius inhibentes in virtute sanctæ obedientiæ quibuscunque Collatoribus,& etiam ius eligendi,aut præsentandi habentibus,ne de Præposituris,Prioratibus & benficijs sub ipsa reuocatione oostra comprehensis,prædictis dispnoere,aut aliquem vel aliquos ad illas præsentare,vel eligere seu instituere audeant quoquomodo, vel præsumant.

Prohibitio con ferendi beneficia in hac reuocatione comprehẽsa, aut ad illa aliquẽ præsentandi.

Ac decernentes ex nunc quascunque huiusmodi præseotationes,electiooes,collationes , prouisiones , Commendas,& alias dispositiones,etiam a sede Apostolica prædicta, Moruque scientia & potestatis plenitudine similibus , ac cum præsentium speciali , & expressa derogatione pro tempore factas , tanquam in læsionem & detrimentum reformatæ Religionis surreptas & extortas, nullius prorsus momenti fore,nec per eas ius aliquod cuiquam acquiri . Rursus nullum ex his,quorum collationes,prouisiones, & commendæ Præpositurarum,Prioratuum,& beneficiotum prædictorum pẽsionum,cæteræque reseruationes,necnon regressus,accessus,ingressus, & coadiutorum deputationes ad illa reuocata sunt,vt præfertur quocunque tempore,quauis causa,quantũlibet rationabili,restitutionem in inregrum, reductionem ad terminos iuris, aut aliud quoduis gratiæ, aut iustitiæ remedium impetrare, vel etiam ab alio,vel alijs impetrato,aut Motu simili concesso,vti nec præsentes literas sub vllis reuocationibus,suspensionibus,limitationibus, aut alijs cõtrarijs dispositionibus simililium, vel dissimilium ordinationum ab ipsa sede quandocunque , & quomodocunque emanandis comprehendi , sed semper ab illis exceptas,& quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validum statum restitutas, & plenariæ reintegratas esse,et censeri . Sicque per quoscunque Iudices ordinarios et delegatos,etiam causarum Palatij Apostolici Auditores , ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in quauis causa & instantia , sublata eis , & eorum cuilibet quauis aliter interpetrandi , & iudicandi facultate,& auctoritate,vbique interpetrari,iudicari,et diffiniri debere , necnon irritum , et irane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari .

Decretum irritans.

Insuper prædicto Carolo Cardinali Protectori præcipimus,vt ipse easdem præsentes,& quicquid eo Præsidẽte in proximo generali, Capitulo rite ordinabitur,vel etiam pro præmissorum omnium, & singulorum obseruatione,ab eo extra dictum Capit. etiam sine interuenru alicuius dicti Ordinis statuetur,in omnibus Præposituris, Cõuentibus,& Locis,ac ab omnibus,& singulis Præpositis,& fratribus prædictis inuiolate faciat per se, vel aliũ seu alios obseruari.Contradictores quoslibet,& rebelles per sententias,cẽsuras,& pœnas Ecclesiasticas,ac etiã Præpositurarum,dignitatum,& administrationum priuatorias,cæteraque iuris, & facti remedia opportuna, appellatiooe postposita compescendo. Quin etiam contendentes prædictos in censuras,& pœnas supradictas incidisse declarando,inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis .

Executoris deputatio, & facultates.

Et nihilominus vsquequaque quanrum in nobis est,præcauere volentes,ne quisquam ab instituto declinet,Ordinarijs locorum districtius iniungimus,vt quoscunque Præpositos,& Fratres vagantes,aut quicquã contra præscriptam Regulam eatra claustrum admittentes, illos reiecto quocunque eaemptionis priuilegio, adhibito etiã brachio prædicto,si necessitas id postulet,cohibeãt,& pro grauitate delicti in carcerem coijciant,aliasq; in eos iuata Canonicas sanctiones,& Regulæ disciplinam seuere animaduertere procurent,si diuinam,dictæque Sedis vltionem voluerint euitare . Non obstãtibus nostra de non tollendo iure quæsito,ac piæ mem.Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna,& in Concilio generali ædita de duabus dietis,alijsque constitutionibus,& ordinationibus Apostolicis, necnon ordinis prædicti iuramento , confirmatione Apostolica , vel quauis firmitate alia roboratis statutis,& consuetudinibus, alijsque similibus,vel dissimilibus reductionibus,etiam ad illud idem vel aliud tempus , aut etiam præpositurarum,prioratuum , & beneficiorum præfatorum perpetuationibus per Sedem prædictam quomodolibet factis , Priuilegijs quoque , exemptionibus,& indultis Apostolicis eidem ordini , eiusque superioribus & personis , ac ipsorum singulis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros,ac nos,& eandem Sedem,etiam per modum statuti perperui,ac initi,& stipulati contractus ,& alias sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis in genere, & io specie concessis, confirmatis,ac etiam alijs reformationibus,quotiescunque & quocunque tempore factis,& promulgatis,ac quibuslibet alijs indulgentijs,& literis Apostolicis specialibus et generalibus,quorumcunque tenorum existant,per quæ præsentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum , seu dictorum ordinariorum iurisdictio, vel executio impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenotibus habenda sit in nostris literis mentio specialis , quæ omnia contra earumdem præsentium tenorem nolumus cuiquam in aliquo suffragari .

Ordinariorũ facultates coercendi Fratres huic Reformationi cõtrauenientes.

Clausulæ derogatoriæ.

Denique etiam volumus , quod ipsarum præsentium exempla, etiam impressa dictique Caroli Cardinalis , et pro tempore eaistentis Protectoris,aut Capituli generalis Sigillo, & alterutrius Secretarij manu obsignata eandem illam fidem vbiq; locorũ in iudicio,et extra illud faciãt, quam ipsæ præsentes si forent exhibitæ,vel ostensæ . Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reuocatinnis,cassationis,annullationis,priuationis, amotionis, denunciationis,maodati,decreti,innodationis,pollicitationis , statuti , ordinationis , præcepti, inhibitionis,iniunctionis,& voluntatis infringere,vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attenrare præsumpserit,indignationem omnipotentis Dei,ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum .

Dat.Romæ apud Sanctum Petrum , Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo seaagesimo septimo,Kal.Maij,Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Cæ.Glorierius,

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

XXXVIII.

Confirmatio, & innouatio priuilegiorum Ordin. Mendicantium, & declaratio Concil. Triden. circa ea, Et extensio eorumdem ad alios Ordines Regulares.

Hæc constitutio reducta fuit ad terminos iuris, & Concilij Tridentini, ab isto met Pontifice vt infra in eius const. 135. Romani, & Greg. 13. const. 15. In tanta rerum.

Priuilegia autem Mendicantium, vide supra in constitu. 14. Dum ad Vrbes, fol. 944. vbi notaui.

PIUS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ETSI Mendicantium ordines, qui sedulum in vinea Domini quotidie exhibere non cessant famulatum summo semper studio, etiam dum in minoribus essemus, amplexi sumus, ad summi tamen Apostolatus apicem, meritis licet imparibus, diuina fauente clementia assumpti, dum id mente recolimus, facere non possumus, quin eos propensiori charitate, & paterno affectu amplectamur, ac exinde pro suis sanctis studijs, honestisque laboribus, proque salute animarum, ab Apostolica Sede, cuius continue pacem & dignitatem ordines ipsi fortiter tutati sunt, tam spiritualia, quàm temporalia subsidia, ornamentaque acceperint, & accipiant, quibus & sancta sua officia, ac vitam suam regularem facilius atque expeditius exequi, & transigere possint, & cæteræ religiosæ personæ, ordinesque alij, exemplo ipsorum promptiores, alacrioresque ad sua officia persoluenda reddantur: Hinc est quod nos attendentes plerosque ex venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, & Episcopis, qui eosdem ordines præcipue tanquam fructiferos in agro Domini palmites, & colere & adiuuare deberent, non solum id exequi negligere, verum etiam Cõcilij Tridentini decretis in prauum sensum retortis, eos & eorum quemlibet varijs afficere incommodis & perturbationibus, eorumque priuilegijs non modicum afferre grauamen conantur.

Causa huius constit.

1 Quidam enim Episcopi, vt accepimus, nolunt admittere quosdam regulares ad prædicationem, etiam in suis Ecclesijs faciendam, quamuis de eorum habilitate ad huiusmodi opus exercendum, habeant bonum testimonium a suis superioribus: Alij vero volunt, vt nedum semel, sed etiam pluries in anno coram ipsis, vel eorum Vicarijs prædicatores præsententur, ac pro licentia prædicandi, quam non nisi in scriptis dare volunt, aliquid quandoque exigunt. Alij etiam Episcopi maximam regularibus iniuriam irrogare vidẽtur, dum præter ordinem & veterem consuetudinem absque vlla ratione quosdam reijciunt, & quosdam, pro eorum libito, admittunt ad prædicationem huiusmodi habendam in locis suæ diœcesis.

Ordinarij locorũ molestabant Mendicantes, super infrascriptis.

Ideo Pont. iste hęc oĩa declarat, vt infra. Quas declarationes quære iuxta numeros hic designatos.

2 Quorundam etiam locorum Ordinarij, quosdam religiosos probos viros, & idoneos, etiam a suis Superioribus approbatos, ad confessiones audiendas admittere nullo modo volunt. Quidam ex eis volunt, non solum singulis annis, sed etiam pluries in anno, in aliquibus partibus eosdem confessores sibi præsentari. In aliquibus vero oppidis tam Episcopi, seu eorum Vicarij, quàm presbyteri Curati nolunt, vt fratres mendicantes vocati ad audiẽdas confessiones infirmorum, maxime si infirmitas est grauis, aut etiam sanorum, in priuatis illorum domibus, vel alibi præterquam in suis Ecclesijs, aut monasterijs possint accedere.

3 Nonnulli etiam audent confessores monialium, qui pleno iure subsunt regularibus, examinare, cum tamen id minime per concilium decernatur, sicut & de fratribus, qui sunt audituri confessiones aliorum fratrum.

4 Quidam etiam in aliquibus partibus nituntur asserere, seu facere ne quisquam infra annum possit sacram Eucharistiam in Ecclesijs mendicantium recipere, neque etiam moniales tertiarias nuncupatas suorum ordinum, vt aliqui asserunt, in aliquibus partibus fieri, cum tamen solum in Paschate, quo ad seculares dumtaxat, iuxta priuilegia summorum Pontificum prædecessorum nostrorum eisdem ordinibus concessa, id obseruari debeat.

5 Alij vero Episcopi, seu eorum Vicarij audent ad eorumlibitum dare licentiam quibuscunque, quæcunque monasteria monialium etiam sanctæ Claræ ingrediendi, etiam si regularium curæ subdita sunt.

6 Quidam vero sub prætextu exquirẽdi voluntates puellarum, ante professionem eorum volũt eas extrahere a monasterijs, & per longum tẽpus alibi detinere, ipsasque puellas, seu nouitias de plerisque rebus interrogãt, neque necessarijs, neque in decreto Concilij Tridentini desuper contentis: ex quibus nõ modica potest oriri occasio scandali.

7 Alii vero plerique noluerũt quosdam regulares aliarum diœcesum sacris ordinibus initiare: ac etiam a suis ordinis Prælati approbatos admittere nolunt.

8 Aliqui vero singulis dominicis diebus in suos Parochianos ad sonum campanæ excommunicationem promulgãt vt non possint interesse missis, concionibus, & diuinis officijs, nisi in propria Parochia. Alij vero in aliquibus partibus in eorum Ecclesijs conciones sacræ scripturæ, & sermones pro mortuis haberi nolunt, & si aliquid ipsis relictum fuerit, vt ab ipsis missæ dicantur, vel alia officia pro mortuis celebrentur ipsis sibi ea vsurpant, dicentes quod ipsi ea exequi non possunt, quia ipsi sunt pastores. Alij vero sub excommunicationis latæ sententiæ, & exilij per decennium a diœcesi, pœna inhibuerunt, ne missæ in eorum Ecclesijs celebrentur in diebus festiuis, antequam Rector Parochialis Ecclesiæ celebrauerit. Alij etiam nolunt, vt dum prædicatio in Ecclesia Cathedrali habetur, alibi prædicetur.

9 Ac insuper in quibusdam omnem ordinem & quietem perturbant, dum controuersias iamdiu sopitas & extinctas super præcedentia excitarunt, & vbi nullæ erant pepererunt, dum pro arbitrio & voluntate eorũ hos illis præferre noluerunt.

10 Quidam etiam Episcopi volunt regulares a cura animarum excludi, & illam solis presbyteris secularibus committi.

11 Quidam

11 Quidam vero quartam funeralium extendere volunt etiam ad missas, legata & alia quæcunque, quæ dominibus regularium relinquuntur.

12 Alij autem volunt quartam partem omnium, eorumque etiam pro ornamento Ecclesiæ palliorum, planetarum, cortinarum, pannorum, & eorum etiam quæ pro victu fratrum relinquuntur.

13 Aliqui etiam in quibusdam partibus etiam volunt, vt non solum ius sepulturæ solui consuetum, quod semper soluitur, neque denegatur, sed etiam omne illud, quod Ecclesijs ordinum ad eorum libitum partes dant quando sepeliuntur ibidem defunctorum corpora, id totum curatis etiam de nouo soluatur instanter conantur impedientes ne aliter corpora defunctorum ad monasteria fratrum deferãtur, vnde in hoc maxime tam partes, quàm ipsos fratres grauari contingit.

14 Aliqui vero etiam ex locis mendicantium, qui curam habent animarum, volunt pro seminario decimas exigere, ac in casu renitentiæ etiam pignus exigunt. Alii autem præfatos fratres, ac moniales sub eorum cura degentes subsidium regium persoluere cogunt, cum multæ earundem monialium vix habeant pro earum victu & vestitu necessaria vitæ.

15 Alii etiam in quibusdam partibus pauperes mendicantes eleemosynas petere prohibent pro eorum dumtaxat substentatione, & si inuenerint eos panem vel aliquid aliud simile amore Dei sibi collatũ portantes quandoque ab eis auferre minantur, afficientes eos graui iniuria, & contumelia. Nonnulli vero Episcopi, vel capitula canonicorum pauperes mendicantes, tam fratres, quàm moniales suorum ordinum tam de redditibus bonorum si quæ habent, quàm de possessionibus, vineis, agris, & alijs suis bonis quibuscunque non solum largitione fidelium sibi concessis, sed etiam alias iustis de causis ab eis acquisitis ac pecunijs emptis, sibi decimas, ac primitias alijs respectiue soluere cogunt.

16 Alii autem ausi sunt inquirere, & processus facere contra aliquos regulares, intra claustra delinquentes, vel de quorum delictis aliqua erat suspicio non expectata suorum superiorum censura. Alij vero Episcopi monialium monasteria ingredi, & illa ingrediendi licentias alijs concedere: & aduersus illas processus formare ipsorum ordinum superioribus irrequisitis, præsumunt. Aliqui etiam dominium temporale super moniales habere prætendunt. Nonnulli vero frequentissime regulares citant, & iurisdictioni suæ subijcere tentant, ac eorum conuentum occupant, ipsos expellendo, ac in ipsos iurisdictionem vel potestatem exercent. Aliqui vero ipsos carceribus (absque causæ cognitione) mancipant, ac manibus, pedibusque laborant, vt regulares mendicantes suæ dictioni subijciant, & vsque adeo se intromiserunt in gubernatione conuentuum, & in correctionibus fratrum, vt prouincialibus & generalibus nullus amplius videatur relictus locus, aut vlla iurisdictio.

17 Aliqui autem conuentuum Priores, & Guardianos rationes & computa facere cum syndicis conuentuum huiusmodi prohibent.

18 Fratres quoque qui ad Episcopos huiusmodi recursum habent, a Prioribus, & Guardianis præfatis castigari & puniri interdicuntur. Inhibent quoque superioribus ordinum, ne faciant processus contra fratres, ac in ipsos imperium, & brachium sæculare exercent.

19 Alij vero ipsos extra claustra degentes sub eorum protectione recipiunt, eosque sic permanere permittunt, eosque etiam inuitis suis superioribus detinent.

20 Aliqui vero bonorum ipsorum fratrum tanquam ad eos (si extra claustra defuncti fuerint) spectantium possessionem occupare præsumunt, & ad habitum religionis reuersis, sua bona consignare nolunt.

21 Ac etiam vniones a Sede prædicta, aut alias rite factas de beneficijs Ecclesiasticis impediunt, & sibi relaxari debere volunt, & contradictores excommunicationis gladio feriunt.

22 Alij vero regulares campanas diebus festiuis pulsare, vel eodem tempore, quo ipsi celebrant, missas celebrare nolunt.

23 Aliqui etiam pro licentia danda ædificandi quandam domum regularem, triginta, vel quadraginta ducatos exigere non erubuerunt.

24 Alij vero eos murtuorum corpora associare, alij autem illos cum Parocho similia munera subire non permittunt, nisi maior canonicorum pars interuenerit.

25 Alij vero mortuorum officia in regularium Ecclesijs peragi nolunt, nisi cum ipsorum præsentia, & ipsorum moniales, vel alias personas, etiam si in earum funere Parochus interuenire non deberet, sepelire prohibent, nisi ipsi Parocho prius certum quid solutum fuerit, & si aliquem ipsi sciuerint in regularium Ecclesijs sepulturam elegisse, eum (vt dicitur) non ante ad illas deferre sinunt, quam ad Parochi Ecclesiam delatum, inibique officium peractum fuerit.

26 Postremo vero testamenta sine presbyterorum præsentia fieri prohibẽt, & si quid ipsis regularibus relictum fuerit, id asserentes contra Concilij Tridentini canones esse, reuocare omnino procurant.

Ac propterea volentes præmissis, ac alijs similibus excessibus, & grauaminibus, ex nostri pastoralis officij debito prouidere, attendentes etiam illos, qui onus diei, & æstus, tam in prædicationibus, quam in cæteris spiritualibus muneribus quotidie sustinent, nisi etiam aliquantisper subleuentur, facile fore, vt oppressi, a suis officijs omnino desistant, ne in posterum eis aliquod inferatur grauamen: Concilij Tridẽtini huiusmodi decreta, quorum falsa, seu minus vera intelligentia præmissa irrepserunt, quorumque declaratio non nisi ad nos spectat, modo & forma infrascriptis declaranda censuimus.

1 Nos igitur Motu proprio, non ad alicuius instantiam, sed de mera deliberatione, & ex certa scientia nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine declaramus Canonem Sessionis 24. cap. 4. per quem omnibus regularibus, etiam in suorum ordinum Ecclesijs contradicente Episcopo prædicationis officium interdicitur, Mendicantium ordinum fratres huiusmodi, quando a suis Generalibus, vel eorum Ministris Prouincialibus ad id deputati fuerint, non comprehendere, neque eos afficere posse, imo volumus, quod in suis Ecclesijs quando eis placuerit, licite, & absque vllo impedimento, vel contradictione etiam Episcopi (nisi ipse prædicauerit) prædicari possint.

2 Quod vero in sessio. 23. cap. 15. circa confessiones a regularibus non audiendas statuitur, hoc etiam dicto-

rum

rum ordinum fratres, a præfatis suis Generalibus, vel Ministris Prouincialibus ad audiendas confessiones vtriusque sexus Christifidelium approbatos (vt præmittitur) minime comprehēdat: ita vt a confessionibus audiendis, tam intra eorum Ecclesias, & domos, quàm extra minime prohibeantur, super hoc literas fel. rec. Pauli Papæ IIII. etiam prædecessoris nostri, concedentes eisdem fratribus mendicantibus regularis obseruantiæ posse confessiones sæcularium personarum, etiam infirmarum, etiam extra domos & monasteria sua & vbilibet audire, approbando, & de nouo concedendo. Statuimus etiam quod ille qui semel in vna diœcesi admissus per Episcopum fuerit, semper in eadem diœcesi habeatur pro admisso, nec amplius examinari, vel præsentari in dicta diœcesi debeat, tam quo ad prædicationes faciendas, quam quo ad confessiones audiendas, nec aliquid pro prædictis exigi, vel recipi debeat.

Hec alß Pau. 4. habetur sup. fol 573. nu. 4. Hoc reuocatum est inf. in consti. 133. Romani.

14 Confessores vero monialium quæ degunt sub cura regularium ab ordinario examinari nolumus, quemadmodum neque etiam fratres si debeant audire confessiones aliorum fratrum examinari debent. Lectores insuper ex eisdem fratribus, & in theologia graduati, qui cum licentia suorum superiorum ad gradum admissi fuerint, cum de ipsorum doctrina ambigendum non sit, tam confessiones audituri, quàm prædicationis munus subituri, ab Episcopis minime examinentur.

15 Cumque inhonestum sit, quemlibet in alienam messem falcem inijcere, cumque monialium monasteria non nisi de Episcopis vel Superioris licētia, & in casibus necessarijs, aliquis ingredi præsumat in sess. 25. cap. 5. prohibetur hoc tantum in illis monasterijs locum habere volumus, quæ ordinarijs ipsis pleno iure subsunt in quibus, in casibus necessariis ipsi dare licentiam possint, & non in alijs monasterijs.

16 Ita vt in præfatis monasterijs quæ ordinarijs ipsis pleno iure non subsunt, ipsi ordinarij illa ingredi non possint, prout in regulis earum, seu de iure statuitur & eis aliquos processus aduersus moniales ipsas, seu fratres huiusmodi propterea, seu alias ipsorū ordinū superioribus requisitis, quoquomodo formare, aut facere posse omnino prohibemus, ita vt aliquam iurisdictionem, seu aliud quodcunque dominium in moniales & fratres huiusmodi respectiue habere, exercere, aut exequi nullatenus possint aut debeant, imo illas & illos omnes ab eorū superioritate, dominio, & iurisdictione, & potestate eximimus, & liberamus, prout eis concessum est per sua priuilegia a sede præfata obtenta, & ita præfatæ moniales, ac fratres sint exclusi a superioritate, & iurisdictione ordinariorum respectiue huiusmodi, vt etiam in illarum, vel illorum Sindicis, aut procuratoribus deputandis, vel indisponendis illorum facultatibus, vel alia sibi non competentia facienda, vllatenus non se intromittant, nec etiam ordinarij ipsos regulares præfatos citare, & iurisdictioni suæ subijcere, ac eorum conuentus occupare, ipsos ab eis expellendo, ac in ipsos iurisdictionem aliquam & potestatem exercere, vt præmittitur, aut ipsos carceribus mancipare, & contra eos aliud facere possint vt suæ ditioni subijciantur.

17 Neque etiam se intromittant vllo pacto, aut aliqua ratione in gubernatione conuētuum, tam fratrum, quàm monialium huiusmodi, & illorum correctionibus, sed omnia ista, & alia necessaria ad correctionem, & gubernationem fratrum, aut monialium huiusmodi, & eorum Generalibus, ac Ministris, seu Prouincialibus, vel alijs eorum aut earum respectiue superioribus, etiam ratione computa faciendi cum Sindicis conuentum huiusmodi, omnino relinquatur, nec vllo modo in prædictis per se, vel alios se intromittant.

18 Fratres quoque si contigerit eos ab huiusmodi ordinarios recursum habere a præfatis Generalibus, Ministris, seu Prouincialibus, Prioribus, Guardianis, & alijs superioribus castigari & puniri posse, & debere, neque ipsos ordinarios præfatis superioribus ordinum huiusmodi vllatenus inhibere. Quinimo præfatos superiores processus contra fratres suos, & moniales huiusmodi, quando opus fuerit, circa delictorum inquisitionem, vel castigationem facere posse decernimus, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis.

19 Inhibemus etiam ipsis ordinarijs, ne fratres extra claustra degentes, sub eorum protectione recipiant, eosque inuitis suis superioribus detineant.

20 Prohibemus quoque eisdem ordinarijs, ne aliquo modo se intromittant in bonis dictorum fratrū extra claustra suorum monasteriorum pro tempore degentium siue decedentium, & quamuis in habitu, siue absque habitu moriantur, volumus quod eorum bona mobilia, & immobilia ad ordinem, quem professi sunt pertineant, disponenda iuxta constitutiones, seu ordinationes præfatorum ordinum, neque illa ordinarij præfati occupare præsumant, imo huiusmodi, & ad habitum Religionis reuertentium bona omnia monasteriis ipsis, cum ea quæ acquirit monachus de iure monasterio acquirantur, pertinere etiam decernimus.

21 Ac ipsis ordinariis, ne quascunque vniones etiam perpetuas a Sede prædicta, vel alias, vt præfertur hactenus factis, & pro tempore faciendas de beneficiis ecclesiasticis, seu illorum fructibus, quin suum sortiātur effectum impediant, omnino etiam prohibemus, & censuras Ecclesiasticas, & alias pœnas per eos in contradictores pro tēpore latas, nullius esse roboris, vel momenti, similiter decernimus, & declaramus. Insuper volumus quod præfati regulares, quibus cura animarum est, possint per seipsos iuxta suorum Superiorum ordinationem, aut alios Vicarios, seu Capellanos sæculares ipsorum regulariū nutu amouibiles, ab eis deputatos, & ab ordinario pro idoneis nominatos, & approbatos, præfatam curam exercere: neque in eorum deputatione, vel amotione, neque alicuius partis fructuum consignatione pro præfatis Capellanis, seu Vicarijs sæcularibus, si per tales curam exerceri contigerit, Episcopi vllo pacto se intromittant.

22 Prohibemus insuper eisdem ordinariis, ac alijs quibuscunque personis, ne impediant ipsos fratres, quando eis placuerit, tam in diebus dominicis, seu festiuis, aut alijs totius anni temporibus, campanas pulsare, & etiam tempore quo ipsi celebrauerint, missas celebrare, necnon mortuorum corpora associare, & illa per fratres ipsos quādo in Ecclesijs suis præfatis delata fuerint, absque præsentia rectorum ecclesiarum huiusmodi sepeliri facere ac officia mortuorum huiusmodi peragi posse, necessariamque præsentiam rectorum, aut aliorum clericorum, quin infirmi libere sua possint condere testamenta minime esse, ac ipsos regulares legata aut quæuis alia sibi in testamentis relicta exigere & obtinere posse, neque aliquod ius in contrarium esse decernimus, & declaramus.

Volumus

6 Volumus etiam, quod puellarum Deo dicandarum, an scilicet coactæ vel seductæ fuerint, examen faciendum, non nisi infra quindecim dies, postquam iuata Concilium Tridentinum Episcopi, vel eorum Vicarij requisiti fuerint fieri possit, quibus elapsis amplius in hoc illis se intromittere non liceat: cuius occasione nec Episcopus, nec eius Vicarius iotra septa monasteriorum ingrediantur, sed stent ante cratem ferream, & interrogationes alias, quam eas quæ præfatum Concilium Tridentium iubet, eis fieri omnino prohibemus, ac similiter volumus, quod puellæ, seu nouitiæ ipsæ ad alias interrogationes respondere minime teneantur.

7 Sess. vero 23. cap. 8. neminem nisi a proprio Episcopo ordinari posse statuens, in regularibus locum non habere omnino declaramus, ita quod fratres huiusmodi præfatos etiam sacros ordines a quolibet Antistite gratiam & communionem apostolicæ sedis habente, ordinarij loci minime requisita licentia, in locis, seu domibus fratrum huiusmodi, aut alibi recipere possint.

8 Et insuper sess. 25. decretum, per quod populum sæpe ad suas Ecclesias, saltem dominicis, & maioribus festiuis diebus, conuenire debere monet, in sequendo, volumus quod fratribus mendicantibus huiusmodi nô solum prohiberi non possit, ne missas, & alia diuina officia faciant in eorum Ecclesijs, verum etiam in quibuscunque alijs vbi celebrari missas solitum est, etiam ipsis non vacatis, seu ad id requisitis, celebrare valeant: ac etiam quod conciones, & lectiones sacræ Scripturæ, & sermones pro mortuis, etiam in Ecclesijs facere, ac eleemosynas pro celebrandis huiusmodi missis, & alijs diuinis officijs peragendis, si eis illas donari, seu relinqui contingat, recipere: necnon missas & diuina officia huiusmodi, etiam in diebus dominicis, vel festiuis, etiam antequam rector Parochialis Ecclesiæ celebrauerit, celebrare, & facere, & quando eis videbitur, etiam si tunc in Ecclesia Cathedrali prædicetur, prædicare, ac etiam quicunque vtriusque sexus Christifideles, totius anni tempore illas & illa in Ecclesijs fratrum huiusmodi audire possint, Ipsi Christifideles vllatenus desuper molestari, aut impediri per locorum ordinarios, seu rectores parochialium Ecclesiarum, aut alios quoscunque vllo pacto, causa vel occasione non valeant seu debeant, sed præfati Christifideles audiendo missas, & alis diuina officia in Ecclesia fratrum huiusmodi diebus dominicis, aut festiuis, præcepto Ecclesiæ de illis audiendis satisfecisse censeantur.

4 Ipsique Christifideles sacramentum Eucharistiæ (Resurrectionis Dominica festiuitate dumtaxat excepta) sumere eisque illud per fratres huiusmodi administrari valeat, nec ad illud faciendum per locorum ordinarios, aut Ecclesiarum Rectores præfatos, seu alios quoscunque (illorum licentia minime requisita) etiam sub censuris Ecclesiasticis, & alijs pœnis cogi vel compelli possint, seu debeant, etiam decernimus, & declaramus.

Et licet in Sessione 25. cap. 12. caueatur, quod censuræ, & interdicta Ecclesiastica etiam a locorum ordinarijs promulgata mandante Episcopo, a regularibus in eorum Ecclesijs publicari debeant, tamen si tempore celebrationis alicuius ex festis sanctorum, ordinum eorumdem, ac alijs festiuitatibus iuats eorûdem ordinum priuilegia Apostolica, interdictum huiusmodi emanauerit, illud in præfatis festiuitatibus, & earum octauis suspendimus.

9 Controuersias autem omnes de præcedentia quæ eadem Sessione 25. cap. vero 13. per Episcopum terminari mandantur, non nisi durantes per illum dirimi, finitas autem nullo pacto innouari posse statuimus.

10 Cumque licet cap. 11. Sessionis 25. statuat, quod in domibus virorum, seu mulierum, quibus animarum personarum sæcularium cura imminet, nulli etiam ad nutum amouibiles, inibi deputentur, nisi de ordinarij consensu, ac præuio examine huiusmodi præcedente, ad curam huiusmodi admitti posse omnino volumus præfatos regulares.

11 Quartam autem funeralium, de qua Sess. 25. cap. 13. nequaquam soluere teneantur monasteria, quæ a quadraginta annis citra fundata existunt, postquam Concilium ipsum loquitur tantum de monasterijs ante annos quadraginta fundatis, quæ ipsam quartam soluere consueuerunt, & vbi solui consueuit, id tantum ceræ, & aliorum quæ in aliquibus partibus deferri contigerit, tempore quo defunctorum corpora ad sepulturam deferuntur, non autem de missis, seu legatis, vel alijs, fratribus ipsis, seu monialibus huiusmodi relictis, aut alias quomodolibet donatis, solui debet, sicque intelligi Concilij decretû, quo ad quartam huiusmodi soluendam debere decernimus. Vbi vero non est consuetudo soluendi quartam huiusmodi, de nullo suprascriptorum solui debere declaramus.

12 Nec ad quartam, seu aliam partem omnium eorum, quæ etiam pro ornamento Ecclesiæ palliorum, planetarum, cortinarum, pânorum, & aliorum quæ dictis Ecclesijs relinqui vel dari côtigerit, etiam si pro victu fratrum, aut alias relinquantur, aliquid contribuere teneantur.

13 Ac etiam ius sepulturæ solui tantum consuetum curatis, & non aliquid aliud eis solui debeat, quamuis partes ad earum libitum Ecclesijs ordinum huiusmodi, seu eorum fratribus, alia quæcunque tribuant, seu eleemosynas elargiantur quando sepeliuntur ibidem corpora mortuorum huiusmodi, nec propterea impediri debeant, quin possint defunctorum corpora præfata ad eorum Ecclesias tumulanda deferri facere.

14 Inhonestum quoque esse ceosentes, Mendicantium ordines ad aliquorum onetum contributionem teneri, illos, illorumque loca, etiam si curam animarum habeant, ac quæcunque beneficia illis vnita, ad contributionem pro seminario, aut decimarum aliquarum solutionem, imò illos & eorum domos, monasteria, beneficia, & loca quæcunque, & ab illis quomodolibet dependentia, eorumque possessiones, vineas, agros, & prata, ac alia bona quæcûque, tam ad ipsos, quàm ad moniales præfatas etiam largitione fidelium, seu alijs iustis de causis ab eis acquisita, ac pecunijs empta, vel alias quomodolibet pertinentia minime teneri, illosque & illas, a quibuscunque decimis, primitijs quartis, medijs, & alijs fructuum partibus, necnon subsidijs charitatiuis, etiam per nos concessis, ad quorumcunque etiam Regum, Principum, & dominorum temporalium instantiam, quacunque etiam vrgentissima, & de necessitate exprimenda causa, ac etiam alijs quibuscunque oneribus, tam ordinarijs, quam extraordinarijs, etiam ratione fructuum, olerum, virgultorum, lignorum, beneficiorum, & aliarum quarumcunque rerum, tam pro victu, quàm vestitu, aut alias sibi neces-

sariarum quomodolibet, etiam auctoritate Apostolica, nunc & pro tempore impositis, ita vt penitus, & omnino ad alicuius rei contributionem minime teneantur, omnino eximimus, & liberamus, illosque & illas, ad illos & illa, etiam si sæculares, & a quæ personæ quæcunque in eas exigendi possessioné fuerint, minime teneri debere volumus: nec sub capite 12. Sessionis 25. comprehendi posse, vel debere decernimus.

15 Quod vero de vsu quæstorum eleemosyna'um auferendo loquitur Sessionis 21. capit. 8. id ad Mendicantiũ ordines nullo modo referri posse vel debere etiam decernimus, quin potius cum eleemosynis huiusmodi viuere cogantur, eis id facere liberum omnino esse declaramus.

26 Quoniam vero ex nimia Episcoporum sibi irrogata auctoritate, ipsi personas regulares suæ iurisdictioni subijcere omnino student, ac decreto Concilij præfati, Sessionis 25. caput. 14. edito, quo cauetur, quod si regularis intra claustra existens, & etiam ea ita notorie deliquerit, vt populo scandalosus sit, termino ab Episcopo præfigendo, a suo superiore omnino puniantur, sin minus ab ordinario delinquens puniri possit, confisi, varijs indebitisq; grauaminibus regulares afficiunt ordinarios præfatos aliquid contra regulares in claustris degentes huiusmodi quouis prætextu, occasione, vel causa innouare non posse vel debere, nec aliquos processus contra ipsas personas regulares formare aut facere posse volumus; nisi propter manifestum scandalum, & suorum ordinum superioribus prius consultis, & negligentibus: alioquin omnia & singula contra præmissa facta, & gesta, ac facienda in futurum, pro nullis, & infectis habeantur.

23 Licentias vero pro construendis domibus regularibus, quæ 4. cap. 25. Sessionis, nisi de ordinarij licentia construi prohibentur, gratis omnino dari, & non nisi legitima subsistente causa, superioribus explicanda illas recusari posse.

24 Necnon fratres præfatos, etiam solos, mortuorum corpora associare, ac Mandatum in die Cœnæ domini fieri solitum in ecclesijs seu domibus fratrum cuiuslibet ordinis prædictorũ solemniter facere, & prædicta die prædicare hora qua eis videbitur, nec per locorum ordinarios, aut rectores ecclesiarum, seu alios quoscunque prohiberi posse etiam decernimus, & declaramus.

25 Mandãtes etiã vniuersis locorum ordinarijs ne mortuorm officia agere rectores parochialiom in ecclesijs ipsorum fratrum, contra illorum voluntatem permittant. Ac moniales dictis fratribus subditas, vel personas sepulturam in eorum ecclesijs eligentes, nulla soluta parocho portione, sepelire, vel si fratres ad mortuorum corpora associanda vocati fuerint, illa absque fratrũ huiusmodi præsentia sepeliri facere audeant vel præsumant.

26 Cumque maxime deceat liberam esse cuiusuis testãtis voluntaté, prauum illũ vsum, paruo adhuc tempore (vt præfertur) introductum, per quem testamenta absque presbyterorum præsentia fieri interdicuntur, omnino abrogamus.

Postremo, quod cap. 13 Sess. 25. cautum fuit, quod omnes scilicet tam clerici, quàm regulares quicunque ad publicas Processiones vocati, accedere compellantur id quo ad fratres præfatos de illis tantum processionibus intelligi volumus, ad quas secundum cõsuetudinem antiquam locorum soliti sunt accedere, vel quæ pro bono pacis ecclesiæ, vel pro victoria contra infideles indicuntur: quod etiam de illis conuentibus (qui collegia nuncupantur) minime intelligi volumus, in quibus fratres sub arctiori clausura degunt, ita vt nec in choro cantent, nec ad mortuos accedãt, sed tantum studijs, & lectionibus vacent.

Extinctio litium super præmissis vbicunque vertentium.

Præterea si forte inter Episcopos, vel collegia, aut capitula, vel alias quasuis personas, & præfatos fratres, seu moniales, aut eorum aliquos, super præmissis vel aliquo eorum, coram quocunque seu quibuscunque iudicibus, etiam causarum palatij Apostolici Auditoribus, ac sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, tam in Romana Curia, quam extra eam, vbilibet lis, seu lites respectiue pendeant, nos litem seu lites, & causam vel causas huiusmodi ad nos aduocamus, ac illam & illas, quarũ statum ac nomina, & cognomina, iudicũ, & collitigantium, præsentibus haberi volumus pro sufficienter expressis, cassamus, & extinguimus, ac partibus ipsis perpetuum silentium desuper imponimus.

Cõfirmatio quorũcunque priuilegiorum ordinis Mendicantium.

Ac insuper vt facilius præmissa omnia illibata persistant, omnia & singula priuilegia, immunitates, indulgentias, facultates, libertates, indulta, dispensationes, fauores & gratias, quæ decretis Concilij Tridentini alias quam vt superius est dictum, concessum, & declaratum, non contrariantur expresse, eisdem fratribus, necnon monialibus quibuscunque, & sororibus tertij ordinis prædictorum ordinum respectiue ordinibus, ac illorum ecclesijs, domibus, & personis, etiam viuæ vocis oraculo in genere vel in specie, tam per rec. mem. Eugenium IIII. Sixtum IIII. Leonem X. Paulum III. ac dictum Paulum IIII. & Pium etiam IIII. quam alios quoscunque Romanos Pontifices etiam prædecessores nostros, ac nos, & Sedem eandem quomodolibet concessa, confirmata, & innouata, necnon nostras, & prædecessorum nostrorũ, ac alias quascũque desuper confectas literas, quarum omnium tenores, ac eorundem prædecessorum nostrorum nomina, & alia de necessitate exprimenda, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, etiam præsentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus illisque perpetuæ & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, eaque perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari debere, ac fratribus, superioribus, & personis ordinum huiusmodi, necnon alijs quibuscunque quos illa concernunt, suffragari debere, seu posse volumus. Necnon priuilegia, immunitates, facultates, libertates, indulta, dispensationes, exemptiones, fauores, & gratias, tam spirituales, quàm temporales modo & forma quibus concessa sunt etiam per viam communicationis, & extensionis, actiue & passiue inter se, & alios quoscunque ordines respectiue, de nouo cõcedimus, illaque omnia & singula ad domos & loca quæcunque dictorum Mendicantium ordinum, & monialium quarumcunque, ac sororum de tertio ordine nuncupatarum in congregatione viuentium dictorum ordinum (vt præfertur hactenus recepta, & imposterum recipienda. Necnon eorum personas, & bona etiam si priuilegiorum & aliarum gratiarum præfatorum authentica originalia, propter temporis antiquitatem vel varias Vrbis ruinas deperdita existant, dummodo de eis alias legitime constet, extendimus & ampliamus.

Et se

Et sic in præmissis omnibus & singulis per quoscunque iudices & personas quauis auctoritate fungentes, etiã Cardinales, & Auditores præfatos, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & diffiniri debere, necnon quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decreuimus.

Decretum irritans.

Quocirca dilectis filijs nostro Prædicatorum Cardinali Protectori, & sancti Hieronymi Generali ordinum, ac curiæ causarum Cameræ Apostolicæ etiam generali Auditori, nunc & pro tempore existentibus per Apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus ipsi vel duo aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorũdem fratrum, aut monialium, vel alicuius eorum fuerint desuper requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra præsentes & in eis contenta huiusmodi firmiter obseruari, ac singulos quos literæ ipsæ cõcernunt, pacifice frui & gaudere: non permittentes eos vel aliquem eorum desuper contra præsentium tenorem per quoscunque, etiam locorum ordinarios, quomodolibet indebite molestari, contradictores quoslibet & rebelles per censuras & pœnas ecclesiasticas, aliaque oppotuna iuris remedia appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis seruatis processibus censuras & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggrauãdo, & interdictum ecclesiasticum apponendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis.

Executorum deputatio, & facultates.

Non obstantibus præmissis, & alijs Apostolicis, necnon in prouincialibus & synodalibus Concilijs editis generalibus vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Episcopis, vel quibusuis alijs personis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis irritantibusque, & aliis decretis in genere vel in specie, etiam Motu simili, ac alias quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum, nil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter & expresse derogamus: necnon, omnibus illis quæ in literis confirmationis, & innouationis priuilegiorum eorundem, alias per eosdem Paulum IIII. & Pium etiam IIII. prædecessores nostros prædictos, ordini fratrum Minorum huiusmodi concessorum, concessum est non obstare, contrarijs quibuscunque: aut si locorum ordinariis, vel quibusuis alijs communiter vel diuisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et quia difficile foret earundem præsentium literarum notitiam ad quascunque personas peruenire, & vbique illas præsentare, etiã motu & scientia similibus volumus, & decernimus, quod transumptis earundem præsentium literarum, etiam per impressionem factis, manu alicuius notarij publici subscriptis, aut sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ sigillatis quemadmodum adhiberetur præsentibus literis originalibus, si præsentarentur (vbique adhibeatur tam in iudicio, quàm extra illud) plena, & indubitata fides. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, prohibitionis, exemptionis, liberationis, inhibitionis, aduocationis, cassationis, extinctionis, impositionis, approbationis, cõfirmationis, adiectionis, concessionis, extensionis, ampliationis, voluntatis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorũ Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Clausulæ derogatoriæ.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, decimo septimo Kal. Iunij, Pontificatus nostri Anno Secundo.

Sequitur extensio istorum Priuilegiorum Mendicantium, ad alios ordines.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Ex supernæ dispositionis arbitrio gregi dominico præsidentes, inter curas multiplices, quas ex ministerio nostri pastoralis officij nobis incũbere censemus, illam per quam personarum quarumlibet, earum præsertim, quas sub suaui Religionis iugo sedulum in dies altissimo famulatum exhibere conspicimus, statui, & quieti rite consulitur, libenter amplectimur, ac vt personæ ipsæ idem exoptantes a nobis gratias & fauores reportasse lætentur, grato intendimus animo, ac in his nostri pastoralis officij partes fauorabiliter impartimur, prout temporum qualitate pensata, id perspicimus in Domino salubriter expedire. Nuper siquidem a nobis emanarunt literæ tenoris subsequentis. Et si Mendicantium, &c.

Omittitur tenor, quia est hic supra insertus.

Et deinde pro parte dilectorum filiorum Canonicorum regularium Ordinis sancti Augustini Congregationum Lateranen. & sancti Saluatoris ac sanctæ Crucis Olimbrien. & Monachorum sancti Benedicti Congregationis, & ordinum Casinen. Montis Olíueti, Vallis Vmbrosæ, necnon etiam Congregation. Cistercien. & Chartusien. necnõ sancti Hieronymi Hispaniarum, ac Camaldulen & fratrum Militiæ Iesu Christi reformatorum nuncupatorum Regni Portugalliæ nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipsi etiam iuxta eorum cuiuslibet regularia instituta tum vita eorum exemplari, tum doctrina, ac verbi Dei prædicatione, aliasque summis eorum laboribus, & studiis animarum salutem, ac sanctæ Sedis Apostolicæ dignitatis, & auctoritatis augmentũ hactenus semper procurauerunt, & in dies circa hoc tã laudabile ministerium magis, ac magis versari non cessantes, sibi fauente superni numinis auxilio suauissimum cunctisque fidelibus gratissimum suæ probitatis, & diligentiæ latius diffundunt odorem, pariterque in vinea Domini laborare non desinunt, ac proinde eos aliqua ratione indignos censeri non posse, quin ipsi quoque gratiarum, facultatum, priuilegiorum, & aliorum præfatis fratribus Mendicantibus concessorum participes fieri, necnon Monasteria etiam Monialium, & alia loca quæcunque ad gratias, facultates, priuilegia, ac alia in eisdem præinsertis literis contenta quæcunque extendi, ac illis gaudere debeant. Quare pro eorundem Ca-

Causa huius extensionis Priuilegiorum.

Quæ extensio restricta fuit ab illo Pontifice, vt habes in Grego. 13 const. 15. In tanta.

nonicorum,Monachorum,& fratrum parte nobis fuit humiliter ſupplicatum,vt eorum ſtatui,& tranquillitati conſulentes,eos & eorum ſingulos,necnon ſuorum ordinum & Congregationum Monaſteria, etiam Monialium,ac domus,& loca alia quæcunque ad declarationes,ſtatuta,exemptiones,voluntates,prohibitiones,approbationes,extenſiones,& decreta, ac alias gratias,facultates, & priuilegia quæcunque prædictis fratribus Mendicantibus conceſſa prædicta,ita vt illis omnibus,& ſingulis æque, & pariformiter abſque vlla penitus differentia frui,& gaudere poſſint & debeant,extendere, & quatenus opus ſit illa eis de nouo concedere, aliaſque ſibi deſuper opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignarentur.

Nos igitur qui omni qua fieri poteſt ratione commodiori perſonarum quarumlibet, præſertim Deo dicatarũ animi quieté ſinceris exoptamus affectibus, ſingulos Canonicos, Monachos, & fratres prædictos à quibuuis cenſuris,& pœnis eccleſiaſticis quauis occaſione latis,ſi quibus innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes,& abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati Canonicos,Monachos,& fratres prædictos,ſi profeſſionem regularem iuxta eorum ſta-

Extenſio Priuilegiorum.

tuta,& ludabiles conſuetudines,ac priuilegia,& indulta eis conceſſa emiſerint reſpectiue illorumque Monaſteria,etiam Monialium,necnon domos,& loca alia quæcunque ad ſingula declarationes,ſtatuta,& im-

Limitatio extenſionis.

munitates (a contributione ratione Seminariorum pauperum clericorum iuxta ordinationem dicti Concilij Tridentini erigendorum,& inſtituendorum, necnon ſubſidiorum Apoſtolica auctoritate pro tẽpore impoſitorum,ac quæſtuatione eleemoſynarum dumtaxat exceptis)exemptiones,volũtates,prohibitiones,approbationes,extenſiones,decreta & alia quæcunque gratias,facultates, & priuilegia eiſdem fratribus Mẽdicantibus,vt præfertur conceſſa,& facta,ac alia in præinſertis literis contenta,& inde ſecuta quæcunque dicta auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo extendimus, & ampliamus illoſque declarationibus,ſtatutis,exẽptionibus,voluntatibus,prohibitionibus,approbationibus,extẽſionibus,decretis,& alijs gratijs,facultatibus,& priuilegijs huiuſmodi pariformiter,& abſque vlla penitus differẽtia,prout dicti fratres Mendicantes vtuntur,potiuntur,& gaudent,ac vti potiri,& gaudere poterunt,liberè,& licite vti, potiri,& gaudere poſſe,atque debere;illaq; omnia,& ſingula ſibi eorũque Monaſterijs,domibus, & locis huiuſmodi,eorumque ſuperioribus, & perſonis quibuſcunque,quas illa concernunt,& pro tempore concernent, ſuffragari, necnon modo & forma quibus prædictis fratribus Mendicantibus conceſſa & facta ſunt, conceſſa factaque eſſe,necnon ad ſingula Monaſteria,domos, & loca quæcunque dictorum Canonicorum, Monachorum,& fratrum,necnon Monialium,Congregationum, & ordinum prædictorum in congregatione viuentium extenſa, & ampliata cenſeri.

Decretum irritans.

Sicque in præmiſsis omnibus,& ſingulis per quoſcunque Iudices,& perſonas,& S. R. E. Cardinales,ac cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores,ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, necnon quicquid ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari,irritum & inane decernimus.

Executorum deputatio, & facultates.

Quocirca venerabilibus fratribus,& dilectis filijs eiuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus dictorum ordinum, & congregationum huiuſmodi reſpectiue nunc, & protempore Protectoribus per Apoſtolica ſcripta mandamus,quatenus ipſi vel duo aut vnus eorum per ſe, vel alium,ſeu alios præſentes literas,& in eis contenta quæcunque,vbi,& quando opus fuerit,ac quoties pro parte earundem Canonicorum, Monachorum,& fratrum,aut Monialium huiuſmodi,vel alicuius eorum fuerint deſuper requiſiti,ſolemniter publicantes,eiſque in præmiſsis efficacis defenſionis præſidio aſsiſtentes,faciant auctoritate noſtra præſentes & in eis contenta huiuſmodi firmiter obſeruari, ac ſingulos quos literæ ipſæ concernunt,pacifice frui, & gaudere;non permittentes eos,vel aliquem eorum deſuper,tam contra præſentium literarum, quàm præinſertarum tenorem per quoſcunque,etiam locorum ordinarios quomodolibet indebite moleſtari: Contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſeruatis proceſsibus, cenſuras & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggrauando,& interdictum Eccleſiaſticum apponendo,inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis.

Clauſulæ derogat.

Non obſtantibus præmiſsis,& alijs Apoſtolicis,necnon in prouincialibus,& ſynodalibus Concilijs editis generalibus vel ſpecialibus conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis,ac etiam iuramento,confirmatione Apoſt. vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis,& cõſuetudinibus,priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſt. eiſdem Epiſcopis,aut quibuſuis alijs perſonis ſub quibuſcunque tenoribus,& formis,ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs alijſque efficacioribus,& inſolitis clauſulis,irritantibuſque, & alijs decretis in genere vel in ſpecie etiam Motu proprio,ac alias quomodolibet conceſsis, approbatis, & innouatis. quibus omnibus,etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis,eorumque totis tenoribus ſpecialis,ſpecifica,expreſſa,& indiuidua,non autem per clauſulas generales idem importantes mentio,ſeu quæuis alia expreſsio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi præſentibus pro expreſsis habentes,illis alias in ſuo robore permanſuris,hac vice dumtaxat ſpecialiter,& expreſſe derogamus,contrarijs quibuſcunque. Aut ſi locorum ordinarijs vel quibuſuis alijs cõmuniter vel diuiſim a prædicta ſit Sede indultum, quod interdici ſuſpendi vel excommunicari non poſsint per literas Apoſt. non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Et quia difficile foret earumdem præſentium notitiam ad quaſcunque perſonas peruenire,& vbique illas præſentare,etiam dicta auctoritate noſtra volumus, & decernimus, quòd tranſumptis illarum etiam per impreſsionem factis,manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis,ſiue ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillatis,prout eiſdem præſentibus adhiberetur ſi præſentarẽtur,vbique adhibeatur tam in iudicio quàm extra illud plena & indubitata fides. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis,extenſionis,ampliationis,& decreti infringere,vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei,ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo,decimo ſeptimo Kal. Septemb. Pontificatus Noſtri, Anno Secundo. D. Balbus.

Moderatio

XXXIX.

Moderatio Dotium in Vrbe constituendarum, Munerumque & Ornamentorum.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

QVONIAM nos pluries iustis causis moti, cohortati sumus dilectos filios nostros Conseruatores Cameræ almæ Vrbis & Pop. Rom. vt vellent in modum publici Statuti moderari ac limitare quantitatem, vsq; ad quam in futurum ascendere possent dotes mulieribus in ipsa Vrbe inter Romanos seu inter eos & exteros aliosque suprascriptos constituendæ ac dandæ, ipsiusque propterea in diuersis eorum etiam publicis Consiliis negocio tractato prius, curam faciendi moderationem, & limitationem prædictam, illamque cum pœnis capitulis & clausulis opportunis in scriptis redigendam, Conseruatoribus & aliis superius descriptis demandauerint, & præinserta scriptura sic vt supra exemplata est in eodem publico Consilio lecta & mature discussa fuerit, per ipsum Consilium approbatata & in modum publici statuti publicata. Nos cupientes vt inuiolabiliter obseruetur, Motu simili statutum ipsum subscriptum prout iacet, cum omnibus suprascriptis ordinationibus in omnibus & per omnia, etiam apostolica nostra auctoritate ex certa nostra scientia perpetuo laudamus, & approbamus & confirmamus omnesque & singulos tam iuris quàm facti & solemnitatum etiam verbalium forsan amissarum defectus si qui in præmissis interuenerunt, eadem auctoritate Apostolica supplemus, Et pro abundantiori cautela maiorique ipsius Statuti, omniumque suprascriptorum efficacia, etiam nos per eadem verba, statutum ipsum, ac suprascriptas omnes ordinationes de nouo facimus atq; inuiolabiliter perpetuo obseruari & ad executionem per illos ad quos spectat inconcusse demandari, volumus & mandamus. Volentes quod huius nostræ cedulæ sola signatura sufficiat, & clausula contraria non obstante in iudicio & extra fidem faciat. Et quod præmissis ac præinserto statuto & huic nostræ cedulæ ac dispositioni per nos & successores nostros nunquam sufficienter derogatum esse censeatur, nisi in publica signatura proposita supplicatione cum huius nostræ cedulæ insertione, derogatio fuerit concessa. Decernentes irritum & inane si quid in cõtrarium fieri contingat. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, aliisque dictæ Vrbis statutis reformationibus & consuetudinibus etiam iuramento & cæt. roboratis, cæterisque in contrarium facientibus quibuscunque.

Populus Romanus ad cohortationẽ huius Põtificis super moderatione dotis condidit statutũ (cuius tenor mox sequitur.)

Confirmat Pontifex dictum Statutum.

Sola signatura sufficit.

Clausulæ præseruatiuæ.

Decretum irritans.

Clausulæ derog.

Placet Motu proprio. M.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Nono Kal. Iunij, Anno Secundo.

Sequitur tenor ipsius Statuti.

STATVIMO & ordinamo che nessuna persona Romana di qualunche stato, grado, o preeminentia si sia, etiandio clerico, ardisca ne presuma, constituire, promettere, pagare, riceuere, tanto in danari contanti quanto in argento, oro, gioie, prouentioni, o altre cose, etiandio mobili e se mouenti, ragioni, & attioni, dote & acconcio in vna, o piu volte che passi, o ecceda, & computata etiandio cassa bianca, bacile, e boccale, la summa e quãtità de ducati quattro milia e cinquecento de Carlini, à ragione di dieci carlini per ducato, Ne sia licito à questo contrauenire, per alcun patto, o consentimento etiam giurato da farsi per li contrascritti & altre terze persone, per causa, o occasione di accrescere somma dotale, constituir pegno, o in qualunche modo far fraude à questo statuto, ad effetto ch'il marito, o la donna, o altri per essi vengano ad hauer piu della detta somma de ducati quattro milia e cinquecento in alcun modo, o via diretta, o indiretta alla pena di mile ducati simili da incorrersi per ciascuno che contrafarà, e da applicarsi per la quarta parte all'accusatore qual serà tenuto secreto, l'altra quarta all'esequutore, e per lo resto alla fabrica del palazzo de gli magnifici Signori Conseruatori della Camera di questa alma Città di Roma, e nientedimeno volemo, che pagata, o non pagata là detta pena tutto quello che oltra la detta somma si desse, o vero ancora con interuento di terze persone sotto quale color si sia di donatione, parasferno, o altro titolo etiam in persona della donna, qual similmente prohibimo sotto la pena predetta ipso facto sia applicaro alla fabrica del palazzo delli prefati magnifici Signori Conseruatori, Et ancora volemo, che colui che constituisce, dà, ouero promette in alcun modo oltre la somma predetta, o suo herede, o successore, ouero la donna per laqual fosse data per verun tempo venendo il caso della restitutione, possa ridimandare il sopra piu & habbi perduta ogni attione che in ciò & sopra ciò li competesse, e detta sopra più s'applichi ipso iure alla fabrica predetta come di sopra. ordinando che tutti simili contratti, o priuate scritture quali sopra ciò si facessero siano quãto alla detta quantità eccessa ipso iure nulli & inualidi, e per vigore di essi nulla esequutione se ne possa fare quanto alla quantità eccedente di ducati quattro milia e cinquecento. Ancora prohibimo à tutti simili Notarij, che non ardiscino ne presumino rogarsi d'alcun instrumento qual sia contra la prohibitione soprascritta, ne far scrittura che sia incerta, o che se referisca à quella cedula priuata, o qualunche altra scrittura, o arbitrio di huomo, sotto la pena del falso, e di scudi ducento per ciaschedun di loro che contrafarà, e de applicarsi come di sopra, e detti contratti non inualidi ipso iure & nullius fidei & essi notarij s'intendano nondimeno priuati in perpetuo di loro officij. Et similmente prohibimo, che nessuna persona possa in ciò come mezzano intrauenire o altrimente presumere far cedula priuata, ouero esser testimonio in contratto, o cedula che fosse contra la prohibitione predetta, alla detta pena da incorrersi & applicarsi come di sopra. Vogliamo ancora che nelle soprascritte prohibitioni & pene, siano compresi, Baroni, Cortigiani, o Forastieri etiandio Clerici che apparentaranno con Romani, tanto originarij, come fatti cittadini & incoli di Roma, e tanto dando e promettendo quanto receuendo e stipulando, ouero come Mezzano, Notarin, testimonio, Fideiussore, & promissore, o in qualunche altro modo se intramettono, pur che vno delli consorti, cioè, o sposa o marito, o sposo, o moglie sia Romano originario, ouero fatto cittadino, o pur incola di Romã, Ne sia lecito alla sposa poi che se ne sarà gita à marito, o prima, mostrare o far mostrare a pompa, o altramente tanto in publico, come in priuato, in presenza di persone, che non siano di casa, le robbe che saranno nelle casse è sponsalitio, quali vogliamo non possano eccedere in numero di dua, alla pena di ducati cinquecento da incorrersi & applicarsi come

Moderatio dotis ad scuta 4500. de carlenis.

Notariorũ contra hãc prohibitionẽ instrumenta conficientiũ pœna.

Mediatorum, & aliorum scriptu ris huic prohibitioni contrariis interuenientium pœna.

Hæ prohibitio quos comprehẽdat.

Sponsa non potest ad pompam ostendere paraphernalia.

Moderatio munerum inter cō iuges & affines.

carsi come di sopra, Non sia medesimamente lecito al sposo, donare più d'vna veste alla sposa, laquale sia conforme alli habiti liciti per le vltime reformationi sopra ciò fatte, alla pena predetta, E non sia lecito à Padre, o Madre, o altra congiunta persona della sposa, donar al sposo, o ad altri per lui, dirette, ouero indirette nel tēpo della subarratione, o prima, o poi alcun vaso, bacile, bocale, coppa, nappo, catena, o altro dono, tāto d'oro, come d'argento, denari, gioie, perle, drappi, o altre cose etiandio non simili alla pena predetta de ducati 500. & perdita delle robbe d'applicarsi come di sopra. Non sia lecito alli parēti dello sposo nell'atto della subarratione donare alla sposa alcun dono, eccetto che Padre, Madre, Fratelli, e Sorelle carnali, e consobrini del sposo alla detta pena. Non sia licito alla sposa e suoi, al tempo della subarratione, dar fazzoletti, o cosa simile ad altre persone, che à coloro, che li e permesso di donare, & che donaranno come di sopra alla pena predetta.

Nomina deputatorum.

Deputati super præmissis per populum Romanum in publico consilio Illustrissimi Domini Conseruatores Cameræ Almæ Vrbis D. Ant, Vellius I. V. D, Aduocatus consistorialis D, Domitius Caualerius D. Vincētius Nobilius, Magnificus D. Angelus Prior Dominorum Capitum Regionum D. Marcus Antonius Burghesius Aduocatus consistorialis D, Marius Gabrielius, aduocatus cōsistorialis D. Pirrhus Tharus I. V. D. Vincentius parentius I. V. D. Galeatius Pogius I. V. D. Dominus Antonius Massa, I. V. D. Dominus Lucas petus I. V. D. Dominus Marius Frangipanus D. Cincius Frangipanus Do, Hector Mutinus D. Horatius Narus D, Pet. Paulus Fabius D, Thomas Caualerius Do, Hieronimus Picus.

X L.

Reuocatio quorumcunque Commissariorum (præterquam ad Iustitiæ cognitionem & eaecutionem) deputatorum, pro rebus & negociis Sedis & Cameræ Apostolicæ interesse concernentibus: Et prohibitio eos de cætero deputandi, absque scientia & mandato Pontificis,

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

CVM sicut nobis innotuit tam super subsidij Triennalis, quatreni carnis, & spoliorum, ac confiscationum, & aliorum Cameræ Apostolicæ iurium, necnon etiā Gabellarum, vectigalium, datiorum, & aliorum ab eadem camera & sancta sede Apostolica seu illarum intuitu, pro tempore impositorum onerū exactionibus, quam etiam super viarum, pontium, trāsituū, passagiorum, aquæductuū, & murorum reparatione, & manutentione, ac ciuitatum, oppidorum, castrorum, terrarum, & locorum nostri Status Ecclesiastici fabrica & fortificatione, necnon super fraudibus annonæ, & vsuraria prauitate, aliisque rebus, & negociis publicis, aut alias Cameram & Sedem Apostolicas prædictas, vel aliquod illarum interesse saltem aliqua ex parte tangentibus, vel concernentibus, multi, ac diuersi Commissarij à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore eaistentibus, ipsiusque Sedis etiam de latere Legatis, ac Prouinciarum Ciuitatum etiam almæ Vrbis Gubernatoribus, & etiam à nostro & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, Cameræ Apostolicæ Clericis, Thesaurario, Præsidentibus, dictæ Cameræ spoliorum & aliorum iurium ipsius Cameræ Collectore generale, Depositario, Præfecto Annonæ, reddit.uum dictæ Cameræ conductoribus, & appaltatoribus, aliisque personis ad id forsan facultatem habentibus, partim ad vitam, partim ad beneplacitum, & partim ad aliud etiam forsan perpetuum tempus, ac alias diuersimode in nostro statu & dominio ecclesiastico, ac alibi passim deputati eaistant, & reperiantur, & ex huiusmodi Commissariorum deputationibus, qui & onera sibi iniuncta acerbius quam par sit exercendo, & etiam proprio commodo & peculiari lucro, præter & vltra modū inhiare dicuntur, multa, & grauia variaq; damna, iniuriæ, veaationes, eatorsiones, & grauamina prouincialibus & aliis subditis nostris aliisq; personis quotidie inferri audiantur, eorumque prouincialium, & subditorum, ac aliarum personarum huiusmodi oneri, atque labori succumbentium, & ad nos vti pium patrem assidue & dietim clamantium, & recurrentiū voces, & querelæ nostris in dies auribus resonare non cessent; Nos quorum intentionis, ac mentis semper fuit & est, vt probi & sinceri quique & timoratæ illibatæque conscientiæ homines ab huiusmodi Commissariatuum officia destinarentur & destinentur, ipsique Commissarij subditos nostros, & quoscunque alios cum ea qua fieri potest lenitate, clementia, benignitate, & beneuolentia tractent atque prosequantur, & nihil ab eis præter iuris, & æquitatis debitum exigant, vel eatorquaant, & sanctæ piæque matris Ecclesiæ iugum suaue & onus leue sentiant, memores quoque quod propter improbos officiales, Princeps quantumlibet bonus & integer male audire consueuit, Volentes probitate & integritate præditos viros ad huiusmodi munera deinceps deputare, & propterea in præmissis pro nostri pastoralis officij debito opportune prouidere, Motu simili, & ex certa scientia maturaque animi nostri deliberatione, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium, omnes & singulos, ac quoscunque Commissarios quouis nomine nuncupatos tam super subsidij triennalis, quatreni carnis, & spoliorum, ac cōfiscationum & aliorum Cameræ Apostolicæ iurium, necnon etiam gabellarum, vectigalium, datiorum, & aliorum quorumcunque ab eadem Camera & dicta Sede Apostolica, seu alias illarum intuitu nunc & pro tempore impositorum onerum eaactionibus, quam etiam super viarum, pontium, portarum, transituum, passagiorum, aquæductuum, & murorum reparatione & manutentione, ac ciuitatum, terrarum, oppidorum, arcium, castrorum, & quorumuis aliorum locorum nostri Status ecclesiastici fabrica, & fortificatione, necnon super fraudibus annonæ, & vsuraria prauitate, aliisque omnibus & singulis, ac quibuscunque rebus & negocijs publicis, aut alias Cameram & Sedem prædictas, vel aliquod earum interesse quomodolibet tangentibus, vel concernentibus (exceptis tamen Commissariis ad reddendum ius & ad iustitiæ cognitionē, & executionem deputatis, qui tamen non possint, nec debeant, nisi vnum scutum ad plus pro quolibet die recipere) tam à quibuscunque Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, quàm alias à Sede & Camera prædictis, ipsiusque Sedis etiam de latere Legatis, Gubernatoribus, Camerario, Cameræque Apostolicæ Præsidentibus & Clericis, Thesaurario, Collectore spoliorum, & iurium eiusdem Cameræ depositario, præfecto annonæ, Conductoribus & appaltatoribus præfatis, ac quibuscunque aliis personis quauis dignitate fulgentibus & fungentibus nomine Sedis, vel Cameræ prædictarum, & alias quomodolibet in vniuerso nostro Statu ecclesiastico præfato, ac alibi vbilibet tam ad vitam, quàm ad beneplacitū & quoduis aliud etiā perpetuum tēpus, necnon tam per Apostolicas etiā in forma Breuis, aut sub plumbo expeditas, quàm patentes, & ēt Camerales, ac sacri venerabiliū fratrū

Causa huius Reuocationis.

Reuocatio commissariorum.

Declaratio dictæ Reuocationis, & exceptio salarij Commissariorū ad cognitionem & executionem iustitiæ deputatorum.

nostrorum

nostrorum S. R. E. Cardinalium Collegij,& quascunque alias literas,vel etiam per publica instruméta, ac alias quomodocunque & qualitercunque hactenus deputatos,destinatos & etiam transmissos, ac illorum deputariones &c. huiusmodi sub quibuscunque verborum formis & tenoribus, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis,aliisq; efficacioribus & insolitis clausulis,ac irritantibus,& aliis etiam vim stipulati,& iurati contractus inducentibus,ac etiam cum expresione quod reuocari &c. non posint, etiam motu scientia & potestatis plenitudine similibus,ac etiam consistorialiter & de dictorum Cardinalium consensu, ac alias quomodolibet factas,necnon literas & instrumenta desuper, vt præmittitur, ac alias quomodolibet confectas, Motusque proprios & supplicationes desuper etiam dictorum nostrorum prædecesorum manibus signatos,& signatas,ac in eis contenta quæcunque,illarum & illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro plene & sufficienter expresis,ac insertis habentes,etiam si illæ,& illa ex quauis causa legitima etiam onerosa emanauerint,Apostolica auctoritate ex nunc perpetuo reuocamus,cassamus,irritamus, annullamus, & abolemus,ac ex nunc reuocatos &c. reuocatasque &c. ac reuocata &c. fore & esse nulliusque roboris,vel momenti,seu auctoritatis amplius existere decernimus & declaramus.Et nihilominus,quod ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus nulli similes, vel disimiles commissarij, nisi per speciales & expressas nostras & eorundem successorum in forma breuis expeditas,aut Cameræ Apostolicæ patentes literas,quæ si manu dilecti filij moderni,vel pro tempore existentis Præsidentis Cameræ prædictæ signata fuerint, nostris mandato & intentione emanasse intelligentur,deputari & destinari posint,ac aliter deputari,& transmisi eo ipso à nobis reuocati sint & esse censeantur,perpetuo statuimus & ordinamus. Districtius inhibentes eisdem Camerario, Præsidentibus,& Clericis,necnon Legatis & aliis omnibus supranominatis, & quibusuis aliis personis cuiuscunque dignitatis &c. existentibus, & quacunque auctoritate fungentibus ne ex nunc in posterũ vllos huiusmodi Commissarios,nisi de expresis ordine & mandato, ac certa scientia nostris & dictorum successorum nostrorum, ac alias,vt præfertur,deputare,destinare,vel transmittere audeant,seu præsumant, Decernentes quascunque Commissariorum huiusmodi deputationes &c. alias quam,vt præfertur,deinceps pro tempore factas,nullas, & inanes existere, ac fore, & pro infectis omnino haberi. Sicque in præmisis omnibus & singulis ab omnibus censeri, ac ita per præfatos & quoscunque alios iudices &c. sublata &c. iudicari &c. debere, irritum quoque & inane quicquid secus super his &c. contigerit attentari. Mandantes nihilominus Camerario, Præsidentibus, Clericis,Legatis &c. & aliis quibuscunque supradictis cæterisq; ad quos spectat & pertinet,ac spectabit & pertinebit, quatenus præsentem nostrum Motum proprium perpetuo obseruent & obseruari faciant inuiolabiliter & ad vnguem,Contradictores &c. compescendo,inuocato etiam,seu adhibito auxilio brachij secularis. Et nihilominus omnes & singulas Communitates & Vniuersitates,ac alios quoscunque Ciuitatum, Castrorum,Terrarum,Oppidorum,Villarum & locorum nobis & S. R. E. mediate, vel immediate subiectorum habitatores & incolas,necnon illorum Rectores,Præfectos,Potestates, Officiales & negociorum gestores aliosque illorum deputatos & deputandos, cæterosque ad quos spectat & spectabit in Domino hortamur & paterne monemus, eisque sub indignationis nostræ & pecuniariis aliisque nobis & pro tempore existenti Romano Pontifici bene uisis pœnis arbitrio nostro & illius declarandis & exigendis, præcipimus & mandamus, vt omnia & singula onera,impositiones, & alia quæcunque iura Cameralia nobis & pro tempore existenti Romano Pontifici, ac Sedi Apostolicæ quomodolibet pro tempore debita absque vlla mora & contradictione loco & tempore debitis integre persoluant realiter & cũ effectu,nec se prætextu præsentis nostræ cõstitutionis à facienda solutione hmõi excusent aut difficiles reddant,ne alias desuper opportuna remedia adhibere cogamur.Nõ obstãtibus præmisis, ac constitutionibus & ordinationib. Apostolicis,prouincialibusq; synodalibus & municipalibus,necnon etiam iuramento &c. roboratis,statutis,&c. etiam Cameræ Apostolicæ &c. priuilegiis quoque indultis & literis apostolicis &c. sub quibuscunque tenoribus &c. etiam motu proprio &c. ac consistorialiter &c. & alias in contrarium quomodolibet concesis &c. ac concedendis &c. quibus omnibus etiam si de illis &c. eorum tenores &c. latisime hac vice derogamus,cæterisque contrariis quibuscunque cum clausulis opportunis. Volumus autem præsentis nostri Motus proprij solam signaturam sufficere & vbique fidem facere in iudicio & extra regula contraria non obstante, Et nihilominus literas desuper etiam per Breue nostrum simul, vel ad partem expediri posse latisime extendendas.

Prohibitio deputandi Commissarios absque scientia & mandato Pontificis.

Decretum irritans.

Executorum deputatio & facultates.

Monitio cõmunitatum & aliorum, vt de cætero onera Cameralia absque mora persoluant.

Clausulæ derog.

Sola signatura sufficit.

Placet Motu proprio. M.

Die vig[illegible]nona Maij,Millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, admissa & registrata fuit hæc cedula Motus prop[illegible] libro primo signaturarum S. D. N. D. Papæ apud me infrascriptum Cameræ Apostolicæ Notariũ folio qnint[illegible]x decreto Illustrisimi & Reuerendiss. D. mei Vitellotij Cardinalis Camerarij.

Admissio & registratio in Camera Apost.

Andreas Martini.

X L I.

Declarantur const. Pij 4. de condemnatis & bannitis non audien. nisi in carceribus constitutis & defuncti hæredibus citatis,vt procedant etiam contra condemnatos in contumaciam,& in quacunque instantia.

Quas const. Pij 4. habes sup. fol.742. nu 68. Et si cuncta,& fol.766. nu.80. Cum nos dudum,& ibi vide etiam de Materia.

PIVS Papa V. Motu proprio,&c.

LICET alias fel.rec. Pius Papa IIII. prædecessor noster Motu proprio,& ex eius certa scientia sua perpetuo valitura constitutione sanciuerit nullum ab homicidio,seu alio quouis crimine pro quo pœna corporalis veniret imponenda ex aliqua causa, vel quia bannitum occidisset, seu ab alio banniti[illegible]ore iuxta formam proclamatum,& bannimentorum id promittentium, vel constitutionum desuper editatum nomi

Pius 4. statuit, reos cuiuscunq; criminis pro quo pœna corporalis est imponenda, non audiri, nisi ipsis in carcerib. statutis, & hæredibus defuncti citatis vt in eius const. 68. fo. 742. & const. 80. fol. 766.

Absolutioně & remissionem obtinentes exulare debere à loco in quo occisi hæredes commorantur, nisi habita pace.

tum nominatus fuisset, siue etiam quia ab ipso occisus bannitus, & condemnatus extitisset, & impune ex dispositione dictorum proclamatum, & bannimentorum, seu constitutionum occidi potuisset, se absolui debere prætendens, seu pro homicidio, aut alio crimine per eum commisso bannitus, & condemnatus foret, siue nondum bannitus, & condemnatus, nec inquisitus existeret, per se vel aliam personam pro eo quomodolibet comparentem ad absolutionem petendum admitti, vel audiri posse, nisi se prius in carceribus constituisset, & defuncti hæredes ab ipso citati fuissent. Et in euentum quod quis ab homicidio per eum commisso ex eo quod alium bannitum occidisset, vel ab alio banniti occisore nominatus foret, se absolui obtineret, eum nihilominus ad locum in quo occisi hæredes commorantur, quousque ab illis pacem obtinuisset exulare debere, neque ad eum locum aliter nisi pace ab illis habita remitti posse, perpetuo statuerit, & ordinauerit; Inhibens nihilominus omnibus, & singulis iudicibus tam sæcularibus, quàm ecclesiasticis etiam nostris de Latere Legatis sub indignationis sententiæ pœna, ne contra constitutionis huiusmodi tenorem de cætero quempiam sic vt præmittitur se absolui petentem, nisi in carcere constitutum quoquo modo audeant, vel præsumant, & vbi secus fecerint, taliter per eos habitos processus, & sententias desuper latas nullius fore momenti, ac nullitatis vitio subiacere, & illis non obstantibus reos sic absolutos pœnis debitis puniri, seu de nouo inquiri posse, Sicque per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate, & auctoritate, iudicari debere decreuerit, aliaque forsan fecerit prout in ipsis Pij literis desuper in forma Motus proprij signatis plenius continetur. Cum tamen à nonnullis in dubium reuocetur, an in literis Pij prædecessoris huiusmodi, comprehendantur etiam illi qui ex aliqua criminali causa pro qua pœna corporis afflictiua imponenda foret, in eorum contumaciam condemnati fuerint, ita vt ad purgandum contumaciam, & condemnationem huiusmodi admitti, vel audiri non debuerint, nec debeant, nisi prius se in carceribus constituerint: Nos omnem circa præmissa ambiguitatem e medio tollere, & penitus amputare volentes, necnon literarum huiusmodi tenores præsentibus pro expressis habentes, illisque nihil addentes, vel minuentes, Motu simili ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine decernimus, & declaramus eos omnes & singulos qui ex huiusmodi causis, licet in eorum meram contumaciam hactenus condemnati fuerint, & in futurum condemnabuntur, sub eisdem literis omnino comprehensos fuisse, & esse, ac fore, ita vt non aliter ad purgandum dictas eorum contumaciam, & condemnationem admitti debuerint, vel debeant, nisi sese prius in carceribus constituerint vel constituant. Decernentes quod in quacunque instantia, casu, & causa se absolui petant, licet forsan in aliqua se constituerint, nullo modo audiantur nisi se prius in carceribus seruatis seruandis de nouo constituerint & nouæ constitutioni huiusmodi ad plenum satisfecerint, Ac omnes, & singulas absolutiones, remissiones, & quasuis alias gratias contra præsentium tenorem quomodolibet pro tempore impetratas, & à quibuscunque iudicibus cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existant, quouis prætextu, vel causa emanatas nullatenus attendi debere, minusque cuiquam prodesse modo posse, sed tanquam nullas, & inualidas, nulliusque roboris, vel momenti reijciendas esse, licereque præfatis, & aliis iudicibus, quibuscunq; illis non obstan. processus huiusmodi reassumere, & prout iuris fuerit terminare, Præsentemque nostrum Motum proprium nullo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, aut seu intentionis nostræ, vel quopiã alio defectu notari, vel impugnari nullatenus posse, sed illum semper validum, & efficacem existere, suosque plenarios effectus omnimode sortiri. Sicque in præmissis omnibus etiam per S. R. E. Cardinales, ac causarum Palatij Auditores, aliosque Iudices &c. sublata eis &c. iudicari debere, irritum quoque, & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentatum forsan est hactenus vel in futurum contigerit attentari, fuisse, esse, & fore, & vitio nullitatis penitus subiacere decernimus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus apostolicis, necnon omnibus illis quæ idem prædecessor in eisdem literis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem quod præsentis motus proprij sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, regula quacumque contraria non obstante, cum decreto quod præsentium transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Hi autem Pont. declarat dictam const. Pij 4. comprehendere etiã cõdemnatos in contumaciam. Et in quacunq; instantia id procedere decernit.

Clausula præseruatiua.

Decretum irritans.

Clausula derogatoriæ.

Sola signatura sufficit.

Placet Motu proprio. M.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, Indictione decima, die vero duodecima mensis Iulij, Pontificatus Sanctiss. in Christo patris & D. N. Pij Papæ V. Anno eius Secundo, retroscriptæ literæ affixæ & publicatæ fuerunt ad valuas Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Iulium Parinum, & Alexandrum Astancollum præfati Sanctissimi D. N. Papæ Cursores.

Camillus Cherubinus Magister Cursorum.

X L I I.

Suspensio facultatis Episcoporum & aliorum, admittendi resignationes vel permutationes beneficiorum, seu de illis sic vacantibus disponere, vsque quo per Pontificem dabitur forma illas admittendi.

Quam formam tradidit hic Pontifex infra in eius const. 58. Quanta, & ibi notabo.

PIVS Papa V. Ad futuram rei memoriam.

OFFICIVM creditæ nobis administrationis exposcit, vt non solum corrigamus ea, quæ perperam attentantur, verum etiam ne in futurum illa contra ecclesiasticam puritatem attentari possint, debita animaduersione prouideamus. Sane cum, sicut accepimus, in resignationibus & permutationibus quæ tam apud Sedem Apostolicam, quàm in partibus in Ordinariorum manibus fiunt, quamplorimi abusus irrepserint: Nos volentes huiusmodi abusus ab Ecclesia Dei tollere, & futuris resignationum, & permutationum admissionibus eam normam præscribere, qua sanctuarium Dei hominum pactionibus tradi nõ posit, ac vt omnis

simoniæ

simoniæ labes, & fraudis suspicio, in beneficiorum Ecclesiasticorum prouisionibus absit, decernimus supplicationes beneficiorum quorumcunque resignationem, seu permutationem continentes, donec per nos illarum admittendarum modus præscriptus fuerit, vlterius non per modernos, & pro tempore existentes Cardinales, & alios signaturæ nostræ gratiæ præfectos, vt antea, sed per nos tantum, manu nostra signari debere. Et ne, dum præmissis occurrere intendimus, & à signaturæ nostræ præfectis ab illis abstinendum censuimus, locorum Ordinarij, cæterique beneficiorum Ecclesiasticorum inferiores Collatores præfati, vt antea plerisque eorum factum esse, audiuimus, ita se fiducialiter cum ijs, qui in eorum manibus beneficia Ecclesiastica resignant, gerant, vt non nisi illis quos ipsi nominauerint, aut pro quibus intercesserint ea conferant, & de eis prouideant vel disponant, ac quos Ecclesiæ plus prodesse posse cognoscunt, negligant, & contemnant, Apostolica auctoritate, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra constitutione omnibus, & singulis dilectis filijs nostris, & sedis Apostolicæ Legatis, Nuncijs, ac venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, ac quorumuis Cathedralium, & collegiatarum Ecclesiarum Capitulis, Abbatibus, cæterisque alijs quorumuis beneficiorum Ecclesiasticorum quomodocunque qualificatorum inferioribus collatoribus, ad quos de iure, vel consuetudine eorundem beneficiorum resignationes, seu permutationes admittendi facultas spectat, & pertinet, quacunque dignitatis prærogatiua etiam Cardinalatu honore fulgentibus, prohibemus, ne posthac, donec debitus modus, vt præmittitur, statuatur, ac decernatur, quorumuis beneficiorum Ecclesiasticorum, tam sæcularium quam quorumuis ordinum regularium, qualitercunque qualificatorum etiam si iuris patronatus, & ad quorumuis præsentationem, nominationem, electionem, & quamuis aliam dispositionem pertineant, resignationes, seu permutationes recipiant, vel admittant, neque beneficia eadem tamquam per resignationem vacantia, quibusuis personis conferant, vel de eis prouideant, aut quomodolibet disponant. Nos enim beneficiorum præfatorum collationes, prouisiones, aut quasuis alias dispositiones per eosdem factas, nullas, irritas, & inanes, nullumque ius, aut titulum etiam coloratum, tam in petitorio, quam possessorio prouisis tribuere, ac ipsos sic prouisos ad eadem beneficia Ecclesiastica obtinenda perpetuo inhabiles fore, & esse: Ac omnes, & singulos collatores præfatos, in collatione, prouisione, & dispensatione beneficiorum, in eorum manibus sic resignatorum, quouis prætextu etiam deuolutionis vacantium, se intromittere nullatenus posse, beneficiaque præfata tanquam vere vacantia, per nos, & Sedem Apostolicam, & quosuis eorundem Collatorum in quorum manibus, contra huiusmodi nostram prohibitionem, resignationes, seu permutationes factæ fuerint, Superiores, nullo alio deuolutionis ordine seruato, sed quod locus sit præuentioni, conferri, & de ijs prouideri, ac disponi liberè, & licitè posse: Et sic per quoscunque iudices, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum & inane si secus super ijs a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, statuimus, atque decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis, quibusuis in genere, vel in specie quomodolibet concessis, confirmatis, & sæpius innouatis, quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua mentio habenda esset, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus, pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque, Cæterum quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca, in quibus opus fuerit, deferri, Volumus etiam, ac decernimus, quod præsentium transumptis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, Quodque literæ ipsæ in Cancellaria Apostolica publicentur, ac omnes ita afficiant, & arctent, ac si illis personaliter intimatæ fuissent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ prohibitionis, statuti, derogationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, sexto Idus Augusti, Pontificatus nostri anno secundo.

Episcopi & alij inferiores, non admittant permutationes, & resignationes, & de beneficijs sic vacantibus non disponant.

Decretum irritans.

Clausula derog.

Forma publ. hic const. Quà publ. habes hic in fi.

B. Cyrillus.

H. Cumyn.

Registrata in Cancellaria Apostolica.

Lectæ, & publicatæ fuerunt retroscriptæ literæ Romæ in Cancellaria Apostolica, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, die vero Lunæ, decimaoctaua mensis Augusti, Pontificatus Sanctissimi D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. anno secundo.

Publicatio.

XLIII.

Reuocatio quorundam Priuilegiorum Militum, & Hospitalis S. Lazari Hierosolymitani.

De istorum priuilegijs, eorumque declarationibus, limitationibus, & reuocationibus vide supra in const. 28. Sicut bonus pastor, fol. 960. Cum ibi notatis.

PIVS Papa V.

Graues ad nos quotidie querelæ deferuntur, de Magistro, Conuentu, & fratribus Hospitalis S. Lazari Hierosolymitani, qui obtentu priuilegiorum suorum, multa secus quam par esset fidenti is conati, præ studio dum habeant quod ambiunt, neque modum pietatis vllius, neque benignitatis erga se nostræ ponderãtes, varijs artibus moliuntur quẽadmodũ disturbent, atq; deijciant omnes alios à regimine

Pius 4 in eius const. 126. fol. 851 & iste Pont. in cōst. 28. f. 960. Priuilegia concessa Militiæ & hospitali S. Lazari, vt quæcunque loca sub inuocatione S. Lazari instituta, cēserentur incorporata huic Hospitali, & ad liberā dispositionē magni Magistri, & Conuentus spectarēt, & per Fratres huius ordinis, & non alios regerentur, & aliqua annua respōsione grauarētur.

cura, & possessione illorū hospitaliū, & religiosorū locorū, quæ sub inuocatione S. Lazari leprosorum aliquādo fundata, constructa, & instituta, deinde, aut Ecclesijs, Monasterijs, xenodochijs, collegijs, vniuersitatibus, etiam studiorum generalium, diuersisque alijs sacris, & religiosis locis vnita, aut in eorum commodum suppressa fuerunt, seu quorum curam, seu bonorum administrationē, seu fructuum, dispensationē, vel ipsæ Ecclesiæ, vel conuentus, vel venerabilium locorum sodalitates, vel honesti ciues, vel etiam priuatim alij spectatæ probitatis viri habent, & aut in illis, aut ex illis prædictis Ecclesijs, Monasterijs, xenodochijs, collegijs, Vniuersitatibus, pijs locis, & pauperibus suarum quisque Ciuitatum, & locorum, vti diuersæ, & multiformes charitatis, & misericordiæ species suadere videntur variæ item egestatem, necessitatesque expetunt, piè sanctèque suppeditans. Quin etiam Magister, & Conuentus in vniuersum, singularim vero quidam fratres, iam aliquot huiusmodi administratores, & possessores, imo vero primarias quasdam Italiæ Vrbes litibus, & controuersijs multifariam concitatis, grauiter infestarunt. Quo circa nos indignum rati, tot tantasque piorum operum rationes, iampridem accommodas, dictorum priuilegiorum causa impediri, volentesque, sicut officij nostri munus, pietatisque causa postulat, sedulo prouidere, vt Hospitalium, & locorum huiusmodi optimus status, rerumque dispositio commoda, & vtilis perpetuo constet, hoc quoque sacrosanctum Iesu Christi patrimonium pijs, honestisque vsibus perpetuo illibatum conseruetur, ac simul Magistro, Conuentui, & Fratribus prædictis omnis omnino molestandi via præcidatur, Motuproprio, & ex certa scientia nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & singulas causas in Romana Cu. & extra eam, coram quibuscunque iudicibus ordinarijs, & delegatis, etiam causarum Palatij Apostolici Auditoribus, ac S. R. E. Cardinalibus inter Magistrum, Conuentum, & Fratres prædictos etiam collationem, commendam, aut aliam concessionem à dictis Magistro, & Conuentu habentes, ac quoscunque alios curam, regimen, & administrationem, ac possessionem Hospitalium, locorum, & bonorum prædictorum per viam vnionis, suppressionis, commissionis, prouisionis, commendæ, administrationis, alteriusue concessionis, aut etiam priuilegio, fundatione, consuetudine, permissione, vel alio quocunque modo habentes super eisdem Hospitalibus, locis, & bonis, eorumque regimine, administratione, possessorio, spolio, rebusque alijs latius deductis, & illorum occasione, tam coniunctim, quam diuisim, in quacunque instantia pendentes, quarum singularum merita, necnon iudicum, & aliorum colitigantium nomina, cognomina, gradus, & nobilitates, litisque & litium huiusmodi statum, præsentibus haberi volumus pro expressis, in statu & terminis in quibus reperiuntur, harum serie ad nos aduocamus, ac litem, & lites huiusmodi penitus extinguimus, dictisque Magistro, Conuentui, & Fratribus, ac quibuscunque alijs, etiam in quorum fauorem de dictis Hospitalibus, & locis S. Lazari leprosorum, prætextu huiusmodi priuilegiorum dispositum est vt præfertur, perpetuum silentium imponimus. Præterea omnes, & quascunque collationes, prouisiones, commendas, concessiones, commissiones, & alias dispositiones de ipsis Hospitalibus, & locis, ab eisdem Magistro, & Conuentu quibuscunque factas, indesecutasque a nobis, & Apostolica sede etiam Motu simili confirmationes, vel nouas prouisiones, ac etiam concessiones, facultates, & licentias, quod Hospitalia, leprosariæ, & alia loca quæcunque, tam in Vrbe, quam quibuscunque Terris, Dominijs, & locis, sub inuocatione S. Lazari leprosorum huiusmodi fundata, constructa, erecta, & instituta, & quæ fundari, construi, erigi, & instirui contingeret, etiam si per Magistrum, Conuentum, & Fratres huiusmodi recepta, aut possessa non sint, vbi vllo vnquam tempore fuit, est, vel erit Hospitalitas leprosorum, seu infirmorum S. Lazari nuncupatorum, de qua legitime coram locorum ordinarijs constet, etiam si iurispatronatus laicorum essent, cum omnibus vnionibus, annexionibus, incorporationibus, & applicationibus, illis pro tempore factis, Hospitali S. Lazari prædicto subiecta, & incorporata, & ad ius, proprietatemque, & omnimodam dispositionem, institutionem, & collationem Magistri pro tempore existentis, & Conuentus prædictorum, iuxta ipsius Hospitalis stabilimenta pertinere censeantur, prout alia eius hospitalia, cappellæ, oratoria, beneficia, & loca spectabant, illaque per fratres prædictos, non autem per alias Ecclesiasticas, aut sæculares personas, etiam Ciuitatum, & Terrarum, oppidorum, & villarum communitates, vel vniuersitates regi, & gubernari, & in signum recognitionis superioritatis dicti Hospitalis, aliquo rationabili canone, seu censu per Magistrum, & Conuentum, ac Diffinitores generalis capituli dicti Hospitalis imponendo, singulis annis respondere, præterea hospitalia, & loca huiusmodi obtinentes, cuiuscunque dignitatis, ordinis, & conditionis fuerint, responsiones, & iura annatarum, vacantium mortuariorum, arreragiorum, & passagiorum Hospitali S. Lazari, & illius Aerario communi soluere teneantur, & ad id etiam per Magistrum & conuentum prædictos compelli, & non soluentes censuris, & pœnis Ecclesiasticis innodari, Hospitalibusque priuari possint. Necnon quæcunque alia priuilegia, concessiones, facultates, & indulta, dictis Magistro, Conuentui, Fratribus, & personis, super reuocatione huiusmodi hospitalium ad pristinam Hospitalis S. Lazari Hierosolymitani naturam, ac regimen, & administrationem etiam per modificationes, & reformationes nostras illis concessa, & confirmata, quibuscunque concepta formulis, ac etiā restitutiuis, præseruatiuis, derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, necnon vim contractus inducentibus, & alijs decretis suffulta (quorum omnium tenores, etiam præsentibus haberi volumus pro expressis) auctoritate Apostolica tenore præsentium specialiter, & expresse reuocamus, & Apostolicas ac alias literas necnon processus, & inde secuta quæcunque cassamus, & annullamus, volumusque illa omnia vires & effectum de cætero non habere, ipsaque hospitalis, & loca eorumque res, & bona, deinceps vt antea regi & gubernari, ac de illis disponi, nec vllo annuo censu, canone, subsidio, vel alio onere, per Magistrum, Conuentum, & Diffinitores prædictos grauari, nec ad aliam responsionem, aut iura aliqua eis præstanda vllo vnquam tempore teneri, nec sub aliquo alio iure Magistri, Conuentus, & hospitalis S. Lazari huiusmodi consistere debere. Districtius inhibentes eisdem Magistro, & Conuentui, ac quibuscūque alijs etiam in quorum fauorem de dictis hospitalibus seu locis prætextu huiusmodi priuilegiorum dispositum est, vt præfertur, ne illorum occasione, seu prætextu vel alias quocunque modo sese præmissis interponere, aut quépiā vlterius super illis vexare, impedire, vel turbare quoquomodo præsumant. Quod si secus fecerint, eos & eorū singulos excōmunicationis sentētia innodamus, ac magistratu, dignitatibus, officijs, beneficijs iuribus, priuilegijs, & indultis quibuscunque, eorūq; vsu & cōmodo priuamus, inhabilesque ad omnia esse volumus, eo ipso. Ac decernētes sic per quoscunq; iudices ordinarios, & delegatos etiam causarū Palatij Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales in quauis causa, & instātia sublata &c. iudicari, &c. debere, ac irritū, &c. attētari.

Vigore illorum priuilegiorū multæ lites per ordinem S. Lazari introductæ fuerūt.

Ideo hic Pont. illas ad se aduocat & extinguit.

Priuilegia que huiusmodi reuocat, & dispositiones eorum vigore factas de supradictis locis ānullat.

Ad quod vide etiā infra const. 71 Sacrosanctū.

Inhibet quoque Magno Magistro & Conuentui, & alijs de dictis locis prouisis, ne vigore priuilegiorum de cætero aliquem molestēt.

Inobedientiā pena.

Decretū irritāt.

Et ni-

Et nihilominus vniuersis,& singulis locorum ordinarijs tenore præsentium mandamus, vt ipsi per se,vel alium, seu alios Ecclesijs, Monasterijs, Xenodochijs Hospitalibus, Collegijs, Vniuersitatibus, Sodalitatibus, Rectoribus, Commendatarijs, Administratoribus,& personis prædictis eorumque singulis quandocunque requisiti fuerint, aut molestiam aliquam ab ipsis Magistro, Conuentu, & fratribus coniunctim, vel diuisim irrogari intellexerint, in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes procurent auctoritate nostra illos omnes in suis possessione, & iuribus pacifice conseruare,non permittentes eorum quempiam per ipsos Magistrum Conuentum, & Fratres, aut alios quoscunque super ijs quomodolibet molestari, contradictores quoslibet, & rebelles per prædictas aliasque grauiores censuras, & pœnas cæteraque iuris,& facti remedia appellatione postposita compescendo, censurasque & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus præmissis,& nostra de non tollendo iure quæsito,ac alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Hospitalis S. Lazari Hierosolymitani, & conuentus prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus, stabilimentis, vsibus, naturis, alijsque priuilegijs,& indultis Apostolicis illis,ac eisdem Magistro,Conuentui,& Fratribus à quibuscumque Ro. Pont. & nouissime tam à re. me. Pio Papa IIII. prædecessore nostro in ipsius Hospitalis S. Lazari Hierosolymitani, & regulæ restitutione, & ampliatione, quam etiam à nobis in illius modificatione etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessis, confirmatis, & extensis, quibus inter cætera cauetur expresse, quod vniones, annexiones, & incorporationes similes, vel dissimiles, ac quæcunque aliæ distractiones huiusmodi Hospitalium, & locorum quacunque ratione, vel causa,etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, & etiam cum expressa huiusmodi priuilegiorum, & stabilimentorum derogatione, nullius penitus sint roboris,vel momenti,& habeantur prorsus pro infectis,nec censeatur in hac parte vnquam derogatum per quascunque clausulas, & etiam derogatoriarum derogatorias fortiores, & efficaciores, nisi dum & quoties de illorum, ac etiam certarum in specie desuper confectarum literarum de verbo ad verbum vere, & non per clausulas idem importantes inserto tenore de ipsorum S. R.E.Cardinalium consilio derogetur, nec etiam tunc, nisi ad id Magistri, & Conuentus prædictorum expressus accedat assensus,& semper in huiusmodi quæ sic fient de consilio prædicto derogationibus censeatur apposita clausula, quod tunc demum effectum sortiantur, cum consensus Magistri, & Conuentus prædictorum accesserit,& non aliter, nec alio modo, quodque priuilegijs, statutis, stabilimentis, alijsque præmissis etiam per quascunque literas Apostolicas, etiam quasuis clausulas generales, vel speciales, etiam derogatoriarum derogatorias, efficacioresque, & insolitas, ac etiam irritantia decreta,sub quacunque verborum expressione in se continentes, nullatenus derogari possit, nec quo ad illa derogatum censeatur, nisi tenor illarum de verbo ad verbum nihil penitus omisso insertus, & huiusmodi derogationes consistorialiter factæ, & per trinas distinctas literas eundem tenorem continentes, tribus distinctis similibus vicibus, Magistro, & Conuentui prædictis intimatæ, & insinuatæ fuerint, ac ipsorum Magistri, & Conuentus ad id expressus accedat assensus, & aliter factæ derogationes nemini suffragentur, ac Magister, & Conuentus prædicti ad parendum literis derogatorijs huiusmodi & decretis super illis processibus, ac illorum executoribus, eorumque mandatis, & monitionibus minime teneantur, sed literarum huiusmodi executionem omnino impedire, nec ratione resistentiæ censuris Ecclesiasticis per eosdem executores latis innodari possint. Quibus omnibus etiam si de eis, &c. tenores,&c.in genere,& in specie ad effectum sufficientis derogationis eorum pro plene, & sufficienter expressis habentes, harum serie specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Cæterum iubemus præsentes consuetis Vrbis locis publicari, & exempla de more applicari, easque sic publicatas Magistrum, Conuentum, & Fratres prædictos, cæterosque omnes, & singulos quorum interest, æque obligare volumus, ac si ipsæ præsentes (quibus sola nostra signatura sufficiat, & vbique tam in iudicio, quam extra illud fidem faciat) essent omnibus singulatim, ac personaliter intimatæ.

Deputatio,& facultas executorum istius const. | Clausulæ derogatoriæ. | Forma publ. huius const. | Quam publ. habuit hic.

Placet Motu proprio. M.

Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, indictione decima, die vero vndecima mensis Augusti, pontificatus Sanctissimi D. N. Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno eius secundo, retroscriptæ literæ affixæ & publicatæ fuerunt Romæ in acie Campi Floræ & valuis Cancellariæ Apostolicæ, vt moris est per nos Io. Andream Rogerium, & Scipionem de Octauianis S. D. N. Papæ Curs. — Publicatio.

Io. Andreas Panizza Mag. Curs.

XLIIII.

Declaratio circa bona quæ non veniunt sub nomine spoliorum R.Cameræ Apostolicæ.

Sub nomine spoliorum,veniunt bona personarum Ecclesiasticarum decedentium sine testamento, siue licentia testandi,vt sup.in Pauli 3.const.31.Romani,fol.420.

Bona etiam acquisita ex illicita negociatione vt sup.in Pij 4.const.23.Decens,fol.685.

Bonaque non residentium in eorum Ecclesijs,vt sup.in Pij 4.833..In const.in supprema fol.115.

Bona quoque Religiosorum extra claustra degentium,vt infra in Greg. 13. const. 44. Officij nostri.

Prouentus etiam Mensarum Ecclesiarum,& Monasteriorum pro tempore quo vacant, vt infra in Greg. 13. const. 75.Cum sicut accepimus. Et ibi notabo.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANI Pontificis prouidentia circumspecta ad ea solicitudinis suæ partes potissimum conuertit,per quæ singulis Ecclesijs debita obsequia,& opportuna subuentionis auxilia minime subtrahatur. Cum itaque,sicut accepimus,nonnulli Patriarchæ,Archiepiscopi,Episcopi,& Abbates seu Commendatarij,ac alij beneficia ecclesiastica obtinentes,proprij honoris, & salutis immemores, etiam prætextu faculta-

tum testandi eis per Sedem apostolicam concessarum, in eorum vltimis voluntatibus res sacras ac vasa, ornamenta, & paramenra ecclesiastica, aliaque cultui diuino dicata quandoque ea fructibus ecclesiasticis per eos acquisita, non ecclesijs, & monasteriis, ac beneficiis, quibus præfuerunt, seu à quibus prouentus ecclesiasticos: & stipendia acceperunt, prout rationi, & honestati consentaneum foret, sed aliis locis, etiam aliquando non piis, ac interdum eorum consanguineis, & affinibus relinquere, ac Cameræ Apostolicæ Collectores, prætextu quod illa sub appellatione spoliorum veniant, tanquam eiusdem Cameræ spolia exigere, & percipere non erubescant, in maximum religionis dedecus, ac ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum eorundem detrimentum, ac relinquentium animarum periculum, scandalumque plurimorum: Nos abusibus, scandalisque huiusmodi prouidere, ac singularum ecclesiarum, & monasteriorum, ac beneficiorum indemnitati, animarumque quorumlibet saluti consulere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine hac nostra perpetua valitura constitutione statuimus, ordinamus, decernimus, & declaramus, quod de cætero omnia & singula ornamenta, & paramenta, ac vasa, necnon Missalia, & Gradualia, ac cantus firmi, & musicæ aliique quomodolibet nuncupati libri, & aliæ res sacræ, etiam auri, & argenti, ac quæcunque alia bona per quoscunque Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, seu Commendatarios, & alios quoscunque, quæcunque, & qualiacunque beneficia ecclesiastica, cum cura & sine cura, secularia, & quorumuis ordinum regularia in titulum, vel commendam, aut alias quomodolibet obtinentes, quocunque nomine vel titulo censeantur, etiam si de illis, & eorum qualitatibus specialis, & expressa mentio habenda foret, ad vsum, & cultum diuinum etiam in eorum priuatis ædibus, & cappellis, vel oratoriis destinata, tẽpore eorum obitus ex testamento, vel ab intestato relicta sub quibusuis facultatibus testandi, & alias disponendi de bonis per eos ea altari, vel alias quomodolibet acquisitis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores, & successores nostros, ac nos sub quibusuis tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam Motu proprio, & alias quomodolibet concessis, & concedendis, minime comprehendanrur: Nec sub appellatione spoliorum veniant, sed ad singulas ecclesias, monasteria, etiam conuentu carentia, & beneficia huiusmodi in quibus resederint, aut quibus præfuerint, seu quæ alias obtinuerint omnino spectent, & pertineant, ac spectare & pertinere, Illaque post eorum obitum eisdem ecclesijs, monasteriis, & beneficiis, etiam si in Romana Curia, & procul ab illis decesserint, vel ad illa nunquam accesserint, etiam si antea ecclesiarum, & monasteriorum regimini cesserint, vel beneficia huiusmodi renunciauerint, eo ipso applicata, & incorporata sint, & esse censeantur. Ita quod liceat illis defunctis in eisdem ecclesijs, monasterijs, & beneficiis successoribus, ac ecclesiarum, & monasteriorum huiusmodi capitulis, & conuentibus respectiue, illa propria auctoritate libere apprehendere, ac eorum ecclesijs & sacristiis applicare, & incorporare, Ac quæcunq; donationes ac relicta, & legata, testamẽta, & codicilli, & aliæ vltimæ voluntates, seu spolia desuper contra præsenris constitutionis nostræ tenorem quomodolibet pro tempore facta, quoad præmissa, nulla, & inualida nulliusque roboris & momenti existant, & personis, etiam ecclesiasticis, seu locis, etiam piis, aut ecclesiasticis aliis quibuscunque, in quarum seu quorum fauorem pro tempore facta fuerint, minime suffragentur nec per ea eisdem personis, seu locis, vel aliis ecclesijs huiusmodi aliquod ius in rebus prædictis, vel ad illas acquiri possit. Quinimo res sacras, ac alia bona prædicta quocunque nomine, vel titulo pro tempore detinentes, ad illa ecclesijs, & monasteriis, ac beneficiis per defunctos quomodolibet acquisitis, vt præfertur, iuxta præsentium tenorem realiter, & cum effectu restituendum, & consignandum, quibusuis dispositionibus de illis in contrarium quomodolibet factis minime attentis, omnino teneantur, & ad id per censuras & pœnas, etiam furti, & sacrilegij, ac alia iuris, & facti remedia opportuna cogi & compelli possint, & debeant. Insuper ne deinceps contingat insolentia spoliorum Cameræ Apostolicæ collectorum, vel subcollectorum aliquas ecclesias, nec hominum quemquam damno, & iniuria affici, nec cuiquam de cætero vertatur in dubium, quæ res habendæ sint nomine spolij, simili modo statuimus, decernimus, & declaramus, quod quæcunque scamna carhedræ, arcæ, & etiam ligneæ, vel lapideæ, etiam marmoreæ, mensæ, & tabulæ, ac quæcunque dolia, seu vasa vinaria vacua, & alia similia supellectilia domestica per quosuis presbyteros, seu clericos ab humanis pro tempore decedentes, tempore eorum obitus in ecclesiis, seu eorum domibus ecclesiarum earundem, vel alibi vbiuis locorum relicta, etiam si ex fructibus, & prouentibus beneficiorum quæ dum viuerent obtinebant acquisita fuerint, sub spoliorum appellatione minime veniant, nec pro spoliis vlln modo reputari possint. Præterea quod nullum spolium Cameræ præfatæ fieri, nec quicquam à quibusuis spoliorum Cameræ huiusmodi collectoribus, vel subcollectoribus exigi possit per obirum illius, qui dum viueret, vnum vel plura beneficia ecclesiastica obtinuerit, cuius vel quorum insimul fructus, redditus, & prouentus, triginta ducatorum auri de Camera secundum communem æstimationem valorem annuum non excesserint, aut qui pensiones annuas super quibusuis fructibus ecclesiasticis vsque ad dictum valorem annuatim perceperit, dummodo tamen is se ab omni illicita negociatione, & à sacris canonibus prohibita abstinuerit. Ita quod si quis dictorum Collectorum aliquid ex bonis quorumuis defunctorum qui similia beneficia obtinuerint, seu similes pensiones perceperint, prætexru spoliorum eiusdem Cameræ percipere, aur alias contra præsentes nostras literas attentare præsumpserint, ad totalem bonorũ per eum perceptorum restitutionem teneatur, ac ad viam iuris, etiam per similes censuras, & pœnas cogi & compelli possit, & debeat. Districtius inhibentes quibusuis Cameræ præfatæ spoliorum Collectoribus nunc & pro tempore existentibus sub indignationis nostræ, & priuationis eorum officiorum pœna, ne in ornamentis, & paramentis, ac vasis, & libris præfato cultui diuino dicatis, ac alias in rebus sacris, necnon supellectibilibus præfatis quomodolibet se intromittant, nec in eorum inuentariis tanquam spolia redigant seu describant, sed ornamenta, & paramenta, necnon vasa, & libros, aliaque diuino cultui dicata huiusmodi ecclesijs, & monasteriis, cappellis, & aliis beneficiis huiusmodi, eorumque Rectoribus, & aliis præfatis libere admittant, & consignent, ac consignari faciant cum effectu, ac supellectilia prædicta in locis vbi constiterint, relinquant. Ac decernentes sic in præmissis omnibus & singulis per quoscunque Iudices & Commissarios, quauis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari & diffiniri debere, ac irritum & inane, quicquid secus super ijs à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectis filiis Curiæ causarũ Cameræ Apostolicæ generali Auditori, & singulis locorum ordinariis, ac maiorem dignitatẽ post Pontificalẽ in vniuersis ecclesiis Cathedralibus, & Metropolitan. pro tẽpore obtinẽtib. per apostolica scripta Motu simili mandamus, quatenus ipsi vel duo aut vnus eorũ præsentes literas,

literas, & in eis contenta quæcunque vbi & quãdo opus fuerit, quotiens pro parte quorumcunque in præmissis interesse habentium, vt præfertur, fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra præsentes literas, & in eis contenta quæcunque firmiter obseruari, ac singulos quos literæ ipsæ concernunt, illis pacifice gaudere, non permittentes eos desuper quomodolibet indebite molestari. Contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstantibus apostolicis, ac in prouincialibus, & synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon ecclesiarum, & monasteriorum huiusmodi iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, facultatibus testandi, alijsque priuilegijs, indultis, & literis apostolicis, quibusuis concessis, approbatis, & innouatis, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, & expressa mentio facienda esset, illorum tenores pro sufficienter expressis habentes, illis in reliquis in suo robore permanentibus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod si aliquis ex Patriarchis, Episcopis, Abbatibus, seu Commendatarijs, & alijs beneficiatis præfatis pluribus ecclesijs, seu monasterijs, pro tempore simul, vel successiue præfuerit, seu plura beneficia obtinuerit, ornamenta, & paramenta, ac res, & bona prædicta ad illa omnia, habita ratione fructuum, & temporis quo eadem beneficia possedit, omnino pertineant, & proportionabiliter inter ea diuidantur. Quodque præsentes literæ in Cancellaria nostra apostolica, & acie Campi Floræ, de more publicentur, & inter constitutiones perpetuo valituras describantur. Et quia difficile foret præsentes ad singula quæque loca deferri, volumus, & etiam declaramus earum transumptis etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Prælati, vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica cõstitutæ sigillatis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ ordinationis, statuti, decreti, declarationis, inhibitionis mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Clausulæ derog.

Diuisio ornamẽtorum, & c quando beneficiatus obtinebat plura beneficia.

Forma publ. huic const.

Quam publ. habes in fi.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, tertio Kal. Septemb. Pontificatus Nostri, Anno Secundo.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Pro Domino Summista, Ludouicus Ripa.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno a natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, indictione decima; die uero decima octaua mensis Septembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno Secundo, retroscriptæ literæ apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in Cancellaria Apostolica, & in acie Campi Floræ, vt est moris, dimissis ibidem præsentibus literis per aliquantulum temporis spatium affixis, & deinde amotis per me Iulium Parinum, & Bartholomæum Sottocasam præfati Sanctissimi D. N. Papæ Cursores. Christianus de Monte Magister Cursorum.

Publicatio.

XXXXV.

Declaratio quod Ordines S. Dominici, & S. Francisci, ac Eremitarum S. Augustini, & Carmelitarum, Seruorumque B. Mariæ, sunt proprie Mendicantes, & eorum priuilegijs gaudent, etiam si in communi bona stabilia possideant.

Imo ordo Minimorum S. Francisci de Paula, & ordo Congregationis Fratrum S. Hieronymi Iesuatorum, inter ordines Mendicantiũ comprehendi voluit, hic idem Pont. infra in const. 48. Apostolicæ, & const. 49. Romanus.

Priuilegia autem Mendicantium, vide sup. in const. 38. Et si Mendicantium fol. 992. vbi not.

PIVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANVS Pontifex, tam vniuersalis Christianæ, quam singularum eius Religionum præcipuus defensor omnibus illarum incommodis pro sui pastoralis officij debito libenter occurrit, & eorum indemnitati salubrius iuxta temporum morumque exigentiam, declarationibus, & alijs remedijs consulere solet opportunis. Sane licet dilecti filij omnium Mendicantium Ordinum Fratres, a contributione Seminarij Clericorum, in qualibet Ciuitate iuxta eiusdem Concilij formam erigendi, per Tridentini Concilij decreta eximantur. Nosque inter alia eisdem Mendicantium Ordinum Fratribus concessa priuilegia eos, & eorum quemlibet, tam a Seminarij huiusmodi contributione, quam subsidio, quomodolibet, necnon decimis quibuscunque, & certis alijs oneribus Apostolica auctoritate similiter exemerimus, & liberauerimus, eosque ad illorum omnium contributionem nullo vmquam tempore cogi, & compelli posse decreuerimus: Cum tamen, sicut non sine animi nostri molestia nuper accepimus, nonnulli locorum ordinarij, & forsan in Prouincialibus Concilijs, eo forsan sub prætextu, quod ordinum Mendicantium fratres huiusmodi bona stabilia ex indulto seu dispensatione apostolica retinere possunt, & propterea Mendicantes re vera non sint, eos ad Seminarij subsidij, Decimarum, & aliorum onerum huiusmodi contributionem cogere forsan præsumpserunt, & in dies præsumunt, in graue ipsorum ordinum grauamen, & præiudicium non modicum: Nos animo reuoluentes eos ex fructibus bonorum huiusmodi varias Reipublicæ Christianæ vtilitates afferre, cum ex ipsis varios Magistros & Doctores manu teneant, ex quorum doctrina ipsorum fratres nouitij erudiri possmodum

Mendicantes exẽpti sunt a contributione Seminarij, per Concil. Trid. sess. 23 cap. 18 De Reforma.

Et etiam a decimis, & alijs oneribus, vt sup in const. 38. f. 992.

Ordinarij tamẽ desuper Molestabant Mendicantes ex indulto Apost. immobilia possidẽtes.

modum effecti, gregem dominicum prædicationibus suis, consilijs, confessionibus, orationibus, alijsque innumeris pietatis operibus iuuent, & pascant, eorumque domos non minus, imo magis, quam ea quæ per Ordinarios erecta sunt, Seminaria, vocari posse: & propterea Mendicantium nomen amittere nullo modo debere. Volentes idcirco omnem dubitandi mareriam amputare, omnes & singulos Mendicantium ordinum fratres huiusmodi, ac eorum singulos a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis a iure, vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, necnon quarumcunque litium, & causarum coram quibusuis iudicibus, & vbicunque quomodolibet pendentium status, & merita, nominaque, & cognomina iudicum, & collitigantium, necnon quorumcunque priuilegiorum, indultorum, exemptionum, & immunitatum eorundem ordinum Mendicantium fratribus hactenus quomodolibet concessorum, tenores præsentibus pro expressis habentes, lites quoque, & causas præfatas, vt præfertur, pendentes, ad nos harum serie auocantes, illasque penitus extinguentes & collitigantibus huiusmodi perpetuum super præmissis silentium imponentes, Motu proprio non ad ipsorum fratrum, vel alicuius eorum nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ porestatis plenitudine, omnes & singulos Quatuor mendicantium Ordinum, videlicet, Sancti Dominici, & Sancti Francisci, ac Eremitarum Sancti Augustini, necnon Carmeliarum, & quos etiam recenseri volumus Seruorum Beatæ Mariæ nominibus comprehensos fratres, eorumque domus, monasteria, & loca etiam si in communi propria bona tam mobilia, quàm immobilia, & stabilia, ac alia quæcunque possederint Mendicantium vocabulo, & omnibus, & singulis Mendicantium priuilegijs eis quomodolibet concessis, vti posse, & debere, nec super præmissis vllo vnquam tempore molestari posse auctoritate apostolica per præsentes, statuimus, & declaramus, ac tam Concilij Tridentini, quàm omnia, & singula alia decreta, statuta, ordinationes, priuilegia, & iura de Mendicantibus loquentia ad omnes & singulos ordines præfatos, Eorumque domos, & loca, etiam propria bona in communi tamen retioentes extendimus, & ampliamus, illaque de illis loqui etiam auctoritare præfata per easdem præsentes declaramus. Ac insuper eisdem Ordinarijs, & quibusuis alijs tam ecclesiasticis, quàm sæcularibus, quauis auctoritate fungentibus, in virtute sanctæ obedientiæ, & alijs arbitrio nostro moderandis pœnis simliter per præsenres mandamus, vt si quid per eos tam nostro, quàm prædecessoris nostri temporibus, tam ratione Seminarij, subsidij, & decimarum, quàm aliorum onerum huiusmodi exactum fuit, id totum eisdem fratribus, omni mora, & dilatione postpositis restituant, districtius inhibentes eisdem locorum Ordinarijs, cæterisque personis tam ecclesiasticis, quàm secularibus, quauis auctoritate fungentibus, & cuiusuis dignitatis, gradus, & conditionis existentibus, nec eosdem Mendicantium ordinum fratres præfatos, bona huiusmodi rerinentes quouis prætextu super Seminarij, subsidij, & decimarum contributione molestare, inquietare, vel perturbare audeant, vel præsumant. Decernentes quoque præsentes literas nullo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari nullatenus posse, minusue sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, modificationibus, limitationibus, restrictionibus, & alijs contrarijs dispositionibus tam per nos, quàm etiam successores nostros quomodolibet, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque decretis pro tempore factis, & faciendis, quorumcunque tenorum existant includi, sed illis non obstantibus, in suis robore, & efficacia persistere, & quotiens illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, etiam sub Data, etiam per ipsos eligenda de nono concessas esse, & ita incommutabilis voluntatis, & intentionis nostræ esse: & ad hoc, vt perpetua firmitate subsistant, vim validi, & efficacis contractus inter Sedem Apostolicam, & præfatorum ordinum Mendicantium huiusmodi fratres habere debere. Sicque per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Card. sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari debere: irritum quoque, & inane, quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectis filijs Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, necnon quarumcunque tam Cathedralium, quam Collegiatarum Ecclesiarum Decanis, Præpositis, Archipresbyteris, Archidiaconis, Thesaurarijs, & quibusuis alijs in eisdem Ecclesijs dignitates obtinentibus, vbilibet, & in quibuscunque Regionibus, terris, & locis existentibus per præsentes Motu simili mandamus, quatenus ipsi & eorum quilibet per se, vel alium seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum fratrum, vel alicuius eorum fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque in præmissis omnibus pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos, vel eorum quempiam super illis quomodolibet indebite molestari. Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris & facti remedia appellatione postposita compescendo. Et nihilominus legitimis super his habendis seruatis processibus, sententias, censuras, & pœnas ipsas etiam aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus fe. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas quis vigore præsentium ad iudicium non extrahatur, & alijs Apostolicis, necnon in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis specialibus vel generalibus constitutionib. & ordinationib. ac quibusuis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboraris statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis in genere vel in specie, etiam motu simili, & ex certa scientia ac Apostolicæ potestatis plenitudine, ac alias quomodolibet, etiam consistorialiter concessis, approbatis, confirmatis, & sæpius innouatis, quibus omnibus etiam si de illis, illorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio, seu aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret (tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris) hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas, non facientes plenam, & expressam,

Ideo hic Pont. declarat Mendicantes imobilia in communi possidentes, exemptionibus, & priuilegijs gaudere debere.

Inhibetque Ordinarijs, & alijs ne desuper eos molestent, & si quid exactum est restituant.

Clausula præseruatiua.

Decretum irritans.

Executorum deputatio, & facultates.

Clausula derogatoria.

at de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod præsentium transumptis manu alicuius notarij publici subscriptis, aut alicuius prælati, vel in dignitate ecclesiastica constituti, sigillo munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Quodque eædem præsentes in valuis Cancellariæ apostolicæ, & Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, necnon in acie Campi Floræ per aliquem ex Cursoribus nostris publicentur, & inter Extrauagantes constitutiones perpetuo valituras conscribantur: ac postquam publicatæ fuerint, plenam, & indubiam fidem faciant: necnon omnes & singulos illas concernentes perinde ligent, ac si essent personaliter intimatæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, Die Prima Octobris, millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Forma,& effectus publ. Quæ mox sequitur.

Io. Alf. Naldi.
A. Calorius.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, indictione decima, die vero decimasexta mensis Octobris Pontificatus Sanctiss. in Christo patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno eius Secundo, retroscriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt in retroscriptis locis, vt moris est, per me Alexandrum Astan collum præfati Sanctissimi D. N. Papæ Cursorem.

Publicatio.

Philippus Chappius Magister Cursorum.

XLVI.

Declaratio portionum assignan. Vicarijs perpetuis Parochialium pijs locis perpetuo vnitarum.

De huiusmodi portionibus habes in Concil. Triden Sess. 7. cap. 5. & sequentib. De Reformat.

De vnionibus autem habes ibidem. & etiam in Sessione 14. cap. 9. & Sess. 24. cap. 13. De Reformat.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

AD exequendũ Pastoralis officij debitum, vigilantibus studiis intendentes, ad ea, per quæ Cathedraliũ aliarumue ecclesiarum, necnon monasteriorum, beneficiorum, seu collegiorum, ac aliorum piorum locorum prospero profectui, diuinique cultus augmento, & opportunæ congruæq; substentationi parochialium ecclesiarum eisdem vnitarum statui feliciter dirigendo, & personarum in illis curam animarum exercentium vtilitati recta ratione, & prouida moderatione consuli, & salubriter prouideri valeat, libenter interponimus nostræ sollicitudinis partes. Hinc est quod nos, ad quorũ aures (quod nõ sine animi nostri molestia referimus) peruenit nonnullos ex venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, in deputandis Vicarijs, ac in assignatione portionũ Vicarijs perpetuis parochialium dictis ecclesijs, monasterijs, beneficijs, collegijs, vel locis pijs perpetuo vnitarum ea Concilio Tridentino facienda, ita modum excessisse, vt parum aut nihil ea fructibus, redditibus, & prouentibus parochialium ecclesiarum sic vnitarum ecclesijs, monasterijs, beneficijs, collegijs, aliisue locis piis remanserit, ob idque multæ ortæ sint super hoc controuersiæ circa interpretationes decreti dicti Concilij. Nos ad eas tollendas animũ intendentes, considerantesq; vniones ipsas ideo a prædecessorib. nostris factas esse, vt ex redditibus, & emolumẽtis beneficiorũ vnitorũ, ecclesijs, monasterijs, collegiis, beneficiis, & locis piis, quibus illa vniuntur, facilius onera eisdẽ incũbentia supportentur, & promptius a ministris ecclesiasticis, in eisdẽ diuina officia celebrentur, hospitalitas seruetur, aliaq; charitatis opera exerceãtur, ac etiam vt nihilominus cura animarum dictarum parochialium laudabiliter exerceretur: Motu proprio, & ex certa nostra scientia auctoritate apostolica hac nostra perpetuo valitura constitutione statuimus, & ordinamus, ac declaramus, quemadmodum etiam de ipsius Concilij mente fuisse colligimus, Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos præfatos in assignatione portionis ipsis Vicarijs perpetuis ex prædicto Concilio ipsorum Prælatorum arbitrio facienda ita se continere & arbitrari debere, vt non maior centum, nec minor quinquaginta scutorum annuorum summa computatis omnibus etiam incertis emolumentis & alijs obuentionibus communiter percipi solitis eis omnino assignetur, nisi Vicariis temporalis solitum fuisset plus assignari, siue in quantitate, aut quota fructuum, pecuniaque numerata, fundo seu alia re stabili portio huiusmodi consistenatur, cuiuscunque valoris parochialis ecclesia vnita fuerit, & habita etiam ratione redditimum, & onerum loci, cui parochialis ipsa vnita fuerit, ita quod portiones vltra, vel infra dictas summas scutorum centum, & scutorum quinquaginta hactenus assignatæ, vel imposterum forsan assignandæ, quo ad excessum, & defectum huiusmodi nullius roboris, & momenti existant, & ad summas prædictas reductæ & auctæ respectiue censeantur, nisi tamen valor annuus ipsius parochialis vnitæ habita ratione (vt præfertur) minor sit quinquaginta scutis, quo casu portio assignata, vel assignanda Vicario perpetuo non debeat excedere summam annuarum valoris dictæ parochialis, sed sufficiat quod omnes fructus eius dumtaxat attribuantur ipsi Vicario perpetuo. Et quoniam iniquum esset, eos qui commodis priuantur, eadem onera quæ prius sustinebant debere sufferre, volumus, & statuimus, quod ecclesiæ, monasteria, collegia, beneficia & pia loca huiusmodi, in quorum parochialibus Ecclesiis vnitis continget Vicarias prædictas erigi, pro quantitatibus fructuum ipsis vicariis perpetuis assignatorum, ad solutionem quindenniorum, quam nobis & Cameræ Apostol. soluunt, vlterius non teneantur sed eis detractio fiat ad ratam certorum, quæ de fructibus dictarum parochialium percipiuntur. Ita tamen quod Vicarij perpetui, qui pro tempore deputabuntur, teneantur accipere a Sede apostol. nouam prouisionem suæ deputationis, & soluere annatam pro portione fructuum, reddituum, & prouentuum certorum sibi assignata, & expedire literas apostolicas, nec alias ad possessionem dictarum Vicariarum perpetuarum & seruitium earundem parochialium admitti possint, nisi soluta Annata, & expeditis literis Apostolicis nouæ prouisionis, vt præfertur: alioquin integrum quindennium solui debere, nec Vicarii prædicti antea tuta conscientia fructus

Ordinarij excedebant mentem Concilij Triden. in assignatione portionum Vicarijs perpetuis facienda.

Declarat idem Pont. iste quantitatem ipsarum portionum.

Et ad quem spectat onus soluendi quindennia pro ipsis portionibus.

percipere

Eligendique vicariorum ordinem ponit.

percipere possint. Volumus insuper, & ita mandamus, quod dicti Vicarij perpetui non ad liberam ordinariorum electionem, sed ad nominationem illorum, in quorum Ecclesiis vnitis ponentur, cum ipsorum ordinariorum, seu eorum Vicariorum prævio examine approbatione deputentur. Et si dictæ parochiales vnitæ erunt monasteriis regularium mendicantium, possint a superioribus dictorum monasteriorum nominari ex ipsis mendicantibus, quos si ordinarii prævio examine per se, aut eorum Vicarios faciendo idoneos ad curam animarū exercendam inuenerint, & ita pro idoneis approbauerint, teneantur in Vicarios, ad nutum tamen Superiorum suorum amouibiles, deputare. Idemque etiam seruetur in regularibus monachis tantum, dummodo in ea parochiali, in qua vnus ex eis monachis fuerit, seruata forma prædicta, Vicarius deputatus, habitent cum eo saltem quatuor alij ex dictis monachis. Sicque per quoscunque iudices quauis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi potestate, iudicari, & interpretari debere: Necnon irritum, & inane decernimus quicquid secus à quoquam quauis auctoritate attentatum forsan est hactenus, vel in posterum contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod præsentes literæ in Cancellaria nostra apostolica, & ad valuas Principis Apostolorum de Vrbe de more publicentur, & inter constitutiones perpetuo valituras describantur. Et quia difficile foret eas ad singula quæque loca deferri, quod earum transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Prælati munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ ordinationis, declarationis, statuti, mandati, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Decretum irritans.

Clausula derogat.

Forma publicationis quæ mox sequitur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, Cal. Nouembris, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

Publicatio.

Anno a Natiuitate Domini nostri Iesu Christi millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, Indictione decima, die vero decimaquinta Mensis Nouembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ Quinti Anno eius secundo, Retroscriptæ literæ apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ibidem dimissis copijs affixis per nos Io. Andream Rogerium, & Antonium Clerici Cursores Apostolicos.

Ioannes Guerardi Magister Curs.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

XLVII.

Prohibitio agitationis Taurorum, & aliarum bestiarum, & annullatio votorum, & iuramentorum de huiusmodi agitatione factorum.

Consonat const. Greg. 13. quæ est infra nume. 103.
Inter Apostolicas.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

DE salute gregis Dominici nostræ curæ diuina dispensatione crediti, prout ex debito pastoralis officij astringimur, solicite cogitantes, fideles cunctos gregis eiusdem ab imminentibus corporum periculis etiam animarum pernicie perpetuo arcere studemus. Sane licet detestabilis Duellorum vsus a diabolo introductus, vt cruenta corporum morte animarum etiam perniciem lucretur, ex decreto Concilij Tridentini prohibitus fuerit, nihilominus adhuc in plerisque Ciuitatibus, & alijs locis, quamplurimi ad ostentationem virium suarum & audaciæ, in publicis priuatisque spectaculis, cum Tauris, & alijs feris bestijs congredi non cessant, vnde etiam hominum mortes, membrorum mutilationes, animarumque pericula frequenter oriuntur. Nos igitur considerantes hæc spectacula, vbi Tauri, & Feræ in circo vel foro agitantur, a pietate, & charitate Christiana aliena esse, ac volentes hæc cruenta turpiaque dæmonum, & non hominum spectacula aboleri, & animarum saluti quantum cum Deo possumus prouidere, Omnibus & singulis Principibus Christianis quacunque tam ecclesiastica, quàm mundana etiam Imperiali, Regia, vel quauis alia dignitate fulgentibus, quouis nomine nuncupentur, vel quibusuis Communitatibus & Rebuspublicis, hac perpetuo nostra Constitutione valitura sub excommunicationis, & anathematis pœnis ipso facto incurrendis, prohibemus & interdicimus, ne in suis Prouincijs, Ciuitatibus, Terris, Oppidis & locis, huiusmodi spectacula, vbi Taurorum aliarumque Ferarum bestiarum agitationes exercentur, fieri permittant. Militibus quoque cæterisque alijs personis, ne cum Tauris & alijs bestijs in præfatis spectaculis, ipsi tam pedestres, quàm equestres congredi audeant, interdicimus. Quod si quis eorum ibi mortuus fuerit, ecclesiastica careat sepultura. Clericis quoque tam regularibus, quam sæcularibus beneficia ecclesiastica obtinentibus, vel in sacris ordinibus constitutis sub excommunicationis pœna ne eisdem spectaculis intersint, similiter prohibemus. Omnesque obligationes, iuramenta & vota, à quibusuis personis, Vniuersitate vel Collegio de huiusmodi Taurorum agitatione, etiam vt ipsi falso arbitrantur, in honorem Sanctorum, seu quarumuis ecclesiasticarum solennitatum, & festiuitatum, quæ diuinis laudibus, spiritualibus gaudijs, pijsque operibus, non huiusmodi ludis celebrari, & honorari debent hactenus factas, & facta, seu in futurum fienda, quæ, & quas omnino prohibemus, cassamus & annullamus, ac pro cassis, nullis, & irritis haberi perpetuo decernimus atque declaramus. Mandamus autem omnibus Principibus, Comitibus, & Baronibus, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ feudatarijs, sub pœna priuationis feudorum, quæ ab ipsa ecclesia Romana obtinent, Reliquos vero Principes Christianos, & Terrarum dominos prædictos hortamur in Domino, & in uirtute sanctæ obedientiæ mandamus, vt pro diuini nominis reuerentia & honore,

Duellorum vsus a Conc. Triden. dānatus fuit, vt in sess. 25. c. 19.

Tauro:ū, & aliarum bestiarum agitatio hic prohibetur.

Contrauenientibusque pœnæ imponuntur.

Vota quæque, & obligationes desuper facta annullantur.

præmissa

præmissa omnia in suis dominijs, ac terris huiusmodi exactissime seruari faciant, vberrimam ab ipso Deo mercedem tam boni operis recepturi; Ac vniuersis venerabilibus fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, alijsque locorum ordinarijs in virtute sanctæ obedientiæ, sub obtestatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ, quatenus in Ciuitatibus, & diœc. proprijs præsentes nostras literas sufficienter publicari faciant, & præmissa etiam sub pœnis, & censuris ecclesiasticis obseruari procurent. Non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac exemptionibus, priuilegijs, indultis, facultatibus, & literis Apostolicis, quibusuis personis cuiuscunque qualitatis, & conditionis existentibus, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam Motu proprio, ac alias quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, quibus illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod præsentes literæ in Cancellaria nostra apostolica, & acie Campi Floræ de more publicentur, & inter constitutiones perpetuo valituras describantur, & earum transumptis etiã impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Prælati munitis eadem prorsus fides vbiq; adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ prohibitionis, interdicti, cassationis annullationis, decreti, declarationis, mandati, hortationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Barones omnes seruent constit. istam.

Ordinarij faciãt publ. hanc cõsti.

Clausulæ derogatoræ.

Forma publicat. Quæ mox sequitur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, Cal. Nouembris, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, Indictione decima, die vero decimaquinta Mensis Nouembris, Pontificatus Sanctissimi D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ Quinti, Anno eius secundo, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt ad valuas Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ ibidem dimissis copijs affixis per nos Antonium Clerici, & Ioannem Andream Rogerium præfati S. D. N. Papæ Cursores.

Publicatio.

Ioannes Guerardus Magister Curs.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

XLVIII.

Declaratio, quod ordo Minorum S. Francisci de Paula, inter ordines Mendicantium comprehenditur, & eorum gaudet priuilegijs.

Priuilegia ista habes supra in constitu. 14. Dum ad vberes, fol. 994. Et const. 38. Et si Mendicantium, fol. 982.

PIUS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

APOSTOLICAE Sedis benignitas sicut ex debito pastoralis officij erga omnes fideles generaliter affectum charitatis extendit, sic eos quus sub regularis obseruantiæ iugo diuino cultui emancipatos esse cognoscit speciali tenetur patrocinio confouere. Exponi sane nobis nuper fecerunt dilecti filij fratres Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula iamdudũ apost. auctoritate approbati, quòd licet inter alia eis concessa priuilegia & indulta omnia & singula quatuor Mẽdicantiũ ordinũ priuilegia ad Ordinem Minimorũ hmõi, ac illius professores, & domos, eorumqus Ecclesias per Sedem Apostolicã extensa, & ampliata fuerint, & propterea fratres Ordinum huiusmodi etiam sub Mendicantium nomine cõprehendi debeant, nec super præmissis a quoquam molestari possint, Cum tamen (sicut eadem expositio subiungebat) ex eo quod nos nuper in quadam declaratione per nos sub Mẽdicantiũ fratrum ordinib. certis tunc expressis de causis facta præter S. Dominici, & S. Francisci, ac Eremitarũ S. August. necnon Carmelitarũ Mẽdicantiũ Ordines etiã in illis B. Mariæ Seruorũ inseri voluerimus, ac propterea facile a quibusdã dubitari merito posset, quòd si Ordinis Minimorum frẽs hmõi sub illis cõprehẽdi voluissemus, Nos spãlẽ etiã de illis mẽtionẽ oĩno fecissemus, Quare ne super præmissis vnquã dubitari cõtingat, ijdẽ frẽs nobis humiliter supplicari fecerunt, vt sibi in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos attendentes, eos (cum actu mendicent) non nisi honesta de causa in Mendicantium Ordinem esse adscriptos, ac propterea sua priuilegia illæsa conseruare volentes, eosque & eorũ quemlibet a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis a iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, necnon quarumcunque litium, & causarum status, ac merita, nomina, & cognomina iudicum coram quibus illæ pendent, ac collitigantium, aliorumque, necnon quorumcunque priuilegiorum, indultorum, exemptionum, & immunitatum eis concessorum præsentibus pro expressis habentes, causasque huiusmodi ad nos harum serie auocantes, illasque penitus, & omnino extinguentes, ac litigantibus hmõi perpetuum super præmissis silentiũ imponentes, hmõi supplicationibus inclinati, omnia & singula priuilegia, immunitates, exemptiones, facultates, gratias, libertates, indulta, & alias gratias, tam per nos nuper, quam quoscunque Romanos Põtifices prædecessores nostros, & Sedem eandem quomodolibet Mendicantibus Ordinibus concessa, ad præfatum Minimorum Ordinem de nouo extendimus, & ampliamus, ipsosq; vere Mendicantes esse, & sub Mendicantium Ordinibus esse, & comprehendi debere, Necnon omnia, & singula Concilij Tridentini decreta pro Mendicantibus Ordinibus declarata, & modificata, etiam pro ordine Minimorum huiusmodi declaramus, & modificamus. Districtius in virtute S. obedientiæ, ac alijs arbitrio nostro infligen. pœnis inhibentes quibusuis locorum ordinarijs, ac alijs quibus-

Hæc declaratio huius Pont. habetur sup. in const. 45. Romanus fol. 997.

Causa huius sequentis declarationis.

Declaratio quod ordo Minorum S. Francisci inter Mendicantes vere comprehenditur, & eorũ priuilegijs gaudere debet.

cunque ne eosdem fratres ordinis Minimorum contra eos sic concessa priuilegia molestare, inquietare, vel perturbare audeant, vel præsumant. Decernentes quoque præsentes literas vllo vnquam tempore de subreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari nullatenus posse, minusue sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, modificationibus, limitationibus, restitutionibus, & alijs contrarijs dispositionibus tàm per nos, quàm etiam successores nostros quomodolibet, ac cum quibusuis etiã derogatoriorũ derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusq; decretis pro tempore factis, & faciẽdis quorũcunque tenorũ existant, includi, sed illis non obstantibus in suis robore & efficacia persistere, & quoties illæ emanabũt toties in pristinũ statũ, restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, etiã subdata per ipsos frẽs ordinis Minimorũ eligẽda de nouo cõcessas esse, & ita incõmutabilis volũtatis & intẽtionis nostræ esse, et ad hoc vt perpetua firmitate subsistãt, vim validi & efficacis cõtractus inter dictam sedem, & præfatorum ordinum Mendicantium fratres huiusmodi habere. Sicq; per quoscunq; Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam causarum palatij apostolici Auditores, ac S. R. E. Card. sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicãdi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, irritũ quoq; & inane si secus super his a quoquã quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attẽtari. Quocirca venerabilibus fratribus Archiepiscopo Theatino, & Episcopo Amerino, ac dilecto filio Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori per præsentes committimus, & mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se vel aliũ, seu alios præsentes literas & in eis cõtẽta quæcũq; vbi, & quãdo opus fuerit, ac quoties pro parte eorundem fratrum ordinis Minimorum fuerint requisiti, solemniter publicãtes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra ipsos fratres ordinis Minimorum huiusmodi voluntate statuto, declaratione, & alijs præmissis omnibus, & singulis pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eos per quoscunque quomodolibet indebite molestari. Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas aliaque opportuna iuris & facti remedia appellatione postposita compescendo. Et nihilominus legitimis super his habendis seruatis processibus, censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus præmissis, ac fe. re. Bonifacij PP. viii. prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas, quis vigore præsentium ad iudicium nõ extrahatur, & alijs necnon in prouincialibus, & synodalibus Concilijs editis specialibus, vel generalibus, Constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusuis etiam iuramento, confirmatione apostol. vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus priuilegijs quoque indultis, & literis apostolicis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibus quoque & alijs decretis in genere, vel in specie, & quomodolibet per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros præfatos, ac nos, & Sedem præfatam, etiam motu proprio, & ex certa scientia, etiam consistorialiter, & de fratrum nostrorum consilio, necnon Apostolicæ potestatis plenitudine concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio, seu aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus pro expressis habẽtes, illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Datum Romæ, apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, Die nona Nouembris M. D. LXVII. Pont. nostri anno secundo.

B. Cyrillus
Da Hanieri.

Clausulæ præseruatiuæ.

Decretum irritans.

Executorum deputatio, & facultates.

Clausula derogatoria.

XLIX.

Declaratio quod Congregatio Fratrum Sancti Hieronymi Iesuatorum inter Ordines Mendicantium comprehendatur, & illorum gaudet priuilegijs.

Priuilegia ista Mendic. habes supra in constitu. 14. Dum ad vberes fol. 944. Et const 38. Et si Mendicantium, fol. 982.

Confirmationem Priuilegiorum Iesuatorum habes infra in Greg. 13. const. 54. Spectatus.

PIUS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANVS Pontifex priuilegia Religiosis Altissimo famulantibus a Sede Apostolica concessa, illis nedum conseruare, sed alijs etiam Religiosis concessa ad eos quandoque extendere, & ampliare consueuit, prout in Domino conspicit salubriter expedire. Sane sicut accepimus, licet inter alia priuilegia dilectis filijs Congregationi Fratrum Sancti Hieronymi Iesuatorum nuncupatorum, cuius fratres illam pro tempore ingredientes professionem per Religiosos Ordinis Sancti Augustini emitti solitam, expresse emittere, & in communi viuere soliti sunt, concessa priuilegia, etiam omnia, & singula priuilegia, exemptiones, immunitates, gratiæ, & indulta ordini Eremitarum eiusdem Sancti Augustini, & illius professoribus, ac forsan alijs ordinibus Mendicantium concessa, ad ipsam Congregationem, & illius fratres, eorumque domos, & Ecclesias per Sedem Apostolicam extensa, & ampliata fuissent. Et propterea Congregatio huiusmodi, & illius fratres dictis priuilegijs gaudere, & sub Mendicantium numero comprehendi debeant, nec super præmissis a quoquam molestari possint. Cumque nos nuper in quadam declaratione per nos super Mendicãtium fratrum

ordinibus certis tunc expresſis de cauſis facta vltra S. Dominici, & S. Franciſci, ac Eremitarum Sancti Auguſtini necnō Carmelitarum mendicantium ordines, ſolum in illis Ordinem beatæ Mariæ Seruorum inſeri voluerimus. Et propterea facile a quibuſdam dubitari merito poſſet, quod ſi dictam Congregationem, & illius fratres ſub illis comprehendi voluiſſemus. Nos ſpecialem etiam de illis omnino feciſſemus mentionem. Nos itaque; attendentes, eos cum actu mendicent, non niſi honeſta de cauſa in Mendicantium ordinibus huiuſmodi eſſe adſcriptos, ac propterea ſua priuilegia huiuſmodi illæſa conſeruare volentes, ac quarumcunque litium, & cauſarum ſtatus & merita, ac nomina, & cognomina iudicum coram quibus illæ pendent, & collitigantium, aliorumque, necnon quorumcunque priuilegiorum, indultorum, exemptionum, & immunitatum ipſi Congregationi conceſſorum, tenores præſentibus pro expreſsis habentes, Motu proprio non ad ipſius Congregationis, vel illius fratrum aut alicuius ex eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiā, ſed de noſtra mera liberalitate, ac ex certa ſcientia, & de eiuſdem ſedis poteſtatis plenitudine, omnia, & ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones, facultates, gratias, libertates, indulta, & alias gratias tam per nos nuper, quàm quoſcunque Rom. Pont. prædeceſſores noſtros, & Sedem eandem quomodolibet Mendicantibus ordinibus conceſſa, eorum omniū ac deſuper, & tam ſub plumbo, quàm in forma Breuis confectarum literarum tenore, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro expreſsis, & inſertis habentes, ad ipſam Congregationem Ieſuatorum, illiuſque fratres, domos, eccleſias, & loca quæcunq; de nouo quoad ea quæ eorum regulæ, & modo viuendi non repugnant tantum, auctoritate apoſtolica tenore præſentiū extendimus, & ampliamus ipſoſq; vere Mēdicantes, & ſub Mendicantium ordinibus eſſe, & cōprehendi debere. Necnon omnia, & ſingula Concilij Tridentini decreta pro Mendicantibus huiuſmodi declarata, & modificata, etiam pro Congregatione huiuſmodi, eiuſq; fratribus declaramus, & modificamus. Diſtrictius inhibentes quibuſuis locorum ordinarijs, ne dictam Congregationem, illiuſq; fratres contra eis ſic conceſſa priuilegia moleſtare, inquietare, vel perturbare audeant, vel præſumant. Decernentes quoque præſentes literas vllo vnquam tempore de ſubreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiā alio defectu notari, vel impugnari nullatenus poſſe, minuſue ſub quibuſuis ſimilium, vel diſsimilium gratiarum reuocationibus, modificationibus, limitationibus, reſtitutionibus, & alijs cōtrarijs diſpoſitionibus tam per Nos, quàm etiā ſucceſſores noſtros, quomodolibet, ac etiā cū quibuſuis etiam derogatoriarū derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritantibus decretis pro tempore factis, & faciendis, quorumcunque tenorum exiſtant, includi, ſed illis non obſtantibus in ſuis robore, & efficacia perſiſtere: & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinū ſtatū reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas, & ſub data etiā per ipſos eligenda de nouo conceſſas eſſe, & ita incommutabilis voluntatis, & intentionis noſtræ eſſe. Et ad hoc, vt perpetua roboris firmitate ſubſiſtant, vim validi & efficacis contractus inter ſedem apoſtolicam, & præfatos ordines Mendicantiū, & Congregationē huiuſmodi illiuſque fatres habere debere. Sicque per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios, etiam cauſarū palatij apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Card. ſublata eis & eorū cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari debere: irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquā quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca venerabilibus fratribus Amerin. & Maceraten. Epiſcopis, ac dilecto filio Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, per præſentes Motu ſimili committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcunque dum, & quando ac quoties opus fuerit, & pro parte Congregationis vel illius fratrū huiuſmodi, aut alicuius eorū fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſsis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eos & eorum quemlibet dictis priuilegijs, exemptionibus, facultatibus, gratijs, & indultis, dictis ordinibus mendicantibus conceſsis, pacifice frui & gaudere, ac præſentes literas obſeruari: non permittentes eos deſuper per quoſcunque quomodolibet moleſtari, perturbari, aut inquietari: Contradictores quoslibet et rebelles per cēſuras eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita cōpeſcendo: ipſaſq; cenſuras etiā iteratis vicib. aggrauādo, inuocato ēt ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſæcularis. Nō obſtātib. præmiſsis, & fe. re. Bonifacij PP. viii. prædeceſſoris noſtri de vna, & Cōcilij generalis de duabus dietis, dūmodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præſentiū ad iudiciū nō trahatur, ac quibuſuis litis pēdentijs, quas nos harū ſerie ad nos auocamus, illaſq; extinguimus, & litigātibus hmōi perpetuum ſilentiū imponimus, ac apoſtolicis, necnon in Prouincialibus, & ſynodalibus Concilijs editis ſpecialibus vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac quibuſuis etiā iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis apoſtolicis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarū derogatorijs, irritantibuſque & alijs decretis ac clauſulis, etiam motu proprio, etiam conſiſtorialiter, & de fratrū noſtrorum conſilio conceſsis, confirmatis, & pluries innouatis. Quibus omnibus, etiā ſi de illis, eorumque, totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autē per clauſulas generales idē importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſsio habenda foret, tenores hmōi ac ſi de verbo ad verbum infererentur: præſentibus pro plene & ſufficienter expreſsis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus. Cæteriſque contrarijs quibuſcunque: Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſedem indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſsint per literas apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

Hæc declaratio huius Pont. hī ſup. prox. in conſti. 45. Romanus fol 997.

Cauſa huius declarationis ſeq.

Declaratio quod Congregatio Ieſuatorum inter ordines Mendicātium comprehenditur, & illorum gaudeat priuilegijs.

Inhibitio cōtra ordinarios, & alios, ne eos deſuper moleſtent.

Clauſula præſeruatiua.

Decretum irritans.

Executorum deputatio, & facultates.

Clauſulæ derogatoriæ.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, Die decimanona Nouembris, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Cæ. Glorierius.
A. Calorius.

L.

Facultas concessa duodecim Congregationibus Regularibus imponendi cen super eorum bonis,& ea respectiue alienandi, ob solutionem subsidij, & largitionis triginta millium scutorum Pontifici præstan.pro subuentione Regis Francorum,& præsidio contra classem Turcarum.

Aliam impositionem fecit,idem Pont.infra in const. 104. Christiana.

PIVS Papa V. Ad futuram rei memoriam.

Causa impositionis subsidij.

CVM nuper,postquam nos tumultibus in Regno Franciæ per nonnullos iniquitatis pariter, & impietatis filios,dicti Regni Proceres,& alios hæreticos excitatis,& potissimum conspiratione etiã in charissimi in Christo filij nostri Caroli Francorum Regis Christianissimi eiusque familiæ eaitium facta, simul & numerosa classe,quam immanissimus Turcarum Tyrannus contra Christiani nominis Principes,eorũque regna , & dominia in ver proximum moliri dicitur , vt eidem Regi in tanto discrimine , quod illi imminere liquido constat,subsidium aliquod mittere , & aduersus dictam classem loca maritima status nostri ecclesiastici opportunis præsidijs firmare possemus, pecunias in eos sumptus necessarias diligenter conquiri mandauerimus, dilecti filij Præsidentes,visitatores,Abbates,& Prælati Congregationum Casinensis,Carthusiensis,Lateranẽsis, Montis Oliueti,Camaldulensis,Sancti Saluatoris,Vallis Vmbrosæ,Sancti Georgij in Alga,Cœlestinorum,Cistersiensis, in Longobardia Sancti Hieronymi,Cruciferorum,& Siluestrinorum intra Italiam consistentium,vt vbere suæ dictarumque Congregationum erga Romanam Ecclesiam,& apostolicam sedem, ac nos deuotionis affectum vsque magis nobis clarum facerent,in partem sumptuum huiusmodi nobis seu Cameræ nostræ apostolicæ

Oblatio Congregationum soluẽdi scuta 30. millia Pontifici.

aut cui vel quibus nos seu ipsa Camera mandauerimus summam triginta millium scutorum auri in auro donationis,& largitionis nomine se soluturos vltro obtulerint ; Nos eam animorum præfatarum Congregationum in nos promptitudinem grata accipientes mente, volentesque eis,qui,sicut accepimus , sic nobis oblatam pecuniã nunc in promptu,aut modum illam cogendi infrascripto minus damnosum, aut minus difficilẽ non habent quo illã citius iuxta rei exigẽtiam cogere possint,opportune prouidere,Motu proprio,& ex certa nostra scientia,ac de apostolicæ potestatis plenitudine eisdem Præsidentibus,visitatoribus,Abbatibus,& Prælatis Congregationũ præfatarũ,& cuiuslibet earũ tenore præsentiũ,vt in & super quibusuis bonis immobilibus monasteriorũ , Prioratuũ, & locorũ Cõgregationũ eorundẽ pro solutione dictorum triginta milliũ scutorũ quosuis annuos cẽsus, quorũ tamẽ pretia dictã triginta millium scutorum summã insimul non excedãt,prout melius inuenire poterunt in perpetuum imponere,& sic impositos quibusuis personis etiam sæcularibus communitatibusque,& collegijs vel alijs communibus locis vendere , & venditionis titulo constituere , & assignare , ipsisque personis dictos census ementibus , vt census ipsos in sortem minime computandos ab eisdem Congregationibus in singulos annos percipere,& exigere, in suosque, vel alios sibi beneuisos vsus, & vtilitatem conuertere. Ac ex omnibus

Facultas datur Congregationibus imponendi cẽsus pro ea summa, super bonis earum eaque respectiue alienandi.

Congregationibus præfatis Casinensis,Carthusiensis, Lateranensis & montis Oliueti , earumque & cuiuslibet earum Præsidentibus,Visitatoribus , Abbatibus , & Prælatis , quippe quibus ex præfatis triginta millibus scutis summas cæteris maiores soluendi onus incumbit , vt pro portionum ipsas quatuor Congregationes , & vnam quanquam ex eis de dicta triginta millium scutorum summa tangentium solutione,seu pro censuum,vt præfertur , venditorum redemptione quæuis stabilia monasteriorum , Prioratuum , & aliorum earundem Congregationum locorum bona (quorum tamen singula pretia singulas portiones vnamquamque ex eisdem Congregationibus ,vt præfertur, tangentes non excedant) similiter quibusuis etiam sæcularibus personis, & locis pariter in perpetuum vendere, & alienare, indeque respectiue prouenientia pretia, & pecuniarum summas exigere , & recipere, ac de exactis. & receptis in forma de iure valida quietare, emptoribus autem ipsis, vt dicta stabilia bona emere , & acquirere libere , licite , & impune , & absque aliquo conscientiæ onere , seu scrupulo respectiue possint , & valeant gratiose concedimus , & indulgemus . Præterea iniquum rati easdem Congregationes pro vna eademque re dupliciter grauari , & propterea volentes earum indemnitati opportune prouidere,Motu , scientia , & potestatis plenitudine similibus Congregationes ipsas , & quamlibet earum , singulaque ipsarum monasteria , & loca ab alterius tanti quantum subsidij nomine quotannis eidem Cameræ soluere consueuerunt,per nos nuper eis per nostras in forma breuis literas die tertia mensis Nouembris proxime elapsi expeditas impositi;& quorumuis aliorum subditorum , seu onerum ex hac præfatorum sumptuum causa per nos fo san impositorum , seu imponendorum præstatione, seu solutione , ita quod de illa , aut ex eis aliqua soluendum,seu in illa cum laicis etiam communitatibus,seu vniuersitatibus , aut clericis regularibus , seu sæcularibus concurrendum , seu contribuendum inuiti,cogi , aut eo prætextu molestari nullatenus possint , prorsus eximimus , & liberamus , ac liberos , & exemptos facimus , esse volumus , & declaramus , Præsentesque nostras de

Clausula præseruatiua.

obreptionis , vel subreptionis vitio,seu intentionis nostræ,vel alio quouis defectu notari. argui , vel impugnari,aut reuocari,restringi,reduci , vel limitari nullatenus posse , & si secus fiat, quoties id fiet , toties illas in pristinum statum restituas,& plenarie reintegratas; validasque & efficaces etiam perinde ac si consistorialiter , & de venerabilium fratrum nostrorum dictæ Romanæ Ecclesiæ Card.consilio , & assensu emanassent,fore , & esse ac censeri , vimque validi contractus inter nos , & Congregationes præfatas , & quamlibet ex eis initi habere debere , ac de præmissa omnia , & singula plene proban . easdemque præsentes omnino sufficere , nec ad id alterius probationis adminiculum requiri , sicque in præmissis omnibus , & singulis per quoscunque Iudices , &

Decretum irritant.

Commissarios , etiam eiusdem Romanæ Ecclesiæ Card. & Palatij nostri causarum Auditores , necnon Clericos præfatæ Cameræ præsidentes in quauis causa,& instantia,sublata eis , & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate , & auctoritate iudicari , & diffiniri debere , ac irritum , & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter , vel ignoranter contigerit attentari decernimus . Mandantes propterea dilectis filijs Ca-

merario,

merario, ac Thesaurario generali nostris, necnon dictis Clericis, Præsidentibus, præsentibus & futuris, cæterisque ad quos spectat, & in futurum spectabit, ut easdem præsentes in præfata Camera admittant, & in illius libris describi, & registrari faciant, ac inuiolabiliter obseruent, & obseruari mandent, desuperque patentes literas, mandata, & alias scripturas opportunas expediant, & expediri curent. Non obstantibus fe. re. Symachi, & Pauli II. ac Pauli IIII. & aliorum prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienandis, & quibusuis alijs Apostolicis, ac in generalibus, necnon prouincialibus, & synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon Congregationum prædictarum, & illarum ordinum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, & indultis, ac literis Apostolicis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis eisdem Congregationibus, vel alicui ex eis, earumque Monasterijs, prioratibus, membris, locis, & personis quomodolibet concessis, quodque clausulis, cautelis, & decretis huiusmodi nullatenus, aut non nisi sub certis inibi expressis modo, & forma derogari posset, necnon prædesignatis in forma Breuis literis à nobis super præfata eisdem Congregationibus facta impositione emanatis: Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio habenda foret, eorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expresse derogamus. Dictas vero prædesignatas in forma Breuis literas quo ad prædictas Congregationes expresse reuocamus, cassamus, & annullamus, ac pro infectis, cassis, & nullis haberi volumus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod præsentium transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ eisdem originalibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die prima Decembris millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus nostri anno secundo.

Executorũ deputatio & facultates.

Clausula derogatoriæ.

Cæ. Glorierius.

L I.

Milites, & alij Beneficia Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani obtinentes, infra sex menses personaliter se conferre ad defensionem Insulæ Meliten. & pensionarij huic præsidio pro rata contribuere, & debitores communis ærarij debita iura soluere teneantur.

De materia vide sup. in Pij 4. const. 14. Circumspecta, fol. 663.

PIVS Papa V. Dilecti filij salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cum, & multis multorum hominum fide dignorum literis, & crebris nuntijs ad nos quotidie afferatur, immanissimum Turcarum Tyrannum, validiorem, quam vnquam antea ab vllo Christiani nominis hoste factum classem comparare, qua ille statuto tempore genuinam feritatem suam in perniciẽ Reipublicæ Christianæ exerceat, vestræque potissimum Insulæ, vnde abhinc fere triennio classis alia Turcica maxima cum ignominia, grauissimaque iactura Dei Omnipotentis in primis auxilio, vestraque virtute, repulsa fuit, ferocissime minitari, nonnulli afferant: Idcirco cupientes securitati vestræ, Insulæque vestræ, quæ omnium prima tanquam Christianorum propugnaculum illius conatibus, obijcitur, omnibus, quibus possumus, rationibus consulere. Cum audiamus complures ex fratribus Hospitalis vestri, qui illius præsidio adesse tenentur, non solum prætextu impedimentorum per eos confictorum, aut indultorum Apostolicorum eis desuper concessorum per Curias Principum vagari, seu in Prioratibus, Baiulatibus, Castellania Empostæ, Præceptorijs, & alijs dicti Hospitalis beneficijs, seu proprijs domibus torpentes, & defensionem Insulæ non curantes residere, verum etiam solutionem iurium per eos communi eiusdem Hospitalis ærario debitorum in infinitum protrahere, Motuproprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine omnes, & singulos Priores, Baiuliuos, Castellanum Empostæ, Præceptores, & Fratres dicti Hospitalis, & quoscunque alios beneficia per Fratres ipsius Hospitalis teneri solita in titulum, vel temporalem, aut perpetuam commendam obtinentes, ac fructus, redditus, & prouentus Prioratuum, Baiuliuatuum, Castellaniæ, Præceptoriarum, & aliorum beneficiorum huiusmodi loco pensionis annuæ, aut pensiones annuas super illis sibi reseruatas, & assignatas percipientes cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ existant, qui à dicta Insula de præsenti absunt, etiam si in Romana, vel quibusuis Curijs alijs degant, & nostris, seu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, aut Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, seu aliorum Principum, vel Prælatorum obsequijs insistant, Apostolica auctoritate tenore præsentium monemus, & in Domino requirimus, quatenus infra tres menses à die publicationis præsentium modo, & forma infrascriptis faciendæ computandos, quorum trium mensium vnum pro primo, alium pro secundo, & reliquum pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica eis, & eorum cuilibet harum serie assignamus, sub excommunicationis latæ sententiæ, & priuationis omnium & singulorum Prioratuum, Baiuliuatuum, Castellaniæ, Præceptoriarum, & aliorum beneficiorum dicti Hospitalis per eos (vt præfertur) obtentorum, necnon amissionis, habitus per Fratres prædicti Hospitalis gestari soliti, & extinctionis reseruationis fructuum, reddituum, prouentuum, ac pensionum huiusmodi, necnon inhabilitatis ad quæuis beneficia Ecclesiastica obtinenda pœnis, quas præsentibus literis non parentes incurrere volumus eo ipso, debeant Priores videlicet Baiuliui, Castellanus, Præceptores, & Fratres, ac beneficia ipsius Hospitalis (vt præfertur) obtinentes personæ se (nisi in seruitijs vestris de mandato vestro occupentur) ad dictam Insulam cum armis offensiuis, & defensiuis, ac continua iuxta eorum facultates decenti personaliter contulisse, & inibi, aut alibi, prout per vos ordinatum fuerit, defensioni, & præsidio ipsius Insulæ astitisse. Alij vero fructus, redditus, & prouentus Prioratuum, Baiuliuatuum, Castellaniæ, Præceptoriarum, & aliorum beneficiorum huiusmodi, aut super illis pensiones annuas (vt præfertur) percipientes ad huiusmodi defensionem pro rata fructuum, reddituum, & prouentuum, aut pensionum annuarum

Turcarum Tyrãnus præparabat, maximam classẽ vt insulam Melitensem Militum S. Ioannis Hierosolymitani expugnaret.

Ideo hic Pont. pro defensione Insulæ monet Fratres & alios beneficia Hospitalis, possidentes vbicunque commorantes, vt infra sex menses personaliter se conferant ad defensionem Insulæ.

Pensionariosque & alios fructus beneficiorũ huius percipientes similiter monet vt pro rata fructuum, & pensionum contribuere debeant præsidio eiusdem Insulæ, & debitores soluant iura debita communi ærario.

eis, vt præmittitur, reseruatorum, & assignatorum contribuisse; Et tam ipsi, qui dicti communis ærarij debitores existunt, quam omnes alij etiam seculares clerici fructus, redditus, & prouentus Prioratuum, Baiulatuum, Castellaniæ, Præceptoriarum, & aliorum beneficiorum huiusmodi, seu super eis pensiones annuas (vt præfertur) percipientes pro rata fructuum, & pensionum huiusmodi de omnibus, & singulis arreragijs, passagijs, spolijs, responsionibus, vacantibus, mortuarijs, & alijs quibuscunque iuribus per eos dicto ærario quomodolibet debitis receptoribus per vos in partibus, io quibus beneficia debitorum huiusmodi consistunt deputatis, seu eorum vices gerentibus plenè, & integrè satisfecisse. Et nihilominus vobis, & moderno, ac pro tempore existenti vestro in dicta Curia Romana Procuratori generali, omnibusque alijs, quibus vos vices vestras super hoc specialiter commiteretis, & illorum cuilibet contra quoscunque ex Prioribus, Baiuliuis, Castellano, Præceptoribus, & fratribus alijsque personis, & clericis secularibus, sub præsentibus comprehensis, qui monitioni, & requisitioni nostris prædictis parere contempserint, seruatis quatuor terminis ad docendum eisdem monitioni, & requisitiooi paruisse, per affixionem citationum in loco vestro Capitulari, aut in albergijs, seu alijs locis consuetis, vel in eadem Romana Curia, in valuis Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ ad declarationem incursus pœnarum huiusmodi quoad omnia, & singula supradicta omissis reliquis omnibus solẽnitatibus, & sola facti veritate inspecta procedendi, & de Prioratibus, Baiulatibus, Castellania, præceptorijs, & alijs beneficijs prædictis per priuationem huiusmodi tunc vacantibus quibusuis personis idoneis, prout vobis videbitur liberè prouidendi, ac ipsas personas io eoruodem Prioratuum, Baiuliuatuum, Castellaniæ, Præceptoriarum, & aliorum beneficiorum corporalem, realem, & actualem possessionem inducendi, & priuatos ab illis realiter, & cum effectu amouendi, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, Et dictis receptoribus, seu eorum vices gerentibus, interim vice, & nomine dicti communis ærarij, eorundem Prioratuum, Baiuliuatuum, Castellaniæ, Præceptoriarum, & aliorum beneficiorum per priuationem huiusmodi vacantium, possessionem propria auctoritate absque aliquo spolij vitio apprehendendi, & penes se retinendi, atque ex fructibus exiode prouenientibus dicto communi ærario pleoè, & integrè satisfaciendi, & de illis, ac dicta possessioue, pro vestro arbitrio disponendi, & alia quæcunque in præmissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna faciendi, & exequendi plenam, & liberam auctoritate, & tenore prædictis concedimus facultatem, & potestatem. Decernentes ex nune de Apostolicæ potestatis plenitudine omnes, & singulos processus per vos, vel Procuratorem vestrum præfatum, aut alios à vobis, vt præmittitur, pro tempore deputatos, in eadem Romana Curia, vel extra eam pro tempore factos validos, firmos, & efficaces fore, nec vllo vnquam tempore de nullitatis, aut inualiditatis vitio, seu defectu ex quauis causa quantumcunque necessaria, etiam si ad eius suppletionem, aut satisfactionem plenitudo Apostolicæ potestatis huiusmodi requireretur, & necessaria foret, io iudicio, vel extra impugnari posse, Et sic per quoscunque iudices, & Commissarios quauis etiam dicta auctoritate fuogentes, etiam præfatos Cardinales, & Causarum Palatij Apostolici Auditores in quauis causa, & instanria, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque & inane si secus super his à quoquoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et insuper vniuersis & singulis modernis, & pro tempore existentibus Vassallis, Colonis, partiarijs, agricolis, & censuarijs singulorum Prioratuum, Baiuliuatuum, Castellaniæ, Præceptoriarum, & beneficiorum in quibus pœnam priuationis huiusmodi locum sibi quomodolibet vendicare contigerit, sub pœna excommunicationis latæ senteotiæ (vt præfertur) à qua nisi satisfactione præuia absolutionem nequeant obtinere, mandamus, vt de fructibus, redditibus, prouentibus, censibus, & alijs iuribus Prioribus, Baiuliuis, Castellano, Præceptoribus, fratribus, personis, & clericis præfatis tuoc debitis, & ex tune in posterum debendis, non nisi dictis receptoribus, vel pro eis agentibus vsque ad integram creditorum communis ærarij huiusmodi solutionem, & dictæ possessionis per eos ad mandatum vestrum faciendam dimissionem respondeant, scituri quicquid secus egerint fore nullum, eosque, quod aliter soluerint, amissuros esse. Postremo quibusuis iudicibus secularibus, contra eos, qui pœnam amissionis habitus huiusmodi, vigore præsentium, pro tempore incurrerint, si clericali charactere insigniti non fuerint, tanquam omni exemptionis priuilegio quod ipsis ratione dicti Hospitalis competebat prorsus exutos, & membra ab eodem Hospitali perpetuo abscissa, in quibuscunque causis, & super quibusuis crimininibus, excessibus, & delictis per eos tam eatenus commissis, quàm ex tuoc in posterum committendis realiter, & personaliter, ac criminaliter, perinde ac si ipsius Hospitalis Fratres nunquam fuissent, procedendi plenam, & liberam auctoritate, & tenore præmissis concedimus facultatem, & potestatem. Non obstantibus constitutionibus Apostolicis, ac ipsorum Prioratuum, Baiuliuatuum, & Castellaniæ etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, stabilimentis, vsibus, & naturis; priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis eisdem Prioribus, Baiuliuis, Castellano, præcpetoribus, & Fratribus alijsque prædictis etiam nostris, & dictorum Cardinalium, atque aliorum familiaribus continuis commensalibus sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogarorijs, alijsque efficacissimis; & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedem prædictam etiam ad Imperatoris, seu Regum, vel aliorum Principum instantiam, seu eorum intuitu, aut motu simili, seu alias quomodolibet concessis, & etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiam si in eis caueatur expresse, quod ipsi ad tempus, vel forsan etiam perpetuo vigore quarumuis literarum etiam Apostolicarum, aut vestra ordinaria auctoritate ex quacũque quantumuis maxima, & vrgentissima causa ad eandem Insulam accedere non teneantur, nec ad id à quoquam quauis auctoritate cogi possint, nullusque propterea aliquas sententias, censuras, aut pœnas incurrat. Quibus omnibus, etiam si pro eorum sufficienti derogatione de eis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, oon autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent præsentibus, pro sufficienter expressis, habentes, illis alias in suo robore permaosuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscuoque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de

verbo

Marginal notes:

Et Magno Magistro iurisdictionem concedit, procedendi contra inobedientes eius ad priuationem Beneficiorum &c.

Receptoribusq; communis ærarij dat facultatẽ apprehẽdendi possessiones Beneficiorũ huiusmodi per priuationẽ uacantium.

Cõfirmatio processuum fien. cõtra eosdẽ inobedientes, per magnum Mag. & eius deputatos.

Decretũ irritãs.

Coloni Beneficiorum sic vacatiũ Receptorib. Communis ærarij respondeant de illorum fructibus, vsque ad integram ærarij satisfactionem.

Iudicesque seculares, contra tales inobedientes nõ insignitos charactere clericali, tanquam priuatos omni priuilegio huius ordinis procedere possint.

Clausula derog.

verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Cæterum quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca, in quibus de eis fides facienda erit, deferri, volumus quod earum transumptis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis ea prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si realiter exhiberentur, & ostenderentur. Et vt præmissa omnia ad notitiam eorum, quorum interest, deducantur, nec aliqui eorum ignorantiam, aut excusationem aliquam prætendere valeant, etiam volumus, & dicta auctoritate Apostolica statuimus, & decernimus, quod literæ huiusmodi, seu earum transumptum in acie Campi Floræ, & Cancellariæ huiusmodi, ac Basilicæ Principis Apostolorum valuas, necnon in loco Capitulari vestri Prioratus Vrbis, & singulis Prioratibus, Baiulatibus, Castellania, & Præceptorijs prædictis more solito publicentur, earumque exemplum cum præsentibus auscultatum inibi affixum dimittatur. Quodque publicatio, & dimissio exempli huiusmodi omnes, & singulos, sub eisdem præsentibus comprehensos arctent, & afficiant in omnibus, & per omnia perinde, ac si eis personaliter intimatæ, & notificatæ, seu intimatum & notificatum fuisset, cum non sit verisimile eis remanere incognitum, quod tam patenter omnibus erit publicatum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die duodecima Decembris, millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, Pontificatus nostri Anno secundo.

Forma & effectus publicat.

Cæ. Glorierius.

L I I.

Causas confidentiarum beneficialium ad se auocat, & eandem cognitionem sibi ac successoribus suis reseruat.

Imo postea alteri cognoscen. commisit, vt infra in const. 158. Cum sicut, & const. seq.

De materia autem confidentiarum, vide infra in const. 87. Intolerabilis, vbi notabo.

PIVS Papa V. Motuproprio, &c.

Licet fel. record. Pius Papa Quartus prædecessor noster postquam certam simoniacæ prauitatis speciem beneficiorum confidentiam vocatam, etiam in Romana Curia, atque adeo in sacrum venerabilium Fratrum nostrorum, tunc suorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, Collegium quasi per cuniculos irrepserat, ac nonnullos ea ipsis fratribus nimia quadam facultate, seu potius importunis amicorum familiariumque precibus adductos, beneficia in confidentiam huiusmodi recepisse, & tunc frequenter recipere intellexerat, hancque illicitam beneficentiæ exercendæ, seu amicitiæ colendæ viam à tanto saltem Collegio prorsus eliminare cupiens, eosdem fratres in suo Consistorio secreto nõ semel admonuerat huic aliena beneficia custodiendo modo ne assuescerent, ne ve illa hoc pacto reciperent, sed sic recepta dimitterent. Cumque ad aures suas peruenisset eorum aliquos monitionis huiusmodi immo potius suimet oblitos ea quæ custodienda receperant beneficia nondum tamen dimisisse, & insuper illos & nonnullos alios etiam Patriarchas, Archiepiscopos, & alios Episcopos, Ecclesias, Monasteria, dignitates, & alia beneficia in eorum fauorem resignata, cessa, vel alias dimissa acceptasse, illaque in titulum, commendam, vel administrationem, aut alias auctoritate Apostolica concessa quandoque in resignantium, vel cedentium, seu etiam aliorum fauorem cepisse, vel alias dimisisse, ac sibi propterea fructus Ecclesiarum, Monasteriorum, dignitatum, & aliorum beneficiorum huiusmodi in toto, vel in parte, ac regressus, siue accessus, & ingressus ad Ecclesias, Monasteria, & beneficia huiusmodi sibi reseruari procurasse, & obtinuisse, ad hoc videlicet, vt confidentes sic decimarum Apostolicarum, vel communis dicti Collegij, & annatæ, aliorumque iurium dictæ Cameræ debitorum solutionem eluderent, & alia tunc expressa fecisse in animarum suarum periculum, & perniciosum exemplum. His & alijs tunc expressis occurrere volens, per suas sub plumbo expeditas literas, Ecclesias, & Monasteria, ac beneficia huiusmodi ipso iure à die receptionis eorum vacauisse, & vacare, ac fructuum reseruationes, vt præmittitur factas, ac regressus, siue accessus, & ingressus concessos huiusmodi cessasse, & cessare, ac extinctos esse, & alia similiter tunc expressa decreuerit, & declarauerit, cum prohibitionis, & decreti, ac alijs clausulis etiam tunc expressis, prout in ipsis literis plenius continetur. Tamen pro eo, quod ipse Pius prædecessor sibi ipsi, & successoribus suis præmissorum, & in eisdem literis cõtentorum cognitionem, & dictarum literarum executionem prout debebat non reseruauit, cum vt plurimum, istæ confidentiæ inter S. R. E. Cardinales, & Archiepiscopos, Episcopos, & alios potentes viros sint, & inferiores iudices ad eos pro eorum dignitatibus, gradibus, vel officijs, aut potentia respectum habentes, ac etiam quia nullus est, qui contra eos se instigatorem, aut accusatorem ostendere, aut propalare velit in iustitia desuper exhibenda, & ministranda, ac præfatis Pij prædecessoris literis exequendis se negligentes, aut morosos reddunt. Quo fit, vt ad aures nostras non sine animi nostri displicentia peruenit, vt nonnulli sacros canones, seu literas Pij prædecessoris huiusmodi paruipẽdentes non vereantur in animarum suarum perniciem Ecclesias etiam Cathedrales, & Metropolitanas, Monasteria, prioratus, & alia beneficia secularia, & regularia in confidentiam, quam simoniacam prauitatem sapere non ignorant, acceptare, & retinere, seu illa in vim assertorum regressuum, siue accessuum, & ingressuum sic, vt præfertur, eis concessorum, & effectum, vt aiunt, fortiorem consequi & habere velle: Nos, qui post nostram ad summi apostolatus apicem diuina fauente clementia assumptionem inter alias nobis imminentes curas hoc præcipue, & maxime cordi habuimus, prout habemus, huiusmodi confidentias de medio tollere, & in sua pertinacia circa huiusmodi Ecclesiarum, Monasteriorum, & beneficiorum detentionem, seu assecutionem, persistentes nisi resipiscant debitis nobis visis pœnis plecti, ac vnicuique prout ex nostro vniuersali, & pastorali officio tenemur, in his iustitiam ministrare, & ne abusus, vel potius delictum huiusmodi vlterius fidelium animas illaqueatas tenendo progrediatur, omni debito, & celeri remedio prouidere volentes: Motu simili, &c. ac ex nostra certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine præmissorum omnium cognitionem, & literarum prædictarum executionem nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus canonicę intrantibus reseruantes,

prout

Pius 4. contra recipientes beneficia in confidentiam & cæt. edidit cõstitutionẽ quam habes sup. fol 820. nu. 109. Romanum.

Quia tamen huiusmodi cõfidentiæ fiãt inter potentes viros, & iudices contra eos negligenter procedunt.

Ideo hic Pont. causas confidentiarum ad se auocat, & sibi ac suc cessoribus suis earum cognitionem reseruat. Immo tamen postea deputauit vt infra in const. 158. & seq.

Appellatique nõ posse decernit.

Clausulæ derog.

Sola signatura sufficit.

Forma & effectus publ.

Prout harum serie reseruamus, omnes, & singulas confidentiarum huiusmodi contra quoscunque etiam eiusdem S. R. E. Cardinales Archiepiscopos, Episcopos, & alios quoscunque coram quibuscunque iudicibus, etiam ad hoc specialiter delegatis, etiam sacri Palatij Apostolici causarum Auditoribus, ac S. R. E. Cardinalibus motas, & pendentes, in eisdem statu, & terminis, in quibus reperiuntur, ac etiam alias quascunque similium confidentiarum causas contra supradictos, & alios quoscunque de cætero mouendas, seu ad nos quomodolibet deferendas per nos summarie, simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicij sola facti veritate inspecta, etiam per viam inquisitionis, seu ex nostro officio, aut alias nobis expedire videbitur procedendo, audiendas, cognoscendas, decidendas, fineque debito terminandas, & totaliter exequendas ad nos auocamus, decisionique, & terminationi per nos super illis faciendæ appellatione quacunque etiam alias de iure admissibili reiecta, & postposita standum, ac acquiescendum, & omnino parendum, & obediendum fore statuimus, & ordinamus, sicque mentis, & voluntatis nostræ incommutabilis esse dicimus, decernimus, & declaramus. Certificantes prout certificamus, & attestamur omnibus, & singulis supradictis in ipsis causis eos in eorum prætensis iuribus, & alijs, quæ coram nobis dicere, & allegare, seu prætendere voluerint audiendo, iustitiam, vt par est, nos ministrare paratos existere. Non obstantibus præmissis, & quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Cancellariæ Apostolicæ regulis in contrarium quomodolibet editis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volentes solam nostram, per Placet, signaturam sufficere, & vbique in iudicio fidem facere, quacunque regula contraria non obstante. Et vt præmissa ad supradictorum, & aliorum quorum interest, notitiam deuenire possint, præsentem nostrum Motúproprium per vnum ex nostris Cursoribus in Basilica Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ valuis illius copia inibi affixa, vt moris est, publicari mandamus, Quæ omnes supradictos perinde arctent, ac si eis ipse Motusproprius personaliter intimatus fuisset.

Placet Motu proprio. M.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domioi Millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, Indictione vndecima, die vero quinta mensis Ianuarij, Pontificatus Sanctiss. in Christo patris & D. N. Pij Papæ V. Anoo eius Secundo, retroscriptæ literæ affixæ & publicatæ fuerunt in locis suprascriptis per me Stephanum de Olea S. D. N. Papæ Cursorē.

Franciscus Sottocasa Mag. Curs.

Andreas de Grassis Not. à S. D. N. specialiter deputatus.

LIII.

Applicatio R. Cameræ Apost. fructuum beneficiorum Regni Neapolis Sedi Apost. reseruatorum, pro tempore vacantium, à die vacationis, vsque ad diem, quo à Rom. Pontifice prouisi, possessionem cœperint de manu Nuncij Apost. in eod. Regno.

Hanc eandem applicationem fecit Pius 4. vt habes sup. in eius const. 29. Cupiens malitijs, fol. 968.

Applicationem vero generales fructuum omnium beneficiorum reseruatorum, habes in Pij 4. const. 36. Cupientes, fol. 700. vbi not.

PIVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

Applicatio R. Cameræ Apost. omnium fructuũ beneficiorum Sedi Apostolicæ in Regno Neapolis reseruatorum à die vacationis, vsque ad diẽ, quo prouisi à Pontifice, possessionem ceperit de manu Nuncij Apostolici i dicto Regno. Inhibitio contra

Episcopos, & alios, ne se intromittant in collatione huiusmodi beneficiorũ.

Cupientes malitijs nonnullorum qui fructus Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum dispositioni Apostolicæ reseruatorum vsurpare non verentur, occurrere, & Cameræ nostræ Apostolicæ indemnitati, quantum cum Deo possumus, consulere, Motuproprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine omnes, & singulos fructus, redditus, & prouentus, ac iura, obuentiones, & emolumenta quæcunque quomodolibet, & qualitercunque nuncupata omnium & singulorum beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, secularium, & quorumuis ordinum regularium, & Monasteriorum etiam Consistorialium nobis, & Sedi Apostolicæ, tam per constitutiones Apostolicas, quam Cancellariæ Apostolicæ regulas editas, & edendas, seu aliàs quomodolibet, & ex quauis causa generaliter, vel specialiter reseruatorum, seu affectorum in Regno Neapolis, & quibuuis illius Prouincijs, Ciuitatibus, Terris, oppidis, & locis consistentium per obitum & alias quouis modo, præterquam per cessum illa obtinentium pro tempore vacantium, à die ipsorum beneficiorum, & Monasteriorum vacationis pro rata temporis, vsque ad diem, quo prouisi per nos de eisdem beneficijs, & Monasterijs vigore literarum nostrarum sub plumbo illorum possessionem de manu dilecti filij Magistri Pauli Odescalchi Notarij, & in dicto Regno Nuncij, & collectoris nostri, quem per alias nostras literas Commissarium ad capiendum possessionem beneficiorum, & Monasteriorum huiusmodi deputauimus, habuerint, & acceperint, & aliter capta possessio nullius sit roboris, vel momenti, ac prouisis ipsis nullũ ius per eam acquiri, neque eis vllatenus suffragari possit, eidem Cameræ Apostolicæ auctoritate Apostolica tenore præsentium applicamus, incorporamus, & appropriamus, illaque applicata, incorporata, & appropriata esse, & fore, & ad illam spectare, & pertinere, nullumque præter nos, & dictam Cameram, aut ipsum Paulum Nuntium, & Collectorem, aut ab ipso deputatos subcollectores ea percipere, exigere, aut alias se in illis intromittere posse, aut debere, Statuimus, & ordinamus: Et nihilominus ne aliquod impedimentum huic nostræ ordinationi occurrat, quibusuis Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum ordinarijs in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub suspensionis à diuinis, & interdicti ingressus Ecclesiæ quoad Archiepiscopos, & Episcopos, quoad vero alios inferiores, etiam sub excommunicationis, & alijs arbitrij nostri, & quoad omnes, sub priuationis facultatis conferendi beneficia in eorum mensibus pro tempore vacantia pœnis, districtè præcipimus, & inhibemus, ne beneficia dispositioni Apostolicæ reseruata, seu affecta prædicta quouis prætextu, causa, aut quæsito colore cuiquam conferre, seu de illis prouidere

uidere

uidere quoquo modo audeant, vel præsumant; Sicque in præmissis omnibus & singulis per quoscunque quauis auctoritate fungentes iudices, Commissarios, & personas, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, irritum quoq; & inane, si secus super his à quoquā quauis auctoritate sciēter vel ignorāter contigerit attentari decernimus. Mandantes eidē Paulo Nuntio, & collectori, vt nostro, & dictæ Cameræ nomine fructus, redditus, prouentus, iura, obuētiones, & emolumēta huiusmodi exigat, percipiat, & leuet, sibique consignari, & tradi ab omnibus, ad quorum manus peruenerint pro rata prædicta per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, ac alia opportuna iuris & facti remedia quacunq; appellatione postposita faciat, & curet, inuocato etiā, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Super quibus omnibus, & singulis plenam, & liberā illi per præsentes concedimus facultatem, & potestatem. Nō obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Monasteriorum & illorum ordinum, ac beneficiorum prædictorū, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis, illis, & quibusuis alijs personis sub quibuscūque tenoribus, & formis, ac cū quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque & alijsque decretis etiam motu, & scientia similibus concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficiēti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mētio, seu quæuis alia expressio habenda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expresse derogamus, illaque aduersus præmissa nullatenus suffragari posse, siuè debere decernimus, cæterisque contrarijs quibuscūque. Volumus autem, quod præsentium manu Notarij publici subscriptis transumptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica cōstitutæ, seu Curiæ Ecclesiasticæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio & extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 8. Ianuarij. 1568. Pontificatus nostri anno secundo.

Cæ. Glorierius.

LIIII.

Vnio Fratrum Amadæorum, & Clarenorum sub ordine Fratrum Minorum Sancti Francisci de obseruantia.

De materia vide infra in Greg. 13. const. 35. Ea benigna, & ibi not.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

BEATVS Christi Saluatoris Confessor Franciscus dum adhuc mortalis huius vitæ spatia decurreret, ardentissimo cælestium amore captus, nec sibi tantum illa, sed quamplurimis hominum fieri posset, quæsita cupiens, totusque in idipsum incumbens, quæ ordinis minorum initia fuerunt, confluentes ad se veluti ad meliorem frugem vndiq; fratres suos in vnam familiam collegit, collectosque ipsorum omnium vitam & mores ad vnam eandemque regulam dirigens, ijs præceptis instituit, ea disciplina formauit, quæ ad coniunctionem atque adeo vnionem inter illos conciliandam ac tuendam maxime pertinerent, humilitatē illis præcipue amplectendam proponēs, qua humana hæc omnia, & fluxa, quod eiusdem Saluatoris consiliū fuerat, aspernati, solidam ac permanentem à Deo fœlicitatem expectarent. Itaque hac ipsa familia suas operas ad præscriptam rationem grauiter cōferente, Domini Dei nostri ager egregie cultus vberrimos & præstātissimos fructus continuo protulit & subinde profert, atque, vt speramus, proferet in dies suauiores & largiores. Verum quoniam eadem familia, quæ vna ab vno constituta fuerat, in quasdam quasi partes paulatim ita concessit, vt iā non vna, ne ipso quidem, quo à patre suo vocata est, nomine consistat, sed varijs agnominibus, cum de illa, vel illa parte agitur sit distinguendum. Propterea nos ne animorum quidem, aut mentis inter eos, quos cæterius ita rebus seiunctos cernimus, interiorem coniunctionem sperare tuto valemus, qui etiam quando in eam de qua supra diximus, spem erecti ab eiusdem ordinis fratribus optima quæque, & maxima ad Dei gloriam, & militantis Ecclesiæ vtilitatē & optamus, & sanè pro ea, quam in hoc præcelsæ dignitatis fastigio collocati, nostro muneri debemus, diligentia exigimus, non sinimus carere cura, ne forte rebus ita neglectis, quod Deus Opt. Max. auertat, magna inde sensim incommoda subeamus. Id igitur qua possumus ope post petitū à Deo auxiliū cauere volētes, atq; hinc potissimū incipientes, Motuproprio atq; ex certa sciētia & matura deliberatione nostra Apostolica auctoritate, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine, Amadæorū, & Clarenorū, etiā della Becca nuncupatorū S. Petri in Mōte Aureo, & S. Hieronymi, siue S. Bartholomæi in Insula de Vrbe, aliarumque quarūlibet prouinciarū respectiuè fratrū ordinis S. Francisci eorundem institutiones, cōgregationes, conuentus, denominationes, nomina, & vocabula quæcunque, necnō quatenus regularibus institutis fratrū dicti S. Francisci ordinis familiæ, minorū de obseruātia vocatorum, discrepāt eorum regula, instituta, constitutiones, statuta, consuetudines, & ritus, modumq; & normam viuendi interdicimus & prohibemus, illaque necnon illorum promissiones, confirmationes, & approbationes Apostolica auctoritate factas, & illorū causa priuilegia, indulta, gratias, & literas, etiā à sede Apostolica, & forsan occasione cōcordiarum inter ipsos fratres initarum confirmatorias, ac motu, scientia, potestatisq; plenitudine similibus, vel etiā cōsideratione, vel ad instantiā Imperatoris, Regū, & aliorum Principū cōcessa, & quibuscunq; cōcepta formulis, ac suffulta decretis, quorū omnium tenores ijs literis haberi volumus pro expressis, extinguimus supprimimus, reuocamus, cassamus, & in perpetuū penitus & omnino omnia tollimus. Eos autē omnes, & singulos fratres qui eiusmodi segregationū, & denominationū erant, cum eorū omnibus domibus, Ecclesijs, Oratorijs, & locis quibuscunq; vbicūq; consistant, fratribus ord. minorum familiæ de obseruantia vocatis, eorūq; Cōgregationi aggregamus, atq; vnimus. Et sic in posterū ex nūc perpetuo aggregatos, & vnitos esse dictis de obseruātia adhærere, & eudē, quibus illi vtuntur, regula, regularibus institutis pro-

Decretum irritans.

S Franciscus in humanis existens multos fratres sub vnica Regula collegit.

Sed dicta regula in plures congregationes diuersorum cognominū segregata fuit.

Ideo hic Pontifex Interdicit, omnes congregationes discrepantes ab institutis regulæ fratrū Minorum de obseruantia.

Omnesque illas congregationes vnit sub ordine dictorum Minorū de obseruātia.

festione moribus, habitu, ac viuendi forma, ac agnominibus, & denominationibus vti, ac vnam familiam tanquam de cætero esse, eisdemque Generalibus, seu Prouincialibus Ministris, cæterisque superioribus, aut officialibus, quibus illi subsunt, aut pro tempore suberunt, subiectos esse, & in eadem immediate cum illis obedientia Deo seruire, purè, ordinatie; & vniformiter, nullaque prorsus re, nulloque discrimine seiunctos, aut dissimiles habere decernimus. Quinimmo vt hæc puriore conscientia ac tranquilliore animo præstare valeant, debeantque, & non aliter, eosdem priorum institutorum, ritiumque, & aliorum supradictorum, ijs scilicet dumtaxat, quibus ab institutis, & ritibus fratrum de obseruantia differebant, necnon si quibus quauis ratione, aut modo, iuramento, aut facto ijs tenebantur, vel etiam tenentur, aut teneri se opinantur, promissione, professione, iuramento, aut voto, quorum obseruatio scandalum, aut perturbationem iudicio superioris cæteris allatura esset, absoluimus, & liberamus: mandantes ipsorum vniuersis, & singulis, vt præmissa non impediant; neque eis vlla ex parte vlla ratione, vlloque modo resistant, vel auersentur, ac nihil faciant, vel experiantur, aut tentent, quominus plenè, aut celeriter, aut facile suos effectus consequantur. Neque vt ex vitent, secularium habitu lateant, vel tanquam Clerici sæculares ad aliquos ordines minores, vel maiores promoueri præsumant. Neque vero ad alias religiones, aliosue ordines etiam paris vel arctioris regulæ, regularisque obseruantiæ transeant, sine licentia Sedis Apostolicæ speciali; sed præfatis fratribus de obseruantia, eorumque congregationi, & obedientiæ adhæreant, & omnibus alijs supradictis quamprimum pareant, & obsequantur re ipsa. Quod si eorum quispiam secus fecerit, omnes illasmet sententias, censuras, & pœnas eo ipso incurrat, & patiatur, quæ mere Apostatæ ipsi tam iuxta canonicas sanctiones, quam dicti ordinis regularia instituta incurrant, & patiantur; ac perinde contra illum, siue ab ordinarijs locorum, siue ab ipsis superioribus fratrum de obseruantia ad quos pertinet, procedatur, & seuerè animaduertatur, atque contra vere Apostatam procederetur, & animaduerteretur. Et si quando ad obedientiam reuersus in aliorum consortium receptus fuerit, vocis tam actiuæ quam passiuæ, suorumque ordinum omnium perpetuo careat. Cæterum vt vniuersa Congregatio fratrum huiusmodi de obseruantia hoc additamento quasi nouis colonis aucta placida simul, perpetuaque pace fruantur, & conquiescant, neque vno tantum nomine, sed vna etiam mente consistant, nullaque ibi altercandi occasio surrepat, eisdem Motu scientia, & potestatis plenitudine statuimus, & ordinamus, vt nullus ex veteribus fratribus de obseruantia quenquam sic nouiter aggregatorum recordatione priorum nominum, aut vitæ, vel alias quocunque modo irritare, aut Amadæum, vel Clarenum, seu alia, quam de obseruantia nuncupatione appellare audeat. Qui contra ausus fuerit, à suo superiore grauiter puniatur, ipsique insuper etiam sic aggregati fratres suos gradus, & quæ ratione suorum graduum priuatim habent, priuilegia, facultates, & auctoritates, institutis tamen regularibus de obseruantia expresse non contraria, vt prius retineant. Vniuersi vero ijsdem priuilegijs, facultatibus, immunitatibus, prærogatiuis, indultis, & gratijs indistinctè fruantur, & potiantur, quibus & ipsi veteres, ac quoties prouincialia, vel generalia Capitula habebuntur, ita horum quisque pro ea in qua ipse fuerit, prouincia, si tamen alias vocem in Capitulo habiturus fuisset, illis intersit, quemadmodum & veterum quilibet intersit vel interesse poterit, & pariter vt illi tam in eisdem capitulis ipsorum capitulorum electione, quam extra capitula, superiorum, ad quos pro tempore pertinebit, dispositione, ad quoscunque gradus, & quæcunque officia, in quibuslibet prouinciarum, sub quibus deget, Conuentibus, & domibus regularibus, tam antiquis, quam nouiter vnitis de obseruantia promoueri & assumi valeat. Denique ita vtrique semper inter se agant, vt cæteris pares, sola antiquitate alteri alteris præferantur, ita scilicet, vt inter gerentes pares gradus vel pares ordines, suscepti gradus, vel ordinis, inter alios vero emissæ professionis tempora inspiciantur, & prout quisque antecedit tempore, siue sit ex veteribus, siue ex nouiter aggregatis loco in Choro, & Capitulo, processionibus, ac quibuscunque alijs prærogatiuis antecedat, seruata interim graduum, & ordinum maioritate. Præterea nulla omnino domus, quamuis parua, & exigua, nullusque locus regularis, vbi dicti fratres hactenus ante aggregationem de ipsis, vt supra factam habitare soliti sunt, ad ipsos quacunque ratione pertinens, relinquatur absque permissione nostra expressa, sed tot fratribus vnaquæque continuo habitetur, quot ibi commode esse, & alij poterunt, & quæ eisdem domibus eleemosynæ, vel alio nomine pia hominum largitione offeruntur, subsidia pariter si quæ ad restaurationes, fulcimenta, vel alium vsum fabricarum, necnon ad Ecclesiarum lumina, & ornatum, vasorumque, ac cæteræ suppellectilis comparationem tradita, legata, relicta, aut quocunque nomine donata sunt, etiam consideratione prioris institutionis, quæ ibi tunc vigebat, ac contemplatione Congregationum, quarum tunc temporis erant, illarumque nomine expresso eadem omnia, & alia insuper quæcunque, quauis aliter donantium huiusmodi dispositione absumenda, nouis habitatoribus, in supradictos tantum, neque alios vllos conuertenda vsus, omni prorsus quantum ad vnionem præfatam pertinet, caducitate eiusue prætensione seclusa, integrè debeantur. Gubernatio quoque & cura quorumcunque Monasteriorum Monialium, quæ antea Conuentibus, aut superioribus huiusmodi domorum, & locorum demandata erat, ad illos pertineat, qui ibi erant, in posterum: Proinde possit Generalis Minister in omnibus quarumcunque Prouinciarum Domibus, sicut supra, vnitis, donec Generale, vel in ipsa Prouincia, in qua illæ sitæ fuerint, Prouinciale Capitulum celebretur, officiales & fratres siue ex veteribus, siue ex nunc aggregatis, siue etiam ex vtrisque, quo & qui sibi visi fuerint arbitrio suo liberè deputare, & ad illarum regimen & directionem mittere, interea vero temporis ipsi fratres sic nouiter aggregati, si citramontani fuerint, in illius, in qua nati sunt, si vero vltramontani, in illius, cuius maluerint Prouinciarum domibus regularibus sint, & maneant, vsquequo aliter constituatur, & ipsos ad aliam domum, aliumue locum mitti siue Capituli, siue Generalis Ministri huiusmodi ordinatione contingat. Porro in Capitulo Prouinciali Mediol. fratrum de obseruantia, quod Mediolani proxime celebrabitur, omnibus Prouinciæ Mediol. regularibus domibus de obseruantia tam antiquis, quam nunc vnitis, vt præfertur, de Guardianis alijsque officialibus, & superioribus, ac fratribus, qui illas regere, & in illis esse debeant, ex vtrorumque fratrum veterum scilicet, & nunc aggregatorum numero indifferenter, alias tamen ex more inter fratres de obseruantia prius obseruato prouideatur, idem deinceps in cæteris, quæ per Prouincias subinde celebrabuntur capitulis, quoad ipsarum Prouinciarum domos, obseruetur, ac in Prouinciarum numero, terminisque & denominationibus ea ratio atque distinctio habeatur, quæ inter fratres de obseruantia ante has ipsas literas habebatur. Nuper autem aggregatæ domus in eam Prouinciam transeant, & in ea numerentur, intra cuius fines quæque consistit, & cum pro tempore Prouinciale Capitulum celebrandum erit, ij tantum ad illud conueniant, qui ex illa Prouincia fuerint, in qua tunc capitulum celebrabitur. In ipso vero Mediolanensi, quod primum omnium post has literas propediem celebrandum est, quicunque ex fratribus ne aggregatis

Ex iuramenta, vota, & promissiones, quæ eos impedire possent, remittit.

Prouisionibus præmissa adimplere recusantibus pœnas hic descriptas imponit.

Et Fratres sic aggregatos alio, quam de obseruantia nomine appellari prohibet, & eorum gradus, ac priuilegia regulæ de obseruantia non contraria retinere posse decernit.

Vniuersorum autem priuilegia & præcedentiam declarat.

Loca regularia non deserantur absque permissione Pontificis.

Gubernatio Monialium ad quos spectet.

Ministri Generalis facultas circa deputationem Officialium & fratrum, visque ad celebrationem Capituli.

Loca aggregata sint eius Prouinciæ intra cuius fines existunt.

gregatis, qui ante aggregationem à nobis vt supra factam, vbicunque locorum degentes erant, & Prouincia S. Petri in Monte Aureo de Vrbe, & in illa comprehendebantur, & idcirco vocem in Capitulo habeant, quoniam literarum ignari illuc forte omnes se conferrent, possint quidem liberè omnes hac vice celebrationi adesse, sed ij tantum ea eis iam nunc ibi vocem habeant, & suffragia ferant, qui sunt ea illis domibus, quæ inxta aggregatio nem prædictam intra antiquos limites & fines Prouinciæ Mediolanensis fratrũ de obseruãtia sunt sitæ has prærò literas, & his literis contenta decreta, statuta, ordinationes & alia omnia vsque adeo firma, & valida, atq; obseruanda esse volumus, vt nunquam reuocari, aut infringi, vel suspendi, nunquam de voluntatis, aut mẽtis nostræ defectu oppugnari possint, nunquam aduersus & restitutionem in integrum, reductionem ad terminos iuris, aut aliud quodcunque gratiæ vel iustitiæ remedium quisque impetrare, vel etiam ab alijs impetrato, aut motu simili concesso vti valeat ea quauis causa quantumlibet rationabili, & ita de his omnibus & singulis, ac simul quod hæc eadem aliquibus eiusmodi statutorum, & ordinationum reuocationibus, suspensionibus, & alijs contrarijs dispositionibus, generalibus vel specialibus, ab eadem sede Apostolica pro tempore factis, non comprehendantur, sed ab alijs semper excepta sit, sicque à quibuscunque iudicibus ordinarijs, & delegatis, & causarum Palatij Apostolici Auditoribus, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, etiam de latere Legatis, in quauis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter interpretandi, & iudicandi facultate & auctoritate, interpretari, & iudicari debeat: necnon quicquid secus à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter con tigerit attentari irritum & inane decernimus. Propterea dilectis filijs Carolo tit. S. Praxedis presbytero Cardinali Borrhomæo nuncupato, dicti ordinis Protectori, & correctori, necnon pro tempore existenti eiusdem ordinis generali Ministro mandamus, vt ambo, vel ipsorum alter has literas, & quicquid in proximæ Prouinciali Capitulo Mediolanensi vtroque, vel altero ipsorum præsidere pro suprascriptorum omnium executione, & obseruatione ordinabitur, faciant per se, vel alium, seu alios ab omnibus, & singulis fratribus præfatis exactissime obseruari. Contradictores quoslibet, & non parentes, ac rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, ac etiam graduum officiorum, & vocis tam actiuæ quam passiuæ priuationem, ac cætera; quæ sibi videbuntur opportuna iuris & facti remedia, quacunque prorsus appellatione postposita, & etiam reiecta, compescendo, atque eosdem in sententias, censuras, & pœnas prædictas incidisse declarando, easque sæpius aggrauando, adhibita etiam, si opus fuerit manu militari, & inuocato auxilio brachij secularis. Non obstantibus præmissis, ac nostræ de non tollendo iure quæsito, ac piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de voa, & in Concilio generali edita de duabus dietis, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon ordinis, & congregationum huiusmodi iuramento, confirmatione Apostolica, & quauis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, & indultis Apostolicis illis per quoscunque Romanos Pontifices, ac sedem Apostolicam, & etiam nos sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cũ quibusuis clausulis & decretis in genere & in specie concessis, & quotiescunque cõfirmatis & innouatis, & Mare Magnum nuncupatis, ac quibuslibet alijs indulgentijs, & literis Apostolicis, per quæ his literis non expressa, vel etiam non inserta harum effectus & executio impediri valeret, vel tardari, & de quibus quorumcunque totis tenoribus habenda esset mentio specialis. Volumus etiam quod harum literarum exempla, etiam impressa dicti Caroli Cardinalis, & protectoris, aut Generalis, seu alicuius Prouincialis Ministri fratrum sigillo, & eiusdem Caroli Cardinalis secretarij, vel ipsiusmet Generalis, aut Prouincialis Ministri manu obsignata, eandem fidem in iudicio, & extra iudicium vbique locorum faciant, quam hæ literæ ipsę facerent, si ostenderentur, vel exhiberentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ prohibitionis, extensionis, suppressionis, reuocationis, cassationis, ablationis, aggregationis, vnionis, absolutionis, liberationis, ordinationis, intereditionis, mandati, statuti, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, decimo Kalen. Februarij, Pontificatus nostri anno tertio.

Clausula præseruatiua.

Decretum irritans.

Executorum deputatio, & facultates.

Clausula derog.

Cæ. Gloriérius.

H.Cumyn.

LV.

De notificandis relictis Ecclesiæ S.Mariæ de Laureto, & facultate Deputatorũ fabricæ S.Petri de Vrbe, exigendi legata ista, si Ministri dictæ Ecclesiæ, in illis exigendis negligentes fuerint.

Ad hoc vltimum, vide infra const. 96. Exigit incumbentis.

PIVS Papa V. ad perpetuam rei memoriam.

AD Romani Pontificis spectat officium opportunis prouidere remedijs, ne Ecclesiæ, & alia pia loca, præsertim Rom. Ecclesiæ immediate subiecta, & in honorem Gloriosissimæ Dei genitricis dedicata, suis tam spiritualibus quàm temporalibus bonis, aliquorum malitia, vel negligentia fraudentur. Sane nuper ad aures nostras non sine dolore peruenit, complures Christifideles personas, diuersarum Ciuitatum, & locorum, tam in Italia, quam extra eam, multas variasque pecuniarum summas, & res ac bona Ecclesiæ Beatæ Mariæ Virginis de Laureto nuncupatæ, nullius diœcesis, deuotionis causa reliquisse, donasse, aut alias concessisse, de quibus certa notitia propter iniuriam, & negligentiam Notariorum, qui in dictis Ciuitatibus, & locis de relictis, donationibus, & concessionibus huiusmodi rogati fuerunt, aut aliarum personarum, quæ de illis scripturas confecerunt, hactenus haberi non potuit, nec potest in præsenti, vnde dicta Ecclesia non modicum sentit detrimentum. Nos igitur nec Ecclesia præfata, pecunijs, rebus, ac bonis huiusmodi defraudetur, atque immodicis sumptibus per Commissarios pro eorum exactione fieri solitis exoneretur, ipsasque pecunias, res, & bona eadem Ecclesia facilius consequatur, de aliquo opportuno remedio prouidere, ipsiusque Ecclesiæ indemnitati, quantum cum Deo possumus, prout tenemur, consulere volentes, Motuproprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnibus, & singulis Ciuitatum, Terrarum,

Causa constitutionis.

rarum, Castrorum, & aliorum locorum quorumcunque Notarijs, alijsque personis, ex quorum tam publicis, quam priuatis scripturis constare quouismodo potest, aut poterit in futurum de aliquibus pecuniarum summis rebus, ac bonis cuiuscunque quantitatis, qualitatis, generis, ac valoris extiterint, quæ Ecclesiæ præfatæ purè, vel conditionaliter, aut alias quomodocunque, saltem à triginta annis citra, in aliqua vltima voluntate relicta, vel inter viuos donata, vel quomodolibet concessa, aut promissa fuerint, aut in posterum relinquentur, donabuntur, concedentur, aut promittentur, in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo, & sub priuationis suorum officiorum, ac solutionis dupli pecuniarum, rerum, ac bonorum præfatorum, pro vna videlicet ipsi Ecclesiæ, & altera medietatibus solutionis dicti dupli accusatori, & executori æqualiter inter eos diuidendis, & applicandis pœnis præcipimus & mandamus, & insuper hac nostra in perpetuum valitura ordinatione, & constitutione sub eisdem pœnis statuimus, & ordinamus, vt de cætero perpetuis futuris temporibus, Notarij & personæ præfatæ, omnes & singulas dispositiones in fauorem dictæ Ecclesiæ à quocunque, & quomodocunque faciendas, de quibus, tam per suas proprias, quàm per aliorum etiam defunctorum scripturas penes ipsos existentes, quomodocunq; cõstare potest, in Italia intra trium, extra vero eam infra octo mensium spacium, si eas per viam vltimæ voluntatis fieri contigerit, à die mortis disponentium, si vero inter viuos à die solutionis faciendæ computandum, dispositiones autem iam factas infra simile spacium, à die tamen intimationis præsentium, sibi etiam per earundem præsentium, vel earum transumptorum, vt infra subscriben. ac sigillandorum affixionem ad valuas Cathedralium Ecclesiarum in Ciuitatibus, & insigniarum Ecclesiarum in terris, castris, & locis præfatis facien. computan. Gubernatori pro tempore existenti ipsius Ecclesiæ, seu personis ab eo pro maiori commoditate eorundem Notariorum, & aliarum personarum in certis præcipuis Ciuitatibus, seu locis eius arbitrio ad hoc deputan. reuelare, ac notificare. Præfati vero deputandi ipsum Gubernatorem notificationum, & denunciationum sibi per Notarios factarum huiusmodi singulis quibusque mensibus certiorem facere, & easdem notificationes, ac denunciationes in libris suis, etiam ad hoc specialiter confectis, vel conficiendis manu propria annotare, eosdemque libros ad Gubernatorem præfatum, quoties ab eo super hoc requisiti fuerint, mittere, aut deferre, necnon vt idem Gubernator denunciationes, & notificationes non solum Notariorum, & aliarum personarum, sed etiam deputandorum prædictorum annotare, seu manu Cancellarij ipsius Ecclesiæ annotari facere in libro ad hoc etiam specialiter confecto, vel conficiendo dictosque libros in fine sui officij, suo in officio Gubernatoris immediato successori coram Notario ad hoc specialiter vocato, & rogato consignare respectiue teneantur & debeant, & vnusquisque eorum teneatur & debeat.

Deputati à Gubernatore adnotare debẽt dictas notificationes in suis libris, successoribus in officio cõsignãdis.

Quoniam vero Commissarij fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe vigore nonnullorum priuilegiorum à diuersis Romanis Põtificibus, eidem Fabricæ super exactione certorum legatorum concessorum quintam partem legatorum ipsi Ecclesiæ de Laureto relictorum exigendi facultatem habere prætendunt, volumus, & eisdem Fabricæ prædictæ Commissarijs nunc, & pro tempore existentibus, Motu & scientia, ac potestate similibus etiam districtè præcipiendo mandamus, ne in posterum vigore præfatorum, aut quorumcũque aliorum priuilegiorum quintam partem præfatam, nisi postquam de Ministrorum ipsius Ecclesiæ in exigendis dictis legatis negligentia constiterit, exigere possint, audeantue, aut præsumant; Quodque negligentiam prædicti Ministri non aliter quam si infra annum in Italia, vel infra biennium extra eam, à die quo denunciationes, & notificationes Gubernatori, vel deputandis prædictis factæ fuerint, vel si denunciationes & notificationes prædictæ factæ non fuerint, infra biennium in Italia, & quinquennium extra eam à die mortis testatorum, seu alias disponentium computan. legata huiusmodi non exegerint, aut desuper litem contra hæredes, seu alios eorundem legatorum debitores non mouerint, incurrisse censeantur.

Fabrica S. Petri de Vrbe, relicta huic Ecclesiæ exigere non p. test nisi constiterit de negligẽtia ministrorum illius in illis exigen.

De facultatibus fabricæ vide infra in const. 95. Decer. & cõst. seq.

Non obstantibus præmissis, ac quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac priuilegijs dictæ Fabricæ concessis, quorum omnium tenores haberi volumus pro sufficienter expressis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Et quia difficile esset earũdem præsentium noticiam ad singulos Notarios, aliasque personas Ciuitatum, Terrarum, Castrorum, & locorum huiusmodi peruenire, & vbique illas affigi, vel intimari, etiam motu & scientia similibus volumus, & decernimus, quod illarum transumptis, etiam per impressionem factis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo dictæ Ecclesiæ, aut alicuius Prælati, vel personæ in dignitate Ecclesiastica cõstitutæ sigillatis ea prorsus fides indubia in iudicio & extra, ac alias vbilibet adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die decima Martij, millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, Pont. nostri anno tertio

Clausula derog.

Cæ. Glorierius.

L V I.

Christiani apud Turcas serui reperti, liberè cum bonis suis abire permittantur.

PIUS Papa V. Motoproprio, &cæt.

LICET omnibus notissimum sit, bellum, hoc, quod cum impio Turcarum tyranno geritur, non ea tantum de causa geri, vt imminens ab illius viribus nobis periculum dimoueamus, sed vt etiam plurima Christianorum millia, quæ sub dira illius tyrannide seruilem, ac miserabilem vitam ducunt, in libertatem ac ad Christi nomen liberè confitendum, ac excolendum vindicemus: non defuerunt tamen qui Christianæ fraternitatis obliti, loca Turcarum hostium nostrorum inuadentes, Christianos ibidem repertos in seruitutem redegerunt, bonis ac fortunis spoliarunt, triremibus alligarunt, ac taleam imposuerunt, quo fit, vt Christi sanguine redempti, qui cumulatis votis Christianorum aduentum, & victoriam exoptauerunt, ea à victoribus fratribus suis patiantur, quibus paulo peiora à Turcis expectare potuissent. Nos igitur eius locum, licet immerito tenentes in terris, qui de Cælo ad liberandum nos venit, vt de manu inimicorum nostrorum liberati deinceps sine timore seruiamus illi, verentes ne si iniunctæ nobis ab eo erga filios nostros charitatis, & dilectionis immemores simus, ipsius omnipotentis Dei contra nos, classemque nostram iram prouocemus, malis huiusmodi obuiare cupientes, tenore præsentium decernimus, & mandamus, vt nullus deinceps siue sacri fœderis miles, siue alius, Christianos capiat, aut præter eorum voluntatem, etiam data mercede remigare cogat, taleam imponat, aut eius bona diripiat, quinimo fraternè, & amicabiliter vt Christianam pietatem decet,

Hic Pontifex bello gesto contra Turcas, & victoriam reportan. vt sup. in const. 33. & 140. In quo mul. Christian. reperti sũt serui apud Turchas, qui tamen nun permittuntur liberè abire.]

ex,trahet,ac libere cum liberis suis,coniugibus,& bonis abire permittat. Illos aũt omnes,& singulos,qui huic constitutioni contraire præsumpserint,declaramus ipso facto in pœnam excõicationis latæ sententiæ incidisse,à qua nõ possint nisi a nobis aut a successorib.nostris,præterquã in mortis articulo,absolui:& vlteriusvolumus eos a superioribus suis ad quos spectabit,seuere, & grauiter iuxta cõtrauentionis qualitatem puniri. Mandantes omnibus, & singulis tã ipsius classis, quàm locorũ ipsorũ superioribus quibus spectat,& in futurũ spectabit, vt pro quanto student diuinam gratiam,nostramque beneuolentiam promereri,hoc nostrum, immo vero potius dominicum præceptũ,&mandatum in locis suæ iurisdictionis,siue ijs ad quæ Christiani Principum fœderatorum præfectis tam generales,quàm particulares appellere contigerit,ea lingua, cuius eius loci habitatores intelligentes fuerint,& in ipsa etiam classe,publice ,editæ,affigi, & sub pœnis sibi bene visis faciant ab omnibus inuiolabiliter obseruari,vt a Deo Opt.Max. præmia æterna,& a nobis de re diligenter gesta laudem reportare mereantur. Volumus autem,vt præsentis nostri Motus proprij sola signatura sufficiat,& vbique fidem faciat,in iudicio & extra, quacunque regula seu constitutione apostolica contraria non obstante:quodque illius exempla etiam impressa edantur, eaque Notarij publici manu,& cuiuscunque curiæ ecclesiasticæ, aut prælati sigillo obsignata eandem prorsus fidem vbique faciant,quam ipse præsens Motus proprius faceret,si esset exhibitus, vel ostensus. Contrarijs non obstantibus quibuscunque.

Ideo hic Pont. pœnas eos impedientibus [illegible]

Placet Motu proprio. M.

LVII.

Fructus beneficiorum lite pendente, deponi debent apud personam à Iudice eligendam, non obstantibus quibuscunque statutis, disponentibus, quod Capitula & Canonici percipiant.

De sequestris autem a Iudicibus decernendis super fructibus beneficiorum, vide sup.in Pij Quarti. consti.142. Sanctissimus. fol.896.

PIUS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. CORDI nobis est lites minuere,& a laboribus subditos,maxime personas Ecclesiasticas diuino cultui deditas,releuare. Sane cũ (sicut accepimus) in plerisq; Cathedralib. & Collegiatis Ecclesijs earũ constitutionibus,& statutis etiam a Sede Apost.approbatis & confirmatis,cautũ sit,quod occurrentibus litibus,& controuersijs inter prouisos de dignitatibus,officijs,canonicatibus, & præbendis,portionibus, & præstimonijs,cæterisque beneficijs Ecclesiasticis qualitercũque qualificatis,tam ordinaria,quàm Apostolica auctoritate,tam super illorum prouisione,seu institutione,aut possessione,quam illorum idoneitate,& habilitate, aut alias ex quauis causa,& eorundem ad dignitates,canonicatus, & præbendas, cæteraque beneficia Ecclesiastica prædicta admissione,& receptione,& capitulum, & canonicos, cæterasque capitulares personas ad quos admissio,& receptio,tam de iure,quàm ex consuetudine spectat,& pertinet, aut etiam alias personas Ecclesiasticas asserentes beneficia prædicta ad se de iure spectare, ipsi sic prouisi interim beneficiorum hmôi fructus, ac distributiones non percipiant,sed capitulum,& canonici illas,vel in suos vsus,& vtilitatem cõuertendas, seu restituendas ei,cui de iure restituendæ erunt,recipiant,prout in dictis constitutionibus,& statutis,seu consuetudinibus continetur,quo factum est, vt lites huiusmodi immortales efficiantur,nec earum optatus finis videri possit. Hinc est quod nos hac nostra perpetuo valitura constitutione auctoritate apostolica statuimus,atque decernimus, quod fructus, redditus, & prouentus,ac distributiones, cæteraque emolumenta, quæ vigore constitutionum,consuetudinum,& statutorum prædictorum à capitulo, & canonicis recipienda(vt præmittitur)erant, amplius non ab eisdem capitulo, & canonicis recipiantur, sed penes personam fide, & facultatibus idoneam per Iudicem,coram quo causæ huiusmodi pendere repertæ fuerint, eligendam & nominandam deponantur, restituenda ei, cui de iure postea restituenda fuerint. Sicque per quoscunque Iudices,& Commissarios quauis auctoritate fungentes in quauis instantia iudicari debere,sublata eis, & eorum cuilibet,quauis aliter iudicãdi, & interpretandi facultate. Irritum quoque, & inane decernimus, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis apostolicis necnon in prouincialibus, & synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, & quarumuis Ecclesiarum prædictarum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis statutis,& consuetudinibus etiam immemorabilibus, priuilegijs quoque indultis & literis Apostolicis illis, eorumque capitulis,& superioribus per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & sedem apostolicam sub quibuscunque tenoribus,& formis,ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis,aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus,& aliis decretis etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac quauis etiam Imperiali,vel Regali consideratione,vel instantia, & aliàs quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus (etiam si pro illorum sufficienti derogatione specialis, specifica, indiuidua, & expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda,aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, perinde ac si tenores huiusmodi de verbo ad verbum nihil penitus omisso inserti, & forma in illis tradita obseruata foret, pro sufficienter expressis habentes) specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod præsentium transumptis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur,si forent exhibitæ,vel ostensæ. Quodque literæ ipsæ Cameræ, & Cancellariæ Apostolicarum, & audientiæ causarum Palatij apostolici valuis, & in acie Campi Floræ dimissis inibi copijs, publicatæ, & affixæ omnes ita afficiant, & arctent, ac si illis personaliter intimatæ fuissent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti,decreti, derogationis, voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei,ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Beneficiorum litigiosorum fructus lite pendenti percipiebantur a Capitulis, & Canonicis, vigore eorum statutorum,vnde lites efficiebantur immortales.

Hic Pont. modo decernit eos deponi debere penes personam a Iudice eligẽdã.

Decretum irritans.

Clausula derogatoria.

Forma publica, quæ mox sequitur.

Datum

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, tertio Kal. Aprilis, Pontificatus Nostri, Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.

P. Episcopus Narnien. Summist.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Publicatio.

Anno a natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, indictione vndecima; die vero secunda mensis Iunij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno Tertio, retroscriptæ literæ apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Cameræ, & Cancellariæ Apostolicarum, & audientiæ causarum Palatij Apostolici, ac acie Campi Floræ, dimissis in omnibus locis præfatis earumdem retroscriptarum literarum copijs affixis, per nos Iulium Parinum, & Io. Bornotum prælibati Sanctissimi D. N. Papæ Cursores.

Io. Freile Magister Cursorum.

LVIII.

Quæ Resignationes beneficiorum per Episcopos, & alios Collatores admitti possint.

De forma publicandi Resignationes, vide infra in Greg. 13. consti. 87. Humano, vbi ponam concord. Materiæ.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

QVANTA Ecclesiæ Dei incommoda omni tempore attulerit, & nunc quotidie magis afferat ministrorum in eam ingressio vitiosa, iam late perspiciant, & cum mœrore expendant Præsules omnes & pastores, quando hæc pernicies cæterarum omnium maxima, tam multas orbis Ecclesias impie violarit. Quia vero hoc malum cum in cæteris frequens tum maxime in beneficiorum, & officiorum ecclesiasticorum dimissione admittitur, nemini molestum esse debet, quòd perinde de reprimendis quotidianis fraudibus quæ hac in re frequentiores internoscuntur, certam aliquam rationem tandem inituri, officij nostri partes in prohibenda omnibus interim resignationum huiusmodi receptione paulò seuerius interposuerimus, omnesque beneficiorum interim resignandorum dispositiones quæ fierent, in irritum reuocauerimus, ac etiam decreuerimus nullum per eas in illis ius, neque titulum, vel coloratum tam in petitorio, quàm in possessorio ipsis prouisis tribuere, quin etiam eos ad illa deinceps obtinenda perpetuò inhabiles fore: Collatores vero aliàs in illorum dispositione etiam tanquam deuolutionis iure sese interponere non posse, sed de eis vt vere vacantibus siue per Romanos Pontifices siue alios collatorum eorundem superiores, vti præuentum esset, libere prouideri. Nunc autem intendentes institutum hoc nostrum, quo sanctuarium Domini cupimus illibatum auctore Domino persequi, ac simul quantum in nobis est cauere, ne resignationes ipsæ dehinc pro cuiusque arbitrio, nullisque vel certe leuibus causis passim, & temere admittantur, prohibitionem, & alia prædicta ac cætera omnia nostris super his literis contenta eatenus relaxamus, vt posthac Episcopi, & alij facultatem habentes eorum dumtaxat resignationes recipere & admittere possint, qui aut senio confecti, aut valetudinarij, aut corpore impediti, vel vitiati, aut crimini obnoxij, censurisque ecclesiasticis irretiti, aut nequeunt, aut non debent Ecclesiæ, vel beneficio inseruire, seu qui vnum aliud vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud contigerit promoueri; religionem quoque ingressuri, vel matrimonium contracturi, si statim postea id re ipsa exequantur, denique cum quis ex alijs casibus acciderit, qui constitutione fælicis recordationis Innocentij Papæ III. de dimittendis cathedralibus ecclesijs, edita continentur. Qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt vel non audent in loco beneficij residere securi. Sed nec horum vllus sacro ordini mancipatus, nisi religionem ingressurus valeat vllo modo beneficium, vel officium ecclesiasticum resignare, nisi aliunde ei sit quo in vita possit commode sustentari. Adhæc beneficiorum, & officiorum permutationes admittere, quæ Canonicis sanctionibus, & apostolicis constitutionibus permittuntur. Caueant autem Episcopi, & alij prædicti, itemque omnes electores, præsentatores, & patroni tam ecclesiastici, quàm laici quicunque sint, ne verbo quidem aut nutu, vel signo futuri in huiusmodi beneficijs, & officijs successores, ab ipsis resignantibus, aut alijs eorum significatione vel hortatu designentur, aut de his assumendis promissio inter eos, vel etiam intentio qualiscunque intercedat. Cæterum præcipimus, atque interdicimus, ne ipsi Episcopi, aut alij collatores de beneficijs, & officijs resignandis prædictis, aut suis, aut admittentium consanguineis, affinibus, vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum audeant prouidere, quòd si secus, ac etiam quicquid præter vel contra formam prædictorum fuerit a quocunque temere attentatum, id totum ex nunc vires, & effectum decernimus non habere. Qui vero contrafecerint, vt in eo quo deliquerint puniantur, a beneficiorum, & officiorum collatione, necnon electione, præsentatione, confirmatione, & institutione, prout cuique competierit, tandiu suspensi remaneant; donec remissionem a Romano Pontifice meruerint obtinere, & qui talia beneficia seu officia receperint, eos prædictis pœnis volumus subiacere. Et nihilominus in eos, qui sic suspensi conferre, eligere, præsentare, confirmare, vel instituere ausi fuerint, excommunicationis quo ad personas, quo vero ad capitula, & conuentus a diuinis suspensionis sententias ipso facto promulgamus: quibus etiam nullus alius quam ipse Romanus Pontifex siue absolutionis, siue relaxationis gratiam (excepto mortis articulo) valeat impertire. Prohibitione & literis nostris prædictis nihilominus in cæteris omnibus perpetuo valituris. Non obstantibus quibuscunque priuilegijs, indulgentijs, & literis apostolicis generalibus, & specialibus quibuscunque, Episcopis, & alijs superioribus, ac inferioribus ecclesiarum prælatis, necnon ecclesijs, monasterijs, & capitulis, conuentibus, collegijs, & vniuersitatibus, eorumque, & alijs personis etiam Regia & Imperiali maiestate præditis; sub quacunque verborum forma, & conceptione concessis, per quæ effectus præsentium impediri posset quomodocunque vel differri, etiam si de eis ipsorumque totis tenoribus ad verbum,

Pont. iste alias suspendit facultates admittendi resignationes & permutationes beneficiorum, & de illis sic vacantibus disponendi, vt habes sup. in const. 42. Officii credita, fol. 992.

Declarat autem modo, quæ resignationes de cætero admitti, & recipi possunt.

Innoc. 3. constitutionem de hac materia habes sup. fol. 390. nu. 13.

Beneficia resignanda non conferantur consanguineis, seu familiaribus, vel resignantium.

Contrauenientium pœna.

Clausulæ derogatoriæ.

tum, ac de proprijs nominibus eorum, necnon ecclesijs, monasterijs, locis, ordinibus, & dignitatibus de quibus, necnon causis propter quas illa concessa sunt, specialem & expressam præsentibus fieri oporteret mentionem. Cæterum iubemus easdem præsentes ad valuas basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ publicari, & earum exempla affigi. Volumusque eas sic publicatas omnes & singulos perinde afficere, & obligare, ac si illis ipsis fuissent singulariter intimatæ, exemplis quoque prædictis etiam impressis, manuque Notarij publici, & sigillo prælati ecclesiastici, vel eius curiæ obsignatis, eandem prorsus fidem adhiberi quæ ipsis præsentibus si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ relaxationis, præcepti, interdicti, decreti, promulgationis, iulsionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Forma & effectus publ. Quam habes hic in fine.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo octauo Cal. Aprilis, Pontificatus nostri Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

LIX.

Reuocatio facultatis Comitum Palatinorum, & aliorum, promouendi ad gradum Doctoratus, Licentiaturæ, & Magisterij. Et declaratio quod ab illis promoti non gaudeant, quo ad dignitates, & cætera alia beneficia Ecclesiastica, aliqua gradus prærogatiua. De qua in Concil. Triden. Sess. 22. cap. 2. De Reform. & Sess. 24. cap. 12. De Refor.

De promotione autem Doctorum, & aliorum cuiuscunque facultatis professorum, vide supra Iul. 3. constit. 20. Cum sicut, fol. 520. & Pij Quarti const. 112. In sacrosancta, cum ibi not. 829.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

QVAMVIS a sede Apostolica ad quam negociorum multitudo vndique confluit, curis omnino plena innumeris nonnulla interdum ex iustis causis concedantur, quæ successiuis temporibus in publicum detrimentum, & alieni iuris præiudicium tendere noscuntur, non debet reprehensibile videri, si Romanus Pontifex, ad cuius prouidentiam pro debito pastoralis officij spectat super ijs debite prouidere, illa rationabilibus & iuridicis superuenientibus causis deinde cognitis quandoque reuocat, & annullat, ac in statum redigit rationis. Sane cum fide digna plurimorum relatione non sine animi nostri molestia intellexerimus, nonnullos Comites Palatinos, & diuersos alios prætextu facultatum sibi a Romanis Pontificibus & sede Apostolica concessarum quamplurimos, tam Laicos quàm Clericos, tam iure Ciuili, quàm Canonico, & Theologia, nullo, aut non debito examine præuio indoctos & inhabiles, Doctores, Licentiatos, & magistros creasse, & promouisse, vti ad dignitates cæteraque beneficia ecclesiastica facilius assumerentur, & de eis prouiderentur in animarum suarum iacturam, & quamplurimorum scandalum. Nos huiusmodi scandalis quantum in nobis est obuiare, & alias ne de cætero inhabiles ad huiusmodi gradus admittantur prouidere volentes. Motu proprio, non ad alicuius super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione, & ex certa scientia nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine hac nostra perpetuo valitura Constitutione omnia & singula facultates, & indulta eisdem Comitibus, ac etiam quibusuis Officialium Romanæ Curiæ Collegijs, singulisque alijs personis cuiuscũque status, gradus, ordinis, & præeminentiæ existentibus, ad Doctoratus, Licentiaturæ, & magisterij gradum promouendi per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, & sedem apostolicam, ac etiam nos etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus quomodolibet concessa, confirmata, & innouata illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo reuocamus, cassamus, & annullamus: Ac decretis Concilij Tridentini inhærentes decernimus & declaramus, eos, qui a Comitibus & alijs præfatis promoti fuerint quo ad dignitates, cæteraque beneficia ecclesiastica, nulla gradus prærogatiua frui & gaudere posse vel debere. Et sic in præmissis omnibus & singulis per quoscunque Iudices etiam causarum Palatij apostolici Auditores, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, interpretari, iudicari, & diffiniri debere, Necnon irritum & inane quicquid secus super ijs a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac præfatis, & quibusuis alijs facultatibus, priuilegijs, & indultis & literis Apostolicis, eisdem Comitibus, & Collegijs, necnon quibusuis alijs etiam ex quauis causa, etiam vrgentissima, aut in vim contractus inter eos, & Sedem prædictam initi, vel ex causa onerosa, etiam Motu proprio, ac consistorialiter, & alias quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, quibus omnibus, illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus, pro sufficienter expressis habentes, quo ad hunc effectum specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Vt autem præsentes literæ ad omnium notitiam deducantur, volumus quod in cancellaria nostra apostolica, & acie Campi Floræ de more publicentur, & inter Constitutiones perpetuo valituras describantur. Et quia difficile foret eas ad singula quæque loca deferri, quod earum transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, cassationis, annullationis, decreti, declarationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Causa huius constit.

Reuocatio facultatis Comitum Palatinorum, & aliorum Doctorandi, &c.

Doctorati, & promoti ab illis, nõ gaudent prærogatiua, quoad dignitates, & alia beneficia Ecclesiastica.

Ad quod habes Concil. Triden. iudicatum hic in rubr.

Decretum irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

Forma publ. quã habes hic in fi.

Datum

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, Cal. Iunij Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Publicatio.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, indictione vndecima, die vero vigesima octaua Iunij Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ Quinti Anno Tertio, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris est, dimissis ibidem præsentibus literis per aliquantulum temporis spatium affixis, & deinde amotis per nos Iulium Parinum, & Philibertum Chappuis præfati Sanctissimi D. N. Papæ Cursores,

LX.

Confirmatio Indultorum, & Priuilegiorum, ac Iurisdictionum Tribunalis Curiæ Ripæ Almæ Vrbis, & illius Mercatorum.

De istis Priuilegijs, & Iurisdictionibus, posui concord. supra in Pij Quarti const. 72. Cupientes, fol. 75 s.

Multi prædecessores concesserunt varia indulta Tribunali & Mercatoribus Ripæ Vrbis

Quos indicaui supra in const. 72. Cupientes, f. 752 Hic Pontifex illa confirmat & obseruari mandat.

Mandatque omnibus Iudicibus vt prædicta obseruent, ac obseruari faciant.

Decretum irritans.

Clausulæ derogat.

Sola signatura sufficit.

Registretur in libro statutorum Ripæ.

Et ego hanc vidi in registro fol. 44.

PIVS Episcopus, &c. Motu proprio, &c.

ROMANVM Pontificem decet, ea quæ viderit esse Vrbi necessaria, absque eo etiam quod ab ipso petatur, renouare, & sub grauissimis pœnis quod obseruentur facere, & contra contumaces, & contrauenientes prædictas pœnas exequi mandare. Cum igitur nouerimus, Mercatoribusq; & alijs negociantibus in Ripa nostræ Vrbis, eorumque mercimonijs, & bonis quibuscunque varia priuilegia ab antecessoribus nostris fuisse concessa, illa vero quandoq; nõ obseruari a Magistratibus Vrbis, & ab alijs in maximum præiudicium ipsorũ Mercatorum, & negociantium, necnon Vrbis præfatæ, ac quorumcũque illius Ciuium incolarum, & Curialium. Cum propterea dicti Mercatores, & negociatores, viliores reddantur ad tenendam dictam Vrbem repletam alimonia, & alijs necessarijs, pro eius manutentione, & conseruatione. Nos propterea volentes huic rei aliquod opportunum remedium adhibere. Motu simili ac ea certa scientia nostra, & de Apostolicæ potestatis plenitudine omnia, & quæcunque priuilegia, & indulta Tribunali dictæ Ripæ eiusque causis, Camerario, Præsidentibus, & alijs Iudicibus, necnon Mercatoribus, cæterisque in dicta Ripa negociantibus & personis, eorumq; mercimonijs, & bonis quomodolibet, per quoslibet Romanos Pont prædecessores nostros concessa, hic pro sufficienter, & de verbo ad verbum insertis habentes, illa omnia & singula, & quæcunque in illis consueta innouamus, & pro potiori cautela et obseruatione, ea omnia et singula perpetuo, et inuiolabiliter obseruari mandamus, illisque omnibus et singulis, nostrum et sedis Apostolicæ inuiolabilis firmitatis robur adijcimus. Mandantes propterea dilectis filijs S. R. E. Camerario, nec non Cameræ Apostolicæ Præsidẽtibus & Clericis eiusq; Auditori, Gubernatori, Vicario, cæterisque Vrbis Magistratibus, & Officialibus præsentibus, & futuris, sub indignationis nostræ, necnon mille scutorum pœna toties incurrenda, & Cameræ Apostolicæ soluenda, quoties contrauentum fuerit, ne sub quouis prætextu causa, & occasione, ac facultate, etiam ipsis, & eorum Tribunalibus, vel causis in eis pertractari, seu exequi solitis, per Sedem Apostolicam per nos, seu prædecessores nostros, quomodocunque, & qualitercunque concessis aliquid in præiudicium dictorum priuilegiorum, & concessorum, attingant, vel faciant, seu attingi vel fieri sinant, vel permittat. Quinimo vbi pro parte præfatorũ, seu alicuius eorum, aliquis ex prædictis fuerit requisitus, omni eorum auxilio & fauore, quod nihil fiat in contrarium, præmissis, quinimo quod prædicti Camerarius, Præsidens, Iudices, Mercatores, & negociatores, cæteræque personæ & bona, præsentes, & qui pro tempore erunt, prædictis priuilegijs, & indultis plenarie fruantur, & gaudeant, sub censuris, & pœnis eius arbitrio imponendis, & applicandis, debeant assistere, & in euentum contrauentionis, contrauenientes in dictis censuris incurrisse declarare, prædictas pœnas exigere, ac omnia in pristinũ reponere. Sublato aliter iudicandi, & fiendi, cuilibet etiam S. R. E. Cardinali, & Legato de latere, &c. Irritum nihilominus decernendi quicquid in contrarium fiat, seu fieri tentabitur. Non obstantibus præmissis ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis stylo Palatij, quibuscunque indultis, priuilegijs dictis Magistratibus, Officialibus, cæterisque Iustitiæ ministris, eorumque Tribunalibus & causis communiter, seu separatim sub quibuscunque derogatoriarum derogatorijs, & alijs fortissimis clausulis & decretis, etiam reconualidatorijs concessis, & quod de illis hic specialis mentio, & indiuidua, ac de verbo ad verbum facienda esset, & quod illis aliter non censeretur derogatum nisi in illorum derogatione aliqua forma seruanda esset, cæterisque contrarijs quibuscunque, & de quibus hic specialis mentio facienda esset. Statum & merita, tenores, formas, ac compendia quorumcunque præmissorum, & aliorum hic forsan de necessitate exprimen. pro plene, et sufficienter expressis habentes, Volumus autem quod præsentis sola signatura sufficiat, et vbique in iudicio & extra fidem faciat, regula & constitutione quacunque in contrarium facien. non obstan. Quodque describi debeat in volumine statutorum dictæ Ripæ, & illis sic descriptis, & ab aliquo Notario subscriptis, ea prorsus fides adhibeatur, ac si originales ipsæ exhiberẽtur, seu literæ per breue nostrum cum maiori specificatione, & expressione præmissorum omnium, & aliorum quorumcunque oportunorum, & necessariorum expediri possint.

Placet Motu proprio M.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum quinto Cal. Aprilis Anno Tertio.

Fratres

L X I.

Fratres Ordinis Minorum Conuentualium S. Francisci, nihil proprium, aut priuatim habere possint, & ab officiorum ambitu se abstinere debent.

Hoc idem habes infra in constitu. 67. Illa nos cura, vbi posita etiam concord. materia.

PIUS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

AD extirpandos cupitæ proprietatis abusus, summũ bonum in frugifera religione fratrum minorum Conuentualium nuncupatorum peruertentes, simulque frangendam pessimam corruptelam, quæ de administrationibus, & officijs huius ordinis, per gratiam, & sordes consequendis, perperam inoleuit, De nobis attributæ potestatis plenitudine, omnes & singulos fratres prædictos, etiam si Magistri Generales, Prouinciales, Custodes, & alij quicunque sint, priuato rerum, bonorumque omnium immobilium, mobiliũ, & se mouentium dominio, vsu, vsufructu, possessione, & proprietate, quocunque per eos modo acquisitis, & ad ipsos obuentis, perpetuo priuamus, à dictaque possessione amouemus, & amotos nunciamus, illaque omnia & singula in communes suarum cuiusque domorum, & prædictæ Religionis vsus conuertenda concedimus, Ac omnia, & quæcunque priuilegia, dispensationes, licentias, permissiones, & indulta, eis, & ipsorum singulis, super his, ac domibus, cellis, hortis, pecunijs, alijsque rebus, etiam causa senij infirmitatis parentum subuentionis, congerendæ sororibus dotis, & cuiuscunque alterius pij officij intuitu habendis, retinendis, & fruendis, etiam per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos & sedem, apostolicam, etiam motu proprio, & ex certa scientia concessa, confirmata, & innouata, quibuscunque concepta formulis, ac clausulis, & decretis suffulta (quorum omnium tenores præsentibus habemus pro expressis) specialiter & expresse reuocamus, volumusque illa omnia, & singula vires, & effectum de cetero non habere. Et nihilominus mandamus Magistris, & Superioribus omnibus in virtute sanctæ obedientiæ, vt rerum, & bonorum omnium prædictorum possessionem nomine domorum & locorum suorum capiant, vt illa illorumque fructus in communes omnium vsus conuertantur. Statuentes vt deinceps nullus omnino fratrum dicti ordinis, siue priuatus, siue Custos, siue Prouincialis, siue Generalis Magistri officio fungens, etiam prætextu huiusmodi priuilegiorum, dispensationum, permissionum, & indultorum, seu inueteratæ consuetudinis voto repugnantis, aut quacunque alia causa, proprium quicquam, aut priuatum habeat, sed omnia vbique communia, & indiuisa omnibus religiosis esse, Quin etiam Magistri, Custodes, & Guardiani vitam cum fratribus suis communem ducere debeant, in Refectorio semper comedant, nullas edes separatas, siue in Claustro, siue alibi habeant, sed vnica cella, eademque cum cæteris aliorum fratrum coniuncta, contenti esse debeant, Pari quoque ratione cæteri fratres, nil sibi proprij vendicantes, necessarium victum & vestitum a sua quisque domo, & per eius Ministros capiant. Pecuniæ vero & quæcunque aliæ res, quæ cuique priuatim, etiam intuitu personæ, vndecunque donatæ & relictæ fuerint, Superiori horarum vigintiquatuor interuallo exhibeantur, qui illas statim deposito committat, & inde tantum exhibitori, ministrari iubeat, quantum præsens rei conuenientis necessitas videbitur postulare. Eam præterea diligentiam Superior adhibere debebit, vt singulorum maxime infirmorum necessitatibus, iuxta cuiusque exigentiam debite consulatur, Ad hæc nullus omnino Magistrorum, Custodum, & Guardianorum, administrationem prædictorum bonorum, & aliarum rerum temporalium, dispensationemque pecuniarum, & redditũum suæ custodiæ, vel domus etiam nomine Conuentus habere, siue exercere vel sese in eis interponere possit, sed vniuersum id onus tribus religiosis a Magistro Generali ita demandetur, vt primus rerum, & bonorum custodiæ, siue domus, inferendorumque in eam redditũum curam habeat, Alter tanquam depositarius pecunias, & cætera ab illo importata fideliter asseruet, Reliquus de pecunijs, & rebus a depositario captis, Custodi, Guardiano, & fratribus, ac domui vniuersæ de necessarijs veluti dispensator, cum ipsius Custodis, seu Guardiani auctoritate prouideat, Officiorum huiusmodi inuicem confusione penitus interdicta, Sed & ij tres, tam accepti quàm impensi, singulis mensibus, suo Custodi, vel Guardiano, adhibitis etiam duobus, vel tribus fratribus eiusdem domus probatioribus, rerumque vsu peritis, deinde ipsimet, rursus præsentibus Custode, Guardiano, & peritis, Magistro generali, vel Visitatoribus, quotiescunque visitationis officium fecerint, Denique ipse Magister generalis, in proxime sequenti Capitulo generali, coram tribus Iudicibus ab ipso Capitulo deputatis, illorum omnium & etiam vniuersæ administrationis suæ publicæ & priuatæ rationem reddere teneatur. Cæterum præcipimus, atque interdicimus omnibus & singulis, ne pro Magistratibus & Officijs prædictis, quæcunque sint, vlli ambitus fiant, aut pecuniæ, etiam pro confirmationibus, sigillo, vel scriptura, aut quacunque alia re, vel causa soluantur aliæue pactiones, seu promissiones intercedant, seu munera, aut xenia quocunque modo mutantur, neuę quisquam etiam in officio existens, pecunias, aut aliud quicquam de domo vel custodia sibi commissa, vel aliunde Generali, seu alij cuicunque conferat, vel remittat, Quicunque secus fecerint, in pœnam priuationis Magistratuum, & officiorum suorum incidant, & ad futura inhabiles, & infames reputentur, & pro culpis, etiam tanquam fures puniantur, prout nos illos priuatos, inhabiles, & infames declaramus eo ipso, Decernentes irritum, & inane, quicquid secus in præmissis, per quoscunque, scienter vel ignoranter contigerit attentari, Procurationibus tamen Generali ex vniuerso ordine, ac Prouincialibus Magistris ex sua cuique Prouincia, & Visitatoribus ex domibus, & locis visitandis debitis & necessarijs, nequaquam per præsentes sublatis, Non obstantibus prædictis, & nostra de non tollendo iure quæsito, alijsque constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac dicti ordinis iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Necnon Bulla aurea, & Mare magnum nuncupatis, & quibuslibet alijs priuilegijs, indulgentijs, & literis apostolicis generalibus & specialibus, quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis, quæ omnia, contra prædicta nolumus cuiquam in aliquo suffragari. Cæterum quia difficile valde esset easdẽ præsentes ad singula loca, vbi illis opus erit transfer-

N re, volumus

Fratres Conuentuales nihil proprium habere posse decernit.

Et dispẽsationes quascunque desuper obtentas, reuocat, & annullat.

Et bona quæcunque in cões omnium vsus obuerti mandat.

Officiales comedere iubet cũ alijs fratribus in cinello. Quod amplia tur infra in . constitu. 69.

Bona quæ priuatim alicui donata, vel relicta fuerint, Superioribus consignari praecipit.

Bonorum, administrationis, ac dispensationis, & rationis reddẽdæ formam ponit, vt hic. Ad quod vide infra const. 67.

Officiorumque ambitus prohibet.

Contrauenientium pœna.

Decretum irritans.

Clausula derogatoria.

re volumus vt earum exemplis, etiam impressis manuque Notarij publici, & sigillo Prælati ecclesiastici, vel eius curiæ obsignatis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ priuationis, amotionis, nunciationis, concessionis, reuocationis, declarationis, mandati, statuti, præcepti, interdicti, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, sexto idus Iunij Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Publicatio. Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, indictione vndecima, die vero decima mensis Iunij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quinti Retroscriptæ literæ Apostolicæ lectæ, & publicatæ fuerunt in generali retroscriptorum fratrum Conuentualiũ, videlicet Magistri Generalis & Prouincialium Cõgregatione habita in Conuentu SS. Apostolorum de Vrbe per me Robertum Fontanum Clericum Mutinensem Archiuij Romanæ Curiæ scriptorem, præsentibus ibidem Illustrissimo & Reuerendissimo Domino Alexandro Cardinale Cribello Viceprotectore, & Reuerendissimo Patre Domino Episcopo Sanctæ Agathæ testibus, &c.

In quorum fidem hic me subscripsi.

Robertus Fontanus Archiuij Romanæ Curiæ scriptor.

LXII.

Declaratio Concilij Tridentini cap. 3. sess. 24. De Reformat. matrimo. super impedimento publicæ honestatis, circa sponsalia, siue matrimonia.

De materia autem dispensationum matrimonialium, habes supra Pauli Quarti constitu. 16. Ab ea ipsa, fol. 589. & Pij Quarti consti. 37. Sanctissimus, fol. 888. & supra prox. in constitu. 23. Sanctissimus, fol. 952. & constit. seq. cum ibi not. & etiam in const. 26. Cum sicut, fol. 957. & infra in const. 85. In omnibus.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

AD Romanum spectat Pontificem sua solicitudine diligenter prouidere, vt sacrorum Conciliorum decreta ita suæ declarationis adminiculo dilucidentur, quod nulla desuper dubitãdi occasio cuiquam relinquatur.

Dubium. Sane ad aures nostras peruenit, multos esse, qui dubitent, an decretum œcumenici Concilij Tridentini Sessione vigesimaquarta de reformatione matrimonij capitulo tertio, quo cauetur impedimentum publicæ honestatis, vbi sponsalia valida non fuerint, prorsus tolli; vbi vero valida fuerint, non excedere primum gradum cum in vlterioribus gradibus non possit huiusmodi prohibitio seruari, de sponsalibus per verba (vt aiunt) de futuro tantum conceptis intelligatur, vel etiam matrimonia per verba de præsenti contracta, non tamen consummata, quæ interdum sponsalia appellantur, comprehendat, ita vt etiam eo casu impedimentum inde proueniens sublatum fuerit.

Declaratio Pontificis. Nos itaque vt omnis difficultas, dubitatioq; tollatur, attendentes, quod sponsaliorum appellatione, qua dictũ Concilium vtitur, non nisi impropriè matrimonium verbis de præsenti conceptis contractũ continetur, quodque agitur de correctione iuris veteris, quo casu secundum proprietatem verborum dumtaxat procedendum est, præsertim cum longe maiorem rationem prohibitionis in matrimonio per verba de præsenti contracto, quam in sponsalibus de futuro vigere a nemine dubitetur; ideirco Motu proprio auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus, & diffinimus decretum Concilij huiusmodi omnino intelligẽdum esse, & procedere in sponsalibus de futuro dumtaxat, non autem in matrimonio sic (vt præfertur) contracto, sed in eo durare adhuc impedimentum in omnibus illis casibus, & gradibus, quibus de iure veteri ante prædictum decretum Concilij introductum erat. Et ita ab omnibus iudicari debere, mandamus, atque statuimus.

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, alijsque contrarijs quibuscunque.

Clausula derogatoria. Volumus autem quod præsentes literæ in Cancellaria nostra, & acie Campi Floræ de more publicentur, & inter constitutiones perpetuo valituras describantur. Et quia difficile foret præsentes ad singulaquæque loca deferri, volumus, & etiã declaramus, quod earũ transumptis etiã impressis, manu alicuius Notarij subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis eadem prorsus fides vbicunque adhibeatur si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, diffinitionis, mandati, statuti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Forma publicationis quæ non sequitur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo octauo Cal. Iulij Pontificatus nostri Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno a natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, indictione vndecima; die vero vigesima prima mensis Iunij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ Quinti Anno Tertio, retroscriptæ literæ apostolicæ lectæ, & affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris est dimissis ibidem præsentibus literis per aliquantulum temporis spatium affixis, & deinde amotis, per nos Iulium Parinum Clericum Terdonen. & Ioannem Bornotum prælibati Sanctissimi D. N. Papæ Cursores. Publicatio.

Camillus Cherubinus Magister Cursorum.

LXIII.

Reformatio Tertij Ordinis S. Francisci de Pœnitentia, & eius subiectio sub Generali, & Prouincialibus Ministris Fratrum Minorum de Obseruantia.

De materia vide supra in Pauli Quarti, const. 4. Ex clementi. fol. 572. & infra in Grego. 13. constitu. 35. Ex benigna, & ibi not.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

EA est officij nostri rō, vt cum de cæteris Ecclesiæ nobis cōmissæ Ordinibus, vel in sua integritate cōtinēdis, vel ad institutū reuocandis, curā perpetuam capiamus, maiore tamen solicitudine eādem illa in religiosorum sodalitatibus requirimus, quos ideo Altissimus in suum sibi sanctuarium segregauit, vt cæteros fideles viā doceant, qua & ipsi æternæ salutis beatitudinem consequantur. Itaque inter cæteras religiones fratrum quoque Tertii ordinis Sancti Francisci de pœnitentia nuncupati in Congregatione viuentium, ac tribus votis substantialibus astrictorum status nos commouet, vt ad illum reformandum studia nostra conferamus, quando vel ex tam multis quæ bonæ memoriæ Rodulphus Episcopus Ostiensis Cardinalis Carpensis nūcupatus dicti ordinis Protector, sedis apostolicæ auctoritate fretus in reparanda horum disciplina præclarè, & salubriter edidit, religionem hanc parum admodum profecisse agnouimus. Causa huius reformat.

Proinde nos hac præcipua morbi causa ex propria Præsidentium, & aliorum Ministrorum negligentia, vel inscitia comperta in communem dicti ordinis salutem alia ratione intenti, De nobis attributæ Potestatis plenitudine officia Ministratus & visitatoris generalis dicti ordinis perpetuo extinguimus, & abolemus, ac ministrum Visitatorem, & Vicarium generalem eiusdem ordinis officio, vsu, & exercitio omnimodè interdicimus, edictoque prohibemus ne vllus posthac Minister, Vicarius, ac Visitator generalis de dicto ordine habeatur. Extinctio officij Visitatoris, Ministri, & Vicarij Tertij Ordinis.

Cæterum vt deinceps Ordo ipse vtiliorum Rectorum consilio, & opera dirigatur, nos diuersorum etiam Prædecessorum nostrorū ordinationes sequentes, Vniuersos, & singulos fratres, sorores, professos, & conuersos, necnon domos, monasteria, & loca virorum, & mulierum ac custodias, & prouincias per vniuersum orbē constitutas, gregemque ipsum vniuersum Tertij ordinis vtriusq; sexus Generali, & Prouincialibus Ministris ordinis Fratrum Minorum de Obseruantia nuncupatorum prout in eorū prouincijs consistunt, ita perpetuo supponimus, vt Minister generalis in vniuerso ordine, Prouinciales vero ordinis Minorum de obseruantia in suis quisque prouincijs plenum ius liberamque auctoritatem, ac in spiritualibus & temporalibus iurisdictionem omnimodā habeant, Domos omnes ac Monasteria, & loca quæcunque, necnon personas vtriusque sexus, tam in capite, quàm in membris visitandi, & corrigendi, vagantes, & quoscunque alios puniendi, carcerandi, mutandi, transferendi ordinibus officijs, & administrationibus deponēdi, excommunicandi, suspendēdi, interdicendi, & restituendi, ac etiam super ijs & cæteris, omnibus ordinem ipsum, illiusque domos, & personas vtriusque sexus quomodolibet concernentibus, eorum tamen regulæ prædictæ, & sacris canonibus, ac præsentibus literis non contrarijs statuēdi, mutandi, innouandi, & exequendi, quemadmodum illis est in suo proprio ordine attributum. Subiectio eiusdē Ordinis Generali, & Prouincialibus Ministris Fratrum Minorū de Obseruantia.

Præcipimus igitur in virtute sanctæ obediētiæ vniuersis, & singulis Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis prædicti vbilibet constitutis, vt Generalem, & Prouinciales ministros Ordinis Fratrum Minorum de Obseruantia, tanquam patres, & Superiores suos, eorumque monita & mandata humiliter & deuote recipiāt, & ea ipsa adimplere procurent, alioquin contradictores quoslibet, & rebelles, sententiæ, censuræ, & pœnæ quas quisque ipsorum rite tulerint in eosdem ipso facto volumus subiacere. Pari quoque ratione eis Cardinalem protectorē Fratrum de Obseruantia in protectorem tribuimus, qui eā in eosdem omnes curam, & auctoritatem obtineat, quam alius quisque plenissime hucusque comperitur habuisse. Fratres, & sorores Tertij Ordinis recipiunt in Superiores, Frēs de Obseruantia eorumque Protectorem.

Statuentes prætérea quod futuris omnibus Capitulis prouincialibus Fratrum Tertij Ordinis huiusmodi pro Visitatorum Prouincialium, & aliorum officiorum electione, fratrum diuisione, & salubri cuiusque Prouinciæ directione annis singulis celebrandis, aut Generalis, aut eius Commissarius, aut in cuius Prouincia capitulū illorum habebitur, Prouincialis minister Ordinis Minorum de Obseruantia huiusmodi semper præsideat, aliter vero celebrata, ac omnia in eis decreta pro irritis habeantur. In Capitulis huius Ordinis, interueniat Generalis, vel Cōmissarius, vel Prouincialis de Obseruantia.

In ipsis autem Capitulis Prouincialibus Visitatorum Prouincialium electio de idoneis fratribus Tertij Ordinis huiusmodi per secreta suffragia, & alias eo modo, quo de fratrum Minorum de Obseruantia prouincialibus celebretur, celebrata per Ministrum generalem prædictum ante omnia confirmetur. Electiones Visitatorum Prou. fiāt vt hic.

Hæc vero officia Annalia dūtaxat esse, & in singulis Capitulis prouincialibus prædictis resignari debeant, ita vt lapso primo anno illa vacare censeantur. Officia sint annalia.

Poterunt tamen ipsimet Visitatores prouinciales rursus in sequentem annum, & eo finito, etiam in tertium, si

idonei reperientur, eodem modo eligi & confirmari, sed omnes suis huiusmodi officijs quandocunque perfuncti, denuo ad illa nisi transacto Sexennin nequeant reuocari.

Cæterum omnes & singuli fratres & sorores Tertij Ordinis huiusmodi in sua quisq; prouincia Visitatori suo tanquam Superiori in omnibus quæ suis regularibus institutis non aduersantur, obediant.

Visitatorum Prouincialiũ facultates.

Omnes vero Visitatores prouinciales huiusmodi sic electi tanquam vices gerentes Ministrorum prouincialium ordinis fratrum minorum de obseruantia, & illis subditi prædicandi, & docendi munus in singulis vtriusque sexus domibus, conuentibus, & locis suæ cuiusque prouinciæ obire, eamque in sibi subditos fratres & sorores iurisdictionem, quam ipsimet Ministri prouinciales ordinis Minorum de obseruantia obtinent, in omnibus, & per omnia exercere, ac quandocunque opus erit confessiones omnium & singulorum fratrum, & sororum tertij ordinis huiusmodi per se vel alios suæ regulæ sacerdotes idoneos audire, illosque ab omnibus & singulis sententijs excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque censuris, & pœnis ecclesiasticis, necnon peccatis criminibus & delictis, dummodo talia non sint propter quæ Sedes Apostolica merito consulenda foret, in foro conscientiæ dumtaxat absoluere, & pro commissis pœnitentiam salutarem iniungere, ac cũ Clericis, & Presbyteris eius ordinis super irregularitate si quam sententijs & censuris huiusmodi illaqueati missas, & alia diuina officia, non tamen in contemptum clauium celebrauerint, vel alias sese illis immiscendo cõtraxerint, dispensare, libere, & licite valeant.

Fratres & Sorores huius Tertij Ordinis professi, nihil priuatum habere possint.

Ad hæc nullus omnino fratrum, & sororum Tertij Ordinis huiusmodi, qui prædicta tria vota substantialia fecerint, etiam prætextu quorumcunque priuilegiorum, dispensationum, indultorum, permissionum Apostolicorũ, aut etiam inueteratæ consuetudinis voto repugnantis, seu quacunque alia causa proprium quicquam, aut priuatum liceat obtinere, sed omnia etiam priuatim, ac intuitu cuiuscunque personæ donata, oblata, & concessa vbique communia, & indiuisa omnibus Religiosis esse debeant. Quicunque vero pecuniam, aut aliam rem qualemcunque sibi quacunque causa concessam prælato suo celauerit, furti reus cẽseatur, & tanquam fur puniatur, Eam tamen diligentiam superior cuiusque domus adhibeat, vt de communi ipsius domus singulis iuxta exigentiam consulatur.

Sorores eiusdem Ordinis in cõmuni & sub clausura viuere debeant.

Præterea sorores dicti Tertij Ordinis in cõmuni in domibus, monasterijs, vel hospitalibus, aut alia Congregatione viuentes, & dicta tria vota substantialia Religionis emittentes sub perpetua clausura maneant, nullusque frater, aut confessor earum, vel quicunque Prælatus ad domos, monasteria, vel alia loca sororum huiusmodi in communi, & collegialiter viuentium, nisi quibus ex officio incumbit, & in casibus necessarijs a iure permissis, & tunc cum vno, vel duobus socijs prouectis, & honestis ingredi audeat, qui secus fecerit carceribus mancipetur, omnibusque administrationibus, & officijs deponatur.

Confessores & concionatores earundem approbari debẽt à Ministro Gen. vel Prou.

Ipsarum vero sororum, & omnes alij Confessores, & sacri Concionatores, per Generalem vel Prouincialem Ministrum approbentur.

In cæteris autem omnibus quæ ad religiosam vitam pertinent illa prædicti fratres, & sorores Tertij Ordinis obseruare teneantur, quæ a prædicto Rodulpho Episcopo, & Protectore, vigesima octaua Aprilis, Anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono fuerunt ordinata, substantiam totius huiusmodi regulæ maxime continentia, quam fe. rec. Nicolaus Papa Quartus prædecessor noster ad incrementum fidei catholicæ approbauit, ita tamen vt præsentibus nullatenus aduersentur.

Dubia desuper oritura, a Generali & Prou. declarentur.

Quæcunque vero dubia in eis contigerit exoriri, illa omnia Generalis, & Prouinciales Ministri Ordinis Minorum huiusmodi debeant declarare, quorum declarationi & determinationi eorum regulæ, & præsentibus nõ contrariæ stari debeat.

Clausula præseruatiua.

Ac decernentes præsentes literas de subreptionis, vel obreptionis vitio, seu intentionis nostræ defectu nullo vnquam tempore notari, seu impugnari posse, aut debere, nec aduersus eas, & in eis contenta quæcunque restitutionem in integrum, aut reductionem ad terminos iuris, vel aliud quodcunque gratiæ, seu iustitiæ remedium quisquam impetrare, vel etiam ab alijs impetrato, aut Motu proprio concesso vti valeat ex quauis causa quantumlibet rationabili, ac omnia & singula præmissa aliquibus eiusmodi ordinis statutorum, aut quibusuis alijs reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, & alijs contrarijs dispositionibus generalibus, vel specialibus per quoscunque Rom. Pont. successores nostros pro tempore factis non comprehendantur, sed semper ab illis excepta sint.

Decretum irritans.

Sicque per quoscunque Iudices quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij apost. Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardin. etiam de Latere Legatos, in quauis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debeat, Necnon irritum, & inane quicquid secus super ijs per quoscunque quauis auctoritate etiam prætextu priuilegiorum, facultatum, dispensationum, & indultorum apostolicorum, quæ quoad hoc penitus abolemus, aut quouis alio quæsito colore scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Insuper vniuersis, & singulis fratribus, & sororibus Tertij Ordinis huiusmodi, eorumq; domibus, monasteris, & locis omnia & singula priuilegia, indulgentias, dispensationes, & indulta apostolica fratribus, & sororibus dicti ordinis Minorum de obseruantia, etiam quoad Sacramẽtorum Ecclesiasticorum administrationem, & receptionem quomodolibet concessa, & cõcedenda quæcunque sint, & fuerint, præsentibus tamen non repugnantia ita vt illis omnibus & singulis pariformiter, & æque principaliter vti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant concedimus, & indulgemus. Cæterum omnibus, & singulis fratribus, & sororibus Tertij Ordinis huiusmodi districtius iniungimus, vt præsentes nostras literas humiliter recipiant, & quæcunque in eis expressa, ac per eas statuta, decreta, & mandata sunt, alia desuper a nobis nõ expectata iussione, aut mentis nostræ declaratione firmiter custodiant, & in omnibus studiose obedire procurent.

Priuilegia Minorum de obseruantia, conceduntur huic Tertio Ordini.

Executorum deputatio, & facultates.

Quin etiam dilectis filijs nostris Carolo tt. Sanctæ Praxedis Presbytero Cardinali Borrhomæo nuncupato dicti ordinis protectori, & illius Ministro generali per apostolica scripta mandamus, vt ipsi vel eorum alter easdem præsentes, ac quicquid pro earum executione & obseruatione in dictis futuris capitulis prouincialibus, vel etiam extra illa ab Generali, & prouincialibus ministris ordinis fratrum minorum de obseruantia huiusmodi statuetur, ordinabitur, & decernetur in omnibus, domib. monasteriis, & locis virorũ, & mulierum, ac ab omnib. & singulis fratribus, & sororibus tertij ordinis huiusmodi inuiolate faciant per se, vel aliũ, seu alios obseruari,

Contradictores

Contradictores quoslibet & rebelles, ac etiam protestantes, & reclamantes, eisque auxilium, consilium, vel fauorem publicè, vel occultè, directè, vel indirectè quouis quæsito colore vel ingenio præstantes tam Ecclesiasticos, quam Laicos cuiuscunque dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas cæteraque iuris, & facti remedia opportuna appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis seruatis processibus, sententias, censuras, & pœnas prædictas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus nostra de non tollēdo iure quæsito, & piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. etiā prædecessoris nostri de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, Necnon tertij ordinis, illiusque domorum, & etiam mulierum Monasteriorum prædictorum iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis illis, eorumque superioribus, & personis, ac eorum singulis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedem Apostolicam, etiam per modū statuti perpetui, ac initi, & stipulati contractus, ac alias sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis in genere, & in specie concessis, cōfirmatis, ac etiam alijs reformationibus quotiescunque, ac quocunque tempore factis, & promulgatis, etiam Mare magnum, & Bulla aurea nuncupatis, ac quibuslibet alijs indulgentijs, & exemptionibus Apostolicis specialibus, & generalibus quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio. Quæ omnia contra earundem præsentium tenorem nolumus cuiquam in aliquo suffragari. *Clausul. derog.*

Per prædicta tamen non intendimus reformationi fratrum, & sororum tertij ordinis huiusmodi in Hispaniarum Regnis constitutis in aliquo præiudicare, quo minus literæ nostræ desuper editæ, & quæcunque illarum vigore pro rerum, locorum, & personarum qualitate, & exigentia facta sunt, præsentibus non conformia possint quoquo modo impediri, vel retractari. *Declaratio quod non intelligatur præiudicatū Reformationi Tertij Ordinis in Regnis Hispan.*

Denique volumus quòd ipsarum præsentium exempla etiam impressa, dictique pro tempore existentis Protectoris, aut Ministri generalis, vel Prouincialis sigillo, & Secretarij cuiusuis eorum, vel Notarij publici manu obsignata eandem illam fidem vbique locorum in iudicio & extra illud faciant, quam ipsæ præsentes si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ extinctionis, abolitionis, prohibitionis, suppositionis, tributionis, concessionis, interdicti, statuti, indulsi, præcepti, decreti, mandati, iniunctionis, intentionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo octauo. Quinto Non. Iulij, Pontificatus nostri anno tertio.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

LXIIII.

De residentia Rectorum Ecclesiarum Parochialium.

Ad hoc vide etiam Concil. Trid. sess. 23. cap. 1. & sess. 24. cap. 12. De reformatione, & sup. Pij 4. const. 17. De salute, fol. 678. & const. 115. In suprema, fol. 833.

PIUS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CUPIENTES pro nostri pastoralis officij munere Christifidelium animarum saluti quantū cum Deo possumus salubriter consulere, & parochialibus Ecclesijs ab earum parochis, prout tenentur, in diuinis debite & laudabiliter deseruiri, inhærendo etiam decretis sacri Concilij Tridentini, Motuproprio, & ex mera deliberatione certaque scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine hac nostra perpetuo valitura constitutione, omnes, & singulos Rectores parochialium Ecclesiarum cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ fuerint, in quibuscunque Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, diœcesibus, ac alijs Christiani Orbis partibus consistentes, qui parochialem Ecclesiam, ac canonicatum, aut dignitatem, etiam post Pontificalem maiorem, seu principalem in quibusuis Patriarchalibus, aut Metropolitanis vel Cathedralibus, seu collegiatis Ecclesijs, seu aliud quodcunque beneficium Ecclesiasticum, etiam quarumcunque dispensationum à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, seu etiam à nobis hactenus quomodolibet impetratarum, ac literarum Apostolicarum desuper expeditarum titulo, quas omnes hac præsenti constitutione abolemus, & reuocamus, seu quocunque alio prætextu obtinent, cum prima, & præcipua debest esse cura animarum, eos ad residendum in Ecclesia parochiali, & ibi in diuinis deseruiendum, debitoque eorum officio fungendum omnino teneri, & obligatos esse, ac ad id per Episcopos, & aliorum locorum ordinarios, etiam tanquam Apostolicæ sedis delegatos, sub sententijs, & censuris Ecclesiasticis, ac pecuniarijs arbitrio eorum declarandis, ac etiam priuationis dictarum parochialium, & aliorum quorumcunque beneficiorum pœnis, quacunque appellatione remota, cogi, & compelli posse, & debere auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, præcipimus, & ordinamus. Eos tamen sic residentes in Ecclesijs parochialibus omnes, & singulos fructus, redditus, & prouentus, etiam canonicatus sui, vel dignitatis, seu alterius cuiuscunque beneficij, exceptis dumtaxat quotidianis distributionibus, & alijs quæ ex iusta causa absentes percipere non solent, lucrari volumus. Sicque per quoscunque iudices, & Commissarios, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi,

Causa istius constitutionis.

Rectores parochialium cōpellantur ad residendum per Ordinarios vt hic.

Decretum irritans.

Decretum irritans.

pretandi facultate, interpretari, iudicari, & diffiniri debere: Necnon irritum, & inane quicquid fecus fuper his à quoquam quauis auctoritate fcienter, vel ignoranter attentatum forfan eft hactenus, vel in pofterum contigerit attentari, decernimus, & declaramus. Non obftantibus præmifsis, ac quibusuis difpenfationibus, & exemptionibus, literifque Apoftolicis defuper confectis, necnon Apoftolicis in Prouincialibufque, & fynodalibus Concilijs editis generalibus, vel fpecialibus conftitutionibus, & ordinationibus, & etiam iuramento, confirmatione Apoftolica, vel quauis firmitate alia roboratis ftatutis, & confuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoftolicis quibusuis perfonis in genere, vel in fpecie, & aliàs quomodolibet concefsis, & approbatis, in pofterumque concedendis, & approbandis, quibus omnibus, etiam fi de illis, eorumque totis tenoribus fpecialis, fpecifica, & indiuidua, non autem per claufulas generales idem importantes mentio, feu quæuis alia exprefsio habenda, aut alia exquifita forma ad hoc feruanda foret, eorum tenores, ac fi de verbo ad verbum infererentur, præfentibus pro fufficienter exprefsis habentes, illis aliàs in fuo robore permanfuris, hac vice dumtaxat ad effectum præfentium fpecialiter, & expreffe derogamus, cæterifque contrarijs quibufcunque. Volumus autem quod harum literarum tranfumptis etiam imprefsis, manu Notarij publici fubfcriptis, ac figillo alicuius perfonæ in dignitate Ecclefiaftica cõftitutæ munitis eadem prorfus fides tam in iudicio, quam extra adhibeatur, quæ præfentibus adhiberetur, fi forent exhibitæ, vel oftenfæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noftræ abolitionis, reuocationis, ftatuti, præcepti, ordinationis, decreti, declarationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei aufu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præfumpferit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoftolorum eius fe nouerit incurfurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millefimo quingentefimo fexagefimo octauo, octauo, Idus Iulij, Pontificatus noftri anno tertio.

Clausula derog.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

Regiftrata apud Cæfarem Secretarium.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini millefimo quingentefimo fexagefimo octauo, indictione vndecima, die vero decimaquinta menfis Iunij, pontificatus Sanctifsimi in Chrifto patris & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno eius tertio, retrofcriptæ literæ Apoftolicæ lectæ affixæ & publicatæ fuerunt ad valuas Bafilicæ Principis Apoftolorum de Vrbe, Cancellariæ Apoftolicæ, & in acie Campi Floræ, dimifsis ibidem præfentibus literis per aliquantulum temporis fpatium, vt eft moris, affixis, & deinde amotis per nos Ioannem Bornotum, & Iulium Parinum prælibati S. D. N. Papæ Curfores.

Io. Andreas Panizza Mag. Curf.

LXV.

Contra Notarios, & alios Reorum refponfiones, aut dicta teftium, propalantes aut Reis vel teftibus in fecretis carceribus detentis ambafciatas deferentes, abfque Iudicis, & Fifci licentia.

PIVS Papa V, Motu proprio, &c,

LICET contra Notarios qui in caufis, tam criminalibus, quam ciuilibus dicta teftium, aut reorum refponfiones abfque Iudicis decreto partibus patefaciunt, multæ conftitutiones editæ fint, eofque tanquam falfi reos, & infames, ac periuros puniri debere ftatutum fit, nihilominus quia magis timetur quod fæpius cauetur, & vt infuturum timore pœnæ, fi non Dei timore arceantur, omnes & fingulas cenfuras, & pœnas contra eos, qui talia deliquerint latas auctoritate Apoftolica tenore præfentium approbamus, confirmamus, & innouamus, nec de earum rigore, propter illarum forfan inobferuantiam, aut prædecefforum noftrorum, & etiam noftram, ac officialium, & miniftrorum eorundem, & noftrorum tolerantiam quicquam relaxatum, aut remiffum effe, ac eafdem in fuo priftino robore, & vigore permanere decernimus, & declaramus. Et vt pœnarum certitudo omnibus hic in Alma Vrbe noftra innotefcat, ftatuimus, decernimus, & declaramus omnes, & fingulos Notarios, tam principales, quàm fubftitutos, executores quoque, ac carcerum cuftodes, cæterofque, quibus tam vigore fui officij, quàm alias quomodocunque reos, dum in carceribus fecretis detinentur, facultas alloquendi conceditur, qui reorum refponfiones, ac teftium in dictis caufis depofitiones propalare in totum, vel in parte, dicto, aut facto, quibusuis perfonis cuiufcunque conditionis, prærogatiuæ, & dignitatis, tam mundanæ, quàm Ecclefiafticæ exiftant, abfque Iudicis coram quo caufa vertitur, & Procuratoris Fifcalis licentia aufi fuerint, aut eifdem reis, & teftibus, donec in fecretis retinentur, etiam quarumuis perfonarum, vt fupra quomodolibet qualificatarum, vel nomine eorundem reorum, & teftium, vel alijs etiam extra carceres exiftentium nomine eorundem carceratorum nuntium, epiftolam, literas, vel (vt vulgo dicitur) ambafciatas ferre abfque eiufdem Iudicis, & Procuratoris Fifcalis licentia, vltra pœnas eis à iure, vel ftatuto inflictas, pœnam relegationis in perpetuum, vel ad tempus ad triremes, & fi qualitas facti id exegerit, & Iudici videbitur, etiam vltimi fupplicij incurrere, & puniri debere præcipimus, & mandamus, ficq; ie per quofcunque Iudices quauis auctoritate fungentes puniri, & condemnari, & non aliter declaramus. Irritum quoque, & inane &c. decernimus. Non obftantibus præmifsis, conftitutionibus, & ordinationibus Apoftolicis, ftylo, & confuetudine, cæterifque contrarijs quibufcunque. Volumus quod præfentis ftatuti, decreti, & conftitutionis cedula in acie Campi Floræ, & Cancellaria noftra Apoftolica de more publicetur, & ita omnes quos tangit afficiat, quodque illius noftra fignatura fufficiat, & vbique fidem faciat, regula contraria non obftante, &c.

Pœnarum impositio.

Decretum irritans.
Clausulæ derogat.

Placet Motu proprio. M.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini Millefimo quingentefimo fexagefimo octauo, Indictione vndecima, die vero vigefimatertia menfis Iulij. Põtificatus Sanctifsimi Domini Noftri Domini Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno tertio fupradictæ literæ publicatæ & affixæ fuerunt in locis fupradictis, per me Io. Andream Rogerium prælibati Sanctifsimi D. N. Papæ Curforem.

Camillus Cherubinus Mag. Curforum.

Transla-

LXVI.

Translatio curæ Monialium à Fratribus ordinis Humiliatorum, ad ordinarios locorum.

Extinctus postea fuit ordo Fratrum Humiliatorum, vt infra in const. 122. Quemadmodum.

Exemptiones autem, & clausuram Monialium, vide sup. in Pij 4. const. 10. De statu,& ibi not.f.659.

PIVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

CVM (sicut accepimus) diuersa Monialium Monasteria, curæ, & regimini dilectorum filiorum Fratrum ordinis Humiliatorum subiecta esse reperiantur: Nos volentes pro nostri pastoralis officij sollicitudine eosdem Fratres, vt commodius, & liberius diuinis officijs, sacrarumque literarum studijs incumbere valeant, ab onere,& impedimento gubernij Monialium huiusmodi liberos esse: Motuproprio,& ex certa scientia, maturaque deliberatione nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine Fratres ordinis Humiliatorum huiusmodi vbicunque existentes ab omni cura, gubernio, regimine, & administratione quorumcunque Monasteriorum Monialium cuiuscunque ordinis existentium claustraliter viuentium eis quomodolibet cõmissorum, & per eos hactenus regi, & gubernari solitorum, ex nunc in perpetuum auctoritate Apostolica tenore præsentium penitus absoluimus, ac totaliter liberamus, eosque ab huiusmodi onere absolutos,& liberos, & immunes fore, & esse,nec deinceps in illis quouis prætextu,aut quæsito colore se vllatenus intromittere posse, neque debere decernimus, ac ipsorum Monasteriorum Monialium curam, & gubernium eisdem Fratribus de cætero omnino interdicimus, Ne autem ipsa Monialium Monasteria propterea in spiritualibus, aut temporalibus detrimentum aliquod patiantur, nostræ prouidentiæ diligentia opportunè prospicere cupientes,eadem Monialium Monasteria omnia, & singula locorum Ordinarijs, in quorum Ciuitatibus, aut diœcesibus respectiuè consistunt, per eos fæliciter regenda, & prosperè dirigenda, auctoritate, & tenore præfatis motu simili subijcimus, atque supponimus, eaque ab ipsis ordinarijs in perpetuum regi, & gubernari,illisque de idoneis confessoribus prouideri debere volumus, ac mandamus. Et vt id prompte,libenterque suscipiant, & exequantur, eis in virtute sanctæ obedientiæ iubemus, curamque Monasteriorum huiusmodi bene, ac diligenter gerere, & exercere districtè præcipimus. Mandantes eisdem ordinarijs, vt contradictores quoslibet, & rebelles, præsentibusque nostris literis parere recusantes, seu differentes, etiam si dicti Fratres fuerint, per pœnas sibi benevisas, etiam pecuniarias, ac demum per excommunicationis, & alias sententias, & censuras Ecclesiasticas, cæteraque opportuna iuris, & facti remedia, omni & quacunque appellatione postposita, ac prorsus remota, auctoritate nostra comprimant, & compescant, eosque ad parendum, & cum effectu statim obediendum præsentibus literis cogant, & compellant, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Super quibus dictis ordinarijs plenam, & liberam harum serie facultatem concedimus, & potestatem. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Monasteriorum, & ordinum huiusmodi etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis, etiam cum quibusuis clausulis derogatoriarum derogatorijs, irritantibusque, & alijs decretis quomodolibet concessis, confirmatis, & sæpius innouatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis,specifica,& indiuidua mentio,seu quæuis alia expressio habenda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso,& forma in illis tradita, obseruata insererentur,præsentibus pro sufficienter expressis habentes,illis alias in suo robore permansuris; hac vice dumtaxat ad effectum præsentium specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Aut si fratribus, vel Monialibus præfatis, vel quibusuis alijs communiter, vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus insuper, quod præsentium transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ originalibus literis adhiberetur,si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die vigesima tertia Iulij, millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, Pontificatus nostri anno tertio.

Cæ. Glorierius.

Causæ huius constitutionis.

Humiliatos à cura Monialium liberat.

Et Moniales subiicit ordinarijs locorum.

Executorum deputatio, & facultates.

Clausulæ derog.

LXVII.

De Reformatione Ordinis Minorum Conuentualium S. Francisci editarum.

De materia autem habes sup. fol. 331. Leon. x. const. 10. Ite & vos, & const. seq.ac fol.369. Clem. 7. const. 10. Cupientes, & sup. in const. 61. Ad estirpandos, & infra Greg. 13. const. 74. Sedis Apostolicæ.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

ILLA nos cura inter cæteras solicitat, vt optimæ disciplinæ cultus in omnibus religiosorum Sodalitatibus nutriatur, & confirmetur. Quod quidem nos pridem in amplissimo ordine Fratrum minorum Conuentualium nuncupatorum magnopere capetentes, rerum omnium proprietatem illis ademimus, multaque præterea de ratione viuendi, & officijs eorundem ædidimus, literasque nostras super ijs confectas in eorum Capitulo generali, apud Basilicam duodecim Apostolorum de Vrbe proximè celebrato palam omnibus iussimus promulgari. Qui illis ea qua decuit obedientia receptis,ad tollenda, & corrigenda alia prætetea intenti, quæ ad huius religionis statum in sua integritate continendum maxime obesse intelligebamus, nonnulla inter sese statuere cogitarunt. Verum instante iam ipsius Capituli conclusione, cum temporis angu-

Hic Pontifex pro reformatione minorum Conuentualium ed dit. const quã habes sup. huius. 61. Ad estirpandos quæ in Capitulo Generali Romæ celebrato recepta fuit.

stia id

ſtia id minus pateretur, negotium vniuerſum ad arbitrium, & auctoritatem Generalis, & Prouincialium Magiſtrorum, necnon Diffinitorum dicti ordinis ex voluntate noſtra demandatum eſt, qui diuerſas alias præſentibus ſubiectas conſtitutiones, ab ipſo Magiſtro Generali ſubſcriptas ordinarunt, quas omnes, ſaluiſ alias literis noſtris prædictis, præſentium auctoritate approbamus, & confirmamus, Supplentes omnes, & quoſcunque ſiue ſolemnitatum omiſſarum, ſiue alios iuris, & facti defectus, qui interuenerint in eiſdem. Quin etiam illas omnes prout conſcriptæ ſunt facimus, & ordinamus, iubemuſque ipſas æque atque noſtras in omnibus Prouincijs, cuſtodijs, domibus, & locis, necnon ab omnibus, & ſingulis fratribus dicti ordinis firmiter obſeruari, ac quoſcunque qui illis non paruerint, cenſuris, & pœnis omnibus, quæ literis prædictis continentur, eo ipſo volumus ſubijcere. Et nihilominus dilecto filio noſtro Carolo tit. Sanctæ Praxedis presbytero Cardinali Borrhomæo nuncupato moderno, & pro tempore exiſtenti protectori, ac etiam Magiſtro Generali dicti ordinis per Apoſtolica ſcripta mandamus, vt ipſi, vel eorum alter per ſe, vel alium ſeu alios, vbi, & quando opus fuerit, tam ſupradictas, quam præſentes literas, & eiſdem inſertas Conſtitutiones omnes in omnibus, & ſingulis Prouincijs, Cuſtodijs, domibus, & locis prædictis, ac ab omnibus & ſingulis Magiſtris, Guardianis, Fratribus, & perſonis in eis expreſsis, iuxta ſingularum literarum, & conſtitutionum huiuſmodi tenorem, inuiolatè obſeruari. Contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas alijs noſtris literis contentas prædictas, cæteraque opportuna iuris & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, cenſuraſque, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus præmiſsis, & felicis recordationis Bonifacij Papæ octaui prædeceſſoris noſtri, de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis, alijſque Apoſtolicis Conſtitutionibus, ac etiam dicti ordinis ſtatutis, & conſuetudinibus iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, contrarijs quibuſcunque. Aut ſi Magiſtris, Guardianis, & Fratribus prædictis, vel quibuſuis alijs communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſsint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, Necnon Mare magnum, & Bulla aurea nuncupatis, ac quibuslibet alijs priuilegijs, exemptionibus, indulgentijs, & literis Apoſtolicis, generalibus, & ſpecialibus, quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, quæ omnia contra ipſarum præſentium, & conſtitutionum huiuſmodi tenorem, & effectum, nolumus cuiquam in aliquo ſuffragari. Quin etiam ex nunc irritum decernimus, & inane, quicquid ſecus ſuper his per quoſcunque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Ita igitur Conſtitutiones prædictæ ſcriptæ ſunt.

Cum Pontifex confirmet, & ſeruari mandat.

Executorum deputatio, & facultas.

Clauſula derog.

Decretum irritans.

Nouicij, etiam oblati, ante decimumoctauum ætatis ſuæ annum completum ne recipiantur, neque ante decimum nonum item completum ad profeſsionem admittantur. Qui hactenus recepti etiam oblati, quintumdecimum annum non expleuerint, detracto habitu Religionis, domum ad parentes, vel neceſſarios, etiam inuiti remittantur, vel alias omnino emittantur, nec poſtea in edibus vnde exierint, aut in alijs eiuſdem ordinis domibus verſari vllo modo poſsint.

Nouitij ante 18. ſuæ ætatis annũ non recipiãtur, & recepti dimittantur, ni ſi expleuerint ann. 15.

Laici qui vigeſimumquintum annum non attingerunt, ad ſeruiendum ne recipiantur, & qui recepti etiam nunc ea ætate minores ſunt, eijciantur.

Laici minores 25. non recipiantur, & recepti dimittantur.

Nouitij ne recipiantur, aut educentur, niſi in Conuentibus inſignioribus, in quibus Dormitorium, & Capitulum habeant ſeorſum ab alijs fratribus.

Nouitij educentur in Conuentibus inſignioribus.

Nullus deinceps Prouinciæ præficiatur, qui eiuſdem Prouinciæ ſit, ſed Prouinciales ex aliena Prouincia ſemper aſſumantur, qui tamen idonei ſint ad id officium, & cultores regularis obſeruantiæ.

Prouinciales eligantur ex aliena Prouincia.

Guardianatus inſigniores, & priuilegiati, vt Roman. Aſsiſien. & huiuſmodi triennio, non priuilegiati, biennio diuturniores ne ſint, in quo tamen habenda eſt ratio Prouinciarum externarum. In illis enim locis hæc officia iuſta de cauſa in longius tempus arbitrio Superioris protrahi poterunt.

Guardianatus officium duret quantum.

In Paternitatibus hactenus conceſsis, & poſthac concedendis, ea moderatio adhibeatur, vt nemo Paternitatis titulo, vel priuilegio fruatur, niſi qui Prouincialatus officium obtineat, vel obtinuerit, vel quadrageſimum annum agat, & alias, etiam eo titulo, & priuilegio dignus exiſtat.

Paternitatis titulo, nõ gaudẽt qui non obtinent officiũ Prouincialatus, vel 40. an. agant.

Nulli in eodem Conuentu plus biennio manere liceat, exceptis ſexagenario maioribus, quibus aliquid ex cauſa Superioris arbitrio honeſte condonari poterit.

Fratres in eodem Conuentu vltra bienniũ manere non poſſunt, niſi vt hic.

In Conuentu, vel domo, pauciores ne ſint duodecim fratribus. Si qua autem domus hunc familiæ numerum alere non poſsit, vel tota Prouincia victum, & quæ præterea neceſſaria ſunt ſuppeditet, vel fratres cum bonis ex ea domo, in aliam transferantur, prouiſione tamen adhibita, ne Eccleſiæ deſtruantur, ſed ad eius populi commoditatem conſeruentur. Permittimus tamen, vt in Conuentibus, qui fratribus iter facientibus commodi ſint, ſaltem quatuor fratres, non minores quinquaginta annis, conſtanti, & probata vita maneant, ſi plures ea domus alere non poſsit.

In quolibet Conuentu maneant duodecĩ Fratres ad minus, exceptis Cõuentibus retinẽdis pro cõmoditate Fratrũ iter faciẽtium.

In maioribus ſtudijs Regentes duas lectiones Theologicas interpretentur, alteram practicam, veluti de Sacramentis, vel de vita rectè ſanctoque inſtituenda, ex Magiſtro ſententiarum, ac Sancto Bonauentura, alteram ſpeculatiuam ex Scoto, in minoribus vero ſtudijs, vna lectione ex Theologia practica contenti ſint. Curent autem Superiores, vt in ſingulis Conuentibus, Fratres maximè in conſcientiæ caſibus, & reliquis, quæ ad audiendas confeſsiones pertinent, ob rei grauitatem, & neceſsitatem, ſummo ſtudio, ac diligentia exerceantur.

In ſtudijs lectiones de quibus hic legantur.

Fratres etiam ſi Superiores ſint, nihil proprium habere poſsint, ſed omnia in commune conferantur, diſtribuenda ſingulis, vt vnicuique opus fuerit, ita vt ex communibus cuiuſque Conuentus facultatibus, & eleemoſynis, pro viribus domus, vnicuique fratri quæ ſunt neceſſaria præbeantur.

Fratres proprium nihil habeant & in tinello comedant exceptis infirmis.

Fratres omnes, & Superiores, & quomodocunque priuilegiati, ægrotis tantum exceptis, in Refectorio cibum capiant, & communi menſa vtentes, communibus epulis veſcantur. In primis autem ægrorum, & ſenum cura habeatur. Quod ſi propriæ facultates domui non ſuppetant, ad ſubueniendum neceſsitati ægrotantium vicini Conuentus ditiores ſuppleant, aut etiam tota Prouincia contribuat.

Quod infeſis etiã P. V. ſup. in cõſt. 61. Ad extirpan.

In omnibus Conuentibus, vel domibus, locus communis Theſauri, vel capſa ſit tribus clauibus clauſa, quarum vnam habeat Guardianus, alteram Procurator, tertiam Depoſitarius; quo in loco, vel capſa, vaſa aurea, argen-

Res ſacræ, & prophanæ cuſtodiantur, vt hic.

argentea, iocalia, & quæque preciosa, pecunia item Conuentus, cum inuentario earundem rerum, condita custodiantur, seruata tamen distinctione sacrarum, & profanarum rerum.

Nullus ex fratribus, quamuis Magistratus, & Superioris titulo fungantur, priuatas ædes aut in claustro, aut alibi vsquam habeat, sed singuli vnica Cella, in communi Dormitorio, nullo ornatu, nudis omnino parietibus, ac lectulo, & mensa humilibus contenti sint, quemadmodum pauperes Religiosos decet. Cameræ, siue ædiculæ, quæ extra Dormitorium separatim sunt ad officinas, vel alios vsus, toto Conuentui communes redigantur, vel si Cellæ communis dormitorij pro fratrum numero non sufficiant, & illæ Cameræ, vel ædiculæ, quas diximus, ad formam communis dormitorij redigi possint, in dormitorium commune redigantur, sin minus destruantur, ac materia, & cæmenta ad reparandam fabricam Conuentus, si opus fuerit, conuertantur, vel vendantur, & precium ad communem vsum Conuentus conferatur. Superiores omnes vnica cella et lecto ac mensa humilibus contenti sint.

Nullus ex fratribus priuatum Hortum habeat, sed horti sint totius Conuentus communes, verumtamen Nouitij, & infirmaria, hortum, seu viridarium à communi viridario seiunctum, habere poterunt, quo cæteris ingredi nullo modo liceat. Horti sint Communes omnium, exceptis hortis nouitiorum.

Vestes, libri, & reliqua, à Superioribus cuiquam fratri ad vsum, & necessitatem concessa quæcunque apud eos mortis tempore reperta fuerint, nulli fratri priuatim assignentur, sed ita distribuantur, vt dimidia pars sit natiui Conuentus, altera eius, vbi mortuus fuerit. Vestes, & alia reperta penes fratres decedentes, per dimidio Conuentui natiuo, & Conuentui, in quo decessit assignentur.

Generalis à Prouincialibus, Custodibus, & alijs Religionis Ministri quouis illi nomine appellentur, Prouinciales item à Guardianis, alijsue officialibus, ob eorum deputationem, vel confirmationem, nihil omnino, neque magnum, neque paruum exigant, ac ne sponte quidem oblatum accipiant, neque Cancellario, aut scribæ, pro sigillo, siue scriptura, quicquam detur, sed omnia gratis fiant ac dentur. Neque Generalis, neque Prouincialis minister, neque Custos, neque Guardianus, à quouis fratre sui ordinis, aliquid etiam sponte oblatum, siue dono datum acceptet, vel recipiat. Pro communibus autem impensis, quas necessario ad commodum totius ordinis, vel alicuius priuatæ domus, fieri contigerit, Generali, Prouinciali, & alijs eo modo consulatur, quo in literis Sanctissimi Domini Nostri Pij V. proximè editis, cautum esse constat. Pro officialium deputatione nihil exigatur.

Quod vero ad promotiones, & gradus attinet id omnino seruetur, quod Alexandrinis Constitutionibus sancitum est, vt nihil à promouendo exigatur, aut quouismodo sponte oblatum accipiatur. Quod si promotione facta Conuentus promotorum, aliquid Religioni donare voluerit, quicquid id sit, Procuratori detur, vt ad leuationem onerum, & communium sumptuum Religionis conferatur, ac Procurator omnium acceptorum, & expensorum rationem reddat. In promotionibus, nihil à promouendo etiam oblatú recipiat.

Fratres omnes quocunque gradu, & honore sint, camisijs laneis, & reliquo vestitu, honesto, ac Religioso, omnique suppellectile, & instrumento paupere, atque humili, quemadmodum alijs etiam Constitutionibus cautum est, vtantur. Fratres vtantur camisijs laneis, & reliquo vestitu paupere, & humili.

Reliquum est, vt Constitutiones omnes, ad disciplinam regularem restituendam, conseruandam, & augendam, (quæ tamen ijs contrariæ non sint) præcipue vero ea quæ à Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa V. Ad reformationem huius ordinis proximè sunt editæ, ab omnibus sanctè inuiolateque seruentur.

Cæterum vt præsentes literæ omnibus plenius innotescant, mãdamus illas ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, publicari, & earum exempla de more affigi. Volumusque, & Apostolica auctoritate decernimus, quod huiusmodi exempla, etiam impressa, manuque Notarij publici, & sigillo dicti Magistri Generalis, vel Prælati Ecclesiastici, aut illius Curiæ obsignata, eandem illá vbique locorum fidem faciant, quam ipsæ præsentes, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, suppletionis, ordinationis, iussionis, mandati, decreti, præcepti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, decimo Kal. Augusti, Pontificatus nostri anno tertio. Forma publ. huius const. Quam publ. habet hic sanct.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, indictione vndecima, die vero secunda mensis Augusti, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno tertio retroscriptæ literæ Apostolicæ lectæ, affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, dimissis ibidem earundem retroscriptarum copijs, vt moris est affixis, per nos Iulium Parinum, & Philibertum Cappium prælibati Sanctissimi D. N. Papæ Cursores. Publicatio.

Camillus Cherubinus Magister Cursorum.

LXVIII.

Reuocatio facultatum Camerarij, Clericorum, & aliorum officialium R. Cameræ Apost. concedendi commissiones in forma si in euidentem, super alienationibus bonorum Ecclesiasticorum.

De materia, vide Pauli 2. const. 2. fol. 88. & ibi not.

PIVS Papa V. Motuproprio, &c.

VOLENTES indénitati Ecclesiarũ aliorũq; piorũ locorum quantũ cũ Deo possumus, cõsulere, ac prouidere, ne illorũ bona sine nostra, aut successoris nostri scientia & licentia alienẽtur, aut perpetuo, vel ad longum tempus, aut vnam vel plures illa conducere volentes, vitam locẽtur, aut de his alio titulo

O dispo-

disponatur. Omnes, & singulas facultates, & licentias concedendi commissiones alienationum vel permutationum, aut affrancationum, aut illarum confirmationum quorumuis bonorum Ecclesiasticorum, aut locorum piorum cuiuscuuque valoris existentium, etiam summam annuam quinque ducatorum auri de Camera non excedentium, aut alterius minoris valoris in forma quæ dicitur. Si in euidenté, Dilecto filio Vitellorio Sanctæ Mariæ in Vialata diacono Cardinali Vitellio nuncupato S. R. E. Camerario, eiusque antecessoribus, & Clericorum Cameræ nostræ Apostolicæ Collegio tam per fel. rec. Gregorium IX. Bonifacium IX. Vrbanum VI. Martinum V. Gregorium V. Syxtum IV. Innocentium VIII. Iulium II. Leonem X. Paulum III. & Iulium similiter III. ac alios quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, etiam Motuproprio, ex certa scientia, & ex quauis causa etiam vrgentissima cum quibusuis clausulis etiam derogatoriarum derogatorijs, ac quibusuis decretis, etiam irritantibus, & in vim contractus concessas, confirmatas, & innouatas, illorum omnium renores pro sufficienter expressis habentes, perpetuo reuocamus, cassamus, & annullamus, Interdicentes, & expresse prohibentes eidem Camerario, & Clericis, ac alijs eiusdem Cameræ Apostolicæ officialibus sub pœna indignationis nostræ, ne in futurum licentias, & facultates, ac commissiones alienationum huiusmodi sub quouis prætextu concedant: Ac commissiones, & concessiones commissionum huiusmodi contra voluntatem, ordinationem, & decretum nostrum, nullas, inualidas, & irritas esse decernimus, & declaramus. Sicque in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque Iudices, & Commissarios, quauis auctoritate fungentes &c. sublata &c. iudicari &c. debere, Necnon irritum, & inane quicquid secus super his à dictis Camerario, Clericis, & alijs officialibus, & Iudicibus præfatis, vel quibusuis alijs quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obstantibus præmissis, constitutionibus, & ordinationibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis prædictis, & alijs quibusuis quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, illorum tenores, &c. pro sufficienter expressis habentes, derogamus, illaque quoad præmissa cassamus, reuocamus, & annullamus, Cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod præsentis nostri Motus proprij etiam absque illius data, & registratura sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat, tam in iudicio, quam extra, quacunque regula seu constitutione Apostolica contraria non obstante. Volumus autem quod præsens noster Motus proprius in Cancellaria nostra Apostolica, & acie Campi Floræ de more publicetur, & inter cōstitutiones perpetuas describatur. Et quia difficile foret præsens ad singula quæque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quod eius transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsenti Motui proprio adhiberetur, si foret exhibitus, vel ostensus.

Reuocatio facultatis Camerarij, Clericorū. & aliorū officialiū & Cameræ concedēdi commissiones i forma si in euidentem. circa alienationes bonorum Eccl.

Decretum irritans.

Clausulæ derogat.

Placet Motu proprio. M.

Lectus, & publicatus fuit supradictus Motusproprius Romæ in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, die vero Martis decimaseptima Augusti, Pontificatus Sanctissimi D. N. Pij Papæ V. anno tertio.

Publicatio.

A. Lomellinus Custos.

LXIX.

Declaratio, quod fratres Prædicatores præcedant cæteris Ordinibus Mendicantium.

Reuocata fuit hæc constitutio, à Greg. 13. vt infra in eius const. 86. Exposcit pastoralis.

Priuilegia autem Mendicantium, vide sup. in const. 14. Dum ad vberes, fol. 944. & priuilegia Prædicatorum in specie habes infra in const. 140. Ad hoc nos Deus.

PIVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

DIVINA disponente clementia omnium mortalium Iudices in terris cōstituti, nos id potissimū curare decet, vt vnicuique quod suum est. sublatis quibusuis iurgijs, & litium dispendijs tribuatur, veritas, iustitia, & pax inuicem se amplexentur, honorque, & ordo debitus inter omnes, præsertim religiosos, nobiscum sub vno, & eodem vexillo Deo militantes seruetur. Cum itaque nuper accepérimus, quod sacer ordo fratrum Prædicatorum præ ceteris alijs fratrum Mendicantium ordinibus, a Sede Apostolica primo, etsi approbatus, & confirmatus fuerit, illiusque professores in processionibus, & alijs actibus, ac ministerijs publicis, & priuatis tam coram Romano Pontifice in eius Capella, generaliumque Conciliorum sessionibus, & congregationibus, quam plerisque alijs Christifidelium partibus, primum locum inter alios fratres Mendicantes obtineant, tamen si ad Religionis propagationem in Ciuitatibus, & alijs locis, in quibus aliorum ordinum Mendicantium Religiosi Conuentus, & domos prius habebant, domos, aliaue Religiosa loca pro eorum habitatione ædificarunt, seu construi fecerunt, aut iam ædificata receperunt, sæpe contingit, quod aliorum ordinum fratres Mendicantes, antiquitatis Ecclesiarum, vel suorum Conuentuum, & domorum, quas in eisdem locis prius habuerunt, seu alijs prætextibus, dictos ordinis Prędicatorum fratres in processionibus, & alijs actibus, ac ministerijs prædictis contingentibus, præcedere satagunt, præeminentiamque, & locum debitum eisdem denegant, & impediunt, quo fit, vt non solum inter eos intestina odia, & dissensiones, in eorum animarum perniciem, ac cæterorum Christifidelium scandalum non modicum, sed etiam forsan lites, & controuersiæ iudiciales quandoque subortæ sint, & indecisæ pendeant. Nos, qui de antiquitate, & præeminentia cuiuslibet ordinis fratrum Medicantium plenam, & indubitatam notitiam habuimus, & habemus, eorum honoris, & iurium conseruationem, ac pacem, & quietem inter eos confouere, necnon scandala inde quomodolibet orta, quæue oriri possent, remouere paterno affectu zelantes, Motuproprio, non ad alicuius super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac mera deliberatione nostris, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, litem, & causam quamcunque, seu quæstionis, & controuersiæ materiam si quæ desuper vbi-

Causa huius declarationis.

libet

libet in Romana Curia, vel extra eam, etiam in nostro causarum Palatij Apostolici Auditorio, in quacunq; instantia, inter quoscunque quomodolibet pendeant, illarum statum, & merita, & non aliqua sententia, etiam in contradictorio iudicio à quouis iudice ordinario, vel delegato, quæ in rem trāsiuerit iudicatam, contra ipsos fratres prædicatores super hoc prolata fuerit, ac alias etiam necessario magis exprimenda, præsentibus pro expressis habentes, ad nos aduocamus, & penitus extinguimus, ac fratribus aliorum quorumcunque ordinū Mendicantiū super his perpetuum silentium imponimus. Et nihilominus fratres ipsos ordinis Prædicatorum primū digniorem, & honorabiliorē locum inter cæterorum quorumcunque aliorum ordinum Mendicantium religiosos, etiā si tales essent, qui non generali sermone comprehenderētur, sed nota, & expressione speciali indigerēt, tā in sessionibus, & congregationibus quorumcunque generalium, Prouincialium, & synodalium Cōciliorum, quam Processionibus, ministerijs, & alijs actibus publicis, vel priuatis, in quibuscunque Ciuitatibus, oppidis, Terris, Castris, & alijs locis obtinere, & speciali præeminentia omnino gaudere perpetuo debere, etiā si illic Ecclesias, domos, aut Conuentus non habuerint, seu habeant, aut aliorū ordinum Mendicantiū fratres, & religiosi in eisdem Ciuitatibus, & locis antiquiores pro tēpore, eorūque Ecclesiæ, capellæ, domus, & loca regularia ibi primo instituta, & fundata fuerint, eosdemue Fratres Prædicatores adhuc, etiā per centum annorū, aut diuturnius, vel alias quātumuis longe magis immemorabile tempus præcedere consueuerint, declaramus, statuimus, & etiā diffinimus, Districtè in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis maioris, eo ipso incurrenda pœna, omnibus, & singulis quorūcunque aliorū Mendicantium ordinum pro tempore Religiosis inhibentes, ne de cætero præmissorum occasione ordinem Fratrū Prædicatorum huiusmodi, illorumque pro tempore religiosos quoscunque molestare, inquietare, perturbare, aut quoquo modo impedire audeant, vel præsumant, supplētes in hoc citationū, omnesque alios, tam iuris, quam facti, & quarūcunque aliarū solemnitatū, etiā substantialium, & processuum defectus. Ac decernētes, præsentes nostras literas de subreptionis, vel obreptionis, intentionisue nostræ aut alio quouis vitio, seu defectu, nullo vnquā tempore impugnari posse, ac constitutionem nostrā de nō tollendo cuiquam per quamcunque gratiā, seu concessionem, aut declarationē ius quæsitū, aduersus eas locū sibi vēdicare nō posse, nec debere, Sicque in præmissis omnibus, & singulis per quoscūque Iudices, & Commissarios, quauis auctoritate fungentes, etiā S.R.E. Cardinales, & causarū dicti Palatij Apostolici Auditores, in quauis causa, & instātia, etiā per appellationem pendente, iudicari, & diffiniri debere, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter interpretandi, & iudicandi facultate, ac irritū, & inane quicquid secus super his à quoquā quauis auctoritate scienter, vel ignorāter contigerit attētari. Cæterum, vt declaratio, statutum, diffinitio, inhibitio, aliaque omnia, & singula præmissa inuiolabiliter obseruentur, vniuersis, & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Episcopis, & dilectis filijs Abbatibus, ac alijs Ecclesiarū Prælatis, & personis in dignitate Ecclesiastica cōstitutis, necnon Metropolitan. & aliarū Cathedralium Ecclesiarum Canonicis, eorundem Archiepiscoporū, & Episcoporū officialibus, seu Vicarijs in spiritualibus generalibus, vbilibet constitutis per Apostolica scripta in virtute sanctæ obediētiæ committimus, & mandamus, vt has literas nostras, & in eis contenta quæcunque inuiolabiliter obseruēt, ipsique duo, aut vnus eorum, per se, vel alium, seu alios vbi, quando, & quoties opus fuerit, & pro parte dictorum fratrum prædicatorū, vel aliquorum ex eis fuerint requisiti, eis efficacis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra eos huiusmodi literis nostris, & in eis contentis quibuscunque pacifice frui, & gaudere, non permittentes a Religiosis quorūcunque aliorum ordinum Mendicantium, vel quibuslibet alijs, quacunque auctoritate fungentibus, super præeminentia, & alijs antedictis contra earundem nostrarum tenorem, quomodolibet molestari, inquietari, perturbari, aut impediri, contradictores, & rebelles quoscunque, status, gradus, ordinis, conditionis, & dignitatis cuiuscunque existentes, per censuras Ecclesiasticas, & pœnas etiam pecuniarias arbitrio eorū moderādas, & applicādas, quacunque appellatione postposita, cōpescēdo. Et nihilominus eos, qui sētentiam excōmunicationis antedictam, censuras, & alias pœnas per eos, aut aliquem eorum pro tempore latas incurrerint, legitimis super his habendis seruatis processibus, illas incidisse declarent, necnon aggrauare, etiam iteratis vicibus, curent, inuocato ad id, si opus fuerit auxilio brachij secularis, Non obstantibus præmissis, & tā huiusmodi nostra de non tollendo cuiquam ius quæsitum, & alijs Apostolicis, quā in quibusuis generalibus, Prouincialibus, vel synodalibus Concilijs editis specialibus, vel generalibus, constitutionibus, & ordinationibus, domorumque, ordinum, & locorum prædictorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, fundationibus, statutis, vsibus, naturis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis, fratribus Mendicantibus aliorum ordinum quorumuis, eorumque Ecclesijs, capellis, domibus, & locis, & superioribus in specie, vel genere, tam per fe. re. Syxtum Papam quartum, quam alios quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, etiām Bulla aurea Mare Magnum nuncupata, contentis, ac per nos, Motu proprio Concistorialiter, etiam per modum legis, & statuti perpetui, iteratis vicibus, cum quibusuis, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus clausulis, ac irritantibus, & alijs decretis, concessa pro tempore in contrarium forsan reuocantibus, etiam si eis expresse caueretur, quod nisi per trinas distinctas literas cum temporis interuallo competenti ternis distinctis vicibus illis, quos concernunt, intimandas derogatum esse non censeatur, aut alia forma in id seruanda sit, concessis, approbatis, & innouatis: Quibus omnibus, & singulis, etiā si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, expressa, & indiuidua mentio habenda esset, illorum omnium, & singulorum tenores, vim & effectum, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, formaque in eis tradita, obseruata insererentur, pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè, latissime derogamus, & cæteris contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, ac eorum personis, locis, ordinibus, & nominibus mentionem. Et quoniam difficile esset præsentes literas ad singula quæcunque loca deferri, volumus, & eadem Apostolica auctoritate etiam decernimus, quod illarum exemplis, etiā impressis, manu Notarij publici subscriptis sigilloque alicuius Prælati, vel personæ in dignitate Ecclesiastica cōstitutæ, seu Curiæ Ecclesiasticæ munitis, in iudicio, & extra, vbi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus originalibus, si exhiberentur, vel ostenderentur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris. Die 27. Augusti. 1568. Pontificatus nostri anno tertio.

Cæ. Glorierius.

Extinctio, litium vertentium inter fratres Prędicatores, & alios Mendicātes super pręcedentia.

Declaratio, quod fratres Prædicatores, præcedant, ...

Reuocata autem fuit hæc declaratio infra in Greg. 13. const. 86. Expossit pastoralis ...

Inhibitio contra impedientes ipsos fratres Prædicatores super tali præcedentia.

Clausula præseruatiua.

Decretū irritās.

Executorum deputatio, & facultates.

Clausulæ derog.

LXX.

Clericorum nefandi criminis reorum pœna.

Ad hoc habes etiam Leon. 10. const. 11. Supernæ, fol. 294. & supra proximè in const. 5. Cum primum, fol. 924.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

HORRENDVM illud scelus, quo pollutæ fœdatæque Ciuitates à tremendo Dei iudicio cõflagarunt, acerbissimum nobis dolorem inurit, grauiterque animum nostrum commouet, vt ad illud quantum potest comprimendum, studia nostra conferamus. Sanè Lateranensi Concilio dignoscitur constitutum, vt quicunque Clerici, illa in continentia quæ contra naturam est, propter quam ira Dei venit in filios diffidentiæ, deprehensi fuerint laborare, à Clero deijciantur, vel ad agendam in Monasterijs pœnitentiam detrudantur. Verum ne tanti flagitij contagium, impunitatis spe, quæ maxima peccandi illecebra est, fidentius inualescat, Clericos huius nefarij criminis reos, grauius vlciscendos deliberauimus, vt qui animæ interitum non horrescunt, hos certe deterreat ciuilium legum vindex gladius secularis. Itaque quod nos iã in ipso Pontificatus nostri principio, hac de re decreuimus, plenius nunc, fortiusque persequi intendentes, omnes & quoscunque Presbyteros, & alios Clericos seculares, & regulares, cuiuscunque gradus, & dignitatis, tam dirum nefas exercentes, omni priuilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio Ecclesiastico præsentis Canonis auctoritate priuamus. Ita quod per Iudicem Ecclesiasticum degradati, potestati statim seculari tradātur, qui de eis illud idem capiat supplicium, quod in laicos hoc in exitio deuolutos, legitimis reperitur sanctionibus constitutũ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ priuationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, tertio Kal. Septembris, Pontificatus nostri Anno tertio.

Ad hoc vide Leo. 10. const. 11. fol. 294.

Hoc decretũ habes sup. in const. 5. fol. 924.

Sodomit. clericorum pœna.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, indictione vndecima, die vero tertia mensis Septembris, pontificatus Sanctissimi in Christo patris & D. N. D. Pij Papæ V. Anno tertio, retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, per nos Antonium Clerici, & Christianum de Monte prælibati Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores.

Io. Andreas Panizza Magister Cursorum.

LXXI.

Moderatio, & reuocatio priuilegiorum, Officijs Romanæ Curiæ, ac Militijs concessorum, circa pensiones obtinendas, & transferendas, & expectatiuas concedendas, vnionesque, & suppressiones beneficiorum, ac facultatem testandi de bonis Ecclesiasticis.

De vnionibus habes etiam in Concil. Trid. sess. 7. cap. 6. & sess. 14. cap. 9. & sess. 24. cap. 13. & 15.

De facultatibus testandi habes etiam infra in const. 120. Quæ ordini, & const. 152. Ad Romanum.

PIVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

SACROSANCTVM Ecclesiæ Dei statum integrum, & incolumem præstare officij nostri cum sit, quæcunque illi detrimentum afferre noscuntur, nostra nos decet consideratione mouere. [Sane tantæ tāque immoderatę de rebus dominicis, etiam extra ordinem Ecclesiasticum largitiones, ijs nouissimis temporibus succreuisse perhibentur], vt iam opima quæque alieni sensim exhauriant, [& quod in fouendis multiplicandisque Ministris Ecclesiasticis, fundandis Seminarijs, alendis pauperibus, recreandis infirmis, instaurandis Ecclesijs, fulciendis ædibus vetustate consumptis, educendis viris religione & doctrina claris, quibus Ecclesia ipsa tantopere dignoscitur indigere; id fere vniuersum multitudo præripiat laicorũ. Hinc manifesta nos impellit necessitas, vt hac indomita cupiditate repressa de cõmuni Ecclesiæ salute consulamus. At quia omnia incommoda statim vbique facile subducere non valemus, ea saltem quæ nobis proxima sunt, & ante oculos frequentius obseruantur, in primis tollere curabimus, vt cæteri omnes cum venerit vsus, æquiore animo similia patiantur. Itaque de nobis attributæ potestatis plenitudine reuocamus, & abolemus omnia, & quæcunque priuilegia, facultates, dispensationes, & indulta Militium Sancti Petri, S. Pauli, Sancti Georgij, Pij, de Laureto, & de Lilio, necnon Secretariorum, Cubiculariorum, & Scutiferorum Apostolicorũ, ac quibuscunque alijs Romanæ Curiæ, & Apostolicæ Sedis collegijs, & officijs, tam in dicta Curia, quam extra eam constitutis ipsorumque personis, necnon Conclauistis, de pensionibus, fructibus, & alijs rebus Ecclesiasticis, etiam ad certam, & determinatam summam, & quantitatem constitutis, per Clericos coniugatos, Bigamos, & alios Laicos obtinendis, & eisdem per ipsos, ac alijs similibus per alios Clericos in alium, vel alios transferendis, per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & prædictam Sedem, tam in ipsorum officiorum institutione, quam deinceps quandocunque, & quotiescunque, etiam per modum statuti perpetui, ac initi, & stipulati con-

Causa istius constitutionis.

Reuocatio priuilegiorum de obtinendis, vel transferendis pẽsionibus.

contractum, & alias sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis restitutionibus, præseruationibus, mentis attestationibus, derogatoriarum derogatorijs, alijsque fortioribus efficacissimis, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, etiam motu proprio, & ex certa sciētia, deque simili potestatis plenitudine, etiam pro defensione fidei Catholicæ, aut dictæ Sedis, & quibuslibet alijs causis quātumlibet grauibus vrgentibus necessarijs & onerosis, ac etiam consideratione intuitu contemplatione, vel ad instantiam Imperatoris, Regum, Ducum, aliorumque Principum, necnon Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, deque illorum consilio, & matura deliberatione prius desuper habita, concessa, confirmata, ac etiam multiplicatis vicibus innouata, extensa, & moderata. Ita quod deinceps illorum sic reuocatorū prætextu, Laici etiam extra coniugiū & in cælibatu viuētes, ac Bigami, & Clerici cōiugati nullas nouas pēsiones, aut fructus, aut omnino alias res Ecclesiasticas habere, nec ipsi, etiam qui coniugati non sunt, si ad primas, aut alias nuptias transierint, antiquas deinceps percipere, Clerici vero, & alij matrimonium etiā cum vnica & virgine contracturi, postquam illud contraxerint, nec antiquas retinere, nec nouas assequi possint. Sed nec vlli Laici, nec Clerici priuilegio trāsferendi pēsiones, fructus, aut alias res huiusmodi de cætero potiantur. Decernentes omnes transferendi facultates ex nunc, Antiquas vero pensiones, & alias reseruationes tam Laicis, quàm clericis concessas, & quas ipsos Clericos habere contigerit, per futurum contractum matrimonium huiusmodi extinctas esse. Ac etiam reuocamus, & abolemus omnia, & quæcunque priuilegia, facultates, dispensationes, & indulta obtinendi, & transferendi similes pensiones, fructus, & alias res Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorū, sæcularium, & regularium Sanct. Iacobi de Spata, de Calatraua, de Alcantara Iesu Christi, & Sancti Stephani, cæterisque Militijs, necnon Sancti Lazari Hierosolymitani, ac omnibus, & singulis alijs Hospitalibus, eorumque Militibus, fratribus, & personis, tam Clericis, quàm coniugatis, etiam modo, & forma prædictis, & ex eisdem, ac quibuscunque alijs fortioribus causis concessa, approbata, & etiam a nobis moderata, & restituta, ita quod ipsi siue coniugati, siue bigami, siue clerici, siue etiam presbyteri nullas de cætero recipiant, sed eas solas quas nunc habent sine facultate ipsas transferendi retineant, & ex quoque per futurum contractum Matrimonij extinctæ censeantur. Omnes vero priuatas dispensationes, & gratias habendi, & retinendi pensiones, fructus, & alias res Ecclesiasticas Militibus, & fratribus quibuscunque Militiarum, & Hospitalium prædictorum, tam a nobis, quam a prædecessoribus nostris, & dicta Sede hucusque singulatim cōcessas, ita moderamur, & restringimus, vt illarum vigore soli Milites, & fratres non coniugati, nec bigami, nouas deinceps pēsiones, aut fructus aliasque res Ecclesiasticas recipiant, & in cælibatu viuentes illas, & alias iam receptas dumtaxat percipiant. Alij vero, etiam cum vnica, & virgine coniugati, si rursus matrimonium contraxerint, eas omnes quas nunc habent per huiusmodi contractum amittant, nec illæ ipsis vlterius debeantur, simili facultate transferendi, tam antiquas, quam futuras pensiones, fructus, & res huiusmodi omnibus prædictis, etiam non coniugatis ex nunc penitus interdicta, & suppressa. Sed nec vlli milites, aut fratres, etiam simplices clerici, vel presbyteri prætextu huiusmodi dispensationum, & gratiarū aliqua simplicia, aut alia beneficia Ecclesiastica sæcularia, aut aliorum ordinū regularia, etiam nullum omnino onus, aut seruitiū habentia, vt præstimonia deinceps recipere, & retinere possint.

De priuilegijs Militum de Alcantara, hēs sup. in Leo X. const. 40. fol. 563
De Militū S. Stephani, habes sup. a in Pij 4. constit. 64. Hic quo, fo. 716
De Militū S. Lazari, habes sup. in Pij 4. cōst. 40. fol. 661.

Ad hæc quoque reuocamus, & abolemus omnia, & quæcunque priuilegia, facultates, licentias, & indulta Magistris, & Conuentibus, alijsque personis, & locis Militiarum, & Hospitalium prædictorum, eorumque personis, etiam vt prædictum est concessa, confirmata, extensa, & moderata concedendi expectatiuas, reseruationes, & alias gratias præuentiuas ad Prioratus, Præceptorias, Hospitalia, & alia beneficia, & officia Militiarum, & Hospitalium prædictorum. Itemque vniendi, & incorporandi perpetuo, vel ad tempus, & supprimendi beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura sæcularia & quorumuis ordinum regularia, necnon Præstimonia, Eremitoria, & Hospitalia, etiam de iure patronatus Laicorum ex fundatione, & dotatione existentia ac etiam nullum penitus seruitium, aut ordinem anneaum, seu aliud onus qualecunque habentia, etiam ruinosa, & deserta, ac etiam sponte a Patronis oblata, vel donata, illorumque fructus, res, & proprietates applicandi, & appropriandi Militijs, & Hospitalibus supradictis: seu beneficia ipsa in Monasteria, prioratus, præceptorias, beneficia, hospitalia, & alia loca Militiarum & Hospitalium eorumdem erigendi, & instituendi, ac alias commutandi, & reformandi. Ac etiam omnes & singulas expectatiuas, reseruationes, & alias gratias præuentiuas, speciales, & generales, necnon vniones, annexiones, & incorporationes perpetuas, & temporales, suppressiones, applicationes, appropriationes, & alias dispositiones huiusmodi beneficiorum, & fructuum per Magistros, Conuentus, & alios prædictos hucusque factas, & cōcessas, ac etiam dicta Apostolica auctoritate, & ex certa scientia confirmatas, quæ plenarium nondum sunt suum sortitæ effectum.

Reuocatio Facultatum Militiarum concedendi expectatiuas, & reseruationes ad beneficia. & vniendi, incorporandi, vel supprimendi beneficia.
Reuocatio expectatiuarum, & vnionum, & suppressionum iam factarum, & concessarum.

Præterea omnes, & quascunque licentias, & facultates testandi, & alias quomodocunque disponendi, etiam ad certam, & quantumuis modicam summam, & quantitatem, de rebus, fructibus, & bonis immobilibus, mobilibus, & se mouentibus ad Magistros, Priores, Præceptores, Milites, Fratres, & personas Militiarum, & Hospitalium prædictorum ratione illorum, necnon Præceptoriarum, Hospitalium, & beneficiorum Ecclesiasticorum, etiam sæcularium, & aliorum ordinum regularium, ac pensionum, & fructuum quorumcunque prouenientes, necnon facta hucusque, non tamen effectum sortita vigore licentiarum, & facultatum prædictarum testamenta, & alias dispositiones huiusmodi, etiam si per easdem licentias, et facultates disponatur, quod dimidia, vel alia pars rerum & bonorum prædictorum Militijs, Hospitalibus, Domibus, & locis, vnde illa prouenerint, aut alijs pijs locis relinquantur. Decernentes omnes, & singulas reseruationes, assignationes, translationes, vniones, annexiones, incorporationes, suppressiones, applicationes, appropriationes, testamenta, donationes, & alias dispositiones quascunque, quas prætextu priuilegiorum, facultatum, dispensationum, & indultorum prædictorum sic reuocatorum, ac contra præsentium tenorem per quoscunque, etiam dicta Apostolica auctoritate fieri, vel factas persequi contigerit, tanquam surreptas, & extortas nullius prorsus roboris, & momenti esse, nec per eas ius, titulum etiam coloratum cuiquam acquiri, nec quenquam quocunque tempore quauisque causa restitutionem in integrum, reductionem ad terminos iuris, aut quoduis aliud gratiæ, vel iustitiæ remedium impetrare, aut etiam ab alio, vel alijs impetratis, aut motu simili concessis vti, nec præsentes literas de surreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quopiam defectu notari, vel impugnari, nec sub vllis reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrarijs dispositionibus similium, vel dissimilium reuocationum, & ordinationum ab ipsa Sede quandocunque emanandis comprehendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validum statum

Reuocatio facultatum testandi, aut aliter disponendi de bonis Ecclesiasticis. Ad quod videtur int const. 200. Quæ non dimi, & sup Pij 4. const. 21. Grane, fol. 660.
Clausula præseruatiua.

restituas,

restitutas; & plenarie reintegratas esse & censeri: Sicque in ijs, ac omnibus, & singulis alijs supradictis per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in quauis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter interpretandi, & iudicandi facultate, & auctoritate, vbique interpretari, iudicari, & diffinire debere, necnon irritum, & inane quicquid secus per quoscunque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Volumus autem similium priuilegiorum, dispensationum, facultatum, & indultorum concessionem nostris explodi temporibus, & quod nobis licere non patimur, nostris successoribus indicamus. Non obstantibus præmissis, & nostra de non tollendo iure quæsito, alijsque constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac collegiorum, officiorum, Militiarum, Hospitalium, conuentuum, necnon Sancti Benedicti Cisterciensis, Sancti Augustini, & aliorum ordinum, & regularum quorum Militia, & Hospitalia prædicta sunt iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, stabilimentis, vsibus, & naturis quantocunque tempore obseruatis; necnon fundationibus eorundem, alijs quoque priuilegis, indultis exemptionibus, & literis apostolicis illis omnibus ipsarumque Militiarum, & Hospitalium Magistris, Conuentibus, Prioribus, Præceptoribus, Militibus, Fratribus, & personis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros ac nos, & prædictam Sedem, etiam per modum statuti perpetui, ac initi, & stipulati contractus, seu quasi, necnon motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac etiam consideratione, intuitu, contemplatione, vel ad instantiam Imperatoris, Regum, Ducum, aliorumque Principum, Sanctæque Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, ac de eorum consilio, & assensu etiam consistorialiter habito, tam pro Militiarum, Hospitalium, & regularum huiusmodi restitutione, & ampliatione, quam alias quomodocunque, ac sub quibuscunque tenoribus & formis, necnon cum quibusuis restitutiuis, præseruatiuis, annullatiuis, derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis quotiescunque concessis, confirmatis, & etiam iteratis vicibus extensis, & moderatis; etiam si in eis, ac statutis, stabilimentis, & fundatione prædictis caueatur expresse, quod nunquam prædicta reuocata, vel moderata, aut immutata intelligantur, nec illis in toto, vel in parte derogatum censeatur, per quascunque literas, etiam derogatoriarum derogatorias, ac alias fortiores, & efficaciores clausulas in se continentes, nisi dum & quoties de illorum, ac etiam certarum specialium literarum apostolicarum inde confectarum vere, non autem per clausulas generales vel speciales idem importantes inserto tenore, ac de simili Cardinalium consilio, & semper in huiusmodi quæ sic fierent de consilio prædicto derogationes, & aliæ dispositionnes censeretur apposita clausula, quod tunc demum, nec aliter, nec alio modo effectum sortiantur, cum Magistrorum, & Conuentuum prædictorum ad id accedat assensus, quodque derogationes, & aliæ dispositiones huiusmodi aliter effectum non habeant, nisi huiusmodi derogationes, & aliæ dispositiones consistorialiter factæ, & per trinas distinctas literas eundem tenorem continentes, tribus distinctis vicibus Magistris, & Conuentibus prædictis fuerint intimatæ, eorumque pariter ad id expressus accedat assensus, aliter vero factæ viribus & effectu omnino careant, ac Magistri, & Conuentus prædicti ad parendum illis, & decretis desuper processibus, eorumque executoribus, & subexecutoribus, ac ipsorum mandatis et monitionibus minime teneantur; sed literarum huiusmodi executionem omnino impedire, nec ratione resistentiæ censuris ecclesiasticis etiam per ipsos executores vel subexecutores latis innodari possint. Quibus omnibus etiam si alias de eis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, harum serie specialiter & expresse derogamus: et quatenus, effectum præsentium quoquomodo impedire, vel retardare, vel illis obesse possent, omnino tollimus, & abrogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Vt autem præsentes literæ omnibus plenius innotescant, mandamus illas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in Cancellaria Apostolica, necnon in acie Campi Floræ publicari, earumque exempla de more affigi, & in dictæ Cancellariæ libro Quinterno nuncupato describi. Volumusque & decernimus ipsarum præsentium exempla etiam impressa, manuque Notarij publici, & sigillo Prælati Ecclesiastici, aut illius Curiæ obsignata eandem illam vbique locorum fidem faciant, quam ipsæ præsentes facerent si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, abolitionis, moderationis, restrictionis, derogationis, mandati, decreti, sublationis, abrogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, Quinto idus Septembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, die vero decimatertia mensis Septembris, indictione vndecima Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quinti, Anno Tertio, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt, ad valuas Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac acie Campi Floræ, ibique dimissis copijs affixis per nos Ioannem Andream Rogerium, & Ioannem Andream Panizzam prælibati Sanctissimi Domini Nostri Papæ, ac Sanctæ Sedis Apostolicæ Cursores.

Iulius Parinus Magister Cursorum.

Decretum irritans.

Clausula derogatoria.

Forma publ. hæc cont. quã publ. habes hic in fi.

Publicatio.

LXXII.

Breuiarij Romani ex decreto Concilij Tridentini restituti approbatio, & aliorum abolitio.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

QVOD a nobis postulat ratio pastoralis officij, in earum curam incumbimus, vt omnes, quantum Deo adiutore fieri poterit, sacri Tridentini Concilij decreta exequantur, ac multo id etiam impensius faciendum intelligimus, cum ea, quæ in mores inducenda sunt, maxime Dei gloriam, ac debitum ecclesiasticarum personarum officium complectuntur. Quo in genere existimamus in primis numerandas esse sacras preces, laudes, & gratias Deo persoluendas, quæ Romano Breuiario continentur. Quæ diuini officij formula, pie olim, ac sapienter a summis Pontificibus, præsertim Gelasio, ac Gregorio primis constituta, a Gregorio autem septimo reformata, cum diuturnitate temporis ab antiqua institutione deflexisset, necessaria visa res est, quæ ad pristinam orandi regulam cōformata reuocaretur. Alij enim præclaram veteris Breuiarij constitutionem, multis locis mutilatam, alibi incertis, & aduenis quibusdam commutatam deformarunt. Plurimi, specie officij commodioris allecti, ad breuitatem noui Breuiarij a Francisco Quignonio tt. S. Crucis in Hierusalem Presbytero Cardinale compositi, cōfugerunt. Quin etiā in prouincias paulatim irrepserat praua illa consuetudo vt Episcopi ī ecclesijs, quæ ab initio cōmuniter cū cæteris veteri Romano more Horas canonicas dicere, ac psallere consueuissent priuatum sibi quisque Breuiarium conficerent, & illam communionem, vni Deo, vna & eadē formula, preces, & laudes adhibendi, dissimillimo inter se, ac pene cuiusque Episcopatus proprio officio discerperēt. Hinc illa tā multis in locis diuini cultus pertubatio: hinc summa in clero ignoratio cæremoniarū, ac rituum ecclesiasticorum, vti innumerabiles Ecclesiarum ministri in suo munere indecore, non sine magna piorum offensione versarentur. Hanc nimirum orandi varietatem grauissime ferens fe. re. Paulus Papa IIII. emendare constituerat, itaque prouisione adhibita, ne vlla in posterum noui Breuiarij licentia permitteretur, totam hanc rationem dicendi, ac psallendi Horas canonicas, ad pristinum morem, & institutum redigendam suscepit. Sed eo postea nondum ijs, quæ egregie incohauerat, perfectis, de vita decedente, cum a piæ mem. Pio Papa IIII. Tridentinum Concilium, antea variè intermissum reuocatum esset, Patres in illa salutari reformatione eodem Concilio constituta, Breuiarium ex ipsius Pauli Papæ ratione restituere cogitarunt. Itaque quicquid ab eo in sacro opere collectum, elaboratumque fuerat, Concilij Patribus Tridentum a prædicto Pio Papa missum est. Vbi cum doctis quibusdam, & pijs viris a Concilio datum esset negotium, vt ad reliquam cogitationem, Breuiarij quoque curam adiungerent, instante iam conclusione Concilij, tota res ad auctoritatem, iudiciumque Romani Pontificis, ex decreto eiusdem Concilij relata est, qui illis ipsis Patribus ad id munus delectis, Romam vocatis, nonnullisque in Vrbe idoneis viris ad eum numerum adiunctis, rem perficiendam curauit. Verum eo etiam in viam vniuersæ carnis ingresso, Nos, ita diuina disponente clementia, licet immerito, ad Apostolatus apicem assumpti, cum sacrum opus, adhibitis etiam ad illud alijs peritis viris, maxime vrgemus magna in nos Dei benignitate, (sic enim accepimus) Romanum hoc Breuiarium vidimus absolutum. Cuius ratione dispositionis ab illis ipsis, qui negocio præpositi fuerant, non semel cognita, cum intelligeremus, eos in rei confectione ab antiquis Breuiarijs nobilium Vrbis Ecclesiarum, ac nostræ Vaticanæ bibliothecæ, non discessisse, grauesque præterea aliquot eo in genere scriptores secutos esse, ac denique remotis ijs, quæ aliena, & incerta essent, de propria summa veteris diuini officij nihil omisisse, opus probauimus, & Romæ imprimi, impressumque diuulgari iussimus. Itaque vt diuini huius operis effectus re ipsa consequatur, auctoritate præsentium tollimus in primis, & abolemus Breuiarium nouum a Francisco Cardinale prædicto editum, & in quacunque ecclesia, monasterio, conuentu, ordine, militia, & loco, virorum, & mulierum, etiam exempto, tam a primæua institutione, quam aliter ab hac sede permissum. Ac etiam abolemus quæcunque alia Breuiaria, vel antiquiora, vel quouis priuilegio munita, vel ab Episcopis in suis diœcesibus peruulgata, omnemque illorum vsum de omnibus orbis Ecclesijs, monasterijs, conuentibus, militijs, ordinibus, & locis virorum, & mulierum, etiam exemptis, in quibus alias Officium diuinum Romanæ Ecclesiæ ritu dici consueuit, aut debet, illis tamen exceptis, quæ ab ipsa prima institutione a Sede Apostolica approbata, vel consuetudine, quæ vel ipsa institutio ducentos annos antecedat, alijs certis Breuiarijs vsu fuisse constiterit, quibus vt inueteratum illud ius dicendi, & psallendi suum officium non adimimus, sic eisdem, si forte hoc nostrum, quod modum peruulgatum est, magis placet, dummodo Episcopus, & vniuersum Capitulum in eo consentiant, vt id in choro dicere, & psallere possint, permittimus. Omnes vero, & quascunque Apostolicas, & alias permissiones, ac consuetudines, & statuta, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel alia firmitate munita, necnon priuilegia, licentias, & indulta prædicandi, & psallendi, tam in choro, quam extra illud, more, & ritu Breuiariorum sic suppressorum, prædictis ecclesijs, monasterijs, conuentibus, militijs, ordinibus, & locis, necnon S. R. E. Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, & alijs ecclesiarum Prælatis, cæterisque omnibus, & singulis personis Ecclesiasticis, sæcularibus, & regularibus, vtriusque sexus, quacunque causa concessa, approbata, & innouata, quibuscunque concepta formulis, ac decretis, & clausulis roborata, omnino reuocamus, volumusque illa omnia vim & effectum de cætero non habere. Omni itaque alio vsu, quibuslibet, vt dictum est, interdicto, hoc nostrum Breuiarium, ac precandi, psallendique formulam in omnibus vniuersi orbis Ecclesijs, monasterijs, ordinibus, & locis, etiam exemptis, in quibus officium ex more & ritu dictæ Romanæ Ecclesiæ dici debet, aut consueuit, salua prædicta institutione, vel consuetudine prædictos ducentos annos superante, præcipimus obseruari. Statuentes Breuiarium ipsum nullo vnquam tempore, vel in totum, vel ex parte mutandum, vel ei aliquid addendum, vel omnino detrahendum esse, ac quoscunque, qui Horas Canonicas ex more & ritu ipsius Romanæ Ecclesiæ, iure, vel consuetudine dicere, vel psallere debent, propositis pœnis per Canonicas sanctiones constitutis, in eos qui diuinum officium quotidie non dixerint, ad dicendum, & psallendum posthac in perpetuū Horas ipsas diurnas, & nocturnas ex huius Romani Breuiarij præscripto, & ratione omnino teneri, neminemque ex ijs, quibus hoc dicendi, psallendique munus necessario impositum est, nisi hac sola formula satisfacere,

Diuini officij forma e Gelasio & Greg. 1. instituta, & a Greg. 7. reformata, sed tamen postea multis modis immutata fuit.

Ex quo varietate orandi, mala hic expressa orta sunt. Ideo Pau. 4. id emendare tentauit, sed morte preuentus non perfecit.

Pius 4. perfectionē huius operis commisit Patribus Conc. Trid.

Sed Cōcilium id commisit Pontifici, vt hēs in C. [illegible] pag. pen. sed Pius 4. nō pfecit morte præuentus.

Hic vero Pont. perfecit Breuiarium & approbauit.

Et modo prohibet aliud Breuiarium alias editum a Fran. Card. omniaque alia Breuiaria, nō approbata in primeua institutione, vel consuetudine excedēte annos ducentos.

Reuocat etiā quæcunque statuta, & facultates orbis, iuxta formam antiquorum Breuiariorum.

Breuiariūq; illud nouum recipi, & iuxta eius formā orari præcipit.

satisfacere posse. Iubemus igitur omnes, & singulos Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, & cæteros ecclesiarum Prælatos, vt omissis quæ sic suppressimus & aboleuimus, cæteris omnibus etiã priuatim per eos constitutis, Breuiarium ipsum in suis quisque ecclesijs, monasterijs, conuentibus, ordinibus, militijs, diœcesibus, & locis prædictis introducant, & tam ipsi, quàm cæteri omnes presbyteri, & clerici, sæculares, & regulares vtriusque sexus, necnon milites, & exempti, quibus officium dicendi, & psallendi quomodocunque sicut prædicitur, iniunctum est, vt ea huius nostri Breuiarij formula, tam in choro, quàm extra illum, dicere, & psallere procurent. Quod vero in rubricis nostri huius officij præscribitur, quibus diebus officium beatæ Mariæ semper virginis, & Defunctorum, item Septem Psalmos pœnitentiales, & Graduales dici, ac psalli oporteat nos propter varia huius vitæ negotia, multorum occupationibus indulgentes, peccati quidem periculum ab ea præscriptione remouendum duximus, verum debito prouidentiæ pastoralis admoniti, omnes vehementer in domino cohortamur, vt remissionem nostram, quantum fieri poterit, sua deuotione ac diligentia præcurrentes, illis etiam precibus, suffragijs, & laudibus, suæ & aliorum saluti consulere studeant. Atque vt fidelium voluntas, ac studium magis etiam ad salutarem hanc consuetudinem incitetur, de omnipotentis Dei misericordia, beatorumque Petri & Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus, qui illis ipsis diebus, in rubricis præfinitis, beatæ Mariæ, vel defunctorum officium dixerint, toties centum dies, qui vero Septem Psalmos, vel Graduales quinquaginta, de iniuncta ipsis pœnitentia relaxamus. Cæterum vt præsentes literæ omnibus plenius innotescant, mandamus illas ad valuas basilicæ Principis apostolorum de vrbe, & Cancellariæ apostolicæ, & in acie Campi Floræ publicari, earumque exempla de more affigi. Volumusque & apostolica auctoritate decernimus, quod post huiusmodi publicationem qui in Romana Curia sunt præsentes, statim lapso mense, reliqui vero, qui intra montes, tribus, & qui vltra vbique locorum degunt sex mensibus excursis, vel cum primum venalium huius Breuiarij voluminum facultatem habuerint, ad precandum, & psallendum iuxta illius ritum, tam in choro, quam extra illum, maneant obligati: ipsarum autem literarum exempla manu Notarij publici, & sigillo Prælati ecclesiastici, aut illius curiæ obsignata, vel etiam ipsis voluminibus absque prædicto, vel alio quopiam adminiculo Romæ impressa, eandem illam vbique locorum fidem faciant, quam ipsæ præsentes, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Sed vt Breuiarium ipsum vbique inuiolatum, & incorruptum habeatur, prohibemus ne alibi vsquam, in toto orbe, sine nostra, vel specialis ad id Commissarij Apostolici, in singulis Christiani orbis regnis, & prouincijs deputandi, expressa licentia, imprimatur, proponatur, vel recipiatur: Quoscunque vero, qui illud secus impresserint proposuerint, vel receperint, excommunicationis sententia eo ipso innodamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ ablationis, abolitionis, permissionis, reuocationis, iussionis, præcepti, statuti, indulti, mandati, decreti, relaxationis, cohortationis, prohibitionis, innodationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Monet, quosq; Ecclesiarum Prælatos, vt hoc Breuiarium introducant.

Indulgen. prodicentib. Psal. pœnit. vel grad. vel Offi. B. Ma. & Defunctorũ diebus in eis præscriptis.

Forma public. Quæ mox sequitur.

Breuiarium Romanum, & non alibi, sine licentia Pont. imprimi potest.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, septimo idus Iulij, Pontificatus nostri Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.

M. Datarius.

H. Cumyn.

Publicatio.

Anno a natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, indictione vndecima; die vero decima quinta mensis Iunij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ Quinti Anno Tertio, retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, dimissis ibidem præsentibus literis per aliquantulum temporis spatium, vt moris est affixis, & deinde amotis, per nos Iulium Parinum, & Ioannem Bornotum prælibati Sanctissimi D. N. Papæ Cursores.

Antonius Clerici Magister Cursorum.

LXXIII.

De dignitatibus, & præbendis Ecclesiarum Insulæ Sardiniæ, alijs Ecclesijs vnitarum, earumque suppressione, & Parochialium ad primæuum statum reductione, ac Vicariorum in Parochialibus, quæ sunt annexæ dignitatibus, & cæt. deputatione.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

QVANTVM animarum cura, cæteras omnes superat & excellit, tanto nos impensius prouidere necesse est, vt id officij genus, omni vbique adhibita industria excolatur. Ex multis enim offensionibus, quæ ad nostram quotidie notitiam perferũtur, illam quoque grauissimã intelligimus, quod, Canonici, & alij habentes dignitates, personatus, & officia earum Insulæ Sardiniæ Ecclesiarum, quas partim rerum inopia depressas, partim etiam aeris inclementia desertas, iampridẽ Apostolica Sedes proximis Metropolitanis, & alijs Cathedralibus Ecclesijs prouidentèr adiunxit, quamquam personali in ipsis obsequio saluti residentiam detrectant atque refugiunt, apud parochiales Ecclesias, quæ sunt vel in præbendas suorum huiusmodi canonicatuum institutæ, vel prædictis dignitatibus, beneficijs, & officijs applicatæ, nullum habentes perpetuum Vicarium, vel alium proprium sacerdotem, qui curam exerceat animarum: Rursus multæ parochiales Ecclesiæ, siue pro præbendis habitæ, siue dignitatibus, beneficijs, & officijs non vnitarum, nec suppressarum Ecclesiarum incorporatæ reperiuntur, quæ sunt huiusmodi Vicariorum solatio destitutæ: Nos aduersus periculosam hanc negligentiam, volẽtes iuris prosecutione cauere, de nobis attributæ potestatis plenitudine extinguimus, & abolemus omnes dignitates,

Causa constitutionis.

Extinctio beneficiorũ Ecclesiasticorũ Insulæ Sardiniæ, alijs vnitorum, vel suppressorum, quę habẽt parochiales vel prębendas. &c.

nes dignitates, etiam maiores, & principales, necnon canonicatus, præbendas, personatus, administrationes officia, cæteraque beneficia omnium, & singularum dictæ Insulæ Ecclesiarum alijs vnitarum, vel etiam suppressarũ, quæ parochiales Ecclesias habent vti præbendis, vel alias annexas, vbi non est vicaria perpetua constituta: Ipsas vero parochiales Ecclesias ad primæuum statũ simplicem & liberum reuocamus ita, vt in earum collatione dehinc ab Ordinarijs locorũ facienda, Concilij Tridẽtini forma, quæ de parochialibus Ecclesijs super hoc præscripta est, omnino debeat obseruari. Statuentes, vt quicunque dignitates, canonicatus, præbendas, beneficia, & officia prædicta sic extincta, etiam plura, & diuersis huiusmodi Ecclesijs ex dispensatione apostolica, aut alias obtinebant, ex quo iam amplius non sunt, nullum in dictis principalibus Ecclesijs locum habere contendãt, sed singulas prædictas parochiales Ecclesias, vt simplices earũ rectores retinentes, debeant ibi præsentes perpetuo residere, ac debita parochialia officia per se ipsos, vt congruit, exercere: nec vlli omnino id effugere, aut consuetudine immemorabili, aliaue præiensa iuris cautione defendi possint, etiam si eam curam ad solos Episcopos obijciant pertinere, sed eos qui canonica monitione præmissa in dictis parochialibus Ecclesijs præsentes residere neglexerint, censuris, & pœnis omnibus contra non residentes, tam a dicto Concilio, quàm etiã nostris, & alijs canonicis sanctionibus impositis, volumus subiacere. Verum, si de pluribus etiam diuersarum diœcesum parochialibus vnica dumtaxat præbenda constiterit, aut vnio de illis vni tantum dignitati, beneficio, vel officio sic suppresso facta fuerit, singuli possessores, etiam qui plura ex suppressis præfatis obtinebant, vt præfertur, in vna parochiali Ecclesia dumtaxat perpetuo residentes, quam intra sex menses post publicationem præsentium eligere debeant, si censuras & pœnas prædictas effugere voluerint, poterunt, vita eis comite, in cæteris omnibus tolerari, dummodo reliquis Vicarij idonei ab Ordinarijs locorum cum debito stipendio assignentur. Illis vero cedentibus, & vel decedentibus singuli rectores in singulis ordinentur, nisi forte loci propinquitas, rerum angustia, aliaue legitima causa connexionem patiatur. Porro Ecclesijs parochialibus, vel in præbendas canonicatuum erectis, vel dignitatibus, officijs, & beneficijs non vnitarum, nec suppressarum Metropolitanarum, Cathedralium, & aliarum dictæ Insulæ Ecclesiarum perpetuo annexis, in quibus nullæ sunt vicariæ hucusque perpetuæ institutæ, quoniam canonici, & alij dignitates, officia, & beneficia huiusmodi obtinentes in ipsis Metropolitanis, Cathedralibus, & alijs Ecclesijs deseruire tenentur, prædicti Ordinarij locorum illas quamprimum ordinare, vel alias prouidere debeant, quemadmodum in generalibus, & prædicto Tridentino Concilijs, dignoscitur ordinatum, portione fructuum, etiam super certa re assignanda, ac per Vicarios propria auctoritate percipienda, quæ tamen centum annue non transcendat, inferior vero quam quinquaginta scutorum esse possit, quando sine notabili principalis incommodo nequeat esse pluris, & ea sit annonæ vtilitas, vt sacerdos queat ex minori commode sustentari. Præcipimus igitur vniuersis & singulis Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum Ordinarijs per dictam Insulam constitutis in virtute sanctæ obedientiæ, vt prædicta omnia, & singula in suis quisque ciuitatibus, diœcesibus, & locis quamprimum exequantur, & inuiolate faciant ab omnibus obseruari. Contradictores quoslibet, & rebelles per prædictas, & alias, quas viderint ipsi censuras, & pœnas, cæteraque remedia opportuna, appellatione quacunque postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus prædictis & nostris de non tollendo iure quæsito, ac de Vicarijs huiusmodi aliter instituendis, alijsque constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon Ecclesiarum, in quibus canonicatus, & præbendæ, ac dignitates, beneficia, & officia prædicta consistunt, iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscunque, seu quod aliquibus communiter, vel diuisim à dicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, aut contra huiusmodi statuta, & consuetudines, ac priuilegia eis concessa ad residentiam, & alia prædicta compelli non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de statutis, & consuetudinibus, necnon ecclesiarum, locorum, & personarum huiusmodi mentionem, & quibuslibet alijs priuilegijs, indulgentijs, & literis apostolicis generalibus vel specialibus quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis, quæ omnia contra prædicta nolumus cuiquam in aliquo suffragari. Quin etiam ex nunc irritum decernimus, & inane quicquid secus per quoscunque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Cæterum mandamus easdem præsentes ad valuas basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ publicari, earumque exempla de more applicari, volumusque & apostolica auctoritate decernimus, quod literæ ipsæ sic publicatæ omnes, & singulos absentes, & vbique extra dictam Insulam degentes, ac etiam monitiones, citationes, & inhibitiones per quemcunque Ordinarium edicto publico valuis suæ Cathedralis Ecclesiæ affigendo, vigore præsentium faciendæ, monitos, citatos, & inhibitos perinde arctent, ac si eis personaliter factæ fuissent. Quia vero difficile, & incommodum valde esset, easdem præsentes ad singula loca, vbi illis opus fuerit, transferre, similiter volumus, vt earum exemplis, etiam impressis, manuque Notarij publici, & sigillo Prælati ecclesiastici, vel eius curiæ obsignatis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ extinctionis, abolitionis, reuocationis, statuti, præcepti, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Reductio parochialium ad primæuum statum.

Pœnarum impositio contra non residentes in parochialibus.

Deputatio Vicariorum in parochialibus, quæ sunt annexæ dignitatibus, &c.

Executorum deputatio, & facultates.

Clausulæ derogatoriæ.

Decretum irritans.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, Calendis Octobris, Pontificatus nostri Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.

M. Datarius.

H. Cumyn.

Anno a natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, indictione vndecima; die vero vigesima tertia mensis Octobris, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ Quinti Anno Tertio, retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicæ Prin-

cipis Apostolorum de Vrbe,& in acie Campi Floræ, dimissis ibidem earumdem retroscriptarum literarum copijs affixis pernos Iulium Parinum, & Ioannem Bornotum prælibati Sanctissimi D. N. Papæ Cursores.

Publicatio.

LXXIIII.

Decretum Concilij Tridentini de Clericorum sæcularium ad sacros ordines promotione, extenditur ad Clericos Regulares non professos.

Circa istorum professione, vide consti.seq.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANVS Pontifex sacrorum Conciliorum auctor & interpres,illa quæ in huiusmodi Concilijs a prudentibus patribus in Spiritu Sancto legitime congregatis salubriter sancita sunt,pro sui pastoralis officij debito dum æquitas, honestas,& decus suader sicuti declarare,& moderari,ita etiã ad alios casus extendere consueuit. Sane cum non deceat diuino ministerio ascriptos cum ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere,sacro Tridentino Concilio inter alia decretum fuit, ne quis deinceps Clericus sæcularis,quamuis aliàs moribus,scientia, & ætate esset idoneus, ad sacros ordines promoueretur, nisi prius legitime constaret eum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honeste sufficeret, pacifice possidere,vel aliàs ordinari non posset nisi iuxta decreti ab ipso Concilio desuper editi formam, & tenorem. Cum autem nulla in huiusmodi decreto religiosorum Clericorum mentio facta fuerit,ac propterea nonnulli(vti moleste accepimus) certorum ordinum Religiosi seu Canonici, vel Clerici, intra claustra monasteriorum, seu domorum more regularium in communi viuentes, qui nunquam, seu nonnisi ad certum tempus professionẽ emittunt,& ea claustro exire,vel dimitti,ad sæculum redire libere,& licite possunt, Religionis prætextu absque titulo sufficientis beneficij,nec iuxta dicti decreti tenorem, ad sacros ordines se promoueri prætendunt, & a nonnullis Episcopis passim promoueantur,atque inde plerunq; illud inconueniens eueniat,vt sic promoti,& è claustro exeuntes,& per sæculum vacantes,vel mendicare,vel sordidum quæstum exercere,non sine ipsorum dedecore,ac ordinis vilipendio,& quam plurimorum Christifidelium scandalo cogantur. Nos igitur qui singulorũ Dei ministrorum honorem,& dedecus(quantum in nobis est)sinceris exoptamus affectibus, Motu proprio, & ex certa nostra scientia,deque apostolicæ potestatis plenitudine,hac perpetuo valitura sanctione, decretũ prædictum de Clericis sæcularibus loquens ad omnes & singulos etiam cuiuscunque ordinis Clericos religiosos, siue sæculares more religiosorum viuẽtes in communi non professos harum serie extendimus,& ampliamus, ac religiosis,& alijs prædictis non professis,vt ad sacros ordines promoueri, necnon omnibus & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis,Archiepiscopis,& Episcopis,gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habentibus,vt ordines ipso huiusmodi Religiosis personis impendere, nisi obseruata forma dicti decreti nos virtute sanctæ obedientiæ,& sub indignationis nostræ pœna interdicimus,& prohibemus, ac contrafacientes per annum a præstatione talium ordinum ipso iure suspendimus. Statuentes, & decernentes promotiones quarumlibet religiosarum personarum prædictarum ad ordines huiusmodi contra ipsius decreti Concilij Tridentini formam, etiam cuiusuis licentiæ illis ab Apostolica Sede, vel illarum Superioribus cuiuscunque dignitatis, status, gradus,& præeminentiæ existant,etiam si Pontificali dignitate fungantur,vel Cardinalatus honore præfulgeant concessæ,prætextu factas,executione prædictorum ordinum omnino carere,nullasque prorsus,& irritas existere,sicque promotas personas in altaris ministerio ministrare non posse. Quinimo ministrantes,priuilegijs exemptionibus,immunitatibus,& alijs gratijs Clericis concessis omnino priuari, & irregularitatis, aliasque in dicto decreto contentas pœnas eo ipso incurrere,a quibus nisi a Romano Põtifice,vel in mortis articulo minime absolui possint. Non obstantibus quibusuis constitutionibus,& ordinationibus Apostolicis,ac quorumuis monasteriorum,& ordinum,etiam iuramento,& confirmatione Apostolica,vel quasi firmitate alia roboratis,statutis, & consuetudinibus,priuilegijs quoque indultis,& literis Apostolicis,illis,illorũmque superioribus, & personis sub quibuscunque tenoribus & formis,ac cum quibusuis,etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus,efficacissimis,restitutiuis,& insolitis clausulis,irritantibusque,& alijs decretis in genere, vel in specie, ac alias quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis,cõfirmatis,& innouatis, quibus omnibus, etiam si alias pro illorum sufficienti derogatione de illis,illorumque totis tenoribus specialis,specifica, & expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales,idem importantes mentio,seu quæuis alia expressio habenda,aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret,illorum tenores,formas datas,& decreta in illis imposita, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis,& insertis habentes,illis alias in suo robore permansuris,hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus,cæterisque contrarijs quibuscunque. Et vt præsentes literæ ad omnium notitiam perueniant,neue quis illarum ignorantia excusari possit,volumus, & Apostolica auctoritate decernimus præsentes literas ad valuas Principis Apostolorum de Vrbe,& Cancellariæ Apostolicæ,ac in acie Campi Floræ publicari & earum exempla affigi,& imprimi, illarumq; exemplis etiam impressis manu alicuius Notarij publici, & sigillo prælati Ecclesiastici, vel eius curiæ obsignatis, eandem prorsus fidem adhiberi,quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ extensionis,ampliationis interdicti,prohibitionis,suppositionis statuti,decreti,derogationis,& voluntatis infringere,vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei,ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Concil. Triden. ses. 21. c. 2. de Refor. statuit formã promouendi Clericos sæculares ad ordines sacros.

Pontifex modo extendit dictum decretum ad Clericos Regulares non professos.

Promotionesque non seruata forma d. Concilij factas, nullas esse decernit.

Clausulæ derogatoriæ.

Forma publi. Quæ mox sequitur.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, pridie idus Octobris, Pontificatus Nostri, Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.

H.Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, indictione vndecima, die vero duodecima mensis Nouembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini Nostri, Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quinti, Anno Tertio, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, dimissis in superius expressis locis præsentibus literis per aliquantulum temporis spatium affixis, & deinde, vt moris est, amotis per nos Thomam Gallarum, & Iulium Parinum prælibati Sanctissimi Domini Nostri, Domini Pij Papæ Quinti, ac sanctæ Apostolicæ Sedis Cursores. Publicatio.

Christianus de Monte Magister Curs.

L X X V.

De trium votorum professione emittenda ab illis, qui in diuersis Congregationibus, sub obedientia voluntaria, & extra solemne votum Religionis viuunt, & habitus à sæcularibus presbyteris distinctos habent.

De promotione autem non professorum, vide in constit. præced.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

LVBRICVM vitæ genus eorum veriti, qui regularium formam præ se ferentes, nec proprijs renunciant, nec vllam profitentur ex regulis approbatis, quando horum plerique proprio instinctui obsequentes, alij odio incensi, alij, dum quod ambiunt minus consequuntur, alij vel dilapidatis, vel interuersis rebus, & ad sese, vel propinquos translatis vt ratiocinia effugiant, quidã etiam in suos ipsorum mores inquisitum iri præsentientes, quasi impunitatẽ adepturi, e sodalitio suo, vt lubet, exiliunt, eiectisque illius insignibus, vestem recipiunt sæcularem. Hinc graues & periculosæ quotidie offensiones in populos concitantur, dum quos disciplinæ regulari perpetuo mancipatos credunt, rursus eos, etiam vbi consueuerint, contempto post tot annos, & relicto indignis sæpe modis, eius cui sese dediderant vitæ instituto, liberos vident, & solutos in sæculum euagari. Cum igitur conueniat, vt cuius arma induit eam, miles militiam persequatur, hanc de prædictis rationem capere instituimus, vt vel permanendi, vel abscedendi facultate semel singulis proposita certus deinceps, & immobilis disciplinæ regularis cultus debeat in ipsis sodalitatibus perpetuo obseruari. Itaque de nobis attributæ potestatis plenitudine, statuimus, vt omnes & singuli Priores, Præpositi, & alij Præsidentes Generales, Prouinciales, & Conuentuales, necnon Canonici, & Fratres Sancti Georgij in Alga Venetiarum, ac Eremitarum Sancti Hieronymi, alias beati Petri Pisarum, & omnium, ac quarumcunque aliarum Congregationum, necnon Ecclesiarum, domorum, & conuentuum in communi, & sub obedientia voluntaria, & extra votum solemne Religionis viuentes, quorum habitus a sæcularibus presbyteris est distinctus, qui religionem amplecti, & professionem regularem solemnem emittere voluerint, id in suis quisque conuentibus, & domibus, intra vigintiquatuor horarum spatium, post quam Delegatus noster præsentes literas eis significauerit, palam & sponte deliberent, & declarent inde conuocato quamprimum per singulas huiusmodi Congregationes Generali vel alio supremo iuxta morem cuiusque Congregationis, Capitulo, ibique electa vna sub qua degant ex regulis approbatis, in quam maior pars vocum ipsius Capituli consenserit trium votorum substantialium professionem regularem, intra mensem solemniter emittant, & in ea tam ipsi, quam illam deinceps ingressuri atque professuri, perpetuum ferant altissimo famulatum, Sicque professi vel in suis quisque prioratibus, præpositutis, præsidentijs, administrationibus, & officijs confirmentur, vel ad alia transferantur, prout cuique Congregationi, & Superioribus suis videbitur vtilius expedire. Qui vero excursu iam anni spatio in ipsa Congregatione morari, refugerint intra tempus prædictum profiteri, detracto Religionis habitu, ac redditis etiam in vinculis si opus sit, receptorum, & administratorum omnium rationibus, eijciantur, nec deinceps patiantur in vllis eiusdem Congregationis domibus, seu conuentibus amplius conuersari. Quocirca mandamus vniuersis & singulis Prioribus, Præpositis, Generalibus, Prouincialibus, & Conuentualibus, ac alijs cuiuscunque dignitatis, & nominis Ministris, necnon Conuentibus, Canonicis, Fratribus, & personis Congregationum huiusmodi, vt statutum nostrum prædictum, non expectata alia iussione, aut mentis nostræ declaratione, humiliter recipiant, & studiose obseruare procurent. Quod si forte aliqui in eo, quo nunc, sunt statu (quem omnino tollimus & abolemus) contra nostrum hoc statutum persistere contenderint, singulos omni dignitate, officio, administratione, & beneficio priuamus, & ad futura perpetuo indignos decernimus, excommunicationis quoque sententia innodamus eo ipso. Non obstantibus fundationibus, & institutionibus, ac statutis, & consuetudinibus congregationum, domorum, & conuentuum prædictorum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque exemptionibus, & indultis Apostolicis, illis eorumque superioribus & personis, ac eorum singulis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedem Apostolicam, etiam per modum statuti perpetui, ac initi & stipulati contractus, ac alias sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis in genere, & in specie concessis, & confirmatis, ac etiam alijs reformationibus, quotiescunque, ac quocumque tempore factis, & promulgatis, & quibuslibet alijs indulgentijs, & literis apostolicis, specialibus, & generalibus, quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis, quæ omnia tanquam abrogata, contra earundem præsentium tenorem nolumus cuiquam in aliquo suffragari. Cæterum mandamus præsentes ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ publicari, & earum exempla de more applicari. Ac etiam volumus, quod ipsarum præsentium exempla, etiam impressa, & Prælati Ecclesiastici, vel eius Curiæ sigillo, & Notarij publici manu obsignata eandem illam fidem vbique locorum, in iudicio & extra illud faciant, quam ipsæ præsentes facerent, si ibi ostenderentur,

Causa huius constitutionis.

Viuētes sub obedientia voluntaria, & extra solemne votum Religionis, debēt professionem trium votorum emittere.

Clausula derogatoria.

Forma publicationis habetur in fine.

aut exhiberentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ sublationis, abolitionis, prinzationis, statuti, mandati, innodationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, Quintodecimo Cal. Decembris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

Publicatio.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, indictione vndecima. die vero quarta mensis Decembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quinti, Anno Tertio, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostol. ac in acie Campi Floræ, dimissis in omnibus supradictis locis earumdem retroscriptarum literarum copijs affixia, vt est moris per nos Ioannem Freile, & Iulium Parinum prælibati Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores.

LXXVI.

Confirmatio, & declaratio Priuilegiorum, & exemptionum Hospitalis, & Militiæ Sancti Ioannis Hierosolymitani.

Aliam confirmationem habes infra in Grego. 13. constitu. 62. Quo magis.

Priuilegia autem, & indulta huiusmodi, habes sup. in Pij Quarti, consti. 14. Circumspecta, fol. 663. & ibi not.

PIVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

ET si cuncta, quæ ex multa Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum prouidentia in fauorem Militiarum quarumlibet in fidei Catholicæ defensionem salubriter institutarum processerunt, executioni debitæ demandāda esse censemus, illa tamen præcipue quæ ad illarum statum prospere dirigendū per eosdem Romanos Pontifices prudenter concessa comperimus, vt illibata firmaque perpetuo subsistant libenter approbationis nostræ munimine roboramus. Cum itaque, sicut accepimus, licet alias felicis recordationis Leo X. Clemens VII. Paulus III. & Pius IIII. Romani Pontifices prædecessores nostri, inter alia priuilegia & indulta Dilectis filijs Magistro & Conuentui Hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitani a Sede apostolica concessa, eundem & pro tempore existentem Magistrum, Baiuliuos, Castellanum Empostæ, Priores, Præceptores, Milites, aliasque personas hospitalis huiusmodi, necnon eorum subditos, vasallos, colonos, & seruitores, ac alios in eorum obsequijs, & dicti Hospitalis beneficijs quomodolibet nuncupatis existentes, etiam presbyteros curam animarum exercentes, quamdiu illam exercerent, & in illorum obsequijs forent, illorumque animalia, prædia, domos, molendaria, & bona quæcunque, quæ obtinebant, ac in posterum obtinerent, & possiderent, a solutione, & exactione decimarum, censuum, iurium etiam synodalium & canonicarum portionum, seu charitatiui subsidij, aut iucundi aduentus, seu quartæ, aut alias quomodolibet, aut aliorum quorumcunque onerum sub certis modo & forma exemerint, & liberauerint, & prout in diuersis ipsorum Prædecessorum desuper confectis literis plenius continetur: & licet priuilegia, exemptiones, libertates, & indulta præfata, si vnquam a primæua erectione dicti Hospitalis, nunc præcipue fauore & complemento digna sint, cum ipsi pro fide Catholica defendenda non modo facultates & fortunas, verum etiam eorum vitam & sanguinem perdere non dubitauerint: nihilominus diuersi locorum Ordinarij, & parochialium Ecclesiarum rectores, ac multæ capitulares personæ id sibi omnino, iuxta sacri Concilij Tridentini decreta, licere asserentes, eosdē Magistrum, Baiuliuos, Castellanum Empostæ, Priores, Præceptores, Milites, & personas, diuersis oneribus contra eorum priuilegia pergrauare, illosque ad decimas, census, subsidia etiam charitatiua, congruas portiones, iucundum aduentum, pastor bonus, aut alias nuncupata onera, etiam iura synodalia cogere præsumant, in graue ipsius Hospitalis detrimentum & grauamen: Nosque attendentes quod nuper inter alia Mendicantium ordinum fratribus concessa priuilegia, eos & eorum quemlibet tam a seminarij clericorū in qualibet ciuitate, iuxta eiusdem Concilij Tridentini decreta erecti, seu erigendi, quam decimarum, subsidij, & aliorum onerum contributione totaliter exemisse, & liberasse, præfatosq; Magistrum, Baiuliuos Priores, Castellanū Empostæ, Præceptores, Milites, Fratres, & personas non minus dignos esse, vt eos paribus fauoribus & gratijs prosequamur, illosque & eorū singulos ac singulares dicti Hospitalis personas a quibusuis excommunicationis, suspēsionis, & interdicti, alijsque ecclesiasticis sentētijs, cēsuris, & pœnis a iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluētes, & absolutos fore censentes, necnon omnium & singulorum priuilegiorum, indultorum, facultatum, exemptionum, immunitatum, libertatum, & gratiarum per præfatos, & alios quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Sedem Apostolicam Hospitali, illiusque Magistro, Conuentui, & Fratribus Militibus, alijsque quibusuis personis præfatis hactenus cōcessorum, ac literarum desuper confectarum tenores præsentibus pro expressis habentes, Motu proprio, non ad Magistri, & Conuentus Hospitalis hmōi, aut alicuius alterius super hoc pro eis nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & de mera nostra liberalitate, ac Apost. potestatis plenitudine, omnia & singula priuilegia, indulta, facultates, exemptiones, immunitates, libertates, & alias gratias, eisdem Magistro, & Conuentui quomodolibet concessa, Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisq; perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & singulos tam iuris, quam facti

Leo X. Clem. 7. Pau. 3. & Pius 4. inter alia priuilegia Hospitali, & Militiæ S. Io. Hierosolymitani cōcessa, concesserūt etiam exemptionem à solutione decimarū, & aliorum onerum, vt habes in Pij 4. cōsti. 14 Circumspecta, sup. fol. 663.

Ordinarij tamen locorum, eos desuper molestabāt vigore Conc. Tri.

De istis Mendicātiū priuilegijs, vt desup. in cōst. 38. Et si mendicantium, fol. 982.

Ideo hic Pont. ex causis hic expressis, dictū priuilegium exēptionis, ac alia quæcunque per prædecessores concessa, approbat, supplendo omnes defectus.

Ad hoc vide de e arabonem, de qua hic in fi.

facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, supplemus. Decernentes præsentes literas nullo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu, etiam ex eo quod locorum ordinarij vocati non fuerint, notari, impugnari, vel inualidari minime posse, minusque sub quibuscunque similium vel dissimilium gratiarum reuocationibus, limitationibus, restrictionibus, & derogationibus comprehendi posse, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas esse, sicque ab omnibus censeri. Et ita per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & diffiniri debere, ac irritum & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectis filijs in Regnis Hispaniarum, & Neapolitan. nostris, & Sedis Apostolicæ pro tempore existentibus Nuncijs, aut Curiæ earum Cameræ Apostolicæ generali Auditori per præsentes motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorundem Magistri, & Conuentus fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra eosdem Magistrum, & Conuentum, confirmatione, approbatione, adiectione, suppletione, decreto, & alijs præmissis pacificè vti, frui, & gaudere non permittentes eos per ordinarios præfatos aut quoscunque alios contra præsentium tenorem quomodolibet molestari, perturbari, aut inquietari, contradictores quoslibet & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, sententias, censuras, & pœnas huiusmodi incurrisse declarando, illasque etiam iteratis vicibus aggrauando, interdictum Ecclesiasticum apponendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstante piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non extrahatur, ac alijs quibusuis Apostolicis, necnon in Prouincialibus, & synodalibus concilijs editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis quibusuis personis, etiam præfatis locorum ordinarijs, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque & alijs decretis, etiam Motu & scientia similibus, etiam Consistorialibus, & de fratrum nostrorum consilio, in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia forma ad hoc seruanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod præsentes literæ non comprehendant neque Ecclesias, neque personas in his quæ ad curam animarum pertinent, in quibus decreta Concilij Tridentini huiusmodi omnino seruari debeant. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris die vigesima nona Nouembris, millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, Pontificatus nostri anno tertio.

Clausulæ præseruatiuæ.

Decretum irritans.

Deputatio, & facultas executorum istius constitutionis.

Clausulæ derog.

Limitatio istius constitutionis. Ad cuius declarationem, vide inf. const. 139.

P. Ximenez.

LXXVII.

Montis Nouennalis extensio, & illius fructuum reductio ad septem pro centenario.

Erectionem istius Montis habes sup. in Pauli 4. const. 15. Superioribus, fol. 582. & prorogationem habes in Pij 4. const. 76. Inter multiplices, f. 759.

PIVS Papa V. Motuproprio, &c.

CVM alias fe. re. Paulus Papa IIII. Montem Nouennalem nuncupatum summæ scutorum centum, octuaginta septem millium de iulijs decem pro scuto ad rationem octo pro centenario non vacabilé, & elapso primo anno quandocunque sibi, seu successoribus suis, & argentibus Cameræ Apostolicæ videbitur, facta intimatione per mensem ante, personis, de quorum interesse tractabitur, & restitutus (eodem mense transacto) personis ipsis pecunijs, quas in eodem Monte habuerint vna cum emolumentis eis debitis extinguibilem, de Venerabilium fratrum suorum S. R. E. Cardinalium consilio, & assensu ad nouennium tantum erexerit, & pro fructibus dicti Montis scuta quatuordecim millia noningenta sexaginta annuatim ex scutis triginta millibus annuis subsidij partis fructuum Congregationum regularium Italiæ, ac residuum dictorum scutorum triginta millium pro extinctione dicti Montis assignauerit, & infra dictum Nouennium extingui debere, nec vlterius reuiuiscere, aut propagari posse declarauerit, prout in literis sub dat. Romæ anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, decimo Kal. Nouembris, Pontificatus sui anno primo latius continetur. Et successiue etiam fe. re. Pius Papa IIII. prædecessor noster de eorundem Cardinalium consilio & consensu residuum subsidij præfati pro extinctione dicti Montis Nouennalis destinatú, Monti Pio recuperationum nuncupato per ipsum erecto, assignauit & ordinauit, quod occurrente pro tempore locorum dicti Montis recuperationum vacatione, per obitum, aut alias, præterquam per resignationem, quicquid pecuniarum ex illorum sic vacantium locorum venditione prouenerit, in totidem locorum eiusdem Montis Nouennalis primo, & deinde certorum aliorum Montium redemptionem vna cum fructibus ex eodem Monte Nouennali, ac alijs Montibus redemptis prouenientibus, & non in alios vsus conuerterentur. Voluitq; quod, cum primum omnium aliorum Montium loca redempta fuerint, loca dicti Montis Pij recuperationum, vacantia per

Paulus 4. Montem Nouennalem nó vacabilé ad octo pro centenario, super redditibus subsidij quartæ partis fructuum Congregationú regularium, erexit vt habes sup. in eius const 15. Superioribus, fol. 582.

Pius 4. Montem Pium recuperationum erexit super residuo redditus nouennalis subsidij quod destinatú fuerat pro extinctione Montis Nouennalis, vt habes sup. in eius const. 76. f. 759.

tia per ipsum, aut Romanos Pontifices pro tempore existentes alijs concedi non possint. Sed tam illā illorum vacationibus occurrentibus, quam loca redempta huiusmodi eorum redemptione facta vt præmittitur, eo ipso extinguerentur & expirarent, prout in alijs eiusdem Pij literis sub dat. anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, pridie nonas Iulij, Pontificatus sui anno tertio continetur. Et successiue erectis per eundem Pium prædecessorem tam primo, quā secūdo succursus Auinionen. nuncupatis Montibus loca per obitum post certum tunc expressum tempus, aut alias, præterquam per resignationem vacantia similiter in extinctionem dicti Nouennalis Montis conuerti mandauerit, prout in suis sub dat. av. Calendas Septembris, anno quarto, Et pridie nonas Nouembris, anno quinto, respectiuè expeditis literis continetur. Quarum vigore ad redemptionem scutorum trium millium dicti Montis Nouennalis vsque nunc processum extitit. Et quia pro defensione Catholicæ fidei Christianæ notabilem pecuniarum summam carissimo in Christo filio nostro Carolo Francorum Regi Christianissimo ab armis hæreticorum oppresso transmisimus, ac etiā trāsmittere paterna charitate coacti sumus, & modum non habentes, dictas pecunias ex redditibus Cameræ nostræ Apostolicæ extrahere, viamque faciliorem, aut meliorem quàm infrascriptam non inuenientes, licet nos ipsi possemus omnia dicti Montis Nouennalis loca redimere, & deinde eadem cum participatione fructuum ad rationem septem pro centenario vendere, & assignare, attento maxime quod hodie plerique alij Montes non vacabiles vltra septem pro centenario non respondent, & quod propter pecuniarum in hac Ciuitate confluentium abundantiam emptores plures ad rationem septem pro centenario inuenirentur, & quod attenta facultate redimendi nulli iniuria fit, nec damnum. Nihilominus volentes modernos dicti Montis Montistas fauorabilites prosequi, ac dictarum literarum tenores etiam veriores præsentibus, ac si de verbo ad verbum insererentur pro plene, & sufficienter expressis, ac insertis habentes, habito per dilectum filium Bartholomæum Bussottum Thesaurarium nostrum generalem cum dicti Collegij officialibus longo tractatu, secumque super infrà dicendis verbo, seu in scriptis concordato, Nos eorundem officialium erga sedem Apostolicam beneuolentiam,

Hine eutem pon cifex vt Regi Frā corum, ab hæreticis oppresso subuenire possit mō tem Nouennalē ad maiorem summā extendit, sed fructus ad septē pro centenario reducit.

promptumque in illius notosijs necessitatibus animum succurrendi plurimum in Domino collaudantes, Decreuimus prout auctoritate Apostolica, & de plenitudine potestatis decernimus, & de eorundem etiam Montistarum vt præfertur consensu, fructus Montis Nouennalis huiusmodi ad rationem octo pro centenario, & anno vt præmittitur assignatos, ad rationem septem pro centenario, & anno reducere, Montemque præfatum nunc summę scutorum centum octoginta quatuor millium existentem vsque ad summam scutorum ducentorū quatuor millium centum quadraginta extendere & ampliare prout fructus huiusmodi reducimus, ac Montem præfatum extendimus, & ampliamus, dictaque scuta quatuordecim mille noningenta sexaginta, seu verius quatuordecim mille duceta octoginta nouem, & bai. 90. nunc integra remanentia annuatim præfato Monti sic extenso, & ampliato pro illius fructibus annuis ad rationem septem pro centenario, & anno à Kal. præsentis mensis Ianuarij inchoando pro centenario eisdem hypothecis, & obligationibus Cameræ Apostolicæ, & illius bonorum in genere, & in specie, & auctoritatibus, facultatibus, priuilegijs, exemptionibus, & immunitatibus, prorsus & omnino potiantur, & gaudeant, prout prius Montistæ huiusmodi habebant, potiebantur, & gaudebant. Ita quod omnia, & singula in fauorem, & securitatem Montistarum præfatorum vsque nunc per Sedem, & Cameram Apostolicam concessa, etiam in vim præsentium concessa censeantur, etiam perinde ac si ab initio Mons huiusmodi ad rationem septem pro centenario, & pro summa scutorum ducentorum quatuor millium centum quadraginta erectus fuisset. Ita quod nulla prorsus differentia per præsentes nostras quoad nos Sedem, & Cameram Apostolicam intelligatur esse in præmissis, nisi dumtaxat ratione, & respectu perceptionis fructuum de octo ad septem pro centenario reductorum Vt autem dilecti filij Collegium Montistarum præ-

Pro admissione soluūtur quinq; iulij, videlicet medietas Cameræ Apost. & alia medietas Collegio Montistarū

fatorum, ex sua erga nos prompta voluntate, & hilari animo super præmissis consensu præstito aliquem fructum reportent, concedimus, & indulgemus, vt ex quinque iulijs, qui ante hac pro admissione ad vnum quemque dicti Montis locum ad Cameræ commodum percipi solebant, duo cum dimidio tantum pro Camera per dilectum filium Tullium Fellum de Aspra laicum Sabinensem, quem sicut accepimus prædictus Thesaurarius noster generalis, vigore facultatis sibi desuper attributæ in præfati Montis Nouennalis Secretarium constituit, & deputauit, quasque constitutionem, & deputationem illarum, tenorem præsentibus pro expressis habentes harum serie confirmamus, & approbamus, Illasque ad hoc vt idem Tullius eiusdem Montis quandiu durauerit, Secretarius, permaneat, extendimus, & ampliamus, percipiantur, reliqui vero duo cum dimidio ad dicti Collegij commodum, quo facilius præmium eorum Congregationibus interessentibus præstare valeant, seu pro alijs ipsius Collegij commoditatibus conuertantur, & persoluantur, eosdem Montistas, qui loca ex huiusmodi reductione facta super excrescentia emere voluerint, exponendo scuta centū monetæ in tanto auro pro quolibet loco iuxta distributionem inter ipsos per modernos dicti Collegij defensores factam, seu faciendam, alijs omnibus extraneis, etiam plus offerentibus præferantur, ita vt etiam pro hac prima vice nil ex dictis quinque iulijs pro expeditione literarum patentium (salua tamen semper mercede, & prouisione solita dicti Secretarij) persoluere teneantur. Mandantes dilecto filio nostro Fratri Michaeli tituli Sanctæ Mariæ supra Mineruam presbytero Cardinali Camerario, Cameræ Apostolicæ præsidentibus Clericis, quatenus præsentes, & etiam literas desuper expediendas admittant, ac in libris Cameræ describi, ac quascunque patentes literas expedire, præmissaque omnia, & singula semper obseruari, ac Montistis tam præsentibus quam futuris assistere, & de dictis emolumentis ad rationem septem pro centenario responderi faciant, ac pro eorundem fructuum solutione, ac præmissorum obseruatione, ad cautelam etiam denuo absque hypothecarum, & obligationum in fauorem dicti Montis factarum præiudicio, & nouatione, subsidium dictarum Congregationum in genere, & in specie, ita tamen quod per speciem generi non derogetur, nec è contra, & ita quod nulla quoad nos, & Cameram Apostolicam quoad cautelas & obligationes dictæ Cameræ, erga dictos Montistas censeatur facta nouatio, sed iura iuribus, & cautelas cautelis addendo obligent, prout & nos etiam si aliqua Cameræ Apostolicæ obligatio non succedat, ex nunc obligamus, & hypothecamus, ac subsidium dictarum Congregationum iuxta formam literarum fe. re. prædicti Pij Papæ quarti, tam in erectione Montis recuperationum, quam primi, & secundi Auinionen. donec Mons huiusmodi durauerit, & extinctus fuerit, prorogamus, dictasque Congregationes ad illud omnino dictis Montistis soluen. Monte huiusmodi durante teneri, & obligatos esse volumus, & eorum obligationem de triennio in triennium (vt moris est) Depositario dicti Montis per ipsos Montistas

Montistæ ementes loca super addita alijs præferū tur vt hic.

Executores istius const.

Prorogatio dicti subsidij Cong.

tistas ad eorum nutum ponendo, & amouendo ante finem cuiuslibet triennij fiendam promittimus, & ad hæc omnia nos, successores nostros, & dictas Congregation. de supremæ plenitudine potestatis obligamus. Dicto vero Thesaurario nostro generali, vt pecunias ex huiusmodi reductione, & extensione respectiuè redigendas à personis loca extensa, & ampliata ementibus recipiendi, & solitas patentes literas in earundem personarum fauorem pro locis emendis expediendi, ipsasque pecunias postmodum ad venerabilem fratrem Carolum Caiacen. nostrum, & Sedis Apostolicæ apud charissimum in Christo filium Carolum Francorum Regem Nuncium ad effectum dicto Regi persoluen. & subuenien. transmittat, nec tamen propterea Montistas ipsos vllo vnquã tempore ad transmissionem huiusmodi probandum teneri, & obligatos esse, ac fructus in sortem computari nõ posse, sed libere illos, tam veteres, quam nouos Montistas ad dictam rationem septem pro centenario liberè percipere posse decernimus, ac nouorum locorum iuxta reductionem, & extensionem, ac ampliationem huiusmodi per dictum Thesaurarium nostrum faciendas venditiones, ac si à nobismet, & in Concistorio nostro secreto, ac de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio factæ fuissent, ea nunc motu simili, ac ex certa nostra scientia approbamus, & confirmamus, ac omnes, & singulos etiam dictorum Montistarum consensus forsan non rite receptos, ab omnibus, vel maiori parte præstiti, ac alios quoscunque iuris, & facti, ac solemnitatum, quarumcunque quomodolibet omissarum, defectus, si qui forsan in præmissis interuenerint supplentes, & præmissa omnia vim validi efficacis contractus, inter nos, & Cameram prædictam, ex vna, & veteres, ac nouos Mõtistas prædictos, inter quos nullã penitus differentiam esse volumus, sed omnes ad inuicẽ in omnibus, & per omnia adæquamus, initi, & stipulati habere, & valere, ac efficacia existere. Sicq; in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque Iudices, &c. etiam S. R. E. Cardinales Palatij Apostolici Auditores iudicari, &c. sublata &c. ac irritum, &c. si secus, &c. decernimus, & declaramus. Non obstantibus omnibus, quæ in singulis dictorum prædecessorum nostrorum literis prædecessores prædicti voluerunt non obstare, quæ hic sigillatim pro repetitis habeantur, quibuscunque specialiter, & expresse derogamus, necnon alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod per præmissa contenta in Bulla Montis recuperationum prædicti, ac primi & secundi Auinionen. quo ad futuram extinctionem dicti Montis, sic per nos, reducti, & respectiuè extensi, nullum censeatur in futurum factum præiudicium. Quodque Mons huiusmodi scutorum 504140. semper & quandocunque post triennium à Kal. Ianuarij inchoandum tam ex dicti Montis recuperation. quam alijs quibuscunque Cameræ Apostolicę pecunijs restituto precio prædicto in totum vel in partem per Cameram Apostolicam redimi, & extingui possit, & debeat facta intimatione per mensem ante, etiam prout antea licitum erat. Et quod præsentium, quas ac si concistorialiter expeditæ fuissent, valere, ac publici etiam contractus initi inter nos, & sedem prædictam, ac Montistas, vim, & robur obtinere, & habere decernimus, sola signatura etiam absque resignatura sufficiat, & vbique fidem faciat, in iudicio, & extra, quacunque regula non obstante. Et nihilominus etiam sub plumbo per Secretariam nostram etiam cum insertione tenorum dictarum literarum Apostolicarum, seu illarum narratiua, & cum amplissima derogatione, ac alijs clausulis necessarijs, & opportunis latissimè, & amplissimè extendendis etiam super vnoquoque præmissorum, etiam separatim expediri possint in forma gratiosa.

Administratio huius Montis datur Thesaurario generali.

Quidsuit & Paulº 4 in eius cõst. 15. Cupientes, vt Mons, fol. 584

Decretum irritans.

Mons extingui possit, vt hic.

Placet Motu proprio. M.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, quarto Idus Ianuarij, anno tertio.

Die decima Ianuarij, Millesimo quingentesimo sexagesimo nono, admissa fuit retroscripta Motus proprij cedula in Camera Apostolica ex eiusdem Cameræ decreto, & registrata apud me infrascriptum libro diuersorum dicti anni, folijs 14.

Cæ. Capellus Cameræ Apost. Notarius.

LXXVIII.

Iurisdictio, & facultates Protectoris, & Iudicis, ac Deputatorum Monasterij Sanctæ Catharinæ della Rosa de Vrbe.

Protector nunc est Illustriss, & Reuerendiss. Petrus Donatus Cæsius Romanus Card. tit. S. Anastasiæ.

Prælatus autem & Iudex deputatus est Reuerendiss. Adrianus Fusconus de Nursia Episcopus Aquinaten. & vtriusque signaturæ Romani Pontificis Referendarius.

PIVS Papa V. Motuproprio, &c.

CVPIENTES, vt Monasterium Beatæ Catharinæ della Rosa nuncupat. de Vrbe, iam dudum pro receptandis, & aduocandis miserabilibus puellis, quæ in periculo pudicitiæ subuertendæ, in dicta Vrbe reperiuntur erectum, & Confraternitas ibidem pro gubernio dicti Monasterij canonice instituta, non solum manuteneatur, verumetiam indies incrementum suscipiant, Monasteriumque, & Confraternitatem huiusmodi specialibus gratijs, & fauoribus prosequi volentes, motu simili ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, dilecto filio nostro Hippolyto tit. S. Mariæ nouæ præsbytero Card. Ferrarien. nuncupato nunc, & pro tempore Monasterij & Confraternitatis huiusmodi existen. Protectori, seu Confraternitati prædictæ, illiusque administratoribus, gubernatoribus, & deputatis, quod quascunque puellas in periculo pudicitiæ existen. amittendæ, & si benè viscera fuerit propria auctoritate, etiam inuitis parentibus capere, & in dictum Monasterium introducere, illasque tam dum in dicto Monasterio manserint, quam etiam, inde egressæ siue nuptæ, siue viduæ fuerint, necnon occultantes, & latitare facientes, carcerare, punire, corrigere, & castigare, eorũ arbitrio, seu aliàs iuxta eorum statuta, & prouidas ordinationes possint, & valeant concedimus, statuimus, decernimus, & mandamus. Nec non pro ipsius Monasterij Confraternitatisque Monialium,

Facultas Protectoris, & deputatorum, puellas in periculo amittendę pudicitię existentes inuitis parentibus capiendi, illasque, & alios eas occultantes, & coercēdi,

lium, & puellarum minori dispeodio, ne cogantur per diuersa tribunalia litigare, omnes, & singu'as causas, lites, quæstiones, & contsouersias ciuiles criminales, profanas, spirituales meras, & mixtas inter Confraternitatem, seu eius administratores, gubernatores, & deputatos huiusmodi, Moniales, seu puellas in dicto Monasterio degeotes, seu quæ inde egressæ, & nuptui traditæ sunt ex vna, & quascunque alias personas cuiuscunque dignitatis, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ eaistentes, Vniuersitates, Societates, Congregationes, & Monasteria, aus alia loca pia, ea altera partibus, etiam si coram S. R. E. Camerario, Clericis, & Præsideotibut Cameræ Apostolicæ, & eiusdem Cameræ generali Auditore, necnon Vicario, Gubernatore, & Senatore dictæ Vrbis, illorum locatenentibus, collateralibus, & Iudicibus, ac dictæ Vrbis causarum appellationum, Capitaneo, & Sacri Palatij Apostolici Auditoribus, & eiusdem S. R. E. Cardinalibus, alijsque Iudicibus ordinarijs, seu delegatis, huiusmodi motas, & pendentes, & de super statu, & bonis, tam Monialium, quam puellarum, necnon quibuscunque locationibus, venditionibus, legatis fideicommissis testamentis, hereditatibut, atque illorum discussionibus, atque quarumcunque iurium, & actionum cessionibus, alijsque inter viuos contractibus, etiam vigore obligatiools in forma Cameræ esecutionibus, reuocationibus, bonis rebus, iuribus, & actionibus ad Confraternitatem prædictam, eiusque Gubernatores, Administratores, & deputatos, Moniales, & puellas prædictas, tam coniunctim, ac tam actiuè, quam passiue spectantibus, & pertioentibus in quacunque iostantia, (quatum omoium, & singulorum statum, & merita, necnon judicum, & collitigan. nomina, & cognomina, ac qualitates cæteraque de necessitate eaprimenda pro expressit habeo.) in statu, & terminis, in quibus nunc reperiuntur, harum serie ad nos aduocantes, illasque omnes & singulat motas, & pendentes, ac quam, & quas Confraternitas Gubernatores, Administratores, & deputati, necnon Moniales, & puellæ ibi degeotes, & illi quæ exinde egressæ, & nuptui traditæ sunt, & pro tempore fuerint, habere volent contra easdem personas Vniuersitates, & collegia, Congregationes, Confraternitates, Monasteria, & alis huiusmodi pia loca, pro rebus, bonis, hæreditatibus, iuribus, & actionibus huiusmodi nunc, & pro tempote Monallerij Confraternitatis præfatarum existenti Protectoit præfato, vna cum illarum emergentibus dependentibus incidentibus annexis, & connexis, summariè, simpliciter, & de plano, & sola facti veritate inspecta, ac sine strepitu, & figura iudicij per seipsum, seu alios à se deputandos, in quacunque instantia vsque ad finem audien. cognoscen. & sine debito terminandum auctoritate Apostolica tenore præsentium committimus, & mandamut: Ipsumque Protectorem nunc, & pro tempore existen. in dictis causis motis pendentibus, & in futurum mouendis, in iudicem ordinarium cum facultate easdem causas, in quacunque instantia vsque ad finem perseipsum, vel alium seu alios eius Auditores, illas cognoscen. deciden. & terminan. & alijs facultatibus prædictis, facimus, constituimus, & deputamus, Necnon cum potestate citan. & inhibendi, quas, quibus, & quoties in Curia, & extra eam, etiam per edictum publicum constito etiam de non tuto accessu eisdemq; quâ, & quibusuis alijs eiusdem Vrbis iudicibus, & personis tam Ecclesiasticis, quam secularibus, quibus, & quoties opus sit, & sub sententijs, censuris, & pœnis Ecclesiasticis, & pecuniarijs, quibus sibi, seu ab eo pro tempore deputando Auditori videbitur inhibendi, & in euentum non paritionis contra inobedientes, contumaces, & rebelles ad declarationem incursus censurarum, & pœnarum huiusmodi, illarumq; aggrauationes, & reaggrauationes, & alias iuxta morem, & stylum Curiarum Vrbis in similibus seruari solitum, & prout sibi videbitur proceden. sententiasque suas debitè executione demandare siue demandare faciē. auxilio atque brachij secularis ad hoc si opus fuerit inuocandi, omniaque, & singula alia in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna faciendi, gerendi, & exercendi, ac in omnibus, & singulis eis prædictis ad dictam Societatem, Moniales, & puellas, vt præmittitur spectantes, singulis diebus, & horis feriatis, & non feriatis, præterquam in honorem Dei, etiam tempore feriarum ob necessitatum hominum iodictarum & indicendatum procedere, Ac quemcunque Notarium, sibi benè visum in causis huiusmodi deputare possit, & valeat. Quodque citationes, & inhibitiones, quæ in eis fieri oportuerit, etiam per Curiæ Capitolij, & quoscunque alios Mandatarios fieri possint, Et quicunque eaecutores Vrbis possint, & debeant effectualiter executioni demandare omnes, & singulas sententias, decreta, & mandata prædicti Cardinalis Protectoris siue ab eo deputatorum, quæ non obstan. regula Cancellariæ sub eius paruo sigillo eapediri possint, Ac insuper Confraternitatem prædictam, eiusque Administratores, Gubernatores, & Deputatos, necnon Moniales, aut puellas ibidem degentes, & inde egressas nuptas, seu viduas huiusmodi ex nunc deinceps occasione præmissorum alibi, quàm corā prædicto Protectore cōuenire aut ad alios conuenientibus constringi non posse; Ac processus, sententias, & decreta per alium, seu alios tam ordioarios quā delegatos Iudices in omnibus prædictis quomodolibet pro tempore formatos latat, & facta cum inde sequutis, quibuscunque nulla, irrita, & inania nulliusque roboris, vel momenti fore. Præsentemque cedulam sub quibusuis reuocationibus, suspen. limitation. seu renouationibus similium, vel dissimilium concessionum, & gratiarum, etiam per nos, & successores nostros Romanos Pontifices, & sedem prædictam, vel eius legatos, etiam per Regulas Cancellariæ Apostolicæ pro tempore factas, nullatenus comprehēdi sed semper ab illis penitus & omnino eaceptas, & quoties illæ emanabunt præsentem cedulam in pristinum statum restituram esse, & censeri debere, nec eidem cedulæ per quascunque literas, etiam quasuis clausulas generales, vel speciales, etiam derogatoriarum derogatorias, irritantiaque, & alia decreta sub quocunque verborum expressione continentes, derogari posse, etiam si illi vllo vnquam tempore ea aliqua etiam quantumuis necessaria, & vrgenti causa derogari contingat, nisi tenor eiusdem cedulæ de verbo ad verbum, nihil penitus omisso insertus, & huiusmodi derogatio per trinas distinctas literas eundem tenorem continentes tribus similibus distinctis vicibus, Administratoribus, Gubernatoribus, Deputatis, & Confratribus huiusmodi omnibus, & singulis legitimè insinuata, & intimata fuerit, eorumque expressus ad id accesserit assensus derogationem huiusmodi nemini suffragare, nullius esse roboris, vel valoris, & eis per quoscunque Iudices quauis auctoritate fungen. etiam prædictæ Ecclesiæ Cardinalis, & causarum Palatij Apostolici Auditores sublata, &c. ac irritum, &c. iudicari, & diffiniri debere. Non obstan. præmissis, ac fe. re. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & in concilio generali edita de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis vigore præseotium ad iudicium non trahatur, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis. Necnon Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, ac Hospitalium Ecclesiarum Monasteriorum, & aliorum quorumcunque locorum, & ordinum iuramento, &c. roboratis, statutis, & consuetudinibus priui-

legija

Facultas Protectoris & Iudicis causas ciuiles, & criminales, monasterij S. Catherinæ eiusque Cōfraternitatis, Monialium, & Puellarum etiā à Monasterio egressarum, & nuptui traditarum, in qua cunque instātia summariè, &c. cognoscendi.

Inhibendique in Curia, & extra & inobedientes cohercendi.

Et singulis diebus, & horis procedendi.

Notariumque in huiusmodi causis eorū arbitrio deputandi.

Mandatarij omnes citare possint in his causis.

Executores omnes exequi debent decreta Protectoris, & deputatorum.

Confraternitas, Moniales Puellæ & Administratores coram Protectore dumtaxat conueniri & cōueniri possunt.

Processus & sententiæ ab alijs in dictis causis formatæ nullæ sint.

Cautulæ præseruatiuæ.

Decretū irritās.

Clausula derog.

legijs quoque indultis Conseruatoribus exemptionibus, & literis Apostolicis eisdem, ac dilectis filijs Populo Romano, necnon Iudicibus Curijs, & Tribunalibus, eorumque personis per quoscunque Ro. Pontifices prædecessores nostros, & nos ad dictam sedem, etiam motu, & scientia similibus concessis, approbatis, & innouatis, etiam disponentibus, & causæ huiusmodi ad forum, seu Curiam Capitolij reasumi debeant, quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione aliàs de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma illius contenta, obseruata inserti forēt præsentibus pro sufficienter expressis habentes illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque, aut si præfatis, aut quibusuis alijs communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, aut excommunicari, vel extra, aut vltra certa loca Curias, & Tribunales ad iudicium trahi non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem; & quibuslibet alijs priuilegijs indultis Apostolicis, generalibus, vel specialibus quorumcunque tenorum existen. per quem præsentibus non expressa, aut totaliter non inserta iurisdictionis ipsius Protectoris explicatio impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumcunque totis tenoribus de verbo ad verbum habēda sit in præsentibus mentio specialis. Volumus autem præsentium solam signaturam sufficere, & vbique fidem facere in iudicio, & extra regula contraria non obstan. & earundem transumptis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo Protectoris, seu Confraternitatis huiusmodi munitis eandem prorsus fidem adhiberi, quæ adhiberetur præsentibus manu nostra subscriptis. Placet M. Romæ, apud S. Petrum, quarto Idus Februarij, anno tertio.

Clausula derogator.

Sola signatura sufficit.

LXXIX.

Reformatio Procuratorum, & Solicitatorum Romanæ Curiæ.

Alias reformationes habes sup. in Benedi. 12. const. 1. Decena, fol. 38. & Greg. 11. const. 3. Quamuis, fol. 44. & Mart. 5. const. 3. In Apostolicæ, fol. 57. & Leon. 10. const. 24. Cum perceperimus, fol. 127.

Procuratoris autem, & Aduocati pauperum officium, vide sup. in Pij 4. const. 85. Cum ab ipso, fol. 776.

PIVS Papa V. Motuproprio, &c.

NVPER volen. errores, & abusus qui in Tribunalibus Vrbis temporum malitia irrepserant, corrigere, venerabilibus fratribus Baldo Amerin. Almæ Vrbis Gubernatori, & Carolo de Crassis Montis Flasconen. Cameræ Apostolicæ Clerico Episcopis, & dilectis filijs Alexandro Riario Curiæ eiusdem Cameræ generali Auditori, Blasio Busetto eiusdem Vrbis Senatori, Francisco Sarmiento causarum Palatij Apostolici Auditori, Alphonso Binarino nostro in spiritualibus Vicarij generalis Vicegerenti, necnon Nicolao Ormanetto Notario nostro, & Honophrio Camaiano Cameræ Apostolicæ Præsiden. negotium reformationis officiorum, & Tribunalium commisimus perscrutan. & nobis referen. ac successiuè terminan. Quia autem res huiusmodi longè lateque diffusa multa habet capita, non ab re visum est ex illis vnum præcipuum, & maxime necessarium, dum cetera maturius digeruntur, præsenti nostra constitutione terminare, quod sic præciso, facilius ad vniuersi operis cœpti consummationem valeat deueniri. Sanè licet Procuratorum vsus vtilis, & necessarius vbique locorum existat, tamen in hac Alma Vrbe nostra propter multitudinem negotiorum, quæ ad hanc sanctam Sedem Apostolicam ex vniuersis Christianorum partibus deferuntur, maximè vtilis, & necessarius existat, & quamuis in Romana Curia multi probi, & periti viri reperiantur ex his qui alienas causas agunt, & defendunt, nihilominus eorundem Deputatorum, & aliorum relatione percepimus in hac Alma Vrbe nostra ita Procuratorum, & Solicitatorum numerum, & multitudinem excreuisse, & eo vsque inoleuisse, vt quiuis Imperitus, & Romanæ Curiæ praxi, rerumque agendarum experientia insufficiens, calumniosus, calumnijsque, & litium protelationibus deditus, Procuratoris, seu Solicitatoris officio fungi, absque aliqua approbatione, & facultate sibi commissa, audeat. Quo fit, vt non modo nullitates innumeræ eorum imperitia, & calumnia, ac cauillatione oriantur, attentataque committantur, Iudicesque periti in eorum imperitia instruenda, & calumnijs refellendis intolerabili molestia afficiantur, quin etiam amplius eorum principalium etiam bonum ius fouentium causæ, & in quibus aliàs victoriam eorum principales reportare possent, in perditionem prolabantur, ac etiam propter eorum calumnias, tergiuersationes, & subterfugia, quibus nonnulli ex eis maximè dediti reperiuntur, lites in infinitum protrahantur adeo, vt sæpenumero, etiam iustitiam fouentes litium dilatione affecti, & quandoque etiam præuaricationibus hominum huiusmodi perterriti, lites, & causas ipsas deserere cogantur, in graue ipsarum partium præiudicium, ac ipsum Procuratorum, & Solicitatorum animarum periculum, & damnationem, vnde etiam sæpe accidit, vt de iudicibus iniustè deferantur querelæ. Nos igitur etiam vestigijs fe. re. Leonis X. & Pauli III. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum inhærendo, volentes partium in eadem Romana Curia colitigantium indemnitati consulere, & erroribus huiusmodi de aliquo opportuno remedio occurrere, Motuproprio, & ex certa nostra scientia hac nostra perpetuo valitura constitutione decernimus, & mandamus, ne de cætero perpetuis futuris temporibus quiuis modernus causarum Procurator, seu Solicitator (exceptis in Collegio Procuratorum hactenus descriptis, & matriculatis, & alijs ab eisdem Reformatoribus approbatis) coram quibuscunque Iudicibus Romanæ Curiæ comparere, & processus instruere, ac Procuratoris, seu Solicitatoris officium exercere, nisi præuio examine super eius doctrina, qualitate, & moribus à supradictis, quibus negocium reformationis huiusmodi commisimus, probatus, & ad huiusmodi munus procurationis, ac solicitationis admissus fuerit, cuius nomen sit annotatum in cedula eorundem Deputatorum

In Romana Curia, quilibet etiā imperitus, & calumniosus, Procuratoris, vel Solicitatoris officium exercebat.

Vnde mala hic expressa oriebantur.

Ideo hic Pont. eos tantum Procuratores, & Solicitatores recipi iubet, qui in matriculam eorum Collegio, vel de cætero admissi fuerint à Deputatis.

manu subscripta, & iudicibus quorumcunque Tribunalium Vrbis per Cursorem intimata. Alij vero qui de cætero perpetuis futuris temporibus Procuratores, & Solicitatores causarum fieri, illorumque officium exercere voluerint, illud nulla tenus exercere valeant, nisi etiam cum licentia præuio examine, vt supra inscriptis habita à præsentibus, & pro tempore existen. Almæ Vrbis Gubernatore, Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Auditore nostro in spiritualibus in hac Alma Vrbe Vicario, seu Vicegerente, & Almæ Vrbis Senatore, Collegij Auditorum Rotæ, & Clericorum Cameræ Apostolicæ Decanis, Romanæ Curiæ Iudicibus, & de tali licentia in causis in quibus comparuerint fidem faciant. Facultatem dantes, ac etiam præcipientes, quatenus saltem bis in anno Procuratores, & Solicitatores præfatos nunc, & pro tempore, vt præfertur, existen. vltra eorum primum examen iterum semel, vel pluries quolibet anno pro eorum arbitrio examinandi, licentiasque per eos concessas seu concedendas, vel approbationem illorum iam dictam ex causa reuocandi, eis ac quibus, & quotiens ipsis videbitur, & placuerit, officium, & exercitium procuræ, & solicitationis huiusmodi sub prædictis, vel alijs per eos imponen. moderan. & applican. pœnis perpetuo, vel ad tempus inhibendi, & interdicendi, appellatione quacunque remota, Quorum quidem Procuratorum, & Solicitatorum approbatorum nomina describantur in tabula, quæ retineatur publicè in quibuscunque Tribunalibus Vrbis, vt ab omnibus cognosci possint, seu aliquo loco eisdem DD. Gubernatori, Auditori Cameræ, Vicario, & alijs prædictis beneuiso. Mandantes insuper supradictis omnibus, cæterisque quibuscunque Romanæ Curiæ Iudicibus, quatenus sub inobedientiæ, ac indignationis nostræ incursu, Procuratoribus, & Solicitatoribus causarum nunc, & pro tempore existen. publice per eos vigore præsentis Motus proprij decernen. & in locis publicis Almæ Vrbis affigendo edicto sub perpetui ab Vrbe ex, exercitijque procuræ, & solicitationis huiusmodi officij priuatione, inhabilitatisque ad illud exercendum, carceration. ac pecuniarijs, alijsque eorum arbitrio imponen. moderan. & applican. pœnis inhibere debeant, ne ipsi nunc, & pro tempore existen. causarum Procuratores, seu Solicitatores, & alij quicunque officium huiusmodi exercentes, & exercere volen. audeant alienas causas agere, in eis comparere, & officium procuræ, vel solicitationis exercere, nisi prius de licentia, & facultate inscriptis obtenta à dictis nostris reformatoribus, & alijs prædictis etiam eorum propria manu subscripta fidem fecerint, inobedientesque, & contrafacien. quascunque pœnas prædictas incurrisse declarent, careant, priuent, ac ad exilium, & prædictas, & alias quascunque imponen. moderan. & applican. pœnas condemnent, ac suas declarationes, & condemnationes effectualiter exequantur, & plenariè ab his ad quos pertinet exequi faciant. Præmissis, & quibuscunque constitutionibus, ac ordinationibus Apostolicis in contrarium forsan. facien. non obstantibus, quibus omnibus, etiam si illorum tenores, &c. latissimè derogamus, cum clausulis opportunis, & consuetis, Volumus etiam quod præsentis Motusproprij sola signatura sufficiat, & vbique in iudicio, & extra fidem faciat absque alia registratura, seu literarum expeditione.

Deputatorum facultates.

Procuratorum approbatorũ nomina describẽda sunt in tabula retinenda in Tribunalibus Vrbis.

Iudicum facultates coercen. procuratores nõ approbatos.

Clausula derog.

Sola signatura suffic.

Placet Motu proprio. M.

Præsentetur B. Amerinus Regens.

Publicatio.

Die decimatertia mensis Ianuarij, millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, retroscriptus Motus proprius affixus, & publicatus fuit in acie Campi Floræ, & ad valuas Cancellariæ Apostolicæ dimissis ibidem copijs affixis per me Iulium Parinum S. D. N. Papæ Curs.

Franciscus Sottocasa Magister Curs.

LXXX.

Forma contrahendi census.

In materia censuum, habes sup. fol. 72. Nicolai 5. const. 4. Solicitudo, & fol. 448. Pauli 3. const. 41. Dilectus.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CVM onus Apostolicæ seruitutis obeuntes, cognouerimus innumeros celebratos fuisse, & indies celebrari censuum contractus, qui nedum non continentur intra limites à nostris antecessoribus eisdem cõtractibus statutos, verumetiam quod deterius est, contrarijs omnino pactionibus, propterea ardentem auaritiæ stimulum, legum etiam diuinarum manifestum contemptum præseferunt, non potuimus animarum, prout tenemur saluti consulentes, ac piarum mentium petitionibus etiam satisfacientes, tam graui morbo, lætiferoque veneno salutari antidoto non mederi.

Hac igitur nostra constitutione statuimus, censum seu annuum redditum creari, constituique nullo modo posse, nisi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de sui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus designata sit.

Rursum nisi vere in pecunia numerata, præsentibus testibus, ac Notario, & in actu celebrationis instrumenti, non autem prius recepto integro, iustoque pretio.

Solutiones quas vulgo anticipatas appellant, fieri, aut in pactum deduci prohibemus.

Conuentiones directè, aut indirectè obligantes ad casus fortuitos eum, qui alias ex natura contractus, non tenetur, nullo modo valere volumus.

Quemadmodum nec pactum auferens, aut restringens facultatem alienandi rem censui suppositam, quia volumus rem ipsam semper, & liberè, ac sine solutione laudemij, seu quinquagesimæ, aut alterius quantitatis, vel rei, tam inter viuos, quam in vltima voluntate alienari.

Vbi autem vendenda sit, volumus Dominum census alijs omnibus præferri, eique denuntiari cõditiones quibus vendenda sit, & per mensem expectari.

Pacta continentia morosum census debitorem teneri ad interesse lucri cessantis, vel ad cambium, seu certas expensas, aut certa salaria, aut ad salaria, seu expensas medio iuramento creditoris liquidandas,

Census imponi debet supra re immobili fructifera, & certis confinibus designata.

Et in pecunia numerata, i actu celebrationis Istrumenti.

Soluunturque in fine & non anticipatæ.

Obligationes ad casus fortuitos extra naturã cõtractus nullæ sic.

Pacta impedientia facultatem alienandi rem censuatam, sine, illicita.

In re censuali vendenda, Dominus census præferatur. ad quod vide Greg. 13. const. 25.

Pacta, quod debitor etiam ob morositatem, aliquã damnum sentiat, taxanda fiat.

aut rem censui subiectam, siue aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, siue aliunde acquisitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto irrita sint, & nulla.

Imo & cēsum augeri, & nouum creari super eadem, vel alia re in fauorem eiusdem, aut personæ per eū suppositæ pro censibus temporis vel præteriti, vel futuri, omnino prohibemus. *Census augeri, vel creari nō possunt super fructibus census.*

Sicuti etiam annullamus pacta continentia solutiones onerum ad eum spectare, ad quem alias de iure, & ex natura contractus non spectarent. *Pacta continentia solutiōes onerum, ad quę alii quis non tenetur inualida sint.*

Postremo census omnes in futurum creandos non solum re in totum vel pro parte perempta, aut infructuosa in totum, vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire, sed etiam posse pro eodem pretio extingui. Non obstante longissimi etiā temporis, ac immemorabili, immo centū, & pluriū annorū præscriptione, non obstantibus aliquibus pactis directè, aut indirectè talē facultatē auferentibus, quibuscūq; verbis, aut clausulis cōcepta sint. *Census perit pro rata rei perēptæ, vel infructuosę effectę.*

Cum vero traditione pretij redditus extinguendus erit, volumus per bimestre ante id denuntiari ei, cui pretium dandum erit, & post denuntiam, intra annum tamen, etiam ab inuito pretium repeti posse, & vbi pretium nec volens intra bimestre soluatq;, nec ab inuito intra annum exigatur, volumus nihilominus quandocunque reditum extingui posse, præuia tamen semper denuntia de qua supra, & non obstantibus his, de quibus supra, idque obseruari mandamus etiam quod pluries ac pluries denunciatum fuisset, nec vnquam effectus secutus fuisset. *Extingui potest, quandocunque pro eodem pretio facta intimatione per duos menses ante.*

Pacta etiam continentia precium census extra casum prædictum, ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam causam repeti posse, omnino prohibemus. *Repeti tamen ab inuito nō potest.*

Contractusque sub alia forma posthac celebrandos fœneratitios iudicamus. *Contractusq; aliter celebrati fœneratitij sunt.*

Et ita illis propterea non obstantibus, quicquid vel expresse, vel tacite contra hæc nostra mādata dari, remitti, aut dimitti contingat, à Fisco volumus posse vendicari. Hanc autem salutiferam sanctionem nedum in censu nouiter creando, verumetiam in creato quocunque tempore alienando, modo post publicationem constitutionis creatus sit, perpetuo, & in omnibus seruari volumus.

Declarantes precium semel censui constitutum nunquam posse ob temporum, aut contrahentium qualitatē, seu aliud accidens, nec quo ad vltimo contrahentes minui vel augeri. *Pretium census semel constituti minui, & augeri non debet.*

Et licet legem ipsam ad contractus iam celebratos non extendamus, illos tamen omnes in quos sub alia forma peruenerunt census, hortamur in Domino, vt singulos contractus censuræ bonorum religiosorum subijciāt, & animarum saluti consulant. *Hęc constitutio ligat quoad census contrahen.*

Non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutis, & consuetudinibus, necnō priuilegijs, & literis etiam per quoscunq; Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam nos sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis etiam derogatoriarum derogatorijs, necnon irritantibus decretis, ex quauis causa, etiam per modum legis vniuersalis, aut alias quomodolibet editis, siue in fauorem vniuersitatum, Communitatum, Collegiorum, Congregationum, Ciuitatum, & locorum concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, quatenus directè, vel indirectè præsenti nostræ constitutioni in toto, vel in parte contrarientur, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. *Clausulæ derog.*

Volumus autem quod præsentes in Cancellaria, & acie Campi Floræ publicentur, & inter constitutiones extrauagantes perpetuo valituras conscribantur. *Forma publicationis, quę mox sequetur.*

Et quia difficile foret præsentes ad singula quæque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quod earum transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis, eadē prorsus fides vbique adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ prohibitionis, annullationis, statuti, mandati, iudicij, hortationis, derogationis, declarationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sāctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingētesimo sexagesimo octauo, quartodecimo Kalendas Februarij, Pontificatus nostri anno quarto. Cæ. Glo.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo nono, indictione duodecima, die vero vigesimanona mensis Ianuarij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & D.N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno eius quarto, retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt Romæ in locis retroscriptis, videlicet ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, per nos Camillum Cherubinum, & Christianum de Monte, prælibati Sanctissimi D. N. Papæ Cursores. Io. Guer. Mag. Cur. *Publicatio in Vrbe.*

Lectæ, & publicatæ fuerunt retroscriptæ literæ Romæ in Cancellaria Apostolica, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo nono, die vero Sabbati vigesimanona mensis Ianuarij, Pontificatus Sanctissimi D. N. D. Pij Papæ V. anno quarto. A. Lomellinus Custos. *Publicatio in Cācellaria Apo.*

LXXXI.

De Iudæorum exterminatione, ab omnibus locis Dominij S. R. E. & eius Subditorum, præterquam ab Vrbe Roma, & Ancona.

De materia Iudæorum, notaui concord. sup. in Pauli 3. const. 29. Cupientes, f. 415. & habes etiam infra in Greg. 13. const. 106. Sancta mater.

PIUS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

HEBRAEORUM gens sola quondā à Domino electa, quæ diuinis eloquijs infusa, cœlestiū mysteriorū particeps esset, quantū ceteris omnibus gratia, & dignitate excelluit, tantū postea incredulitatis suæ merito contēpta, & neglecta in præceps meruit deturbari, quod aduenīēte tēporis plenitudine perfida

& ingrata suū Redēptorem indigna morte perēpcū impie reprobarit. Amisso nāq; sacerdotio, legis auctoritate
adēpta, proprijs defiecta sedibus, quas tamquā lac, & mel fluentes, clementissimus, & benignissimus Deus iam
inde à prima ipsius gētis origine illi præparauerat, terrarū Orbē tot iam sæculis pererrans, inuisa, probris con-
tumelijsque omnibus obiecta, fœdas, & infames quasque artes, quibus famem tolerare possit, haud secus quam
vilissima mancipia, cogitur attrectare. Sed Christiana pietas hunc ineluctabilem casum in primis commiserans,
illam humanius satis apud se passa est diuersari, vt scilicet crebro illius intuitu passionis Dominicæ memoria
fidelium oculis frequentius obuersetur, simulque ea exemplis, doctrina, monitis, ad conuersionem, & salu-
tem (quæ reliquijs Israel, Prophetæ oraculo futura est) amplius inuitetur: à qua, si Christianorum sedibus ea-
plosa, ad eas gentes quæ Christum non norunt diuerteret, magis magisque aliena reddetur. Verumtamen illo-
rum impietas pessimis omnibus artibus instructa, vsque eo processit, vt iam pro communi nostrorum salute ex-
pediat tanti morbi vim celeri remedio prohibere. Nam vt tam multa vsurarum genera omittamus, quibus He- — Causa huius cō stitutionis.
bræi egentium Christianorum substantiam vsquequaque exinaniuerunt, perspicuum satis putamus eos furum,
& latronum receptores, atque participes, qui quasque res ab ijs surreptas, & interuersas non modo profanas,
sed etiam diuino cultui seruientes ne internoscantur, aut ad tempus sopprimere, aut alio transferre, aut om-
nino transformare conantur, plerique etiam specie tractandæ rei proprio exercitio conuenientis, honestarum
mulierum domos ambientes, multas turpissimis lenocinijs præcipitant, quodque omnium perniciosissimum
est, sortilegijs, incantationibus, magicisque superstitionibus, & maleficijs dediti, quamplurimos incautos,
atque infirmos Satanę præstigijs inducunt, qui credant euentura prænunciari, furta, thesauros, res abditas
reuelari, multaque præterea cognosci posse quorum ne inuestigandi quidem facultas vlli omnino mortalium est
permissa. Postremo cognitum satis, & exploratum habemus, quam indigne Christi nomen hæc peruersa pro-
genies ferat, quam infesta omnibus sit, qui hoc nomine censentur, quibus denique dolis illorum vitæ insidie-
tur. His, alijsque grauissimis rebus adducti, & augescentium quotidie ad Ciuitatum nostrarum perniciem sce-
lerum grauitate permoti, cogitantes præterea supradictam gentem præter mediocres ex oriente commeatus
nulli Reipublicæ nostræ vsui esse, nostris vero populis qui præsertim à nobis aliquanto remotiores sunt, con-
ducibilius fore illius nomen flagitia miserias aliunde ad se relatas audire, quam vllo charitatis stimulo eam
in suo deinceps sinu vt antehac confouere: auctoritate præsentium præcipimus, vt omnes & singuli vtriusque — Iudæi omnes discedant de locis Dominij S. R. E. Roma, & Ancona exceptis infra tres mēses à die publicationis. Quæ est hic inf. hac.
sexus Hebræi in omni ditione nostra temporali, & sub ea consistentium Ciuitatum, Terrarum, & locorum do-
micellorum, Baronum, aliorumque dominorum temporalium, etiam merum, & mistum Imperium, ac vitæ
necisque potestatem, & quamcunque aliam iurisdictionem, atque exemptionem habentium, de ipsis omnino
finibus intra trium mensium spatium postquam præsentes literæ hic fuerint publicatæ, omnino excedant. Qui-
bus præteritis quicunque siue incolæ, siue peregrini, siue præsentes, siue futuri in quacunque dictæ ditionis Ci-
uitate, Terra, vel loco, etiam Domicellorum, Baronum, Dominorum, & aliorum exemptorum prædictorum
quandocunque inuenti fuerint rebus omnibus spolientur, & Fisci iuribus applicentur, mancipia Romanæ Ec-
clesiæ fiant, & in perpetuam seruitutem asserantur, dictaque Ecclesia illud idem ius in eos quod ceteri Domi-
ni in seruos, & mancipia, sibi debeat vendicare (Vrbe Roma, & Ancona dumtaxat exceptis) vbi eo solos — Inobedientium pœna.
Hebræos, qui nunc eas habitant, ad prædictā memoriam amplius excitandam, persequendasque cum orienta-
libus negotiationes, mutuosque commeatus cum eisdem permittimus tolerandos, cum eo tamen, vt nostras,
& prædecessorum nostrorum, aliasque canonicas de eis constitutiones studeant obseruare, sin minus, in pœ-
nas omnes quæ dictis constitutionibus continentur, quasque ad hoc innouamus, eo ipso incidant. Futurum enim
speramus eos qui præsertim nostro, & huius sedis conspectui proximi sunt, noxæ metu à maleficijs temperatu-
ros, & interdum aliquos (vti antehac nostro quoque hortatu satis multis contigit) lumen veritatis cum gau-
dio agnituros. Sed neutri ad alteros, nec in alium dictæ ditionis locum vllo tempore demigrent, nec profici-
scantur, neque quempiam ex proscriptis ad se recipiant, si seruitutis iugum, & supplicia voluerint euitare.
Iubemus igitur omnium Prouinciarum, Ciuitatum, & locorum dictæ ditionis Legatos, Gubernatores, Præ-
sidentes, Prætores, & Magistratus, ac etiam locorum ordinarios, necnon Domicellos, Barones, Dominos, — Barones, Gubernatores, & alij exequantur hāc const.
& exemptos supradictos, ac quoscunque alios ad quos id pertinet, vt quisque pro se, nulla alia à nobis expe-
ctata iussione, aut mentis declaratione omnia prædicta quamprimum exequantur, & caueant diligenter vlli
posthac Hebræi ad ipsas Prouincias, Ciuitates, & loca etiam Domicellorum, Baronum, & aliorum prædicto-
rum ex quacunque causa amplius accedant. Quicunque vero etiam de ijs qui Romæ, & Anconæ nunc sunt, ex
curso trimestri proximo inuenti in quacunque dictæ ditionis parte, etiam quæ Dominij temporaliter eorundem
Domicellorum, Baronum, Dominorum, & exemptorum sit, statim Ecclesiæ prædictæ mancipati in seruitutem
perpetuam conijciantur, quorum etiam ceruicibus grauiores pœnas impendere significamus, vt ceteri eorum
exemplo discant quanti fuerit hanc nostram prohibitionem temere neglexisse. Non obstantibus prædictis, ac
constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, legibus, Communibus, & municipalibus Prouinciarum, Ciuita- — Clausulæ derogat.
tum, & locorum prædictorum, necnon Cameræ Apostolicæ iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis fir
mitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, & conuentionibus cum Hebræorum prædictorum vniuersi-
tate etiā sub fide publica pactis, priuilegijs quoque, indultis, exemptionibus, & literis Apostolicis illis omnibus,
ac etiam prædictis Domicellis, Baronibus, & Dominis, ipsorūque Ciuitatibus, Terris locis, & populis per quos-
cunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & sedem prædictam, etiam Motuproprio, & ex certa
scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ac alias quomodocunque, & sub quibuscunque tenoribus, &
formis, & ex quibusuis causis, etiam onerosis, ac cum restitutionibus, præseruationibus, derogatoriarum, deroga
torijs, alijsque fortioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis in genere, &
in specie quotiescunque concessis, confirmatis, & sæpius iteratis vicibus innouatis. Quæ omnia & singula etiam
si de eis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem
per clausulas generales mentio, seu quæuis alia expressio habenda foret, tenores huiusmodi ac si de verbo ad
verbum insererentur præsentibus pro expressis habentes, quatenus prædicta impedire, vel differre, aut alias il-
lis obesse possent, harum serie de simili potestatis plenitudine specialiter & expresse reuocamus, & abolemus,
viribusque, & effectu prorsus carere, ac quicquid secus per quoscunque scienter, vel ignoranter attentari con-
tigerit, irritum, & inane decernimus; cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem vt præsentium
exempla

exempla etiam impressa edantur, eaque Notarij publici manu, & cuiuscunque curiæ ecclesiasticæ. aut Prælati sigillo obsignata eandem illam prorsus fidem vbique locorum faciant, quam ipsæ præsentes facerent, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ permissionis, præcepti, innouationis, iussionis, significationis, reuocationis, abolitionis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, Quarto Cal. Martij, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo nono, indictione duodecima, die vero Sabbati vigesimasexta, mensis Februarij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini Nostri, Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quinti, Anno eius Quarto præsentes retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Bartholomæum Sottocasa, & Ioannem Andream Rogerium Apostolicos Cursores. *Publicatio.*

Christianus de Monte Magister Cursorum.

LXXXII.

De locis assignandis Fratribus Reformatis ordinis Minorum de Obseruantia in Prouincijs ipsius Ordinis.

De his Reformatis, vide infra in Greg. 13. constitu. 56. Cum illius vicem, vbi not.

De materia autem Fratrum de Obseruantia ponam concord. infra in Greg. 13. consti. 35. Ex benigna.

PIVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.
INIVNCTVM nobis desuper Apostolicæ seruitutis officium crebro vos admonet, & inducit, vt personis quibuslibet Regularibus vigilantiæ nostræ partes efficacius exhibentes eos in institutorum suorum regularium condere salubriter manuteneamus. Accepimus sane nuper quod in ordine S. Fra- *Fratrib. reformatis in qualibet Prouincia loca assignentur.*
cisci de Obseruantia nonnulla sunt domus, & loca recollecta nuncupata, in quibus dicti ordinis fratres arctiorem quam in cæteris vitam degunt, & propterea eidem ordini commodum, & opportunum esse censentes, vt in singulis dicti ordinis Prouincijs duæ domus, & loca recollecta huiusmodi existant, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo decernimus, atque statuimus, quod in qualibet Prouincia dicti ordinis duæ ad minus domus, & loca recollecta esse debeant; Et præfata monasteria Recollecta nullatenus ab huiusmodi recollectione separari possint; & fratres in illis degentes etiam si velint (nisi de Ministri Generalis ipsius ordinis, vel Prouincialis, & Discretorum conuentuum dictorum locorum Recollectorum pro tempore existëtium consilio) ad alia loca non Recollecta transferri nequeant, nisi eisdem superioribus vt aliter fiat, visum fuerit expedire. Decernentes præsentes literas nullo vnquam tempore de surreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari, aut inualidari nullatenus posse; minusque sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus comprehendi nullatenus posse, sicque ab omnibus censeri, & ita per quoscunque Iudices, & Commissarios, quauis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari debere: irritum quoque, & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus pro maiori præmissorum occasione venerabili fratri Episcopo Conchen. & dilectis filijs causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditori, ac Officiali Toletan. per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunque solemniter publicantes, faciant illas ab omnibus, quos illæ concernunt, inuiolabiliter obseruari, non permittentes aliquid cötra præmissa quomodolibet innouari; Contradictores quoslibet & rebelles per easdem pœnas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, cöpescëdo. Non obstantibus præmissis quibusuis Apostolicis, necnö in prouincialibus, & synodalibus concilijs editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationib. ac quibusuis etiam iuramento, & confirmatione Apostolica vel quasi firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Cæterum, quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca, vbi expediens foret, deferre, volumus quod illarum transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Clausulæ præseruatiuæ. *Decretum irritans.* *Ex illius const.* *Clausulæ derogatoriæ.*

Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die, ix. Martij MDLXIX. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Çæ. Glorierius.

De impe-

LXXXIII.

De impedientibus & offendentibus personas, ac diripientibus bona, & frangentibus carceres officij Inquisitionis, eorumque, & filiorum, & complicum pœnis.

Consonat. 3. constitutio Greg. 9. fol. 4. & const. 3. Innocen. 4. fol. 7. & const. 8. fol. 10. & Alexan. 4. const. 10. fol. 59. & Iul. 3. const. 12. fol. 509.

Facultates autem & priuilegia Ioquisitorum, vide supra fol. 336. in Clem. 7. const. 33. Cum sicut.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

SI de protegendis cæteris omnibus ecclesiæ ministris, quos in fidem & cliẽtelam nostram à Domino recepimus, eura nobis quotidiana iosidet, quantò maiore studio eam nos solicitudinem capessere oecesse est, vt qui in sacro Inquisitionis hæreticæ prauitatis officio versantur, sub tutela inuiolatæ auctoritatis huius sedis periculorum omnium expertes, quæque munera ad exaltatiooem fidei catholicæ exæquantur? Cum itaque eius generis impiorum vis quotidie magis inualescat, qui omnibus malis artibus prædictum officium subuertere, ministrosque fuoctionibus disturbare moliuntur, eo iam nos detrusit necessitas, vt oefariam, & scelestam illorum audaciam acerbiore castigationis verbere reprimamus. Hac igitur generali constitutione de fratrum nostrorum consilio sancimus, vt quicunque siue priuatus, siue cuncta ciuitas, siue populus, siue dominus, Comes, Marchio, Dux, vel potiore titulo illustris, quemuis ex Inquisitoribus, Aduocatis, Procuratoribus, Notarijs, alijsue ministris prædicti officij, vel Episcoporum id munus in sua diœcesi, aut prouincia obeuntium, seu accusatorẽ, denunciatorẽ, aut testẽ in cã fidei quõcunq; productũ, vel euocatũ occiderit, verberauerit, deiecerit, seu perterrefecerit, quiue ecclesias, ædes, aliasue res, siue publicas, siue priuatas officij aut mioistrorũ expugnauerit, inuaserit, incenderit, expilauerit, aut libros, literas, auctoritates, exemplaria, regesta, protocolla, exempla, scripturas, aliaue instrumenta siue publica, siue priuata vbicunq; posita cõbusserit, diripuerit, seu interuerterit, seu ex incendio, aut direptione, aut alio quocunque modo illa exportauerit, seu qui in conflagratione, expugnatione, aut direptione etiã inermis, siue capiendi, siue comburendi, siue supprimẽdi causa fuerit, siue res, aut personas seruari, defendiue prohibuerit, quiue carcerẽ, aut aliam custodiam, seu publicam, seu priuatã effregerit, vinctum extraxerit, seu emiserit, capiendum prohibuerit, captumue eripuerit, receperit, occuluerit, seu facultatem effugiendi dederit, seu iusserit id fieri, qui cœtum, concursumue fecerit, siue vt aliquid prædictorum fieret omnes accommodauerit, siue alias auxilium, consilium, aut fauorem publice, vel occulte io quolibet prædictorum scientes præstiterit, licet nemo occisus, nemo verberatus, nemo extractus, emissus, vel ereptus, nihil espugnatum, nihil effractum, successum, direptumue, oullum deoique damnum re ipsa sit secutum: nihilominus is sit anathemate præsentis canonis auctoritate ligatus, idem quoque læsæ maiestatis reus, dominio, dignitate, honore, feudo, ac quocunque alio beneficio tẽporali, & perpetuo eo ipso priuatus, secularis iudicis arbitrio relinquatur, qui de eo illas ipsas pœnas exigat, quæ damnatis primo capite dictæ legis per constitutiones legitimas irrogantur, bonis, rebusque omnibus fisci iuribus applicatis, vti etiam est de damnatis hæreticis per sanctiones cannoicas constitutum: eius filij paterna infamia subiecti, omnis, & cuiuscunque hæreditatis, successionis, donationis, & legati siue propinquorum: siue extraneorum omnino sint expertes, eisdem præterea portæ nunquam pateant dignitatum. Nemo autem expurgationem habere, aut causam vllam proponere, vel prætendere possit, qui tantum nefas in contemptum, & odium huius officij admiserit, oisi contrarium per claras probationes docuerit se fecisse. Quod porro de prædictis eorumq; filijs statuimus illud idem de omnibus clericis, & presbyteris secularibus, & quorumuis ordinum etiam exemptorum regularibus, & quacunque etiã Episcopali, & maiori digoitate præditis, ac etiã priuilegio quomodocunque suffultis, decernimus exequendum, ita vt ipsi beneficijs & officijs omnibus ecclesiasticis, præseotium auctoritate priuati, per iudicem ecclesiasticum, hæreticorum more degradentur, demum potestati seculari traditi, pœnis prædictis laicorum instar subijciantur: Pontificum tameo causis oobis, & successoribus nostris reseruatis, vt re quæsita, & nobis renunciata contra eos ad depositionem, & alias pœnas prædictas procedamus, vti criminis atrocitas videbitur postulare. Quicunque autem pro talibus veniam petere, aut aliàs intercedere tentauerint, in easdem illas pœnas, quæ in hæreticorum fautores a sacris constitutionibus ioferuntur, ipso facto se nouerint incidisse. Verum si quis etiam huiusmodi criminum conscius vel affinis, siue religionis studio, siue pœoitentia ductus rem adhuc incognitam retexerit, supplicio liberetur. Cæterum eam omoium, & quarumcunque absolutionum rationem à prædictis criminibus, necnon habilitationum, & restitutionum etiam ad famam, & honores, ita deinceps habendam optamus, vt successores nostri nullas nisi saltem semestri post cuiusque assumptiooem ad huius dignitatis fastigium excurso, ac precibus apud supremum officium inquisitionis hic institutum verificatis, concedant. Decernentes omnes, & quascunque huiusmodi absolutiones, habilitationes, & restitutiones, quæ precibus sic oon verificatis de cætero fient, nemini prorsus prodesse, sed nec præsentibus, nisi toto ipsarum tenore ad verbum inserto, & gratia ex certa Romani Põtificis scientia facta, & propria manu subsignata, vlla in parte derogari, nec derogatum censeri debere, & si illis ex quacumque causa aliter derogari contigerit, derogationes huiusmodi nullius prorsus fore roboris, & momẽti. Iubemus igitur vniuersos, & singulos Patriarchas Primates, Archiepiscopos, Episcopos, & cæteros ecclesiarum prælatos per vniuersum orbem constitutos vt per se, vel alium, seu alios præsentes literas, aot earum exempla in suis quisque prouincijs, ciuitatibus, diœcesibus, & locis solẽniter publicare, & quantum in se est, firmiter obseruari procurent, contradictores quoscunque per censuras, & pœnas ecclesiasticas appellatione postposita compescendo, ipsasque censuras, & pœnas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, cæterisque contrarijs

Causa huius constitutionis.

Offendentes, seu impedientes personas Inquisitionis.

Bonaque diripientes.

Et carceres frangentes.

Eorumque complices, & fautores.

Pœnas hic descriptas incurrunt.

Eorumque filij pœnis hic expressis.

Delinquẽtes prædicti, claras tamen quomodo probationes in contrarium adducere possunt.

Episcoporum tamen causæ Rom. Pon. reseruãtur.

Intercedẽtes pro præfatis delinquẽtibus, hæresis pœnas incurrunt.

Reuelãtes huiusmodi delicta, impunitatem consequuntur.

Forma seruanda in absolutionib. huiusmodi criminum, à Pont. cõcedẽdis.

Executorum deputatio, & facultates.

Clausulæ derogatoriæ.

contrarijs quibuscunque. Volumus autem vt præsentium exempla etiam impressa edantur, eaque Notarij publici manu, & cuiuscunque curiæ Ecclesiasticæ, vel prælati sigillo obsignata, eandem illam prorsus fidem vbique locorum faciant, quam ipsæ præsentes facerent, si essent exhibitæ vel ostensæ. Cæterum omnes orbis terrarum Principes, quibus gladij sæcularis potestas ad malorum vindictam est permissa, per eam quam se tueri promiserunt fidem, obtestamur, ita suas quisque partes siue in præstando ministris prædictis auxilio, siue in criminum post Ecclesiæ sententiam animaduersione, interponere, vt eorum quoque præsidijs ministri ipsi tanti officij munus pro Dei æterni gloria, & religionis incremento feliciter exequantur, amplissimum a Domino præmium recepturi, quod ipse fidei prædictæ assertoribus in æternæ beatitudinis consortio præparauit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ sanctionis, legationis, statuti, decreti, iussionis, obtestationis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo nono, Cal. Aprilis, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Ego Pius Quintus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Locus signi.

Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.

Fr. Cardinalis Pisanus Episcopus Hostien.
Io. Card. Moronus Episcopus Portuen.
Christophorus Madrucius Episcopus Prænestin.
Otho Card. Truchses Episcopus Albanen.
A. Card. Farne. Vicecan. Episcopus Tusc.
Io. Bapt. Cicada Episcopus Sab. Card. S. Clem.
Ego Ph. Cardinalis a Burdisera.
Ego Antonius Card. Granuelanus.
Ego Franciscus Card. Patecus

Ego Hieronymus Card. de Corrigio.
Ego Io. Franciscus Card. de Gambara.
Ego Nicolaus Card. de Sermoneta.
Ego Ind. de Aualos Card. Aragona.
Ego M. Antonius Card. Columna.
Ego Ptolemæus Card. Comensis.
Ego P. Card. de Sancta Cruce.
Ego Z. Card. Delphinus.
Ego Ma. Card. S. Sixti.

Ego Iulius Cardinalis Vrbinas.
Ego Fuluius Cardinalis Perusinus.
Ego Io. Riccius Card. Politianus.
Ego Scipio Cardinalis Pisarum.
Ego Iacobus Cardinalis Sabellus.
Ego Aloysius Cardinalis Cornelius.
Ego Alexander Card. Cribellus.
Ego Guido Card. Vercellus.
Ego Guilelmus Cardinalis Sirletus.
Ego F. Michael B. Card. Alex. Cames.
Ego Hieronymus Card. de Clarauallе.
Ego Ludouicus Card. Madrucius.
Ego Innocentius Card. de Monte.
Ego Hieronymus Cardin. Simoncellus.

Ego Ferd. Card. de Medicis.
F. Cardinalis Alciatus.
Io. Paulus Cardinalis ab Ecclesia.
A. Cardinalis Caraffa.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo nono, indictione duodecima, die vero secunda mensis Maij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini Nostri, Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quinti, Anno Quarto, retroscriptæ literæ Apostolicæ, lectæ, affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicæ principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris est, dimissis in locis præfatis præsentibus literis per aliquantulum temporis spatium affixis, & deinde amotis per nos Iulium Pasinum, & Ioannem Barnotum prælibati Sanctissimi Domini nostri Papæ Cursores. Publicatio

Antonius Clerici Magister Cursorum.

LXXXIIII.

Reuocatio facultatum Pœnitentiariæ Apostolicæ vsque modo concessarum.

Sciat autem quod hic idem Pont. nouum statum Pœnitentiariæ induxit, vt inseq. const.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

TEMPVS & necessitas, & instituti nostri ratio postulat, vt in multis curiæ nostræ rebus nouam deinceps formam proponamus, cura vero hæc nos impensius solicitat ijs in primis incumbere, quæ salutem, & periculum respiciunt animarum. Quare ab officio nostro Pœnitentiariæ initiũ capere, nouamque illi pro futuris facultatem statuere volentes, de apostolicæ potestatis plenitudine omnem, & quamcunque officij prædicti, & maioris Pœnitentiarij nostri auctoritatem, iurisdictionem, & potestatem ordinariam, & delegatam, ac omnia & quæcunque priuilegia, facultates, & indulta, illis cæterisque omnibus dictæ Pœnitentiariæ Collegijs, & personis, ab ipsius officij institutione per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & sedem apostolicam, etiam Motu proprio, & ex certa nostra scientia, deque prædictæ potestatis plenitudine, tam in genere, quàm in specie, ac de mandato speciali, & expresso, etiam viuæ vocis oraculo emisso, & ex quibuscunque causis concessa, confirmata, & etiam nouissime a felicis recordationis Pio Papa IV. prædecessore nostro reformata, restricta, & moderata quibuscunque concepta formulis, ac etiam restitutiuis, præseruatiuis, derogatoriarum, derogatorijs, alijsque fortioribus, & efficacioribus, etiam vim Reuocatio facultatum Pœnitentiariæ Apostolicæ,

contractus

contractus inducentibus clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis suffulta; quorum omnium tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quæcumque sint (potestate minorum Pænitentiariorum nostrorum, & ordinationibus de illis, eorumque statu etiam nouissime editis, saluis & integris remanentibus) tenore præsentium reuocamus, supprimimus, & abolemus, literasque omnes desuper confectas, & inde statuta quæcunque cassamus, & annullamus, ac volumus illa omnia, etiam quoad datas hucusque captas, vires & effectum de cætero non habere. Præcipimus quoque, & interdicimus prædictis maiori Pænitentiario, Collegijs, & personis, ne deinceps vllis vtantur, neue illorum prætextu, aut alias quomodocunque quicquam etiam incœpti audeant expedire, sed qui ibi delecti fuerint noua dumtaxat, quam a nobis recipient, facultate, deinceps in perpetuum vtantur. Quod si secus fecerint, aut quicquam præter, vel contra nouam huiusmodi facultatem nostram, etiam prætextu antiquarum sic extinctarum facultatum, ac priuilegiorum, & indultorum, aut alias quomodocunque expedire contenderint, eos & eorum singulos ipso facto officijs omnibus priuamus, & ad alia quæcunque inhabiles decernimus, præterea excommunicationis sententia innodamus. Decernentes etiam irritum, & inane quicquid secus per eosdem, aut alios quoscunque, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Cæterum iubemus præsentes in ipso Pænitentiariæ officio, ac consuetis Romanæ Curiæ, & Vrbis locis publicari, & exempla de more applicari. Volentes, & dicta auctoritate statuentes, illas sic publicatas omnes & singulos æque obligare, ac si illis ipsis singulatim notificatæ fuissent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, suppressionis, abolitionis, cassationis, annullationis, voluntatis, præcepti, interdicti, priuationis, innodationis, decreti, iussionis, & statuti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Decretum irritans.

Forma public.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo nono, Quarto Cal. Maij, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

L X X X V.

Reformatio Pænitentiariæ Apostolicæ, & eius Officialium.

Alia reformatio habetur supra in Pij Quarti, constit. 69. In sublimi, fol. 744.

De materia autem Pænitentiariæ, habes etiam sup. in Mart. V. const. 3. In Apostolicæ, fol. 57. in Iul. 3. const. 1. Rationi, fol. 491. & mox sup. in const. 26. Cum sicut accepimus, fol. 957. & infra in const. sequen.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

IN omnibus rebus humanis nihil tam perfecte institui, nihil vllis legibus, sanctionibusq; tã diligenter muniri potest, quin id lubrica, & praeceps, malorumq; omnium effectrix cupiditas nouis quotidie artibus peruertere atque corrumpere moliatur. Quocirca omnes ad huius præcelsæ dignitatis fastigium euecti, perpetua quadam necessitate coguntur, nusquam oculos a commisso sibi grege auertere, sed continenter vigiles circumferre, vt quandocunque vsus poscit, nouis modo legibus ferendis, modo veteribus corrigẽdis, vel ad vsum reuocandis, ea quæ paulatim deprauata sunt, in melius reformentur. Quod quidem nos iam inde ab ipso pontificatus nostri principio, & libenter fecimus, & quantũ in nobis est, illud idem statutum vrgere, & persequi, annuente Deo, conamur: neque quicquam nobis est vel præclarius, vel optabilius, quã vt collapsos à vetere disciplina mores ad pristinam suam integritatem denuo erectos, & in agro Domini a prauarũ consuetudinum sentibus omnia diligenter perpurgata videamus. Sed ne dum ea quæ ad communem totius corporis salutem pertinent, tantopere procurantur, quisquã nos accuset, quod eam partem, quæ nobis proxima est, negligamus, neq; illius vlceribus necessarium salutis remediũ applicemus, diuino auxilio freti, Curiæ nostræ vniuersæ reformationem iãdudum oculis nostris obuersantẽ aggredi decreuimus: pro qua & si antehac nonnulli prædecessores nostri multa sancte & salutariter ordinarunt, hominum tamen fragilitate non ita multo post, aut neglecta, aut corrupta sunt, alijs atque alijs aliena suo sibi officio vsurpantibus, & dictæ Curiæ expeditiones inuicem confundentibus, quarum singulis sagax illa vetustas proprium, & distinctum, pro cuiusque diuersitate, & materiæ genere officium, tanto studio assignauit. Vnde nos operæpretium fore arbitrati illud in primis conari, vt quod cuique ordini, quod cuique officio congruit, ad illud idem reuocetur, demum sapienter prouidere, & prouidenter statuere per quos viros, quibusque modis Curiæ prædictæ negocia pro rerum, temporum, & locorum qualitate deinceps dirigantur. At quia cæteris omnibus illa anteponere necesse est, ex quibus pendere dignoscitur periculum animarum: Nos huiusce reformationis exordium a Pænitẽtiariæ nostræ officio capere instituimus, eiusq; rei causa omnem auctoritatem ordinariam, & delegatam, omniaque priuilegia, facultates, & indulta ideo duximus reuocãda, vt habita de ministrorum qualitate numero, functionibus, & officijs ratione explicita, nouam futuris formam de integro præscibere valeamus; qua ipsum Pænitẽtiariæ officium certis quibusdam facultatibus, quæ alijs officijs magis conueniunt, exoneratum atque expeditum dehinc ea quæ animarum salutem præcipue concernunt, attentiore studio prosequatur.

Officia Correctorum, Reuisoris, Scriptorum, & Procuratorum Pœnitentiariæ. Pont. iste subducit a Pœnitentiaria, exceptis duobus officijs Scriptorum, & Procuratorum.

Primũ igitur omnium de huiusmodi officio, ministris, & functionibus rationem prodere volentes, De apostolicæ potestatis plenitudine omnia & singula loca, seu officia Referendariorum, Correctorum, & Reuisoris, necnon functiones, & exercitia Scriptorum, qui viginti septem, & Procuratorũ, qui vigintiquatuor sunt, quorumque Procuratorum octo officia ad dispensationem pro tempore existentis maioris Pænitentiarij pertinere noscuntur, in eodem pænitentiariæ officio perpetuo supprimimus, & abolemus: eorumq; Scriptorum, & Procuratorum rationem aliorsum habituri, illos omnes iam nunc ab ipso Pænitentiariæ officio amouemus.

Ac dictum officium dehinc maiore Pœnitentiario, Regenté, Datario, vno Correctore, vno Magistro in Theologia, vno Doctore in Decretis, duobus Procuratoribus, duobus Scriptoribus, & vno Sigillatore (quos pro futuris rebus, & negocijs illius satis esse duximus) perpetuò constare volumus.

Aliosque officiales hic descriptos deputat.

Illorumq; omnium officiorum in ipso Pœnitentiariæ officio constitutorum venditionem, aut quamuis aliam ad voluntatem tacitam, vel expressam ea dimittentium dispositionem, expresse prohibemus: sed illa omnia probis, & peritis gratis omnino, & sine aliqua dimittentium, aut aliorum quorumcunque acceptione concedantur: quod si secus factum fuerit, quæcunq; cócesfiones de illis pro tempore factæ, nullius sint roboris, vel momenti.

Officiorumq; dispositionem fieri prohibet ad voluntatem illa dimittentium.

Præterea statuimus, & ordinamus, vt deinceps in perpetuum maior Pœnitentiarius officium suum per seipsum exerceat: quare sit presbyter, magister in theologia, seu decretorum doctor: & si causa legitima a Romano Pontifice admissa, absens, seu impeditus fuerit, vnum alium ex sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus prædictis qualitatibus insignitum sibi Pro pœnitentiarium surroget: qui interim hoc munus etiam per seipsum prosequatur: literasque non Pœnitentiarij delegantis, sed suo proprio nomine iubeat expediri.

Pœnitentiarius exerceat officium per seipsum, & si absens, vel impeditus fuerit surroget Cardinalis qui nomine suo proprio expeditiones faciat.

Similiter Regens, Datarius, Magister in Theologia, & decretorum Doctor viri eximia doctrina præstantes, casuumque conscientiæ periti.

Item Corrector in decretis, stylo, cæterisque Pœnitentiariæ rebus diligenter versatus, & instructus.

Regés, Datarius, & Mag. in Theologia, quales esse debeant.

Ac etiam Sigillator probatæ vitæ, & vti id munus postulat omnium officij expeditionum peritus.

Qui omnes maioris Pœnitentiarij cura & sollicitudine delecti, & a Romano Pontifice confirmati, ad suum quisque officium admittantur.

Corrector qualis esse debeat.

Sigillator qualis esse debeat.

Procuratores quoque, & Scriptores prædicti vita, moribusq; integris ornati ad suum quisque officium exercendum idonei.

Scriptores, & Procuratores quales esse debeát.

Adhæc omnes prædicti officij ministri, etiam Procuratores, & Scriptores sint presbyteri, vel certe in aliquo ex sacris ordinibus constituti, huiusmodi arcanorum continentissimi: quorum etiam iuramento de fidelitate præstando adscribatur, quod nec occultus casus huiusmodi, nec personas unquam cuiquam extra officium reuelabunt: qui secus fecerint, non leuius quam presbyteri peccatorum confessiones prodere audentes, puniātur.

Officiales isti in sacris ordinibus constituti, & arcanorum continentissimi esse debeant.

Procuratoriæ autem, & Scriptoriæ officia ita demum à maiore Pœnitentiario illis concedantur, qui prius à Regente, & Correctore super vita, moribus, ætate, scientia, & alijs qualitatibus requisitis diligenter, ac propositis edictis, & mora sex dierum præcedente per concursum examinati, & idonei comprobati fuerint: alioquin omnes concessiones, etiam si a Rom. Pont. ea aliqua causa pro tempore factæ fuerint, pro irritis habeātur.

Pœnitentiariç, & Scriptoriç officia conferuntur à Pœnitentiario.

Omnes vero supradicti officia sua per se ipsos cum diligenter, tum etiá fideliter exerceant, soliq; præsentes & actu exercentes, nisi legitime impediti, fructus & emolumenta percipiant: quorum singulis certum, statumq; aliunde stipendium cuique conueniens assignare intendimus: quo solo contenti esse debeant, nihilque aliud etiā sponte oblatum, a partibus, aut alias siue pro expeditionis celeritate, siue pro alio extraordinario labore, tam procurando, quàm scribendo, aut recognoscendo, & examinando, capere possint: quicumque secus fecerint officio suo huiusmodi priuati, excommunicationis quoq; sententia innodati ex ipso censeantur: cuius absolutionis beneficium ab alio quàm Romano Pontifice (excepto mortis articulo) nequeant obtinere.

Officiales per se ipsos officia exercere debeant, & actu exercentes, tantū emolumenta capiant.

Contentique sint eorum stipēdijs, & nihil vltra etiā sponte dantib. capiant sub pœnis hic expressis.

Vt autem negocia vniuersa qua decet puritate, & diligentia dirigātur, prædictus Regens petitiones, casusque omnes ad prædictum officium deductos in primis examinet diligenter: quæque perspicua, & secundum communem in eodem officio cursum absque difficultate expediri consueuerunt, eadem expediri iubeat: nihilque omnino vel ordinarium, aut clarum, nisi prius ab ipso recognitum & probatum, Procuratores expedire incipiant: Dubia vero, vel obscura, vel difficultate obstructa, Regens ipse ad maiorem Pœnitentiarium referat, vt diligentius examinentur: demum in eius signatura proposita, cum maturo omnium iudicio decidantur.

Regentis Pœnitētiariæ officium.

Cæterum materiæ omnes siue conficiendæ, siue scribendæ inter Procuratores, & Scriptores, cura Sigillatoris æqualiter diuidantur.

Sed vt literæ prædictæ stylo suo conscriptæ, sanæ & incorruptæ emittantur, Corrector prædictus, ante quam illæ scribantur, schedulas siue minutas earum a prædictis Procuratoribus conficiendas, cum supplicatione expedita diligenter recognoscat, examinet, & corrigat: vt inde literæ ipsæ mundæ, & integræ, rasurisque prorsus carentes expediātur. Itemq; super omnibus materijs iam ordinarijs, quàm extraordinarijs supplicationes, vbi illis opus erit, in totum expediri debeant, prius quàm ad expeditioné literarũ super illis quoquo pacto procedatur.

Correctoris officium.

Denique Sigillator prædictus literas omnes eatenus recognoscat, vt manus requisitæ illis appositæ sint: & eorum datæ cum libello supplicationis concordet: deinde ipsius sigillo Pœnitentiariæ obsignet: obsignatas, & in totum gratis vbique expeditas, tunc demum eas procurantibus resignet.

Sigillatoris officium.

Et vide etiam in const. seq.

Illud aũt sancte & inuiolate apud officiũ prædictum volumus obseruari: vt nihil prorsus pro literarum confectione, & expeditione, nec aliās, etiam pro charta, atramento, cera, capsula, cordulis, alijsque rebus ad ipsam expeditionem pertinentibus exsoluantur: rationem aliunde habituri, vnde hæc omnia, simulque ministrorum omnium stipendia debeant comparari.

Pro expeditione literarum nihil soluatur.

Sed ne quid rerũ dictæ Pœnitētiariæ lapsu temporis pereat, neglectumue iaceat: Sigillator ipse omnia exemplaria, literas, scripturas, & instrumenta quorumcunque priuilegiorum, facultatum, concessionum, prohibitionum, reformationum, & cæterorum omnium dictum officium Pœnitentiariæ in vniuersum, & priuatim concernentium, fideliter, ac cum periculo suo asseruet; deque his omnibus authenticum inuentarium, ac regestum conficiat: cui quicquid postea additum, statutum, concessum, vel vetitum erit, illud totum qualecũque quamprimum adscribatur: & sic deinceps hæc omnia in futurorum Sigillatorum fidem cum eisdem conditionibus, & periculis deponantur.

Sigillator custodiat omnes scripturas Pœnitentiariæ officium concernen.

Ad retinendam vero in dicto officio puritatem, & confirmandam singulorum fidem, districtè præcipimus ut iuramenta, quæ in admissione officialium requiruntur, ad præsentem nostram reformationem accomodata quotannis in manibus dicti maioris Pœnitentiarij debeant iterari.

Officialium iuramenta.

Monemus insuper omnes & singulos supradictos, vt caueant diligenter, ne in officiorum suorum exercitio fraus, vel dolus quoquo pacto admittatur, vel captio inducatur: neue ipsi partibus quidquam dolose, & fraudulenter suggerant, quò facilius optata impetrare possint: sed solum petitiones iustas, rationabiles, & honestas recipiant, & proponant. Quod si dolum, vel fraudem fecisse, aut quidquam vel minimum pro labore, aut aliās

Inobedientium pœnæ.

Quas habes etiā in const. seq.

quoquo modo accepisse conuicti fuerint, præter illas censuras, & pœnas, quæ contra talia admittentes quomodocunque propositæ sunt, in pœnam priuationis officiorum suorum incurrant, & ad futura inhabiles, infamesque reputentur: prout nos illos priuatos, inhabiles & infames declaramus eo ipso.

Decretum irritans.

Decernentes ex nunc irritum, & inane, quidquid secus super prædictis, aut eorum aliquo a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausulæ derogatoriæ.

Non obstantibus nostra de non tollendo iure quæsito, & alijs Apostolicis cõstitutionibus, ac de certo officiorum prædictorum numero etiam pluries a Romanis Pontificibus reducto, necnon officij Pœnitentiariæ huiusmodi iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboraris statutis, vetere stylo, & consuetudinibus quantocunque tempore obseruatis, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Depulsa igitur omnis auaritiæ fœditate, pro se quisque piam, castamque mentem ad impositum sibi munus pro Dei æterni gloria, & Christifidelium salute acriter intendat: & pro virili parte conetur, vt cuncta prospera, & hoc tanto officio digna succedant; sedesque apostolica pro bene gestis condignæ laudis præconio in singulis Christiani orbis partibus plenius celebretur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ suppresionis, abolitionis, amotionis, prohibitionis, statuti, ordinationis, intentionis, præcepti, monitionis decreti, declarationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare, præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo nono, quintodecimo Cal. Iunij, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Publicatio.

Anno a natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo nono, indictione duodecima; die vero prima mensis Iunij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quinti Anno Quarto, retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum, & in acie Campi Floræ, vt moris est, per me Ioannem Guerardum Curs.

Camillus Cherubinus Magister Cursorum.

L X X X V I.

Scriptores, & Procuratores Pœnitentiariæ Apost. ad Cancellariam Apostolicam transferuntur, & Scriptores, & Procuratores literarum minoris gratiæ instituuntur.

De materia Pœnitentiariæ, vide in const. præced.

De materia vero Cancellariæ, vide supra in Pij Quarti constitu. 71. Vniuersi gregis, fol. 753.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

In const. præced. hic Pont. subduxit Pœnitentiariæ officia Correctorum, Scriptorum, & Procuratorum, exceptis duobus officijs Scriptorum, & Procurat.

IN earum rerum commutatione, quam magnis suadentibus causis facere compellimur, hoc quoque a nobis sedulo curandum est, vt ille ministrorum numerus, qui nouo ordine composito vno in loco vsui esse desijt, in alium magis conuenientem commodis rationibus elocetur. Cum igitur in generali reformatione officij nostri Pœnitentiariæ, & quam nuper edidimus, inter alia multa, duo officia Correctorum, itemque functiones, & exercitia omnium, & singulorum Scriptorum, qui vigintiseptem, & Procuratorum literarum dictæ Pœnitentiariæ, qui vigintiquatuor sunt, in prædicto Pœnitentiariæ officio de apostolicæ potestatis plenitudine extinxerimus, & aboleuerimus, ac eorundem Scriptorum, & Procuratorum, qui tunc literarum Pœnitentiariæ erant, rationem aliorsum habituri, eos omnes ab ipso Pœnitentiariæ officio subduxerimus, quemadmodum literis nostris desuper confectis plenius continetur: Nos dictis officijs Scriptorũ & Procuratorum, eorumque Collegijs nouum statum inducere, & quantum in nobis est singulorum ea obtinentium indemnitati consulere volentes, De simili potestatis plenitudine omnia, & singula officia, & loca Scriptorum, & Procuratorum prædictorum, ipsorumque personas, & collegia (nouo nomine, & titulo vtrinsque indito, ac libera concessione, & omnimoda alia dispositione octo officiorum huiusmodi Procuratorum maiori Pœnitentiario eodem quo antea iure perpetuo remanente) ad Cancellariam apostolicam transferimus, & cum ea perpetuo coniungimus, ita vt quondam Scriptores literarum Pœnitentiariæ dehinc Scriptores literarum apostolicarum minoris gratiæ, alteri vero Procuratores literarum earundem minoris gratiæ appellentur, & inscribantur. Quibus concedimus, & assignamus mensam, seu bancum vtriusque commune, in eadem Cancellaria post milites sanctorum Petri & Pauli, aut alio ibi loco a dilecto filio nostro S. R. E. Vicecancellario constituendo, ad quod literæ omnes hoc dehinc officio literarum minoris gratiæ expediendæ, in primis deferantur. Saruentes, vt materiæ, quæ in dicto Pœnitentiariæ officio proximis ante dictam reformationem temporibus communiter habebantur, & ex ordinatione nostra in summam redactæ sunt, deinceps per nostram, ac Romani Pontificis pro tempore existentis, deputatorumue signaturam fiant. Harum omnium libellos supplices, & item literarum super eis conficiendarum schedulas siue minutas, soli Procuratores ad dictæ Cancellariæ stylum conscribant. Conscriptas minutas Abbreuiatores literarum Apostolicarum de maiori præsidentia in primis examinent, & corrigant. Correctas soli Scriptores huiusmodi literarum minoris gratiæ describant, vt inde literæ ipsæ ad Cancellariam prædictam, & Defensores, aliosque Præsidentes in banco prædicto deferantur, ibique secundum regulam ad ritum dicti officij Pœnitentiariæ moderandam taxentur. Mox ab Abbreuiatoribus prædictis, instar aliarum in eadem Cancellaria recognitæ, & ad supplicationem collatæ, ad Bullariam mittantur, subiectoque plumbo protinus a sigillatore prædicti officij Pœnitentiariæ capiantur, qui

Et nunc dicta officia Script. & Procurat. omnes ad Cancellariam transfert.

Et locum illis in eâ assignat.

Formamque statuit expeditioni literarum.

taxa

taxa ad præscriptum nostrum recepta, eas per descriptores ad id assumendos iuxta nostras super hoc ordinationes regestari, & regestatas ad exemplum, vt in alijs moris est, conferre, deinque singulis literis prædictis omnem impensam per verbum Exposuit, vti literis officij Pœnitentiariæ prædictæ moris erat, subscribere, idque etiam regesto prædicto adnotare procuret. Percipiendorum autem a quoque fructuum, & emolumentorum suorum ea ratio esse debeat, vt finito mense in primis salaria eorum omnium, qui ad mensam prædictam defensores, & alio officij munere ex Scriptoribus, & Procuratoribus literarum minoris gratiæ huiusmodi constituantur, & soluantur, demum Procuratores, & Scriptores suam quisque portionem viritim per sua collegia, vt antea distribuendam, capiant. Regens vero dictæ Cancellariæ, & Abbreuiatores prædicti pro laboribus illud idem de singulis expeditionibus, quod olim prædicti duo Correctores, & stipendium, & emolumentum libere & licite percipiant. Cætera item salaria, & emolumenta in plumbo, & vtroque regestro, videlicet supplicationum, & literarum prædictarum, & alibi necessaria, iuxta ordinationes nostras prædictas capiantur. De taxa vero a dicto Sigillatore capienda, stipendia Regentis, Datarij, Correctorijs, Theologi, Doctoris, Procuratorum, Scriptorum, Sigillatoris, cæterorumque ministrorum officij Pœnitentiariæ, item impensæ omnes etiam pro charta, atramento, cera, capsula, cordulis, & alias quomodocunque ad expeditionem literarum dictæ Pœnitentiariæ necessaria, quas gratis vbique fieri, & concedi iam præcepimus, ante omnia desumantur, & singulis persoluantur, quod vero his omnibus omnino deductis, & persolutis reliquum erit, maioris Pœnitentiarij prædicti esse debeat. Adhæc quoque prædictus Sigillator curam habeat prædictas supplicationes è manu Datarij recipiendi, & per alios ad id ordinandos describendi, in regestrum ab altero distinctum referendi, & vtrumque fideliter custodiendi. Cæterum nullæ omnino supplicationes super huiusmodi materijs signandæ inter Abbreuiatores prædictos distribuantur, neque cuipiam relinquantur, neque super ijs sumpta, aliaue exempla ex regestis describantur, etiam postquam literæ apostolicæ super illis expeditæ, & partibus eas prosequentibus redditæ fuerint, sed supplicationes ipsæ apud regestum prædictum sub cura dicti Sigillatoris, qui pariter ipsi regesto præfectus sit, fideliter custodiantur. Præcipimus igitur atque interdicimus Abbreuiatoribus, Scriptoribus, Procuratoribus, cæterisque prædictis tam coniunctim quàm diuisim, ne quid vel minimum etiam sponte oblatum a partibus, siue pro expeditionis maturatione, siue alio extraordinario labore capiant, aut a famulis alijsue personis capere permittant, sed suis quisque taxis & stipendijs vti constituta sunt, contenti esse debeant. Quicunque secus fecerint, præter illas censuras, & pœnas quæ in talia perpetrantes impositæ sunt, suorum officiorum priuationem incurrant, & ad futura inhabiles, ac etiam infames censeantur, vti nos illos priuatos, inhabiles, & infames declaramus eo ipso. Et nihilominus mandamus prædictis Vicecancellario, & Abbreuiatoribus, necnon Rescribendario, & scriptoribus apostolicis, cæterisque ad quos pertinet tam coniunctim quàm diuisim, vt Scriptores, & Procuratores prædictos, eorumque singulos sic cum vniuerso corpore prædicto coniunctos fraterna charitate prosequantur, & ad huiusmodi officia, & ipsorum liberum exercitium, necnon honores, onera, & emolumenta omnia recipiant, & admittant, ac faciant prædicta omnia & singula inuiolabiliter obseruari, Non permittentes quemquam contra præsentium tenorem quomodolibet impediri. Rursus eisdem Scriptoribus, & Procuratoribus sic cooptatis, & adscriptis, vt prædicto Vicecancellario tanquam capiti aliorum dictæ Cameræ collegiorum instat, obediant, & obsequantur. Non obstantibus de certo Scriptorum literarum Apostolicarum numero, & alijs eorum ac dictæ Cancellariæ statutis, stylo, institutione, consuetudinibus, stabilimentis, & reformationibus quantocunque tempore obseruatis, ac etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ translationis, coniunctionis, concessionis, assignationis, statuti, præcepti, interdicti, declarationis, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Emolumēta officialib. assignat.

Sigillatoris officium.

Inhibitio autem officiales, ne aliquid accipiant pro quocunque extra ordinario habore, sub pœnis hic expressis.

Clausulæ derogatoriæ.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo nono, Quartodecimo Kal. Iunij, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

LXXXVII.

De confidentijs beneficialibus, earumque casibus, præsumptionibus, & probationibus, & de pœnis retinentium beneficia in confidentiam.

Ad quod vide etiam supra Pij Quarti const. 109. Romanum, fol. 820.

De facultatibus autem Iudicis ad cognoscen. huiusmodi causas deputati, vide sup. in const. 75. licet, fol. 1007. & infra in const. 158. Cum sicut, & const. seq.

PIUS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

INTOLERABILIS multorum peruersitas, qui sacrosanctas constitutiones nouis quotidie fraudibus eludere nituntur, sæpe illatum antea in necessitatē adducit cautius prouidendi, quo pertinacium animi ab improbis conatibus grauiore sanctione proposita reprimantur. Bene quidem & prouidenter felicis recordationis Pius Papa Quartus prædecessor noster ad tollendam fiduciariæ mancipationis beneficiorum Ecclesiasticorum corruptelam, statuit, & decreuit, vt ipso iure vacarent Ecclesiæ, Monasteria, cæteraque beneficia Ecclesiastica in confidentiam a quibuscunque, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, cuiusuis personæ contemplatione, vel intuitu recepta, liberam illorum dispositionem sibi, & Apostolicæ Sedi reseruando; Nec valerent ipsorum collationes, seu concessiones, nec fructuum, nec pensionum reseruationes, nec facultates illas transferendi, nec regrediendi, seu accedendi ad Ecclesias, Monasteria, beneficia supradicta, illaque recipientes, fructus, pensiones, & alias res eorundem indebite perciperent,

Pius 4. decreuit beneficia in confidētiam recepta vacare a die receptionis, & eorum dispensationē Sedi Apost. reseruauit, &c. vt sup in ei ss cōst. 109 Romanum, fol. 820.

 Prohibens,

Prohibens quibuscunque etiam sub censuris Ecclesiasticis, ne quid huiusmodi amplius auderent. Ac etiam decreuit omnes & quascunque prouisiones, præfectiones, collationes, commendas, & alias dispositiones de Ecclesijs, Monasterijs, & beneficijs, necnon reseruationes fructuum, pensionum, rerum, & iurium, ac etiam transferendi, regrediendi, accedendi, & ingrediendi, aliasque facultates, siue per se, siue futuros Romanos Pontifices, etiam Motu proprio, ac consistorialiter, siue etiam per ordinarios collatores, etiam ad patronorum præsentationem, cum interuentu confidentiæ huiusmodi, siue expresse, siue occulte, ac de iure præsumpto, & alias

Et in illis per eã iectitas, & præsumptiones iudicari voluit, verb.

contra prædicta pro tempore factas, nullius momenti fore, nec cuiquam suffragari, sed Ecclesias, Monasteria, & beneficia huiusmodi ipso iure vacare, ac prædictæ dispositioni reseruata esse, sicque per quoscunque etiam per præsumptiones, & coniecturas legitimas, & alias eorum arbitrio procedendo cum alioqui confidentias huiusmodi in lucem erui, & probari non posse constaret) iudicari & diffiniri debere. Necnon irritum & inane quicquid secus contingeret attentari, quemadmodum confectis super his literis suis plenius continetur. Veruntamen propter improbas multorum cupiditates, prædicta, quæ ad purgandam hac pernicie Ecclesiam, &

Sed quia Iudices negligenter procedebãt ideo Põ. dictas causas, & illorum cognitionẽ sibi, & suc cessorib. reseruauit sup. in const. 52. licet f. 1007.

animarum salutem ab ipso prædecessore edita sunt, in multis deprehendimus viam aperuisse grauius delinquendi. Si quidem cum frequentibus plurium querelis pridem concitati, quod iudices in causis huiusmodi confidentiarum expediendis remissiores essent, omnes & singulas causas ipsas vbicunque, & inter quoscunque motas ad nos aduocauissemus, ac omnimodam huiusmodi causarum præsentium, & futurarum, rerumque omnium ex ipsis resultantium cognitionem nobis & successoribus nostris reseruauissemus, & super quibusdam coram nobis processum fuisset, varijs inde, nec leuibus coniecturis intelleximus vitium quidem confidentiæ occulte irrepsisse, sed plerisque causis præsumptiones, & coniecturas, quæ ad illud probandum deducuntur, minime sufficere, eiusque rei causa plurimos qui ante literarum prædictarum editionem huiusmodi confidentias exer-

Nunc autem declarat casus confidentiarum, & præsũptiones, & coniecturas desuper attendendas.

cebant, vbi cognouerunt obstructam veritatem propter difficultates probandi in iudicijs confidentias ipsas cõtempta constitutione prædicta, Ecclesias, Monasteria, & beneficia sic recepta, vt prius retenere, alios, fructus, pensiones, & alias res accipere, alias eorum exemplo ad similia & grauiora fidentius commoueri. Multi enim ipsa beneficia iure retinere nequeuntes, alij ne cogantur ad sacros ordines, ad residentiam, ad incedendum in habitu clericali, vt ad bellum proficiscantur, vt inimicos occidant, alij vt alieno nomine lites agant, aut defendant alij propter crimina incapaces, quidam vt purgato delicto, vel absolutione consecuta illa repetant, eadem in alios deponunt, & in plerisque fructus ipsorum aut eis ministrantur, aut quibus ipsi statuunt, sæpe laicis, & inhabilibus, Plerique vel senes, vel infirmi, vt beneficia in domibus suis perpetuent, illa renunciarunt & renunciant in alios, qui vel profanam familiam cedentium de fructibus ecclesiasticis alant, vel illa etiamnum infantibus, aut nascituris afferuent, facto interdum circuitu retrocessionis, cum reseruatione fructuum, & aliarum rerum, aut accessu, præsertim ab illis qui præstandorum iurium Cameræ Apost. sunt immunes alij, aut incapaces, aut alijs beneficijs Ecclesiasticis onusti, aut Ecclesiastico ordini sese mancipare refugientes, aut mere laici beneficia Ecclesiastica alijs conferenda procurant, vt de illis postmodum ad libitum suum disponatur, fructus etiam percipientes illorum. Adhæc plerique ordinarij, & alij collatores, ac etiam patroni laici curant deponenda beneficia, vt fructus, seu pensiones capiant eorundem, alijsue faciant ministrari. Alia item per multa eiuscemodi admittuntur, quibus immaculata rerum diuinarum puritas impie violatur, disciplinæ ecclesiasticæ neruus dirumpitur, & imminens patratur exitium animarum. Quare nos volentes periculosam talium audaciam noui iuris subsidio cohibere, præsentium auctoritate statuimus, vt siquis quacunque auctoritate ecclesiam, vel monasterium, aut aliud beneficium ecclesiasticum qualecunque ex resignatione, vel cessione cuiuscunque personæ simpliciter, aut cum circuitu retrocessionis, cum regressu, vel accessu, etiam sola dimittentis intentione receperit, vt illa vel illud etiam in euentum regressus, vel accessus, eidem dimittenti vel alteri postea conferatur, aut illius fructus, vel eorum pars alii vel alijs concedantur, vel pensiones soluantur, ex eisdem hæc confidentia censeatur. Itidem si ordinarius, vel alius collator contulerit antehac, aut conferat in futurum beneficium ecclesiasticum quouis modo vacans, ea conditione tacita, vel expressa, vt postea in alterum pro arbitrio Collatoris, seu alterius cuiuscunque contra iuris communis ordinationem disponatur siue vt de eo prouisus, fructus illius, vel partem ad vtilitatem vel libitum conferentis vel decedentis, aut alterius relinquat, & remittat, seu pensionem illi vel illis, quem vel quos idem collator, aut cedens, vel alius per se vel alium scripto, aut verbo iusserit seu significauerit, persoluat, & pariter si a patrono etiam laico, vel alteri præsentatori, seu electori contigerit, aut contingat id fieri. Adhæc si clericus prædictæ Cameræ, aut Cardinalis, aut alius a solutione iurium ipsius Cameræ, vel etiam Cancellariæ Apostolicæ exemptus, post resignationem vel cessionem alicuius extranei, de ecclesia, monasterio, vel alio beneficio ecclesiastico in se, apostolica vel alia auctoritate factam & admissam, illam vel illud etiam confectis literis Apostolicis, & possessione apprehensa, in eundem resignantem vel cedentem, modico spatio interiecto, veluti duorum aut trium mensium retrocesserit, aut retrocedat in futurum, & ex illa retrocessione fructus ecclesiæ, seu monasterij, aut beneficij, vel eorum pars, seu pensio, seu quid aliud super illis reseruatum, aut regressus, seu accessus, & ingressus ad illam vel illud, ipsi clerico, vel Cardinali, aut alij exempto sit fueritue concessus. Postremo si quia crimine aliquo absolutus, aut cum quo super irregularitate dispensatum est, denuo receperit quacunque auctoritate ecclesiam monasterium, vel aliud beneficium ecclesiasticum, quod ante, vel post commissum delictum, aut contractam irregularitatem dimiserit, in quibus horum casuum confidentiæ prauitas sit contracta, casusque huiusmodi literis prædictis comprehendantur, ac si illis speciatim expressi fuissent, licet ipsum confidentiæ crimen alterius tantum partis conscientia sit admissum. Ad probandum verò plenè confidentiarum abusum, inter alias etiam hæ præsumptiones, & coniecturæ habeantur legitimæ. Videlicet, Si quia post cessam ab se ecclesiam, vel monasterium, aut beneficium, & publicatam resignationem, seu cessionem, captamque a successore possessionem sese in illa, vel illo, seu rebus illius, per se vel alium, seu alios de facto ingesserit, aut fructus perceperit, aut quicunque successor illi, vel eius propinquis ipsos, aut partem aliquam remiserit eorundem. Si recipiens beneficium constituerit dimittentem vel eius parentes, aut propinquos procuratores ad percipiendum, vel locandum fructus beneficij dimissi, & illi vel illis de fructibus perceptis, aut percipiendis donationem fecerit. Si vel sola procuratoris depositione, vel libris rationalibus mensariorum ex parte dimittentis, expeditio quæ personam recipientis concernit, prosecuta sit, simulque expensæ pro ea necessariæ ab illo factæ fuerint. De-

nique

nique si quis pro concessione alicui facta, quacunque auctoritate de beneficio Ecclesiastico per se, vel alium, seu alios intercesserit, vel alias in negocio concessionis sese immiscuerit quoquo modo, deinde aliquid de fructibus talis beneficij de facto, etiam per manus possessoris, ac etiam simplicis donationis titulo perceperit, seu de illo postmudum ad voluntatem intercessoris fuerit dispositum quandocunque. Testes autem de quaque re singulares singulas probare valeant præsumptiones, & coniecturas, pluresque huiusmodi præsumptiones, & coniecturæ plenam probationem faciant in prædictis. Cęterum criminosi, & cæteri omnes, qui ad prohibendum in casibus simoniæ testimonium recipi possunt, ad prædicta omnia admittantur. Sed ne quisquam etiam vana fiducia fretus, non intendendi contra se iudicij, in crimine perseueret, vtque hoc malum grauioris censuræ stimulo vsquequaque prohibeatur, omnes & singulos, qui hucusque Ecclesias, Monasteria, beneficia, fructus, pensiones, aliasue res, intercedente hoc confidentiæ vitio receperunt, ac retinent, nisi statim ad se reuersi, & resipiscentes celeri dimissione sibi prospexerit, & qui quid tale admiserint in futurum, etiam omnibus & singulis alijs Ecclesijs, Monasterijs, dignitatibus, administrationibus, officijs, & beneficijs obtentis, quæ pariter sub dicta reseruatione comprehendi volumus, necnon fructibus, pensionibus, & alijs rebus Ecclesiasticis, ac etiam Romanæ Curiæ, & alijs officijs temporalibus præsentium auctoritate priuamus, & ad futura inhabiles decernimus, & in iuris subsidium excommunicationis sententia innodamus, à qua nullus, nisi in mortis articulo constitutus, ab alio quàm à Romano Pontifice, absolutionis beneficium valeat obtinere. Nos enim aduocatione causarum huiusmodi, & reseruatione cognitionis illarum, rerumque omnium inde emergentium, nobis, & prædictis successoribus, vt prædictum est facta (causis illis dumtaxat exceptis, quæ iam coram nobis pendere noscuntur, ac etiam ijs quas ratione Ecclesiarum, & Monasteriorum, quorum dispositio io Consistorio fieri consueuit, aut debet, itemque contra ordinarios, collatores, Episcopos, & alios Superiores prælatos, etiam Cardinales haberi contigerit, vti iam alijs nostris literis statutum est audiendis, decidendis, & terminandis, harum serie prorsus relaxata, decernimus ita deinceps quoscunque Iudices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac prædictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & ipsorum cuicunque quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbique iudicari, interpretari, & diffiniri debere, necnon irritum & inane quicquid secus in prædictis per quoscunque, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca omnibus locorum ordinarijs districtius iniungimus, vt in suis quisque Ecclesijs, Ciuitatibus, Diœcesibus, & locis etiam exemptis, ad prædicta studiosè attendant, & quatenus illis relaxauimus, in delinquentes seuerè animaduertant, si diuinæ Maiestatis iudicium, dictæque Sedis censuram voluerint euitare. In ceteris vero causis, & negocijs (nobis, & prædictis successoribus exceptis) eosdem locorum ordinarios præsentium auctoritate delegamus, vt gratia, & fauore postpositis, pro se quisque, cum venerit vsus, contra prædictos omnes sub ipsa exceptione comprehensos diligenter inquirant, suoque inquisitiones omnes sigillo obsignatas ad prædictam Sedem quamprimum transferant, vt nos & prædicti successores in causis huiusmodi procedentes, quod iustum fuerit decernamus. Nos enim singulis ordinarijs ipsis prædictos omnes, & quoscunque alios, etiam exemptos, etiam per edictum publicum, constito prius summariè, & extraiudicialiter de non tuto ad illos accessu, citandi, & monendi, eisque ac Iudicibus ordinarijs, & delegatis, alijsque personis quibuscunque, ne prædictorum executionem quoquo modo impediant, vel alias in illis sese interponant, etiam per simile edictum inhibendi, eosdemque, ac alios contradictores, & rebelles quoscunque per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, ac omnia alia iuris, & facti remedia opportuna compellendi, auxilium brachij sæcularis, quandocunque opus erit inuocandi, cæteraque in prædictis omnibus, & singulis necessaria faciendi, & exequendi, plenam, & liberam tenore præsentium concedimus facultatem. Non obstantibus fœl. recor. Bonifacij Papæ Octaui prædecessoris nostri de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis, alijsque Apostolicis constitutionibus, & ordinationibus, quodque Episcopis, Collatoribus, & Prælatis prædictis, etiam Cardinalibus, vel quibusuis alijs communiter, vel diuisim à prædicta sit sede indultum, vel in posterum indulgeri contingat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, aut contra indulta huiusmodi ad iudicium trahi non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, & ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet alijs priuilegijs, indulgentijs, & literis Apostolicis, generalibus, vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, aut in totum non inserta effectus præsentium, aut attributæ prædictis ordinarijs iurisdictionis explicatio, seu exercitium vel executio impediri valeat quomodocunque vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Literis prædecessoris huiusmodi nihilominus in suo robore duraturis. Volumus autem, vt pręsentium exempla, etiam impressa edantur, eaque Notarij publici manu, & cuiuscunque Curiæ Ecclesiasticæ, eiusue Prælati sigillo obsignata, eandem illam prorsus fidem in iudicio, & extra vbique locorum faciant, quam ipsæ præsentes facerent, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ priuationis, statuti, decreti, innodationis, iniunctionis, delegationis, concessionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo nono. Kal. Iunij, Pontificatus nostri anno quarto. Cæ.Glo.

Et confidentiæ criminis reos pœnis hic expressis afficit. Ad quod vide etiam dictã cõst Pij 4. n. 109. Romanum f. 820 Causas confidentiarum corã eo penden. circa beneficia consistorialia ac cõtra prælatos, sibi reseruat, & alias per alios Iudices cognosci decernit.

Immo cognoscẽdę sunt per Iudicem specialiter deputatum, vt infra in const. 158. & seq.

Clausula derog.

Constitutio dicti Pij 4. in suo robore remanet.

H. Cumyn.

Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo nono, indictione duodecima, die vero Sabbati sexta Augusti, Pontificatus Sanctissimi io Christo patris & D.N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno eius quarto, retroscriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarum Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris est, dimissis in omnibus supradictis locis earundem retroscriptarum literarum copijs affixis per nos Iulium Parinum, & Ioannem Andream Panizzam prædicti Sanctissimi D. N. Pij Papæ Quinti Cursores.

Publicatio.

Christianus de Monte Magister Cursorum.

De ero-

LXXXVIII.

De erectione Capellarum Rosarij Beatæ Mariæ Virginis, & facultate Confratrum Societatis accedendi ad Processiones, & eorum indulgentijs.

De Rosarij autem institutione, & alijs indulgentijs, vide etiam infra const. 90. Consueuerunt, & ibi not.

Causa constitutionis.

Erectio Capellarum Rosarij permittitur Magistro Generali ordinis Prædicatorum dumtaxat.

Confratres Societatis Rosarij ad processiones accedere possunt.

Confirmatio Indulgentiarũ concessarum à Leon. 10. de quibus, vide sup. in Pauli 3. const. 9. fol. 356.

Clausula derog.

PIVS Papa Quintus. Ad perpetuam rei memoriam.

INTER desiderabilia cordis nostri, illud intensis desiderijs affectamus, vt singulorum Christifidelium quorum nobis ex commissi Pastoralis officij debito cura imminet, generalis animarum salus proueniat, vnde pia & salubria fidelium vota ad hoc tendentia, & alias ex quibus diuini cultus prouenit augmentum, pij patris affectione prosequimur, ac plenis fauoribus confouemus, & vt optatum consequantur affectum, Christifideles ipsos ad illa indulgentijs videlicet & peccatorum remissionibus, libenter inuitamus. Exhibita sanè nobis nuper pro parte dilecti filij Magistri Prouincialis ordinis Prædicatorum Prouinciæ Neapolitan. petitio continebat: Quod cum dilectus filius Frater Ambrosius Saluius loci de Balneolo Nntean. siue alterius dioec. ad erigendum Societates Sanctissimi Rosarij in quibuscunque Ecclesijs per nos & sedē Apostolicam specialiter deputatus fuerit, si alijs huiusmodi facultas, præterquam eiusdem ordinis Magistro Generali interdiceretur, ex hoc profecto diuersis abusibus, qui in illarum erectione interuenire possent, satis consultum foret. Quare nobis pro patte eiusdem Prouincialis fuit supplicatum, vt sibi in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremor. Nos qui honestis quorumlibet votis libenter annuimus, eaque fauoribus prosequimur opportunis, eundem Prouincialem à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs censuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati auctoritate Apostolica per præsentes statuimus, quod nulli licitum existat, minusque aliquis Capellam Sanctissimi Rosarij in quauis Ecclesia siue loco erigere, præter dictum Generalem, aut ab eo deputatos, ac præfatum Ambrosium, minusque aliquis Confrater, seu vir siue mulier, aliquid eidem Societati pro illius ingressu, vel alia quauis de causa persoluere, ac singuli Confratres ad quasuis processiones accedere, & in quibus corpora Defunctorum ad sepeliendum deferuntur, cum eorum insignijs cuiusuis etiam Superioris licentia desuper minime requisita, etiam absque aliquo conscientiæ scrupulo, & censuratum Ecclesiasticatum incursu possint, & valeant, seu eorum quilibet possit & valeat, Districtius inhibentes quibusuis, ne eosdem Generalem, seu deputandos, & Ambrosium; super erectione, & institutione Societatum huiusmodi in quibuscunque Ciuitatibus, Terris, & locis factis, & faciendis, neque eosdem Confratres super exercitio piorum operum, & profectu ad processiones, seu incessu cum signo eorum, aut dicti signi delatione molestare, perturbare, aut inquietare audeant nec debeant, quinimo Generali, deputatis, & Ambrosio præfatis in præmissis auxilium, consilium, vel fauorem præbeant. Nos enim omnes præmissis contrauenientes Indulgentijs, & peccatorum remissionibus eis concessis priuamus, & priuatos esse, ac indignos effici, & quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari irritum, & inane decernimus. Postremo vero, vt animarum Christifidelium præsertim ex aliqua Societate huiusmodi erectarum, seu per eundem Ambrosium erigendarum existentium, & eandem Societatem ingredi volentium, quieti, & spirituali consolationi salubrius consulatur, & ad illam vbicunque erectam Christifideles ipsi accedentes eo feruentiores, & promptiores reddantur, quo se dono cælestis gratiæ decoratos senserint, De omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum auctoritate confisi, Christifidelibus præfatis de dicta Societate, vt præfertur instituta, vel instituenda existentibus, vt omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones tam per nos, quàm quoscunque alios Romanos Pontifices, & præsertim Leonem Papam decimum prædecessores nostros concessas consequantur, & consequi possint, auctoritate, & tenore prædictis misericorditer in Domino concedimus, & indulgemus, illasque non nisi in Ecclesijs, in quibus, vt præfertur eadem Societas instituta erit, præterquam in casu summæ necessitatis, & infirmitate grandi, seu detentione carcerum, in quibus, & alio in loco consequi possint, obseruando tamen illa omnia, quæ in dictis Indulgentijs continentur, consequi posse decernimus, Omnesque, & singulas per eundem Ambrosium, siue Generalem, aut deputandos præsatos auctoritate nostra modo tamen supradicto concessas confirmamus, & approbamus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicia, cæterisque contrarijs quibuscunque. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 29. Iunij, 1569. Pontificatus nostri anno quarto. F. de Torres. A. Mileti.

LXXXIX.

Confirmatio Erectionis, & priuilegiorum Collegij Scriptorum Archiuij Romanæ Curiæ.

Hanc erectionem, & priuilegia, vide sup. in Leon. 10. const. 6. Ex Ministerij, fol. 176. ac Pauli 3. const. 18. Romani, fol. 382.

Taxam vero eiusdem Archiuij habes infra in Greg. 13. const. 91. Alias cupientes.

Quem autem locum Scriptores habeant in Processione Papæ, pro Festo Corporis Christi, vide in eiusdem Greg. 13. const. 90. Omnibus.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

PRIDEM nos anxio solicitoque animo cogitantes, quemadmodum in hac, qua nunc versamur rerum inopia, tot concurrentibus vno vndique tempore oneribus subueniri posset, quodque omnium maximum, & præsentaneum erat, exercitui, quem Christianissimo Francorum Regi contra Hæreticos nuper misimus necessaria, stipendia sine cuiusque iniuria comparemus: Denique cum ex scriptu-

ris

ris regestis, & instrumentis causarum, quæ in Rom. Cu. per Sedem Apostolicam delegantur, quarum soli scriptores Archiuij Rom. Cu. ea ipsa institutione Notarij esse debent: Itemque ea vectigali siue gabella equorum, & iumentorum Vrbis eiusdem districtus, & plani Collegio scriptorum prædicti Archiuij in ipsius institutione applicato, si Cameræ Apostolicæ restituerentur, & persoluto Collegio ordinario earum rerum prouentu quæstus non mediocris fieri posset, vnde copijs præfatis possemus commodius subuenire: Nos ad id maxima vrgente necessitate conuersi, de Apostolicæ potestatis plenitudine omnes, & quascunque locationes, & locationum innouationes, ad quodcunque tempus, etiam cum beneplacito, sed. Apost. factas, & ab ipsa Sede, etiam ex certa scientia confirmatas de scripturis, & vectigali siue gabella præfatis & quoscunque super his inter Collegium, & alium, seu alios celebratos contractus, ac etiam omnes, & quascunque concessiones, siue facultates scribendi in quibuscunque causis Commissarijs, retinendi quoque, seu asseruandi scripturas authenticas regesta, & alia iura ad huiusmodi causas pertinentia, & quæcunque alia in his, & alijs omnibus etiam præter vel contra formam institutionis dicti Collegij quibuscunque illius Scriptoribus alijsque Notarijs, & personis per quoscunque Rom. Pont. prædecessores nostros, ac nos, & Sedem præfatam, etiam per modum statuti perpetui initi, & stipulati contractus, seu quasi, & pro refectione damnorum, aut iurium cessorum, vel ablatorum, remuneratione laborum, & obsequiorum nobis, & dictæ Sedi impensorum, & ex quibuscunque alijs grauibus, grauissimis, vrgentissimis, & necessarijs, & quantumuis onerosis causis perpetuo, vel ad tempus, ac alias quomodocunque facta statuta, innouata, extensa, & moderata, specialiter; & expresse reuocauimus, & aboleuimus, & Apostolicas, & quascunque alias literas, necnon processus scripturas, & instrumenta super præfatis omnibus, & singulis confecta, & inde sequuta quæcunque cassauimus, & annullauimus, ac voluimus omnia, & singula vires, & effectum de cætero non habere, quin etiam præfatos omnes, & singulos, vti quemque, siue coniunctim, siue diuisim tangit, vsu possessione, exercitio, & commodo, ac quocunque alio iure priuauimus, seque ipsa amouimus ab eisdem, ac gabellam præfatam, iusque scripturarum, regestorum, & instrumentorum huiusmodi libera, vacua, & expedita ad ius, & proprietatem dictæ Cameræ cum onere soluendi in perpetuum dicto Collegio omnes redditus, qui de illis omnibus de præsenti ab eo percipiuntur, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus reuocauimus, Cameramque ipsam, quoad omnia illa, & singula in integrum restituimus, & in illorum possessionem realem absque spolij, seu attentatorum vitio posuimus, & induximus, rationem illius, & scripturarum huiusmodi aliorsum habituri. Mandantes Dilecto filio Thesaurario nostro generali, & alijs ad quos spectat, vt vectigal seu gabellam huiusmodi equorum, & iumentorum liberam, & expeditam factis licitationibus quamprimum locandam curarent, aut alio quocunque modo meliori super ea statuerent, sub qua omnes, & singulos cuiuscunque dignitatis, &c. etiam S.R.E. Card. necnon Sancti Ioannis Lateranen. & alias Ecclesias, & S. Spiritus in Saxia, cæteraque Hospitalia, & pia loca Vrbis, & extra eam quantumcunque exempta, necnon omne Vrbis planum, ac quæcunque oppida Ciuitates, & loca circum eam posita, & vbicunque dictum Collegium in possessione, vel quasi erat integre percipi, & exigi statuimus. Districtius inhibentes, &c. ac decernentes, &c. necnon irritum, &c. attentari. Cum autem ad totalem executionem præfatorum nondum processo dilecti filij Magistri correctores, & scriptores dicti Archiuij, vt necessitatibus præfatis subueniant, summam viginti millium scutorum auri in auro, quoquo pacto conficere, confectamque nobis dicto Thesaurario numerare proposuerint, Nos, & si præfatis causis impulsi animo iam instituimus gabellæ, & scripturarum præfatarum nouam rationem capere, propositionem tamen præfatam qua insigniter iuuabimur, libentiori animo acceptauimus, præoptantes vtilem dicti Collegij statum conseruare, quam nouum quidquam de præfatis experiri, de simili potestatis plenitudine, scripturas, & gabellam præfatas liberas, vacuas, & expeditas cum omnibus iuribus pertinentijs & emolumentis suis ab ipsa Camera, & ceteris eius proprietatibus perpetuo diuisimus, & separauimus, illasque rursus dicto Collegio, & eius personis perpetuo concedimus, & assignamus, ac eosdem Collegium in eo quo prius erant iure, conditione, & statu solido, & integro, plenaque scripturarum gabellæ, & exercitij, iuriumque, & pertinentiarum omnium possessione, ac fructuum, & emolumentorum quorumcunque perceptione, cæterisque omnibus, & singulis ad officium, Collegium, personas, & iura eorundem quomodocunque pertinentibus, perinde, ac si reuocatio, priuatio, restitutio, mandatum, & alia præfata non emanassent, omnino reponimus, & restituimus, ac in nostrum, & dictæ Cameræ locum, ius, possessionem, titulum, & actionem omnimodam substituimus, & surrogamus, repositaque, & restituta, ac substituta, surrogata, etiam quo ad cuiusque titulum, ius, & possessionem, etiam absque nouæ possessionis apprehensione, aut alio actu in ijs requirendo, vel solemnitate seruanda, vt prius esse, illasque, vt prius possidere, ac quascunque alias de eis locationes facere, liberè, & licitè posse, & debere decernimus. Insuper dicti Collegij erectionem, & institutionem a fel. rec. Iulio Papa II. Kal. Septembris, Pontificatus sui anno v. factam, necnon omnia, & quæcunque priuilegia, facultates, exemptiones, prærogatiuas, dispensationes, gratias, & indulta ab eadem dicta die, & Idibus Decembris dicti anni, necnon à Leone X. pridie no. Octobris, Pontificatus sui anno primo, aut alio veriori tempore, necnon aliorum omnium inde vsque Roman. Pont. concessiones eidem Collegio, & personis in genere, & in specie tam coniunctim, quam diuisim factas, & super his omnibus, & singulis confectas literas, scripturas, & instrumenta, ac inde secuta quæcunque cum prohibition. clausulis, & decretis in eis conten. quæ omnia, & singula æque atque ad verbum præsentibus inserta, expressa, & repetita habemus, literisque super præsentibus conficiendis in totum, vel in partem exprimi, totosque tenores singulorum inseri posse volumus, etiam si talia, & multa sint, quæ speciali expressione indigeant (decreto extinctionis Collegij per restitutionem septuaginta sex millium duc. auri de Camera in institutione huiusmodi apposito, & per alias literas præfatas pluries repetito penitus sublato, & extincto) motu scientia, & potestatis plenitudine similibus renouamus, approbamus, & confirmamus, effectumque plenarium, & integrum prorsus sortiri volumus, ac omnes, & singulos iuris, & facti defectus si qui interuenerint in eisdem supplemus. Decernentes illa omnia perpetuum, & inuiolabile robur obtinere, ac irritum, &c. attentari. Quin etiam in perpetuum applicamus, & appropriamus, ac etiam annectimus, vnimus, & incorporamus dicto Collegio scripturas præfatas, ac omnia, & quæcunque iura, fructus, & emolumēta ratione officiorum Notariatuum eorum omnium Iudicum ordinariorum, & Commissariorum Curiæ & Vrbis in præfata institutione expressorum, quibus etiā Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales adiungimus, & simi-

Archiuij Romanæ Curiæ institutionem, hic Pōt. ex causis hic expressis reuocauit sed talem reuocationem hic non habes.

Nunc autē ex rationibus hic assignatis, Archiuiū redintegrat.

Archiuijque institutionem à Iulio 2 factam, ac priuilegia, & facultates Scriptoribus per eund. Iul. & Leon. x. & alios cōcessa, cō firmat, & defectus supplet.

Hanc institutionem, & priuilegia, vide sup. in Leon. x const. 6. Ex Ministerij, f. 576. & Pauli 3. const. 28. Romani. fol 382

Scriptoresque Archiuij declarat esse notarios causarum vetten. coram Iudicibus, Commissarijs, & ordinarijs, videlicet non habentibus notarios proprios.

& similes etiam si ordinarij dicantur comprehendi volumus. Vt vero in habēdo proborum peritorumque Notariorum delectu melinr deinceps ratio capiatur, statuimus, vt posthac in omnibus, & quibuscunque causis coram præfatis Iudicibus etiam Cardinalibus quomodocunque habendis, & agirandjs Collegium ipsum Notarios idoneos qui in eiusmodi causis scribāt constituere debeat, nullique omnino ipsorum Iudicum etiam Cardinalium alios Notarios, etiam dicti Archiuij, scriptores in causis huiusmodi pro arbitrio constituere posint, sed eos dumtaxar assumere teneantur, quos Collegium præfatum suo ex gremio in genere, vel in specie duxerit eligendos.

Eraddit etiam es le Notarios eau sarum vertē coram Cardinalib.

Decernentes alias quascunque constitutiones, ordinationes, & assumptiones Notariorum, etiam de dicti Collegij scriptoribus siue in genere, siue in specie, tam per Iudices etiam Cardinales, quam etiam Sedem Apostolicam ex quibuscunque causis, etiam motu simili, & potestatis plenitudine similibus, necnon processus, & acta quæcunque coram eisdem Iudicibus, etiam Cardinalibus aliter facienda irrita, & inania esse, viribusque, & effectu carere Notariosque tanquam falsi reos puniri debere. Cæterum Collegium præfatum rationes, & curas omnes huiusmodi processuum scripturarum, & instrumentorum, etiam præteritorum omni rem pore habeat, omnia, & quæcunque emolumenta ordinaria, & extraordinaria inde quomodocunque prouenientia ad communem vsum percipiar, & delegandis siue substituendis Notarijs suis stipendia constituar, vel alias super bnc conueniat cum eisdem.

Collegium Archiuij deputet Notarios, ad scribēdum in dictis causis, & acta per alios scribenda nulla sint.

Curamque omnium scripturarum, & omnia emolumenta percipiat.

Præterea suprascriptum vectigal, siue gabellam equorum, & cuiuscumque generis iumentorum, vt prædictum est vacuum liberum, & expeditum per Collegium præfatum, etiam à Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Ecclesijs, Hospitalibus, & Religiosis locis præfatis nullis prorsus exceptis tam in Vrbe, & districtu, quàm etiam reliquo eius plano, & Ciuitatibus, locis, & casalibus supradictis liberè, & licitè percipien. & exigen. ac cuicunque, seu quibuscunque voluerint locan. ad hæc officium inquisition. annararum, ac etiam collectorum, & subcollectorum, iurium, & prouentuum Cameræ Apostolicæ officijs, & Collegijs dictæ Curiæ debitorum cum omnibus, & singulis illius honoribus, oneribus, & emolumentis consuetis per se, vel alium, seu alios perpetuis futuris temporibus exercen. Itā quod ceden. vel deceden. dilecto filio Honophrio Camiano Cameræ Apostolicæ præsidente, aut ipsum einsue exercitium alias quomodo libet dimittente, vel amittente illud vlterius non vacet, nec cuiquam alteri, etiam per Sedem præfatam ad vitam, aut alias concedi posit, sed futuris deinceps temporibus Collegium ipsum illud habeat, & retineat, liceatque eidem quemcunque voluerint solo nutu reuocabilem ad eius exercirium eligere, & absque alia confirmatione dictæ Sedis liberè instituere, ac corporalem realem, & actualem possessionem ipsius officij iuriumque, & pertinenriarum suorum iam nunc etiam viuente dicto Honophrio, sine tamen eius præiudicio propria auctoritate liberè apprehendere, & perpetuo retinere, ita vt possesio sic apprehensa vera & non ficta, ac continuata non autem momentanea habeatur, & censeatur, necnon Collegium ad aliam vlterius apprehenden. teneatur, regulisque nostris de nnn tollendo iure quæsito, ac de annali, & triennali possessore alijsque beneficijs omnibus in saunrem posscssorum editis gaudere debeat.

Gabella quoque equorum ad dictum Collegium liberè pertineat.

Vr autē Collegium ipsum dictam summam viginti millium scutorum auri in auro promptius commodiusque conficere posit, concedimus illi, & eius personis, vt super propietatibus bonis, & rebus eiusdem census qunscunque siue vnum Montem non vacabilem, cuius singulæ portiones centum scutorum monetæ minores non sint, ad aliorum Montium Vrbis non vacabilium instar, ac cum omnibus, & quibuscunque priuilegijs, facultatibus, exemptionibus, gratijs, & indultis alijs montibus præfatis in genete, & in specie quomodolibet concesis, & quæ in genere, & in specie extendi possent, vsque ad dictam summam dumtaxat, cum omnibus, & singulis conditionibus, obligationibus, clausulis, decretis, & cautelis in similibus consuetis, & alias necessarijs ad effectum solutionis præfatæ eidem Thesaurario nomine ipsius Cameræ facien. dumtaxat creare, & constituere, bonaque, & proprietates, ac iura omnia præfata ad id obligare liberè, & licitè valeant, concedimus.

Cardinales, & loca Religiosa non sint exempta a solutione dictæ gabellę.

Decernentes omnes, & quascunque concessiones, & Collegium præfatum eiusque officia, & loca nullo tempore ex quacunque causa quantumuis vrgenti, & necessaria vlterius supprimi, & extingui, nec illius proprietates fructus, & emolumenra, etiam dictæ gabellæ, & alia quæcunque sint, & fuerint ab ipso Collegio einsque officijs, etiam propter notabilem illorum supercrescentiam minui, aut diuidi, & separari posse, sed firma illis perpetuò consistere. Et nihilominus si contingat suppresionem, & extinctionem, seu diminutionem, vel separationem huiusmodi, aut quamuis aliam immutationem rerum, & bonorum, & status dicti Collegij ex aliqua necessaria causa fieri, eam nisi expressus ad id omnium dicti Collegij accesserit assenlus, viribus, & effectu omni tempore carere, sed etiam nec accedente consensu ipso effectum sortiri debere, nisi prius restituto precio integro emptionis singulorum huinsmodi officiorum, siue apud Datarium, siue illis, qni ea resignauerint, siue alijs soluto, vel tam illis si eis vtilius sit, & id maluerint, quam etiam ijs, qui huiusmodi officia non emerint, aut alias nulla intercedente pecunia habueranr, valnre cuiusque officij tunc currente, vna cum compositione cum dicto Datario facta, cæterisque impensis omnino refectis.

Facultas Collegij erigendi Mōtem, vel creandi censu, super ipsius proprietatibus, vt hic.
Hic autem Mōs & census extingui debent à Collegio infra xi. annos, vt hic in fi.

Pro quibus cæterisque omnibus, & singulis supradictis non solum præfata omnia, sed etiam quæcunque alia dictę Cameræ bona res, & iura mobilia, & immobilia, præsentia & futura eisdem Collegio Correctoribus, scriptoribus, & personis tam coniunctim, quam diuisim, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus obligamus, & bypothecamus, ac obligata, & bypothecata perpetuò esse volumus.

Obligatio omnium bonorum Camerę Apost. I fauorem Colleg.

Cæterum præfata omnia, & singula vim validi, & inuiolati contractus perpetui tam inter nos, & successores nostros, ac Sedem, & Cameram, necnon Collegium, & illius personas habere, nec vllo tempore, etiam pro eo, quod de Fratrum nostrorum, & Cameræ præfatæ consilio, & assensu facta non sint, aut ex quacunque alia causa, vel occasione, seu prætextu damni notabilis, & euidentis, maximique momenti, ac enormis, & enormisimæ læsionis, aut quacunque alia causa quantumuis iusta, & rationabili reuocari, moderari, immutari, aut illorum officijs impediri, seu eis in aliquo derogari, neque de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, seu alio quopiam defectu notari, neque aduersus ea rescisionem, restitutionem in integrum, reductinnem ad terminos iuris, aut quoduis aliud remedinm impetrari, vel etiam motu scientia, & potestatis plenitudine similibus concedi, nec illa sub vllis specialibus, vel generalibus reuocationibus, modificationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus, etiam cum præsentium insertione, ac quocunque alio modo faciendis, comprehendi, sed semper ab illis excepta, & quoties illa emanabunt toties, &c. ac de nouo, & sub quacunque data per Collegium eligenda concessa, nostramque in his voluntatem immutabilem esse & censeri, Sicque in his, & alijs præfatis omnibus, & singulis per quoscunque, etiam causarum Palatij Apostolici

Clausulæ præseruatiuæ.

Decretum irritans.

ftolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ac Cameram ipsam io quauis causa, & instantia, sublata, &c. iudicari, &c. debere, &c. necnon irritum, &c. attentari. Non obstan. præmissis, & Pauli II. III. & IIII. aliorumque Romanorum Pontificum, ac nostris de rebus Ecclesiæ non alienandis, & alienatis, reuocandis, ac alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam de gratijs ad instar non conceden. Cancellariæ Apostolicæ regulis editis, & edendis, eiusque, & dictæ Cameræ earumque Collegiorum, & etiam Vrbis Romæ iuramento, &c. roboratis, statutis, &c. necnon institutione, & fundatione, ac veteri stylo quanto cunque tempore obseruato, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis, illis eorumque personis omnibus, & singulis, etiam per modum statuti perpetui, ac initi, & stipulati contractus, & alias sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac eum quibusuis etiam derogatoriarum, derogatorijs, alijsque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis per præfatos, & quoscunque alios Romanos Pontifices, ac nos, & dictam Sedem, ex quibuscunque causis, etiam Motu, & scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac etiam Concistorialiter concessis, confirmatis, ac etiam iteratis vicibus, approbatis, quibus omnibus, etiam si de illis, &c. tenores, &c. in genere, & in specie ad effectum sufficientis derogationis eorum latissime eaten. Motu scientia, & potestatis plenitudine similibus derogamus, necnon omnibus illis, quæ in singulis literis præfatis concessum est non obstare, cæterisque contrarijs, quibuscunque, cum clausulis opportunis. Clausulę derog.

FiatMotu proprio. M.

ET cum absolutione à censuris ad effectum, &c. & quod erectionis, institutionis, fundationis, & dotationis huiusmodi, aut præfatorum, & quorumcunque aliorum priuilegiorum, indultorum dispen. gratiarum concession. facultat, licentiarum, promissionum literarum, scripturarum processuum, & instrumentorum super præfatis quomodolibet confectorum tenores, necnon pręfatorum, & quorumcunque aliorum iurium vectigalium propietatum bonorum censuum, & rerum qualitates, quantitates, situationes, verique etiam annui valores ceteraque omnia de necessitate exprimen. habeantur pro expressis, seu in toto, vel in parte exprimi, ac etiam institution. fundation. & dotation. augmenti, & aliæ literæ, & scripturæ præfatæ ad verbum inseri possint, & de restitution. reposition. subsititution. subrogation. renouation. approbation. confirmation. supplection: application, appropriation. vnione, annexione, incorporation. licentia, statuto, concessione decreto, voluntate, derogatione, & omnibus, & singulis alijs præfatis, vt supra latissimè eaten. perpetuo, & ad perpetuam rei memoriam, & cum opportuna si videbitur iudicum, & executorum deputation. qui assistant, &c. Cum potestate citan. etiam per edictum, &c. inhiben. etiam sub cen. &c. aggrauan. etiam iteratis vicibus, interdicen. inuocato, &c. sæcularis, & cum derogation. de dictis, dummodo non vltra tres latiss. exten. & cum derogation. præfatorum, & aliorum quorumcunque statutorum, &c. priuilegiorum, & indultorum, necnon decennali, & triennali, ac non tollendo iure quæsito, cæterarumque Cancellariæ Apostolicæ regularum, & aliorum incontrarium quomodolibet concessorum, quorum omnium tenores in genere, & in specie ad effectum sufficientis derogation. eorum latissimè exprimi possint, & quòd literarum super præsentibus conficien. Transumptis Notarij publici manu, & Prælati Ecclesiastici, eiusue Curiæ sigillo obsignatis eadem prorsus fides in iudicio, & extra vbique locorum adhibeatur, quæ ipsis literis si essent exhibitæ, vel ostensæ, & quòd sola præsen. signatura sufficiat, & vbique tam in iudicio, quam extra illud fidem faciat, regula contraria, non obstan. seu quòd præmissorum omnium, etiam nominum, cognominum, qualitatum, quantitatum, situationum, aliorumque hic de necessitate exprimen. maior, & verior specificatio, & expressio fieri possit in literis, quas simul, vel separatim gratis vbique, etiam in plumbo, & regello, ac per viam secretam, absque officialium Cancellariæ præfatæ, sed solius Datarij, aut Summatoris manu, dictique Thesaurarij cura expediri, mandamus, stylo, & alijs contrarijs. Non obstan. quibuscunque. Et quod Mons, seu census intra vndecim annos per Collegium omnino extingui debeat.

Repertio clausularum.

Sola signatura sufficit.

Fiat M.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, quintodecimo Kal. Augusti, anno quarto.

X C.

De Rosario Beatæ Mariæ Virginis, & eius Indulgentijs.

De quo habes etiam sup. in Sixt. 4. const. 9. Ea quæ, fol. 202. & Pauli 3. const. 2. Rationi, fol. 356. & Iul. 3. const. 27. Sincerè, fol. 527. ac Pij 4. const. 38. Dum præclara, fol. 697. & sup. in const. 88. Inter desiderabilia, fol. 1054.

PIVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

CONSVEVERVNT Romani Pontifices, & alij Sancti patres prædecessores nostri cum bellis corporalibus, vel spiritualibus premerentur, aut alijs tentationibus vexarentur, quo facilius ab illis euaderent, & tranquillitatem adepti, Deo quietius, & feruentius inseruirent, & vacarent, diuinam opem implorare, & Sanctorum suffragia per supplicationes, seu per Litanias deposcere, ac oculos cum Dauide in Montes leuare, certa spe confidentes, inde illis auxilia affutura. Quorum exemplo adductus, & Spiritu sancto, vt piè creditur, afflatus Beatus Dominicus ordinis Fratrum Prędicatorum auctor, (cuius institutũ, & regulam cum in minoribus essemus, expressè professi sumus) simili, qua nunc temporis occasione, quo Albigensiũ hæresis partes Galliarũ, & Italiæ misere vexabantur, & tã multos excæcauerat sæculares, vt in Domini sacerdotes

Rosarium instituit S. Dñicus eius Ordinis frater, hic Pōt. fuit.

dotes

dotes, & clericos sæuissime furerent: leuās in Cælū oculos, & Montē illum Gloriosæ Virginis Mariæ Almæ Dei Genitricis, quæ germine suo tortuosi serpētis caput obtriuit, & cūctas hæreses sola interemit, ac benedicto fructu eius ventris Mundum primi parentis lapsu damnatum saluauit, & de quo sine humanis manibus abscissus est lapis ille, qui ligno percussus gratiarum aquas affluenter produxit, respiciens modum facilem, & omnibus peruium, ac admodum pium orandi, & precandi Deum Rosarium, seu Psalterium eiusdem Beatæ Mariæ Virginis nuncupatum, quo eadem Beatissima Virgo salutatione angelica centies, & quinquagesies, ad numerum Dauidici Psalterij repetita, & oratione Dominica ad quamlibet decimam cum certis meditationibus totam eiusdem Domini Nostri Iesu Christi vitam demonstrantibus, interposita, veneratur, excogitauit, excogitatum per S. R. E. patres propagauit, orandique modo prædicto per asseclas Beati Dominici fratres, videlicet ordinis prædicti diuulgato, & à nonnullis accepto, cœperunt Christifideles ijs meditationibus accensi, ijs precibus inflammati in alios viros repente mutari, hæresum tenebræ remitti, & lux Catholicæ fidei aperiri, & ad hanc orandi formam pro locorum diuersitate Sodalitates per fratres eiusdem ordinis ad hoc à suis Superioribus legitime deputatos institui, & Confratres in eis describi. Nos quoque illorum prædecessorum vestigia sequentes, militantem hanc Ecclesiam diuinitus nobis commissam his temporibus tot hæresibus agitatam tot bellis, prauisque hominum moribus atrociter vexatam, & afflictam cernentes, lacrymabundos, sed spei plenos oculos in montem illum, vnde omne auxilium prouenit, leuamus, & singulos Christifideles ad simile faciendum benigne in Domino hortamur, & monemus. Vtque facilius modus ille ab omnibus cum ea, qua decet, deuotione, & mentis Religionisque Christianæ sinceritate amplectatur, auctoritatis nostræ partes, quarum nobis ex alto conceditur, fauorabiliter impartientes, modum orandi & precandi prædictum, omniaque, & singula indulta, indulgentias, peccatorum remissiones, relaxationes, immunitates, priuilegia, & alias gratias per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, & dictæ Sedis, etiam de latere Legatos, ac alios Apostolica ad id auctoritate suffultos, iuxta præcandi modum prædictum orantibus, & Confraternitatibus, seu Sodalitatibus, sub dicto Rosario institutis, & illarum Ecclesijs, seu Altaribus, aut Cappellanijs, vel Confratribus, ac Sodalibus, tam Motuproprio, & ex certa scientia, siue in genere, vel in specie, quam alias quomodolibet, etiam pluries concessa, confirmata, & innouata, quorum omnium, & singulorum tenores, & compendia, præsentibus haberi volumus pro expressis, & insertis, eadem auctoritate harum serie perpetuo confirmamus, & approbamus, ac illis perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus. Necnon potiori pro cautela, præmissa omnia eisdem modo, & forma, quibus concessa reperiuntur, etiam perpetuo innouamus, Ac omnibus, & singulis Christifidelibus vtriusque sexus Confratribus per dilectos filios modernos, & pro tempore existentes, fratres ordinis prædicti in suis, & tam per eos, quam per alios Sacerdotes, etiā in alijs Ecclesijs à dilecto filio, etiam moderno, & pro tēpore existēte ipsius ordinis Generali Magistro, vel eius Vicario dumtaxat deputatos in huiusmodi Sodalitatem, seu Cōfraternitatem Rosarij receptis, & descriptis, Ecclesias, Altaria, & Cappellas huiusmodi visitātibus, necnon Deo preces iuxta Rosarij modum prædictum effundentibus, quod omnibus, & singulis indultis, indulgētijs, peccatorum remissionibus, relaxationibus, priuilegijs, & alijs gratijs præfatis frui, vti, potiri, & gaudere, Necnon eisdem Confraternitatibus, seu Sodalitatibus, quod illarum ad id deputati Confratres omnia, & singula oblationes, & legata, seu donationes, aut alias quomodo, siue in testamento, siue codicillis, aut alia vltima, vel inter viuos voluntate illis relicta, & erogata, quæcunque quotcunque, & qualiacunque, etiam si speciali nota digna sint, percipere, exigere, leuare, & in Confraternitatum huiusmodi pios vsus conuertere, etiam ordinarij loci, aut cuiusuis alterius licentia desuper minime petita, liberè, & licitè possint. Et insuper quò quisque ad se numero Confratrum præfatorum aggregandum promptior, & alacrior fiat, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus, & singulis Confratribus prædictis per deputatos prædictos descriptis, verè pœnitentias, & confessis, qui prima vice, qua descripti fuerint, sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in aliqua Ecclesia, aut Cappella dictæ Confraternitatis perceperint, & vnam saltem quinquagenam Rosarij recitauerint, & pro tranquillitate Sanctæ Matris Ecclesiæ orauerint, necnon qui in mortis articulo constituti salutaris pœnitentiæ, & viatici Sacramento muniti fuerint, plenariam omnium, & singulorum peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & elargimur. Qui vero in Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi, & Annunciationis, ac Assumptionis eiusdem Beatæ Mariæ præfatū Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, & partē Rosarij, vt præfertur, recitauerint, decē annos, & totidem quadragenas eisdē autem Cōfratribus, qui in reliquis Domini Nostri Iesu Christi, & Beatæ Mariæ Virginis præfatorum festis diebus, in quibus sacra ipsius Rosarij mysteria recensentur, vnam saltem Rosarij quinquagenā recitauerint, necnon alijs omnibus, & singulis vtriusque sexus Christifidelibus, etiam non Confratribus, qui in eiusdem Rosarij Processione, quæ mense quolibet fieri consueuit, deuote interfuerint, & pariter Confratribus præfatis qui ipsum Rosariū integrum qualibet hebdomada deuote recitauerint, septem annos, & totidem quadragenas de iniūctis sibi pœnitentijs, etiā misericorditer in Domino relaxamus. Decernētes Confratres, & alios præfatos à quoquā desuper molestari, Præsentesque literas de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, aliove vitio, aut intentionis nostræ defectu notari, argui, vel impugnari, & sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, alterationibus, limitationibus, suspensionibus, aut alijs contrarijs dispositionibus comprehendi non posse, sed quoties illæ emanauerint, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, de nouo, etiam sub posteriore data per ipsos deputatos Confratres eligenda concessas, ac perpetuo validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri debere; Et ita per quoscunque Iudices, & Commissarios, quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac ex nunc irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus quibusuis Apostolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus concilijs æditis generalibus, vel specialibus, constitutionibus, & ordinationibus, ac Cancellariæ Apostolicæ regulis editis, & edēdis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, quod præsentium transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadē prorsus fides tā in iudicio, quam extra adhibeatur, quæ præsentibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum

Romæ

Ex tali Rosarij institutione fructus hic descripti, orti fuerunt.

Ideo hic Pōt. ad excitandam maiorem Christifidelium deuotionem, Rosarij indulgentias, & indulta omnia cōfirmat. Deque his vide 10. cōstitutionibus indicatis, hic in Rubrica.

Et Cōfratres Rosarij oblationes & legata quæcūque recipere possint decernit, vertēdo etiam in pios vsus Cōfraternitatum.

Indulgētiasque hic descriptas concedit eisdem Confratribus.

Clausulæ præseruatiuæ.

Decretum irritans.

Clausula derog.

Romæ, apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die decimaſeptima Septembris, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, Pontificatus noſtri anno quarto.

Cæ. Glorierius.

XCI.

Reuocatio indultorum, præter iuris communis diſpoſitionem conceſſorum, recipiendi, vel retinendi Religioſos alterius ordinis, etiam laxioris.

De materia autem extra clauſtra vagantium, Apoſtatarum, & Translatorum poſui,] ſup. in Pauli 4. conſt. 29. Poſtquam. fol. 610.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

QVAECVNQVE ſacrarum Religionum ſtatum offendere noſcuntur, noſtrum nos incitat officium de medio remouere. Quamquam enim de cohibẽdis regularibus ad alium ordinem translatis Sãcta Synodus Tridentina ſalubri conſilio decreuit, vt nemo cuiuſcunque ordinis Prælatus, vel Superior vigore cuiuſuis facultatis, illorum quempiam ad habitum, & profeſsionem admittere poſsit. niſi, vt de ordine, ad quem transfertur, ſub ſui Superioris obedientia in clauſtro perpetuo maneat, multi tamen Superiores, & Prælati, obtentu priuilegiorum, quamplurimos Apoſtatas, & alios diuerſorum ordinum ad ſe ob iurgia, contentiones, leuitatem, & malefacta, vt maxime fugientes, eo etiam conſilio, receptare non deſinunt, vt illorum opera in euitandis infirmis, gerendiſque eorum locorum rebus, & negocijs vtantur, ex qua re plerique ſolutiores effecti, & quaſi impunitatem aſſecuti, non perſonas tantum eorum ordinum, vnde animaduerſionis metu forte exierant, ſed & ipſorum ordinum ritus, moreſque maledictis inſequuntur. Quocirca cum eiuſmodi priuilegia veniant abroganda, quandocunque inſigniter comperiuntur nocere, vel etiã ſcandala generare, Nos his, alijſque rationabilibus cauſis adducti, & vt quibuslibet huiuſmodi effugia præclaudamus, de nobis attributæ poteſtatis plenitudine reuocamus, & abolemus omnia, & quæcunque priuilegia, facultates, diſpenſationes, & indulta præter iuris communis diſpoſitionem emanata, recipiendi, vel retinendi Fratres, Monachos, Canonicos, & alios etiam laxiorum ordinum profeſſores, quibuſcunque ordinibus, Monaſterijs, Hoſpitalibus, Militijs, & pijs locis, etiam Sancti Antonij Viennen. Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, Sancti Ioannis Hieroſolymitani, Ieſu Chriſti, Sancti Iacobi de Spathà, Sancti Lazari Hieroſolymitani, eorumque Eccleſijs, membris, Superioribus, & perſonis, per quoſcunque Rom. Pont. prædeceſſores noſtros, ac nos, & Sedem Apoſtolicam tam in ipſorum Monaſteriorum, Hoſpitalium, & locorum inſtitutione, quam deinceps quomodocunque, ac quotieſcunque, etiam per modum ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus, & alias ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis reſtitutionibus, præſeruationibus, mentis atteſtationibus, derogatoriarum derogatorijs, alijſque fortioribus, efficacioribus, efficacisſimis, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, etiam Motuproprio, & ex certa ſcientia, deque ſimili poteſtatis plenitudine, etiam pauperum infirmorum miſerabilium, & cuiuſcunque alterius pij operis intuitu, ac etiam ex quibuſcunque alijs cauſis, quantumuis grauibus, charitatiuis, & neceſſarijs, etiam conſideratione, vel ad ſupplicationem Imperatorum, Regum, aliorumque Principum, necnon Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, deque illorum conſilio, & matura deliberatione prius habita, conceſſa, confirmata, ac etiam multiplicatis vicibus innouata, extenſa, vel etiam moderata. Caſſamus quoque, & annullamus, quoad illa, omnes Apoſtolicas, & alias literas ſuper ijs confectas, ac proceſſus, & alia indeſecuta quæcunque. Ac volumus ea omnia vires, & effectum de cætero non habere, ita, vt poſthac illorum ſic reuocatorum prætextu Prælati, & Superiores prædicti, aut alij quicunque nullum prorſus alterius, etiam laxioris ordinis, vel obſeruantiæ regularem, etiam ſpecialem transeundi ad ipſos licentiam (iuxta huiuſmodi priuilegia dumtaxat) ferentem ad habitum, & profeſsionem regularem in ſuis quiſque Monaſterijs, domibus, locis, vel ordinibus, etiam, vt in clauſtro perpetuo maneat, admittant, nec omnino quemquam recipiant, vel retineant. Eos vero, quos in aliquo ex caſibus ſupradictis (vigore huiuſmodi priuilegiorum tantum, ac præter iuris communis diſpoſitionem) iam habent translatos, ad eorum Superiores, & loca eius ordinis, vnde erant profecti, quam primum remittant. Decernentes admiſsiones, receptiones, & retentiones huiuſmodi nulla firmitate ſubſiſtere, neminemque prorſus vlli voto, vlliue regulæ, vel obſeruantiæ, etiam iuramento, aliaue ſolemnitate promiſſæ obligare, necnon irritum, & inane quicquid ſecus per prædictos, aut quoſcunque alios quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quicunque vero aliquem contra huius noſtræ reuocationis tenorem admiſerint, aut receperint, aut illos, aut quos iam habent (modo prædicto) translatos, aut receptos retinuerint, ipſos omnibus, & ſingulis dignitatibus, adminiſtrationibus, beneficijs, officijs, fructibus, & penſionibus Eccleſiaſticis præſentium auctoritate priuamus, & ad futura inhabiles eſſe volumus eo ipſo. Quocirca omnibus locorũ ordinarijs, in quorum diœceſibus loca prædicta conſiſtunt, per Apoſtolica ſcripta mandamus, vt per ſe, vel aliũ, ſeu alios de translatis prædictis auctoritate noſtra cognoſcentes, in eos, quos contra hoc præſcriptum noſtrum degere inuenerint, ac etiam recipientes, vel retinentes, reiecto quocunque exemptionis priuilegio animaduertant, ipſoſque præterea translatos, vel retentos, ad Priores ordines, & diſciplinam remittere procurent. Contradictores quoſcunque per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, cæteraque iuris, & facti remedia opportuna, quacunque appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſteriorum, Hoſpitalium, Militiarum, ordinum, & locorum prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, conſuetudinibus, ſtabilimentis, vſibus, & naturis, quodque Prælatis, & Superioribus prædictis, vel quibuſuis alijs communiter, vel diuiſim à prædicta ſit Sede indultum, quod literis reuocatorijs ſub quacunque formula editis nullatenus, vel niſi modis, & formis in huiuſmodi indultis contentis parere, & ob non paritionem

Cõcilii Tridentini decretũ, iſtud habes in ſeſſ. 14. c. 11.

Reuocatio facultatum præter iuris cõmunis diſpoſitionem conceſſarum, recipiẽdi, vel retinendi Religioſos alterius ordinis etiã laxioris.

Tu vide facultatem pœnitentiarij circa licentias traſeũdi ad alios ordines in Pii 4. conſt. 69.

Annullatio literarum Apoſtolicarum deſuper confectarum, ac proceſſuum, &c.

Contrauenĩẽtiũ pœna.

Deputatio, & facultates executorum.

Clauſulæ derog.

aliquas censuras, & pœnas incurrere, aut alias interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, necnon Monasterijs, Hospitalibus, Militijs, & ordinibus huiusmodi mentionem, & quibuslibet alijs priuilegijs, exemptionibus, indulgentijs, & literis Apostolicis generalibus, & specialibus, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine prædictis, concessis, cuiuscunque tenoris existant, perquæ præsentibus non expressa, vel omnino non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis, quæ omnia nolumus cuiquam contra prædicta in aliquo suffragari, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, vt ipsarum præsentium exempla edantur. eademque etiã impressa, Notarij publici manu, & Prælati Ecclesiastici, eiusue Curiæ sigillo obsignata, eandem illam vbique locorum fidem in iudicio, & extra illud faciant, quam ipsæ præsentes facerent, si essent exhibitæ. vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, abolitionis, cassationis, annullationis, priuationis, voluntatis, mandati, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo nono, Pridie Idus Octobris, Pontificatus nostri anno quarto.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Publicatio. Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo nono, indictione duodecima, die vero prima mensis Decẽbris, Pontificatus Sanctissimi D. in Christo patris & D.N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno quarto, retroscriptæ literæ Apostolicæ lectæ, affixæ, & publicatæ fuerunt, ad valuas Basilicarum Lateranen. Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, dimissis in omnibus supradictis locis earundem retroscriptarum literarum copijs affixis per nos Iulium Parinum, & Ioannem Bornotum prædicti S. D. N. Papæ Cursores.

Scipio de Octauianis Mag. Curs.

XCII.

Cosmus Medices Reipublicæ Florentinæ Dux, eiusque successores Magni Duces Prouinciæ Ethruriæ creantur.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANVS Pontifex in excelso militantis Ecclesię throno disponente Domino super gentes, & Regna constitutus, post perlustratas suæ indefessæ mentis acie Orbis Christiani Prouincias, circumspecta sua prouidentia præclaros, ac Principes viros, qui de Sancta Sede Apostolica, fideque Catholica benemereri videntur, singulari suæ benignitatis clementia, quantum sibi ex alto conceditur, augere, eosque insignibus, ornamentis, ac speciosis honorum titulis decorare, atque illustrare consueuit, necnon aliàs dispo nit, prout temporum, locorum, & personarum qualitate pensata, conspicit in Domino salubriter expedire. Sanè cum nos his nostris luctuosissimæ tempestatis diebus animo nostro diu multumque grauissimo cum dolore versaremus, quot, & quantæ pestiferarum hæresum sectæ, quotidie vndique erumperent, diraque, & exitiosa perditorum hominum à fide Catholica aberrantium semina passim serperent, & vsquequaque propagarentur, omnia Italiæ loca circumspicientes, Ethruria Prouincia nobilitatis decore, & antiquitatis nomine à maioribus celebrata, cuius maxima pars, quæ nobis, & ipsi Apostolicæ Sedi subiecta non est, ab omnibus ferè lateribus ditioni nostræ Ecclesiasticæ contermina, atque coniuncta existit, nobis præcipue occurrit, quam diuinæ primũ bonitatis gratia, solicitudineque, ac vigilantia nostra, deinde præstantissimi ac Religiosissimi eius Principis virtute, consilio, diligentia, præceteris intactam, & incorruptam, ab huiusmodique perniciosa labe, & contagione sartam tectam conseruatam esse conspicimus. Huc accedit, quod profecto magnopere nos mouet, Sedem Apostolicam, cum ob regionis vicinitatem, tum propter loci opportunitatem gratissima plerumque obsequia atque etiam commoda subministratis ab Ethruscis auxilijs à multis iam ante sęculis recepisse, idque complures Romanos Pontifices prædecessores nostros, & præsertim fe. re. Innocentium IV. Clementem etiam IV. Gregorium X. Benedictum XI. Martinum V. & Leonem X. luculenter testatos fuisse, adeo, vt tam eandem Prouinciam, quam eius Rectores, & Magistratus ob peculiarem eorum erga Romanam Ecclesiam deuotionem, & obseruantiam propenso, paternoque affectu, varijs gratijs, honoribus, ac priuilegijs iure cohonestandos, atque ornandos esse dixerint. Quibus rebus debita meditatione maturè consideratis, attendentes quoque in primis, quod dilectus filius nobilis vir Cosmus Medices Reipublicæ Floren. Dux maiorem, in dies suæ eximiæ virtutis splendorem, feruentioremque Catholicæ Religionis cultum, & in administranda iustitia præcellentis studium, ex eo tempore, quo imperare cœpit, nusquam prætermissum, laudabiliter præseferre non cessat. Quod omnibus in occasionibus, nobis, ac prædecessoribus nostris, & Apostolicæ Sedi prompto, ac libenti animo obsequi semper studuerit. Quod nos, & eandem Sedem ab ipso nostri Pontificatus initio continuato debitæ reuerentiæ, honore coluerit, mandatis nostris filiali obedientia paruerit, honestis nostris petitionibus obsequentissime morem gesserit. Quod à nobis requisitus, cœpta nostra pecunijs, peditatu, equitatuque alacriter iuuerit, præsertim pro ferendo auxilio Charissimo in Christo filio nostro Carolo Francorũ Regi Christianissimo, aduersus eius rebelles, & hæreticos, centum etiam aureorum millia, vltra alia, illi mutuãdo, hortatu nostro id fecerit. Quod maiora, si vsus venerit, ad Catholicæ fidei defensionem, & incrementum se præstaturum vltro pollicetur. Quod pro Inclyta eius in Deum pietate, Superioribus annis, Militiam Sancti Stephani

Ethruriæ Prouinciæ commendatio.

Laudes Cosmi Medices.

phani

phani ad sanctæ fidei exaltationem, ac propagationem instituerit, bonis ditauerit, & ampliauerit, Quod vniuersæ prope prouinciæ Ethruscæ imperscrutabili Dei iudicio ad summæ dignitatis potestatem ciuium Florentinorum assensu vocatus felicissime præsit ac dominetur, Quod delatum sibi admirabiliter Principatum admirabilius regat, & moderetur; illumque incomparabili prudentia ac sapientia in pacis ac iustitiæ amœnitate ab ineunte eius ætate diligentissime contineat, & conseruet, Quod terra marique præpotens existat, Quod Piratis, facinorosis, sicarijs, quietis, & ocij turbatoribus, necnon nostris, & huius sanctæ Sedis rebellibus, & aduersarijs hostis acerrimus, scelerumque & delictorum seuerus vindex sit, Quod numerosa ac frequenti populorum ei subditorum Deo benedicente multitudine, copiosis grandibusque redditibus, & amplissimis prouentibus gaudeat, & fruatur, Quod validus peditum, & equitum numerus in omnes vsus ei præsto semper esse possit, Quod quamplures florentissimas Vrbes, tam Cathedralium, quam earum nonnullas Metropolitica rum Ecclesiarum dignitate insignes, ac studiorum generalium vniuersitatibus ornatas, munitissimos portus, validissimas arces, loca tutissima, triremium classem paratam, & instructam tam ad Tyrrheni sui maris, quam etiam ad nostræ oræ maritimæ tutelam habeat, Quod rerum omnium copia, ditionis amplitudine, locorum vbertate, continua vitæ felicitate, demumque gentis celebria admodum, & opulentæ viribus firmissime subnixus vigeat, Quod cuncta hæc ipsa bona per immensam Dei omnipotentis benignitatem sibi elargita ad diuinum honorem & gloriã pararissima semper fore profiteatur, Quod absoluta potestate ratione liberi, & directi dominij Florentini nemini sit subiectus, ita vt iuxta distinctionem piæ memoriæ Pelagij similiter Rom. Pont. prædecessoris nostri vti Rex & Magnus Dux ac Princeps merito existat, & inter cæteros Magnos Duces, ac Principes re ipsa esse, censeri, & connumerari possit, & debeat. Nos igitur tot ac tantis rationabilibus, dignisque de causis, clarissimis quoque ipsius Cosmi Ducis erga nos, & Sedem eandem meritorum, & officiorum monumentis inducti, firmaque spe freti, quod is, & eius successores collati nostri in eos beneficij memores debitam nobis, futurisque Romanis Pontificibus grato animo fidei ac deuotionis sinceritatem, perpetuo exhibere, conseruareque studebunt, Attendentes etiam, quod sane plurimi facimus, dictum Cosmum Ducem, ac dilectum filium nobilem virum Franciscum eius filium primogenitum arctis admodum affinitatis, sanguinis, & necessitudinis vinculis cum charissimo in Christo filio nostro Maximiliano in Imperatorem electo, & maximis christiani nominis Regibus coniunctos esse, eosque a nobilissima stirpe Medicea multis honoribus & titulis decorata, & ex qua tot illustres proceres, ac tres Romani Pontifices prodierunt, ortum habere, Propterea eundem Cosmum Ducem specialibus fauoribus, & gratijs paterne benigneque prosequi volentes, ipsumq; a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis a iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, Motu proprio, non ad ipsius Cosmi ducis, seu alterius pro eo nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, maturaque deliberatione, & mera liberalitate nostris, ac de supremæ nostræ apostolicæ potestatis plenitudine tam dictorũ prædecessorum, quàm etiam Alexandri III. & Innocentij pariter III. ac Pauli IV. similiter prædecessorum nostrorum, Qui Portugalliæ, & Bulgarorum, ac Blanchorum, necnon Hiberniæ Reges, & vt tunc Dux Bohemiæ Rex in suis literis nominari posset, respectiue crearunt, constituerunt, & concesserunt, aliorumque Romanorum Pontificum erga diuersos Principes exempla sequentes, vestigijsque inhærentes, vt potissimum cæteri Principes hoc exemplo inuitati ad bene de sancta hac Sede promerendum incitentur, eundem Cosmum Ducem, eiusque successores pro tempore existentes Duces perpetuis futuris temporibus in Magnos Duces, & Principes prouinciæ Ethruriæ sibi pro maxima illius parte subiectæ, & in ipsa prouincia respectiue auctoritate Apostolica tenore præsentium creamus, constituimus, pronunciamus, & declaramus, Magnorumque Ducum Ethruriæ prouinciæ vt præfertur eius subiectæ nomine, titulo, & denominatione extollimus, & amplificamus, Necnon eos dictæ Ethruriæ prouinciæ eis subiectæ Magnos Duces, & Principes ab omnibus nominari, appellari, inscribi, dici, haberi, censeri, & tractari debere volumus, præcipimus, ac mandamus, atque Cosmum Magnum Ducem, eiusque successores præfatos omnibus & singulis exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, fauoribus, præeminentijs, prærogatiuis, indultis, priuilegijs, alijsque quibuslibet gratijs, & honoribus quibus alij vere liberi, & directi Domini, ac Magni Duces, & principes etiam Ducali, aut alia quauis etiã maiori dignitate præfulgentes, ac quacunque libera, & absoluta potestate fungentes, in genere vel specie, in quibuscunque locis, pompis, sessionibus, celebritatibus, cæremonijs, & actibus publicis vel priuatis, tam de iure, quàm de consuetudine etiam in Aula nostra vaticana, & vbique terrarum, etiam si aliqui alij Magni & similes Duces & Principes præsentes fuerint, quoquo modo vtuntur, fruuntur, potiuntur & gaudent, seu vti, frui, potiri, & gaudere in futurum quomodolibet poterunt, & soliti sunt, non quidem ad illorum instar, sed pariformiter, & absque vlla prorsus differentia vti, frui, potiri, & gaudere posse, ac debere: Et insuper in euidens clarumque propensæ nostræ voluntatis erga dictum Cosmum Magnum Ducem testimonium, certamque dilectionis significationem eum amplioris quoque gratiæ, & fauoris prærogatiua, maxime dignum censentes, vt iuxta sententiam Clementis Quarti prædecessoris nostri prædicti, ex maiori decore ornatuũ, maioritas appareat dignitatis, ipsum Cosmum Magnum Ducem, & eius Successores huiusmodi Regali Corona, vt inferius depingi mandauimus, qua super eorum gentilibus insignibus ad illustrius, nobiliusque ipsorum decus, & ornamentum vti, eamque portare, ferre, & gestare, depingique & insculpi facere libere & licite possint, & valeant, motu, scientia, ac potestatis plenitudine similibus decoramus, exornamus, & insignimus, decoratosque, exornatos, & insignitos fore, & esse, Præsentesque literas de surreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, seu quocunque alio defectu ex quauis etiam quantumlibet iustissima, & vrgentissima, rationabilique causa nullo vnquam tempore a quoquam notari, vel impugnari posse, sed illas validas & efficaces perpetuo fore, & esse, suosque plenarios, totales, & omnimodos effectus sortiri posse ac debere in omnibus, & per omnia ac si consistorialiter, & de fratrum nostrorum consilio factæ, & in ipso Consistorio nostro secreto lectæ fuissent, sicque per quoscunque Iudices etiam Imperiali, Regia, Ducali, vel quauis alia excellentia, ac dignitate præditos, & alios Commissarios qualibet auctoritate fungentes, etiam causarum Sacri Palatij nostri Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, sententiandi, diffiniendi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, diffiniri, & interpretari debere, ac quicquid secus super

De erectione huius militiæ S. Stephani, vide supra Pij 4. constit. 64. Hi: quæ pro fol. 714.

Creatio Cosmi Medices, & eius successorum in Magnos Duces Ethruriæ.

Quam intellige, vt hic in fine.

Coronæ Regalis donatio.

Clausula præseruatiua.

Decretum irritans.

per his a quoqoam quauis auctositate scienter vel ignoranter contigerit attētari, irritum & inane decernimus, & declaramus. Non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac prouinciarum, ciuitatum, & locorum quorumlibet statutis, & consuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis illis, & quibusuis alijs personis etiam Ducibus, quibus forsao per Sedem Apostolicam concessum sit, quod priuilegijs, præeminentijs, fauoribus, indultis, & gratijs ad iostar Magnorum Ducum, perinde ac si ipsi Magni Duces realiter, & cum effectu essent, vti, & gaudere possint in geoere vel in specie, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, & quantumcunque efficacissimis clausulis, & decretis quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis (Quibus omnibus etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum mentio seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc seruanda esset, eorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat ad effectum præsentium specialiter, & expresse derogamus, totaliterque, & latissime derogatum esse volumus, & decernimus) cæterisque contrarijs quibuscunque. Salua nihilominus in oostris dictæ Prouinciæ, Ciuitatibus, & locis oostra, & Romanæ Ecclesiæ auctoritate, iurisdictione, & potestate necnon Imperatoris, & Regum superioritate, iurisdictione, ac quibusuis iuribus respectiue in locis mediate, vel immediate eis subiectis, ac citra aliquod præiudicium Ciuitatum, Terrarum, & locorum in eadem Hetruriæ Prouincia consistentium, quæ non sunt ditiones dicti Cosmi Ducis, nec ei quomodolibet subiecta sunt, neque aliquo modo obediunt. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum absolutionis, creationis, constitutionis, pronunciationis, declarationum, amplificationis, voluntatum, præcepti, mandati, decorationis, exornationis, iosignitionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Clausulæ derogatoriæ.

Declaratio quod talis creatio non præiudicat iurisdictioni S. R. E. nec Imperatoris, Regum, &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo nono, sexto Cal. Septembris, Pontificatus oostri Anno Quarto.

Cæ. Glorierius.

XCIII.

Constitutio Bonifacij Octaui edita contra offendentes S. R. E. Cardinales, extenditur ad scientes, & non reuelantes.

De materia Cardinalium habes supra Eug. 4. const. 5. fol. 64. & Leonis 10. const. 11. fol. 191. & const. 18. fol. 218. & Iul. 3. const. 9. fol. 504. & const. 37. fol. 538. & Pauli Quarti const. 8. fol. 578. & coost. 48. fol. 637. & Pij Quarti const. 3. fol. 646. & const. 81. fol. 767. & supra proxime in const. 33. fol. 973. & const. 34. fol. 974.

PIUS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

INFELICIS sæculi pericula miserati, dolorem comprimere non valemus, quòd nefarij homines, iustorum sanguinem sitientes, ad illorum quoque perniciem infestiore animo incumbant, quos Spiritus sanctus membra constituit præcipua Ecclesiæ Dei, quam suo sibi sanguine acquisiuit. Magna igitur ratione post alios felicis recordationis Bonifacius Papa Octauus de fratrum suorum consilio perpetua constitutione sanciuit, vt si quis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem fuerit hostiliter insecutus, aut percusserit, aut ceperit, aut mandauerit id fieri, sociusque fuerit facientis, factumue ratum habuerit, seu dederit consilium, vel fauorem, aut receptauerit, aut defenderit scienter eundem, tanquam læsæ maiestatis reus, perpetuo sit infamis: & præterea diffidatus, bannitus, & intestabilis. Omnia eius ædificia ruinæ perpetuæ subiaceant, nullus ei debita reddere, oullus ei in iudicio respondere teneatur, bonis omnibus fisco, vel reipublicæ applicatis Idem etiam feudis, beneficijs, & officijs spiritualibus, & temporalibus sit ipso iure priuatus, sed & ipse insectans excommunicationis sententiam incurrat, quam solus Ro. Pont. excepto mortis articulo, valeat relaxare, Sed ne hæc quidem constitutio, propter abdita consceleratorum consilia, omnino satis esse ooscitur ad huiusmodi sacrilegia amplius prohibenda. Qui enim alicui vim inferre sibi proponunt, id secreto, in occulto vt maxime machinantur veluti impium illud facinus indicat in personam dilecti filij nostri Caroli tituli saoctæ Praxedis presbyteri Cardinalis Borrhomæi, Ecclesiam Mediolanensem sanctissimis institutis studiose informantis proxime attentatum, Quæ res nos grauius commouet, vehementiusque excitat omnia exquirere vt nobilissimæ corporis nostri partes vndique protegaotur. Quibus enim præsidio erimus, quibus suppetias afferemus, quos denique tutabimur, si templi Dei bases, si clarissima Ecclesiæ lumina, si speciales filios, qui pro animabus populorum, pro fide, pro iustitia, pro vnitate peruigilant, inultos deseramus? Itaque sanctioni prædictæ de simili fratrum nostrorum consilin adijcientes, Statuimus, vt quisquis, etiam a nudo consilio, aut simplici fauore, aut omnino a cæteris prædictis alienus, quempiam authorum, administrorum, vel consciorum coniurationis, siue conspirationis, aut commissi, committendiue criminis in personam Cardinalis, illorumue fautorum, seceptorum, vel occultarorum, siue ex renunciatione sibi protinus vel per interpositam personam aut literas facta, cognouerit, siue ex scripturis, cœtu, conatu, concursu, insidijs, alijsue signis, & indicijs qualemcunque scientiam habuerit, vel etiam coniecerit, quiue horum quicquam intelleaerit, quantumcuoque res alias occulta sit quamprimum id Ro. Pont. si in Curia fuerit, sin autem ordinario loci, vel si Cardinalis ipse ordinarius extiterit, propinquiori Episcopo, & si crimen nondum commissum fuerit, etiam ipsi Cardinali propere reuelare. Quicunque vero etiam non subditus, & omnioo extraneus defecerit, cuiuscunque dignitatis fuerit, prædicto sit excommunicationis laqueo innodatus, pariterque maiestatis reus infamiam, & omnes pœnas prædictas eo ipso incurrat. Eadem oihilominus constitutione quoad reliquas eius partes, ac cæteris omnibus sanctionibus canonicis, & ciuilibus, ad talium coercionem editis, in suo robore duraturis. Porro si quis

Bonif. 8. (cuius const. hic nō habes) offendentibus Cardinales, illorumq; fautorib. pœnas hic descriptas imponit.

Hic autem Pontif. easdem pœnas imponit scientibus & non reuelantibus.

ad sa-

ad sanitatem reuertens, rem adhuc incognitam retexerit, omni noxa penitus liberetur. Cæterum loci Ordinarius secreto cur casum ad se delatum, prædicto Pontifici primo quoque tempore nuntiare, & interim rem omnem ab stirpe exquirere, & si necessitas tunc postulet, seculare quoque brachium adhibere. Sed ne quis quam horum ignorationem valeat excusare, iubemus præsentes valuis ecclesiæ sancti Ioannis Lateranensis, & basilicæ Principis apostolorum de vrbe, vbi publicabuntur appendi, eisque detractis earum exempla eo in loco relinqui, & ea pariter ab omnibus locorum ordinarijs in suis ecclesijs, locisque insignibus promulgari. Quia vero difficile oimis esset ipsas præsentes, quò cunque illas opus erit perferre, Volumus earum exempla etiam impressa, Notarij publici manu, & Prælati ecclesiastici, eiusue curiæ sigillo obsignata, eandem illam prorsus fidem in iudicio, & extra illud vbique gentium facere, quam ipsæmet præsentes facerent, si essent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ adiectionis, statuti, iussionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Forma publis. Quam habes hic in fine.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo nono, Quartodecimo Kal. Ianuarij, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Locus signi.

Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.

Io. Card. Moronus Episcopus Portuen.
Christophorus Card. Madrucius Episc. Præn.
Otho Truchses de Valdb. Episc. Card. Alb.
Ego A. Card. Farn. Episc. Tuscul. Vicecancell.
Ego Io. B. Cicada Episc. Sabin. Card. S. Clem.
Ego Iu. Card. Vrbinus.
Ego Io. Card. Politianus.
Ego Scipio Card. Pisarum.
Ego Ia. Card. Sabellus.
Ego Io. Ant. Card. S. Georgij.
Ego Phi. Card. Bardesius.
Ego Hugo Boncompag Card. S. Sixti.
Ego Alexander Card. Sfortia.
Ego Flauius Card. Vrsinus.
Ego A. Card. Cribellus.
Ego Guido Card. Vercellen.
Ego B. Card. Lomellinus.
Ego Guilelmus Card. Sirletus.

Ego A. Card. Granuelanus.
Ego F. Card. Paceieco de Tolledo.
Ego M. Ant. Card. Amulius.
Ego Hier. Card. de Corrigio.
Franciscus Card. de Gambara.
Ego Hip. Card. Ferrarien.
Ego Inn. Aualus Card. Arag.
Ego P. Card. de S. Cruce.
Ego Z. Card. Delphinus.
Ego Io. Fran. Card. Commendonus.
Ego Marcus Ant. Card. Bobba.
Ego F. M. Bonellus Card. Alex. Camer.
Ego F. Card. Alciatus.
Ego Hier. Card. Simoncellus.
Ego Ferd. Card. de Medicis.
Ego Io. P. Card. ab Ecclesia.
A. Card. Carafa.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyo.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo septuagesimo, indictione tertiadecima, die quinta Ianuarij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quinti, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Ecclesiæ S. Io. Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris est per nos Ioannem Freile, & Iulium Parinum, & Io. Bornotum Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores dimissis in omnibus supradictis locis earumdem literarum copijs impressis affixis.

Publicatio.

Io. Gerardi Magister Cursorum.

XCIIII.

Confirmatio constitutionis Greg. XI. ac sententiæ latæ in Rota, ad fauorem Basilicæ Sancti Ioannis Lateranen. de Vrbe, circa eius præeminentiam, & superioritatem, & præcedentiam, supra omnes Vrbis & Orbis Ecclesias, ac Basilicam S. Petri de Vrbe.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. INFIRMA qui conditio, sæpe officit, vt res vel maxime perspicuæ, & immemorabiles, perplexi erroris caligine, sensim obductæ, in grauia discrimen prolabantur. Quo genere incommodi affecta sacrosancta Ecclesia nostra Lateranen. post tot insignes ruinas, quæ ei tenebrosis illis sæculis acciderat, quibus plerique omnes Rom. Pont. aut Religionis studio, aut componendæ pacis gratia, aut bellorum periculo, longe ab Vrbe, sæpe enim in Galliis agebant, de summa quoque iuris sui, & honoris prærogatiua perperā laborauit. Etenim longo post interuallo, quam fel. rec. Leo Papa IIII. parta de Saracenis spectabili victoria, Vrbem sui nominis, præsidiumque ad Vaticanum statuerat, cum reduces deinceps Pont. in alijs, atque alijs Vrbis Ecclesijs vti cuique tutum aut commodum erat consideret prædicta Ecclesia, ex tam multis direptionibus, quasi solitudine facta Sacerdotes Basilicæ Principis Apostolorum cum parilis vetustatis gloria, tum nomine & dignitate illustrea & insignes ab ea rerum commutatione, prædictum sibi ius niai sunt vindicare. Quam rem non ferens Gregorius Papa XI. qui etiam tunc Auinioni sedebat, vt omnem dubitationem eximeret, declarauit, & definiuit

Sacerdotes Basil. ca S. Petri contendebant de præcedētia cum Sacerdotib. S. Ioannis Lateranen.

Ideo Grego. xi. declarauit Basilicam S. Ioannis esse maiorem cæteris Vrbis, & Orbis Ecclesijs, vt sup. in eius const. 1. f. 44. Sed tamen Sacerdotes S. Petri ad modum se opponebant.

Ideo Pius 4. causam huiusmodi in Rota commisit & ad fauorem Basilicæ S. Ioan. pronunciatum fuit.

Et hic Pont. confirmat sententiã dictam & Greg. xi. const. prædictã.

definiuit, prædictam Ecclesiam Lateranen. præcipuam Sedem suam dictæ Basilicæ, ac cæterarum omnium Vrbis & Orbis Ecclesiarum maximum, supra illas omnes locum tenere, sed dicti Sacerdotes translato inde prorsus Pontificum domicilio, elatiores quandocunque res tulit audentius institerunt, donec Pius Papa Quartus antecessor noster merito commotus quod in cleri conuentu & supplicationibus res turbæ intercederent, molestæque dissensiones fierent, huic tamen controuersiæ finem constituere volens, causam vniuersam dilecto filio Magistro Francisco Sermento causarum Palatij Apostolici Auditori commisit audiendam, et omni appellatione præcisa penitus terminan. qui vocatis vtrinque Capitulis, in ipsa causa rite procedens, definitiua sententia ex communi aliorum dicti Palatij Auditorum consilio nuper prolata declarauit ius præcedendi, & prærogatiuam honoris, locique nobilioris ac supremi etiam supra canonicos beneficiatos clerum, & personas prædictæ Basilicæ in processionibus solemnibus, & decretis, cæterisque omnibus actibus publicis, & priuatis ad Canonicos beneficiatos, & clerum dictæ Ecclesiæ Lateranen. omnino pertinere. Quin etiam perpetuo silentio his rebus imposito, res iudicata ita executioni mandata est, vt habitis postea Cleri conuentibus ac supplicationibus, sacerdotes omnes prædictæ Ecclesiæ Lateranen. supremũ ibi locum etiã supra omné clerum dictæ Basilicæ re ipsa obtinuerint. Quo circa nos tuendi iuris studio, hanc sententiam atque declarationem, & definitionem, & literas prædicti Gregorij Papæ, & quæcunque in literis ipsis continentur, Motu proprio certaque quàm habemus prædictorũ omnium scientia, auctoritate Apostolica approbamus, & confirmamus, deque Apostolicæ potestatis plenitudine supplemus omnes, & quoscunque iuris & facti defectus, si qui in processu & actibus reperiantur inesse, & vel ipse Gregorius Papa optimo iure fecit itidem definimus, iubemusq; Capitulum & Sacerdotes personasque omnes dictæ Basilicæ vbique semper sententiæ, & definitioni parere. Statuentes vt nulla omnino ipsorũ prouocatio, & testificatio, vel reclamatio siue in iudicium producta, siue clam interiecta, præterita & futura noceat, nec prorsus vim habeat materiamue denuo tribuat litigandi. Præcipimus igitur atque interdicimus eisdemne posthac quicquam audeant suscitare quicunque siue vniuersi, siue singuli cõtrafacient, vel nitentur eos canonicatu præbenda dignitate beneficio, & officio priuamus priuatosque ad futura inhabiles declaramus, eo ipso. Decernentes sic in his, & alijs omnibus supradictis per eosdem Iudices, & quosuis alios omni & quacunque aliter iudicandi, & interpretandi facultate penitus adempta vbique iudicari debere, ac irritum & inane quicquid secus per quoscunque scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus contrarijs quibuscunque. Volumus autem, vt præsentes in Cancellariæ Apostolicæ libro appellato quinterno describãtur, ipsorumq; exẽpla notarij publici manu, & Prælati Ecclesiastici eiusue Curiæ sigillo obsignata eandem illam omnino fidem in iudicio, & extra illud, vbique locorum faciant, quod ipsemet præsentes facerent si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis confirmat. supplet. definit. iussionis, statuti, præcepti interdicti decreti priuat. declarat. & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorũ eius se nouerit incursurum.

Appellatiq; posse prohibet.

Et contrauenientibus pœnam imponit.

Decretum irritans.

Datum Romæ apud sanctum Petrum xij. Cal. Ianuarij, Anno Domini M D L X I X. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

X C V.

Facultas Collegij, & Deputatorum Fabricæ S. Petri de Vrbe exequendi legata pia in Vrbe executioni demandanda, & quintam partem inde retinendi, si Vicarius Papæ non præuenerit, infra quindecim menses a die obitus testatorum.

De huiusmodi facultatibus habes etiam supra in Clem. 7. constit. 8. Admonet, fol. 292. & in Pij Quarti const. 58. Et si per fol. 728. Et infra in const. seq.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

DECET nos qui omnium ecclesiarum specialem in Domino curam gerimus, Basilicæ nostræ sancti Petri ita intendere, vt ei omnia quæ possumus auxilia præbeamus. Sane sicut accepimus, licet alias diuersi Romani Pontifices prædecessores nostri cupientes perfectioni Fabricæ Basilicæ huiusmodi, quæ omnium ecclesiarũ totius orbis mater est, & magistra, et admodum erescit structura, de necessarijs expensarũ pecunijs opportune prouidere, pro tempore existentibus eiusdem Fabricæ Collegio Deputatis, eorumque ministris diuersas facultates, priuilegia, & indulta per eorum literas concesserint, quibus inter cætera quod omnia & singula legata pia eatenus & pro tempore executioni non demandata exequi facere, & pro huiusmodi executione ipsorum legatorum quintam partem pro ipsa fabrica sub certis modo & forma retinere possint expresse cauetur. Ipsique Collegium tam in multis ciuitatibus iurisdictioni nostræ subiectis, quàm dominijs Regni Neapolitani & dilecti filij nobilis viri Cosmi Medices Florentinæ & Senarum Ducis passim huiusmodi pia legata exequi faciant, ex quorum quinta parte maximis expensarum oneribus Fabricæ præfatæ in magna parte succurratur, dilectus filius noster in alma Vrbe & eius districtu Vicarius in spiritualibus generalis vigore specialis super hoc a Sede Apostolica licentiæ & facultatis concessæ in huiusmodi legatis in dicta Vrbe executioni demandandis a certis annis se intromiserit in graue ipsius Fabricæ præiudicium. Nos qui intimis cordis desiderijs exoptamus, vt dicta Fabrica quanto citius fieri poterit ad debitum finem perducatur, ipsaque Fabrica attenta mala temporum qualitate ob pecuniarum defectum magna parte substiterit, verendumque sit, ne si in totum deseratur, etiam quod iam factum est corruat in diuinæ maiestatis offensam & Reipublicæ Christianæ dedecus, ac propterea omnibus quibus possumus fauoribus succurrere cupientes, eosdemque Collegium & Deputatos eorumque Ministros a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis a iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes & absolutos fore

Fabricæ Collegium habet facultatem exequendi Legata pia, & exeis quintam partem pro Fabrica retinendi.

Ad quod vide et consti. seq. quia ipsi habet mediatatem, vt ibi.

Vicarius autẽ Papæ vigore similis facultatis concessæ a Sede Apostolica in executione se intromittit piorum Legatorum in Vrbe executioni demandandorũ.

tos fore censentes, Necnon facultatis eidem Vicario concessæ tenores præsentibus pro expressis habentes: Motu proprio non ad ipsorum Deputatorum & Collegij vel Ministrorum huiusmodi vel alicuius eorum nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera liberalitate & certa scientia nostris eisdem Deputatis & Collegio Fabricæ huiusmodi facultatem eidem Vicario concessam ad hoc vt elapsis quindecim mensibus a die obitus testatorum & quomodolibet per vltimam voluntatem disponentium computandis Collegium & Deputati Fabricæ huiusmodi legata, in quibus ipse Vicarius non præuenerit, iuxta formam facultatũ præfato Vicario & aliarum ipsi Fabricæ concessarum exequi facere possit, per præsentes concedimus, & impartimur, illamque ad eosdem Deputatos extendimus, & ampliamus, illosque desuper a quoquam impediri minime debere: Necnon præsentes literas nullo vnquam tempore de subreptionis vel obreptionis vitio aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari aut inualidari; etiam ex eo capite quod interesse habentes vocati non fuerint, aut ad iuris terminos reduci, minusque in ius vel controuersiam vocari posse, sed semper validas & efficaces existere, suosque plenarios effectus sortiri, minusque sub quibusuis similium vel dissimiliũ gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, & derogationibus comprehendi vllatenus posse, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restituas esse & censeri. Sicque per quoscunque Iudices & Commissarios quauis auctoritate fungentes etiam causarum palatij Apostolici Auditores, sublata eis & eorũ cuilibet quauis aliter iudicandi facultate, iudicari debere, ac quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Non obstantibus præmissis ac quibusuis apostolicis necnon in prouincialibus & synodalibus Concilijs editis specialibus vel generalibus constitutionibus & ordinationibus, ac quibusuis etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegis quoque, indultis & literis apostolicis quibusuis personis in genere vel in specie quomodolibet concessis confirmatis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam si de illis illorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio seu qualibet alia expressio habenda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem quod præsentium transumptis etiam impressis manu Secretarij, & sigillo Collegij dictæ Fabricæ subscriptis & munitis eadẽ prorsus in iudicio & extra fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, impartitionis, extensionis, ampliationis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Ideo Pon. declarat Fabricæ Collegium posse exequi Legata ista, dummodo in illis Vicarius non præuenerit, infra 15. menses a die obitus testatorum.

Clausula præseruatiua.

Decretum irritans.

Clausula derogatoria.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo nono, vndecimo Cal. Ianuarij, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

P. Episcopus Narnien. Summista. — Cæ. Glorierius. — C. Rouyer.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

XCVI.

Applicatur Fabricæ S. Petri de Vrbe, medietas piorum Legatorum infra triennium a die mortis testatorum non executorum, si Deputati ipsius Fabricæ illa exequi fecerint.

Ad quod vide const. præceden. & subsequentem cum ibi notatis.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

EXIGIT incumbentis nobis Apostolicæ seruitutis officium, vt Fabricæ nostræ Basilicæ sancti Petri vtilitati prospicere satagentes, ac libenter ipsi concedamus, quæ eius vtilitati credimus expedite. Hinc est quod nos qui nuper accepimus quod tam in alma Vrbe nostra quàm alijs Ciuitatibus, Terris, Dominijs, locis, & regnis, reperiuntur multa legata a pijs testatoribus facta ad effectum celebrationis Missarum & recitationis diuinorum Officiorum, necnon erogationis eleemosynarũ diuersis ecclesijs, monasterijs, hospitalibus, & alijs pijs locis, ipsaque legata hæredum auaritia seu alias per triennium retroactum executioni debitæ demandata non fuerint, volentes que tam super præmissis ea quæ conueniunt adhibere remedia, quàm Fabricæ præfatæ vtilitatem aliqua ex parte procurare, ac dilectos filios Deputatos, & Collegium Fabricæ huiusmodi eorumque singulares personas a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis a iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes & absolutos fore censentes, Motu proprio, non ad ipsorum Deputatorum, & Collegij, vel alicuius eorum, aut pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine Deputatis, & Collegio huiusmodi si & postquam iuxta tenorem priuilegiorum, & facultatum sibi concessorũ legata huiusmodi executioni debitæ demandari fecerint, vnam illorum medietatem, reliquam vero loco cui legata fuerint applicamus, & appropriamus, Decernentes præsentes literas nullo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, aut inualidari, etiam ex eo capite quod interesse habentes vocati non fuerint, aut ad iuris terminos reduci minusque in ius vel controuersiam vocari posse, sed semper validas & efficaces existere, suosque plenarios effectus sortiri, minusque sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, & derogationibus comprehendi vllatenus posse, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restituas esse, & censeri. Sicque per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes etiam causarum palatij apostolici Auditores, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate iudicari debere, Irritum quoque, & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter

Ampliatur Fabricæ S. Petri, medietas piorum relictorum per triennium, a die mortis testatorũ non executorũ, si Deputati Fabricæ illa exequi fecerint.

Clausula præseruatiua.

ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſsis, & quibuſuis apoſtolicis, necnon in prouincialibus & ſynodalibus concilijs editis ſpecialibus vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac quibuſuis etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis & literis apoſtolicis quibuſuis perſonis in genere vel in ſpecie quomodolibet conceſsis, confirmatis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam ſi de illis eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua mentio habenda foret, tenores huiuſmodi præſentibus pro expreſsis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Volumus autem quod præſentium tranſumptis etiam impreſsis, manu Secretarij, & ſigillo collegij præfatæ Fabricæ ſubſcriptis, & munitis, eadem prorſus in iudicio, & extra fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, applicationis, appropriationis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Clauſulæ derogatoriæ.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ M. D. L X I X. xj. Cal. Ianuarij. Pontificatus noſtri Anno Quarto.

R. Epiſcopus Narnien. Summiſta.

Cæ. Glorierius.
C. Rouyn.

Regiſtrata apud Cæſarem Secretarium.

X C V I I.

Duæ ſententiæ diffinitiuæ in cauſis Fabricæ Sancti Petri faciunt rem iudicatam, in ea parte in qua ſunt conformes: & commiſsiones appellationum quæ concederentur, intelliguntur cum clauſula, ſine præiudicio executionis duarum conformium.

De materia autem Fabricæ, habes etiam ſupra in Clemen. 7. conſt. 8. Admonet, fol. 292. & in Pauli 3. conſt. 5 8. Sanctiſsimus, fol. 462. & conſt. 68. Extraordinarias, fol. 480. & conſt. 69. Cum diebus, fol. 481. & conſt. 72. Inter alias, fol. 484. & conſt. 73. Vt Fabrica, fol. 485. & in Pij IIII. conſt. 37. Cum nos nuper, fol. 702. & conſt. 58. Et ſi per diuerſos, fol. 728. & conſt. 78. De commiſſo, fol. 764. & conſt. 129. In Principis, fol. 841. Et ſupra proxime in conſt. 30. Et ſi Dominici, fol. 669. & conſt. 55. Ad Romani, fol. 1011. Et in duabus conſtitut. hic præceden. & infra conſt. 113. Exigit, & conſt. 121. Ex debito.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

PET ſi omnium litium finẽ ea qua poſſumus celeritate procuramus, eas tamen quæ Fabrica noſtra S. Petri pro executione legatorum ad pias cauſas relictorum, recuperatione bonorum Eccleſiaſticorũ, male alienatorũ, & aliorũ iurium ſuorũ agitat, ne in nimis longum cũ ipſius Fabricæ detrimento protrahãtur libẽter accelerare ſatagimus, & ad eas operarias manus fauorabiliter impartimur. Accepimus ſane nuper, quod tenores bonorum, & pecuniarum ad pias cauſas relictorum, ac bonorum eccleſiaſticorum male alienatorum & aliorum quorumcunque iurium ad Fabricam ipſam ſpectantium in conſignationibus huiuſmodi bonorũ, & ſolutionibus faciendis adeo ſunt moroſi, vt illã quãtum poſſunt ſubterfugere nitantur, Fabricã proinde expenſis & laboribus fruſtrando. Nos præmiſsis opportuna remedia adhibere volẽtes, ac dilectos filios Deputatos & collegium Fabricæ huiuſmodi, eorumque ſingulares perſonas a quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis a iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harũ ſerie abſoluẽtes, & abſolutos fore cenſentes, Motu proprio, non ad ipſorum Deputatorum, & Collegij, vel alicuius eorum, aut pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera liberalitate, & ex certa ſcientia noſtris, eiſdem Deputatis, & Collegio, illorumque Miniſtris, vt in huiuſmodi cauſis duabus pro ſe reportatis ſententijs conformibus, in ea parte in qua erunt huiuſmodi ſententiæ conformes, executionem paratam habeant, atque huiuſmodi ſententiæ exequutioni debitæ demandentur, parteſque proinde appellantes minime audiri, nec eorum appellationes admitti, minuſque illarum virtute, commiſsiones, preces, aut reſcripta, vllo modo impetrari, aut concedi, neque etiam quoquo modo impetratis, aut conceſsis vti, aut ſe illis iuuari vllatenus poſsint, vel præſumant, & ſi quæ etiam per nos, aut ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices, & manu noſtra propria, vel Cardinalem Signaturæ noſtræ Iuſtitiæ præfectum pro tempore exiſtentem, aut officium Contradictarum ſub quibuſuis verborum formis concepta & ſignata, etiam ſi Motu ſimili concedi contigerit, illa ſemper intelligantur eſſe cum clauſula (ſine præiudicio executionis duarum conformium) decreto irritanti etiam appoſito, nec iudicibus ad quos directæ erunt aliquam facultatem tribuant inhibitioneſque, & cenſuras earum vigore emanatas nullas, & nullius eſſe valoris, & momenti, volumus atque decernimus. Decernentes præſentes literas nullo vnquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel inualidari, etiam ex eo capite quod intereſſe habentes vocati non fuerint, aut ad iuris terminos reduci, minuſque in ius vel controuerſiam vocari poſſe, ſed ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, minuſque ſub quibuſuis ſimilium vel diſsimilium gratiarum reuocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, & derogationibus comprehendi vllatenus poſſe, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas eſſe, & conſeri. Sicque per

Cauſa huius conſtit.

In cauſis Fabricæ S. Petri duæ ſententiæ faciunt rem iudicatam, in ea parte in qua ſunt conformes, & nõ datur appellatio.

Commiſsiones appellationum concedendæ nullam tribuũt iuriſdictionem, & intelligantur ſine præiudicio executionis duarum conformium.

Clauſulæ præſeruatiuæ.

quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes etiam causarum palatij apostolici Auditores, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate iudicari debere. Irritum quoque, & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis apostolicis necnon in prouincialibus & synodalibus Concilijs editis specialibus vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusuis etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis & literis apostolicis quibusuis personis in genere, vel in specie quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, indiuidua, & expressa mentio, seu quæuis alia expressio habenda foret tenores huiusmodi præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod præsentium transumptis etiam impressis manu Secretarij, & sigillo Collegij dictæ Fabricæ subscriptis, & munitis, eadem prorsus in iudicio, & extra fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, voluntatum, decretorum, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Decretum irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo nono, Vndecimo Kal. Ianuarij, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Cæ. Glorierius.
C. Rouyer.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

XCVIII.

Facultas Collegij, & Deputatorum Fabricæ Sancti Petri, reuidendi, & rescindendi alienationes, & concessiones bonorum Ecclesiasticorum, factas absque licentia Sedis Apostolicæ, aut non seruatis solemnitatibus, siue in damnum Ecclesiarum.

Hæc facultas declaratur & ampliatur infra in const. 113. Exigit incumbentis, & const. 121. Ex debito pastoralis.

De materia Fabricæ, vide notata in const. præcedenti.

De materia autem rescissionum bonorum Ecclesiasticorum, vide supra in Pauli Quarti, const. 2 Iniunctum fol. 570. & supra proxime in const. 35. Admonet, fol. 975.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

ET si de singulis pastoralis officij cura nos admonet esse sollicitos, Fabricam tamen Sancti Petri, quam speciali quadam cura nobis cognoscimus esse commissam, specialis intentionis fauore prosequimur, eamque gratijs attollimus opportunis. Accepimus sane nuper quod diuersæ personæ tam Ecclesiasticæ, quàm seculares quamplura bona, possessiones, & terras ad Ecclesias etiam Metropolitan. Monasteria, beneficia, domos, & alia regularia, ac alia pia loca, necnon Hospitalia pertinentia, & spectantia, prætextu diuersarum alienationum eis contra tenorem literarum felicis recordationis Symmachi, & Pauli II. ac aliorum Rom. Pontificum prædecessorum nostrorum, aut sine Apostolicæ Sedis licentia, seu illarum forma non seruata, aut alias in euidens damnum, & præiudicium ecclesiarum, monasteriorum, beneficiorum, & piorũ locorum huiusmodi factorum occupauerunt, & detinuerunt, ac de præsenti occupent, & detineant. Nos præmissa conniuentibus oculis pertransire nequentes, vt pote, quæ in diuinæ maiestatis offensam, ac ecclesiarum, & ordinis clericalis detrimentum tendant, vtque Fabricæ præfatæ maximis necessitatibus succurramus, Dilectos filios Collegium, & deputatos Fabricæ præfatæ, eorumque pro tempore Auditores, & Ministros, ac eorum singulos a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis a iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes & absolutos fore censentes, Motu proprio, non ad ipsorum deputatorum, & Collegij, ac Auditorum, & ministrorum præfatorum, vel alicuius eorum, aut pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac de mera nostra liberalitate & apostolicæ potestatis plenitudine eisdem Collegio, & deputatis, eorumque pro tempore Auditoribus & ministris præfatis, vt omnes, & singulas alienationes in emphyteosim, seu censum perpetuum, aut tertiam, vel aliam generationem, seu hominis vitam, aut aliud tempus vltra triennium locationes, vel concessiones, seu permutationes, aut occupationes, de quibusuis terris, possessionibus, aut alijs bonis immobilibus: seu rebus & iuribus tam spiritualibus, quàm temporalibus Ecclesiarum, Monasteriorum, domorum, beneficiorum, hospitalium, & aliorum piorum locorum quorumlibet sine Sedis Apostolicæ licentia, aut illius forma non seruata in damnum ecclesiarum, seu solemnitatibus iure requisitis, aut constitutionibus ipsorum Monasteriorum seu domorũ minime seruatis, aut alias nulliter hactenus factas reuidere, & constito sibi quantum sufficere videbitur de præmissis, illas, & contractus superinde sub quibusuis formis, & verborum expressionibus habitos, & celebratos etiam si iuramento vallati existant, eorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur pro expressis habentes, auctoritate apostolica ad solius præfatæ Fabricæ procuratoris instantiam, etiam parte inuita, & contradicente, facta sibi prius intimatione per tres menses tenore præsentium rescindere, irritare, cassare, & annullare, Ipsosque detentores, & occupatores ad terras, possessiones, & bona, res, & iura præfa-

Causa constitutionis.

Simmachi const. istam hic non habes.

Pau. 2 const. habes sup. fol. 91 nume. 6. Ambitiosæ.

Fabricæ S. Petri Deputatis datur facultas reuidendi, ac rescendẽdi alienationes bonorum Eccl. absque licentia Sedis Apostolicæ, aut non seruatis solemnitatibus, aut in damnum earum factas.

Occupatoresque cogendi ad relaxãdum bona cũ fructibus.

Imo poterint illa de nouo concedere, & super fructibus componere, vt inf. in cõst. 113 exigit.

Et tertiã partem bonorũ fructuũ recuperand. eam applicandi Fabricæ.

Imo locũ tertiæ partis, petitur percipere omnes fructus indebite perceptos, &c. vt infra in constitu. 126. Et debito.

ta, vt præfertur detenta, & occupata relaxandum, & de fructibus tam hactenus perceptis, & qui percipi potueruot, quam in posterum percipiendis, realiter satisfaciendum cogere, & compellere. Bonorumque, & fructuum recuperandorum huiusmodi rertiam partem ipsi Fabricæ, reliquis duabus partibus ecclesijs, monasterijs, beneficijs, domibus, hospitalibus, & pijs locis ad quæ bona ipsa spectabunt, cum effectu consignatis, vendicare, & applicare possint & valeaot, facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur. Ita vt eisdẽ Collegio, deputatis, eorumque auditoribus, & mioistris liceat dictæ tertiæ partis huiusmodi bonorum præfatæ Fabricæ, vt præmittitur, applicatorum corporalem possesfionem propria auctoritate libere apprehendere, illamque io dictæ Fabricæ vsus, & vtilitatem absque alia Sedis Apostolicæ, & superiorum ecclesiarum, monasteriorum, domorum, beneficiorum, hospitalium, & aliorum piorum locorum, ad quæ bona ipsa & fructus spectabuot, licentia alienare, vendere, & conuertere, diœcessani loci, vel cuiusuis alterius licentia desuper minime requisita, Decernentes præsentes literas oullo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notati, impugnari, aut inualidari, eriam ex eo capite quod interesse habentes vocati noo fuerint, aut ad iuris terminos reduci, minusque in controuersiam vocari posse, sed semper validas & efficaces existere, suosque plenarios effectus sortiri, minusque sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarom reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, & derogationibus comprehendi vllatenus posse, sed ab illis exceptas. & quoties illæ emaoabunt, toties in pristinum statum restitutas esse, & censeri: Sicque per quoscunque Iudices, & Commissarios, quauis auctoritate fungentes, etiam causarũ Palatij Apostolici Auditores, sublara eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate, iudicari debere, Irritum quoque, & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit atteotari. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis Apostolicis, necnon in prouincialibus & synodalibus Coocilijs editis specialibus vel geoeralibus, constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusuis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis & literis Apostolicis quibusuis personis in genere, vel in specie quomodolibet coocessis, confirmatis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio habenda, seu aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque cootrarijs quibuscunque. Volumus autem quod præsentium transumptis etiam impressis manu Secretarij, & sigillo Collegij dictæ Fabricæ subscriptis, & muoitis, eadem prorsus in iudicio, & extra fides adhibeatur quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel osteosæ. Nulli ergo omnioo hominum liceat hanc paginam oostræ absolutioois, concessionis, impartioois, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attenrare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Clausulæ præseruatiuæ.

Decretum irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quio gentesimo sexagesimo nooo, Cal. Iaouarij, Pontificatus oostri Anno Quarto.

Cæ. Glorierius.
C. Rouyr.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

XCIX.

Prohibitio publicandi ad quæstum Indulgentias, ac facultates eligendi confessores, &c.

Ad quod habes etiam Concil. Trident. sess. 21. cap. 9. de Reforma. & sess. 25. de Indulgen. & huius Pootificis const. 30. Et si Dominici, fol. 971. Et ibi oot.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.
QVAM plenum sit periculi noxia populis ingerere, nimium his temporibus afflicta religio testatur, quod malum cum io cæteris ministris, tum præcipue in Ecclesiarum Prælatis animaduertendum est, quod ab his temere profecta longe maxima Ecclesiæ Dei conferant detrimenta. Rem sane indignam audiuimus, quod ooo solum quondam Gometius Tello Giroo temporarius administrator ecclesiæ Toletanæ, sed etiam quidam Hispaniæ ecclesiarum Præsules officij paterni prætextu facultates sibi a sacris canonibus concessas excedentes, literas suas in ipsorum ciuitatibus ac diœcesibus ausi sunt publicare, quibus inter cætera periculosa deprehenditur, quod cuicunque illas accipienti certa soluta pecuoia licitum sit quem voluerit sibi sumere sacerdotem, qui confessione audita ipsum absoluere valeat, noo in eis tantum casibus, in quibus simplex sacerdos absoluere potest, sed etiam io ijs quæ solis Episcopis reseruata reperiontur, aliquo præterea casu admisso veluti Simoniæ reatu, qui ad exameo huius saoctæ sedis esset referendus. Non animaduertentes ipsi Præsules, & Administratores quam periculosum sit ea passim in certis personis committere, quæ ad Episcoporum iudicium, arbitriumque idcirco deferuotur, vt qui melius lepram a lepra discernere oorint, causis & circunstantijs subtili indagine exploratis, salutaria cuique morbo remedia valeant adhibere. Ad hæc ipsi in dispensandis cælestis gratiæ donis oimium prodigi, ijs sic litteras prædictas accipientibus, indulgentias, & pœnitentiarum iniunctarum remissiones nulla cum re temporali cooferendas, profusius & iodiscrete largiuntur, quibus & alijs licentijs prædictis oon pauci fluctuaores & infirmi, veniæ facilitate inducti, ad peccaodũ prouiuiores fiuot, quando tot & tantorum delictorum remissionem certo & vilissimo pretio acquirere posse confidanr. Indicem præterea casuum & indulgentiarum ædibus sacris appendi iusseruot, quo palam significatur soluentibus suprascripta concedi, & inter alia absoluendi facultatem ab esu prohibitorum tribui, itemque indulgeri Missæ sacrificium, & sepulturam tempore interdicti, assumptionem duorum pluriumue compatrium ad sacrum Baptisma, præter eos qui syoodalibus (vt dicunt) constitutionibus asciscuntur, Reparationem ecclesiarum

Quidam Præsules Ecclesiarũ Hispaniæ, publicabant aliquid soluentibus, Indulgentias, & facultates eligendi cõfessores. &c.

siarum.

fiarum, erectionem Confraternitatum, & alias pias causas prætexendo. Cum igitur inter cætera scandala, etiam Simoniæ prauitas redoleat, ex prædictis Sacri Tridentini Concilij decretis, & alijs sanctionibus Canonicis, nostræ præterea constitutioni de indulgentijs ad quæstum non emittendis, aduersetur, clauium auctoritas euilescat, & pœnitentialis satisfactio eneruetur, Nos his malis celeri remedio occurrendum, eademque opera futuris præcauendum fore censentes, De Apostolicæ potestatis plenitudine supradicta omnia, quæ in ipsa Toletana, & quibuscunque alijs Ciuitatibus, dioecesibus, & locis, tam Hispaniæ, quam aliarum quarumcunque Prouinciarum, & Regionum quocunque prætextu hucusque emanarunt, perpetuo abolemus, ac nulla, & irrita omnino esse decernimus, & pro talibus haberi volumus, ac nulla, & irrita ciamus, iubemusque literas, & indices, necnon scripturas, & monumenta quæcunque publica, & priuata, per ipsos locorum ordinarios, & alios Ecclesiarum Rectores vbicunque reperientur dilacerari penitusque deleri: & ne talia de cætero à quoquam fiant, publicentur, vel concedantur, districtius prohibemus. Quicunque secus egerint, seu attentauerint, Antistites etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, ab ingressu, & perceptione fructuum suarum Ecclesiarum tandiu suspensi iaceant, donec satisfactione præuia illis per Sedem prædictam suspensio relaxetur. Inferiores vero ab Episcopis sententiam excommunicationis incurrant, à qua nisi in mortis articulo constituti, ab alio quam Romano Pontifice absolutionis beneficium nequeant obtinere. Decernentes etiam irritum & inane quicquid secus per quoscunque quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Volumus autem, vt præsentium exempla, etiam impressa, Notarij publici manu, & Prælati Ecclesiastici sigillo obsignata, eandem illam prorsus fidem in iudicio, & extra illud vbique locorum faciant, quam ipsæmet præsentes facerent, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ abolitionis, nunciationis, iussionis, prohibitionis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius nouerit incursurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo nono, quarto non. Ianuarij, Pontificatus nostri anno quarto.

Ideo idem Pontifex gesta per illos annullat, & publicationes huiusmodi indulgentiarum prohibet. Contrauenientibus ex personis hic descriptis imponit

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo septuagesimo, indictione decimatertia, die vero vigesimatertia mensis Ianuarij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno quarto, retroscriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Ecclesiæ Sancti Ioannis Lateranen. & Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, dimissis in supradictis locis præsentibus literis per aliquantulum temporis spacium affixis, & deinde amotis per me Iulium Partnum, Sanctissimi D. N. Papæ Cursorem.

Publicatio.

Io. Guerardi Mag. Cursorum.

C.

Contra Moniales exeuntes à clausura; absque licentia ex causa magni incendij, aut infirmitatis lepræ, vel epidimiæ, tantũmodo concedenda, & contra easq; concomitantes, aut receptantes, Superioresque aliter exeundi licentiam concedentes.

His licentijs in necessitatibus tantummodo vrgentibus vti licere declarauit Greg. 13. infra in const. 36. Vbi gratiæ.

De clausura Monialium habes etiam sup. in const. 8. Circa pastoralis. fol. 930. & const. 22. Regularium, fol. 952. cum ibi not.

PIUS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Causa constitutionis.

DECORI, & honestati omnium sanctimonialium, quarum Iesus Christus Dominus noster sponsus est, vt in puritate, & castitate superædificantes, in ipso fœliciter inhabitare valeant, consulentes, ea quæ illarum existimationi detrahere possent, decet nos consulto summouere. Sane periculo, & scandalo plena res est, ac regulari obseruantiæ vehementer aduersatur, sanctimoniales aliquando parentes, fratres, sorores, aut alios agnatos, vel cognatos necnõ Monasteria, & alia filiationes nuncupata, etiã eis subiecta visitãdi, aut infirmitatis causa, alioue prætextu à Monasterijs, exire, & per sæcularium personarum domus discurrere, & vagari, quo veluti colore eximium quoque honestatis, & pudicitiæ decus in discrimen committunt. Vnde nos malo huic pro nostro Pastoralis officij debito salubriter occurrere volentes, inhærentes etiam decreto sacri Concilij Tridentini, de clausura Monialium disponenti, ac alijs nostris literis super huiusmodi clausura editis adijcientes, volumus, sancimus, & ordinamus nulli Abbatissarum, Priorissarum, aliarumue Monialium, etiam Chartusiensium, Cistercensium, Sancti Benedicti, & Mendicantium, & quorumcunque aliorum ordinum, etiam Militiarum, ac statuum, graduum, conditionum, dignitatum, ac præeminentiarum existentium, etiam à Regia, vel Illustri prosapia ortarum, & de cætero etiam infirmitatis, seu aliorum Monasteriorum, etiam eis subiectorum, aut domorum, parentum, aliorumue consanguineorum visitandorum, aliaue occasione, & prætextu, nisi ex causa magni incendij, vel infirmitatis lepræ, aut epidimiæ, quæ tamen infirmitas, præter alios ordinum Superiores, quibus cura Monasteriorum incumberet, etiam per Episcopum, seu alium loci ordinarium, etiam si prædicta Monasteria ab Episcoporum, & ordinariorum iurisdictione exempta esse reperiantur, cognita, & expresse in scriptis approbata sit, à Monasterijs præfatis exire, sed nec in prædictis casibus extra illa, nisi ad necessarium tempus stare licere: Aliter autem, quam, vt præfertur, egredientes,

Concilij Tridentini decretũ istud habes in sess. 25. cap. 5. de Reg. Alias literas huius Pont. habes sup. in const. 8.

Monialiũ à clausura exeuntium pœnæ.

Monialibus aliter concedentiū, vel eas recipientiū, aut concomitantium pœna.

Reuocatio licentiarum quomodolibet concessarum.

Decretum irritans.

Deputatio, & facultates executorum huius const. & Concil. Tridētini prædicti.

Clausula derog.

tes, seu licentiam exeundi quomodocunque concedentes, necnon comitantes, ac illarum receptatrices personas, siue laicas, aut sæculares, vel Ecclesiasticas consanguineas, vel non, excommunicationis maioris latæ sententiæ vinculo statim eo ipso absque aliqua declaratione subiacere, à quo præterquam à Romano Pontifice, nisi in mortis articulo absolui nequeant. Et insuper tam egressas, quam præsidentes, & alios Superiores prædictos eis licentiam huiusmodi concedentes, dignitatibus, officijs, & administrationibus per eas, & eos, tunc obtentis priuamus, & illas, & illos ad obtenta, & alia in posterum obtinenda inhabiles, necnon licentias, & facultates, seu indulta, & priuilegia exeundi à Monasterijs, & extra illa standi à nobis, seu alio Romano Pontifice prædecessore nostro, ac Sedis Apostolicæ Nuncijs, & Legatis, etiam de latere, ac maiore pœnitentiario, aut ordinum prædictorum Superioribus, alijsue personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis restitutiuis, præseruatiuis, mentis attestatiuis, etiam nouam gratiam, & datam concedentibus, alijsque efficacioribus, & efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam Motuproprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum, necnon S R. E. Cardinalium intuitu, & contemplatione, ac instantia, vel alias quomodolibet concessa (quæ prorsus abolemus) ac literas desuper confectas, & in posterum concedendas, & conficiendas nullas, & inualidas, nulliusque roboris, ac momenti fore, nec illas habentibus, & habituris suffragari posse, & ita per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus: Mandantes vniuersis, & singulis Venerabilibus fratribus nostris, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum ordinarijs in virtute sanctæ obedientiæ, & sub obtestatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternę, quatenus per se, vel alium, seu alios præsentes literas in Ciuitatibus, & diœcesibus proprijs quolibet anno publicent, omniaque in illis contenta, necnon præfatum decretum ipsius Concilij, quod incipit Bonifacij VIII. Diligenter, & inuiolabiliter sub censuris Ecclesiasticis, alijsque præfatis pœnis, & in eodem decreto contentis, obseruent, & obseruari faciant, & procurent, Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmissis non parentes, etiam alijs pœnis auctoritate nostra, appellatione postposita compescendo: Necnon legitimis super his habendis seruatis processibus pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggrauando, interdictum Ecclesiasticum apponendo. Inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscunque: Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Alijs Apostolicis constitutionibus, & iuribus, de huiusmodi clausura disponentibus, nihilominus in suo robore duraturis. Cæterum volumus quod præsentium transumptis, etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Prælati munitis, eadem prorsus fides vbique Terrarum, tam in iudicio, quam extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ sanctionis, ordinationis, priuationis, abolitionis, decreti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo nono, Kal. Februarij, Pontificatus nostri anno quinto.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo, Indictione decimatertia, die vero vigesimaseptima mensis Februarij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini Nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno eius quinto, retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt Romæ ad valuas Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris est per nos Ioannem Guererum, & Christianum de Monte prælibati S. D. N. Papæ Cursores.

Antonius Clerici Magister Curs.

C I.

Reformatio officij Correctoris literarum Contradictarum.

Alia reformatio habetur sup. in Pij 4. const. 7t. Vniuersi, fol. & ibi notaui.

Declaratio autem habetur infra, in const. 17t. Nuper certis.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Causa huius reformationis.

ROMANI Pontificis circumspecta prouidentia nonnunquam gesta per Romanos Pontifices prædecessores reuocat, & moderatur, prout in Domino salubriter expedire conspicit. Hinc est, quod ad reformationem literarum officij Correctoris minoris iustitiæ contradictarum nuncupatarum Cameræ nostræ Apostolicæ attendentes, licet à fe. re. Pio Papa IIII. prædecessore nostro quamplura salubria, statuta, & ordinata fuerunt, tamē quia experientia compertum est propter nimias subtilitates adhuc sæpe ex dicto officio rescripta contra mentem nostram in graue partium præiudicium emanasse, quibus, prout ex debito officij nostri tenemur prouide consulere volentes, hac nostra constitutione perpetua statuimus, decernimus, atque prohibemus.

Ne Corrector, & Procuratores Collegij officij literarum præfatarum ex officio, vt antea commissiones can-

causarum sub quacunque forma, surrogationes, & iudicum mutationes concedant, minusque Iudicibus ordinarijs, aut alijs delegatis aliquos illis adiungant, aut quorumuis testium, etiam ad perpetuam rei memoriam examen ipsi delegent, neque literas ad effectum reuelationis, aut aliquid restituendi, aut deponendi, seu testimonium veritatis perhibendi contra occultas personas in forma significauit, concedi solitas, aut literas, quas iuris declaratorias super Religionis validitate, aut quibusuis alijs quæstionibus, causis, & negocijs, & quas conseruatorias appellant, expediant, sed omnes ad nos, & futurum Rom. Pont. referantur, per signaturam nostram, aut eiusdem Rom. futuri Pont. expediendas, & decidendas, prout negotiorum, & personarum qualitas, ac rei grauitas, & necessitas postulauerit. Literas vero commissionum secundum supplicationes huiusmodi super negocijs, causis, & quæstionibus præfatis signandas, Corrector, & Collegium huiusmodi per illius officium expediat.

Correctores & Procuratores abstineant à commissionibus causarum &c.
Ad quod vide declarationem inf. in const. 171.

Possit tamen idem Corrector, vt antea, ex officio literas super confirmatione contractuum ad supplicationem partium, & sine alterius præiudicio, ac sententiarum, & laudorum de consensu partium cum solitis clausulis in forma communi expedire.

Corrector concedere possit confirmationes contractuum, & sententiam, vt hic.

Regulas Cancellariæ non nisi de consensu S. R. E. Vicecancellarij, aut illius Regentis concedat.

Regulas Cancell. non concedat sine licentia.

Abstineat verò Corrector, & Collegium præfatum, quibus iustitiæ maioris literarum expeditio commissa fuit, ab omnibus materijs beneficialibus, tam principalibus, quam accessorijs, & materijs perpetuis, necnon à concessione, absolutionis à censuris, seu commissionibus illarum.

Bñficiales materias nõ expediat.

Licentias testandi nisi pro summa centum ducatorum, iuxta formam in quinterno Cancellariæ nostræ traditam, concedat, & dummodo aliam similem non obtinuerint, & quod in omnibus licentijs præfatis hæc clausula (Dummodo similem antea non obtinuerint) apponatur.

Licentias testandi concedat, vt hic.

In confirmationibus statutorum, constitutionum, ordinationum, & priuilegiorum se non intromittat.

Statutorum ordinum, & priuilegiorum confirmationes non expediat.

Licentias alienandi bona Ecclesiastica, seu ad loca pia pertinentia, confirmationes alienationum huiusmodi bonorum cuiuscunque, etiam modicæ quantitatis existant, ipse non attingat, nec expediat.

Bonorum Eccles. alienationũ confirmationes non det.

Literæ vero per Correctorem, & officium præfatum expediendæ ad Bullariam non mittantur, nisi præuio examine, & censura Vicecancellarij, aut Regentis, & in eadem Cancellaria nostra de maiori præsidentia assistentium probatæ fuerint; post cuius iudicium neque Corrector, aut quiuis alius manus eas immutando, sub pœna falsi apponat.

Literæ per officiales istos expediendæ examinentur vt hic.

Abstineat quoque ab omnibus materijs concernentibus statum, & personas regulares vtriusque sexus, cuiuscunque ordinis.

Regulariũ personarum materias non expediat.

Conficiant præterea Procuratores præfati Archiuium in Palatio nostro Apostolico in loco per nos designando, & literas omnes extensè, & integrè registrent, & ad minus singulo quoque trimestri ad dictum Archiuium custodiendas deferant.

Procuratoria illi fuerit Collegiũ, & literas registrent.

Inhibentes Collegio, & Correctori præfatis sub pœna priuationis officiorum ne contra declarationem, ordinationem, & decretum præfatum aliquid innouare præsumant, Cæteris omnibus alijs, quæ à Pio præfato, & alijs Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris statuta, & decreta sunt firmis manentibus.

Sicque in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque Iudices, & Commissarios, etiam ipsius Ecclesiæ Romanæ Cardinales, sublata eis quauis aliter interpretandi, & iudicandi facultate, iudicari, & diffiniri debere, Et quidquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane similiter decernimus.

Contra reformationem istam, nihil expediatur.
Decretũ irritãs.

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, priuilegijs quoque, & indultis eisdem Correctori, & Procuratoribus, eorumque Collegio sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac forsan nos concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus; etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac indiuidua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro sufficienter expressis habentes, specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque.

Clausulæ derog.

Volumus autem quod liberum sit omnibus supplicationes commissionum causarum in præsentia nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis signatas non solum per officium contradictarum, vt præfertur, sed etiam, vt antea per literas in forma Breuis expediendas obtinere; dummodo per extensum, & non supplicatione introclusa, literæ præfatæ expediantur.

Supplicationes commissionum causarum expediri possint non solum per offic. contradictarum, quam per literas in forma breuis.

Inhibentes Secretarijs, & Scriptoribus dicti Collegij sub pœnis indignationis nostræ, & priuationis officiorum, ne propter extensionem huiusmodi, taxam, & impensam, etiam occasione scripturæ, aut laboris, vel celerioris expeditionis, augeant.

Secretarij, & scriptores eorum taxam occasione aliqua non augeant.

Mandantesque Collegio, & Scriptoribus, quod literæ præfatæ per eosdem registrentur, & in palatio nostro ad Archiuium, in loco similiter per nos designando singulo quoque trimestri ad minus, vt supra deferantur.

Literæ registrentur, & ad Archiuium Pont. portentur.

Vt autem præsentes literæ ad omnium notitiam deducantur, & eos quorum interest, vel interesse poterit, omnino afficiant, volumus, & mandamus illas in Palatij nostri Apostolici, ac audientiæ literarum contradictarum valuis, & acie Campi Floræ per aliquos ex Cursoribus nostris affigi, & per aliquod temporis spacium relicta ibidem earum copia affixa detineri, vt ij, quos literæ ipsæ concernunt, seu concernere poterunt quomodolibet in futurum, nullam possint excusationem prætendere, vel allegare, quod ad ipsorum notitiam non peruenerint, Cum non sit verisimile apud eos incognitum remanere, quod tam patenter publicatum fuerit. Et quod in quinterno Cancellariæ præfatæ describantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginã nostræ prohibitionis, statuti, decreti, mandati, inhibitionis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ, apud Sãctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo nono, duodecimo Kal. Nouembris, Pont. nostri anno quarto.

Forma, & effectus publicationis.

M. Dat. Cæ. Glorierius. H. Cumyn.

CII.

Elisabeth prætensa Regina Angliæ, hæretica cum suis adhęrentibus declaratur, ac omni iure Regni, & dignitate priuatur; Eiusque Subditi ab omni fidelitatis, & obsequij debito liberantur, & ei de cætero obedientes anathematizantur.

Collegium Anglicum, ad tollendas Hæreses Angliæ, erexit Greg. 13. in Vrbe, vt infra in eius const. 100. Quoniam.

Hæreticorum autem pœnas vide sup. in Pauli 4. const. 41. Cum ex Apostolatus, fol. 630.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

REGNANS in excelsis, cui data est omnis in Cælo, & in Terra potestas, vnam sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam, extra quam nulla est salus, vni soli in Terris videlicet Apostolorum Principi Petro, Petrique successori Romano Pontifici, in potestatis plenitudine tradidit gubernandam. Hunc vnum super omnes gentes, & omnia Regna Principem constituit, qui euellat, destruat, dissipet, disperdat, plantet, & ædificet: vt fidelem Populum mutuæ charitatis nexu constrictum, in vnitate Spiritus contineat; saluumque, & incolumem suo exhibeat Saluatori. Quo quidem in munere obeundo, nos ad prædictæ Ecclesiæ gubernacula Dei benignitate vocati, nullum laborem intermittimus, omni opera contendentes, vt ipsa vnitas, & Catholicæ Religio (quam illius auctor ad probandam suorum fidem, & correctionem nostram, tantis procellis conflictari permisit) integra conseruetur. Sed impiorum numerus tantum potentia inualuit, vt nullus iam in Orbe locus sit relictus, quem illi pessimis doctrinis corrumpere non tentarint, adnitente inter cæteros flagitiorum serua Elisabeth prætensa Angliæ Regina, ad quam veluti ad asylum omnium infestissimi profugium inuenerunt. Hæc eadem Regno occupato supremi Ecclesiæ capitis locum in omni Anglia, eiusque præcipuam auctoritatem atque iurisdictionem monstruosè sibi vsurpans, Regnum ipsum iam tum ad fidem Catholicam, & bonam frugem reductum, rursus in miserum exitium reuocauit. Vsu namque veræ Religionis, quam ab illius desertore Henrico octauo olim euersam, claræ memoriæ Maria Regina legitima, huius sedis præsidio reparauerat; potenti manu inhibito, secutisque, & amplexis Hæreticorum erroribus, Regium consilium ex Anglica nobilitate confectum diremit; illudque obscuris hominibus Hæreticis compleuit, Catholicæ fidei cultores oppressit, Improbos concionatores, atque impietatum administros reposuit. Missæ sacrificium, Preces, Ieiunia, ciborum delectum, Cælibatum, ritusque Catholicos aboleuit: Libros manifestam hæresim continentes, toto Regno proponi: impia mysteria, & instituta ad Caluini præscriptum à se suscepta, & obseruata, etiam à subditis seruari mandauit: Episcopos Ecclesiarum, Rectores, & alios Sacerdotes Catholicos, suis Ecclesijs, & beneficijs eijcere, ac de illis, & alijs rebus Ecclesiasticis, in Hæreticos homines disponere, deque Ecclesiæ causis decernere ausa; Prælatis, Clero, & Populo, ne Romanam Ecclesiam agnoscerent, neue eius præceptis, sanctionibusque Canonicis obtemperarent, interdixit: plerosque in nefarias leges suas venire, & Romani Pontificis auctoritatem atque obedientiam abiurare, seque solam in temporalibus, & spiritualibus dominam agnoscere, iureiurando coegit: pœnas, & supplicia in eos, qui dicto non essent audientes, imposuit, easdemque ab ijs, qui in vnitate fidei, & prædicta obedientia perseuerarunt, exegit: Catholicos Antistites, & Ecclesiarum Rectores in vincula coniecit: vbi multi diuturno languore, & tristitia confecti, extremum vitæ diem miserè finiuerunt. Quæ omnia cum apud omnes nationes perspicua, & notoria sint, & grauissimo quamplurimorum testimonio ita comprobata, vt nullus omnino locus excusationis, defensionis, aut tergiuersationis relinquatur: Nos multiplicantibus alijs, atque alijs super alias impietatibus, & facinoribus, & præterea fidelium persecutione, Religionisque afflictione, impulsu, & opera dictæ Elisabeth quotidie magis ingrauescente; quoniam illius animum ita obfirmatum atque induratum intelligimus, vt non modo pias Catholicorum Principum de sanitate, & conuersione preces, monitionesque contempserit, sed ne huius quidem Sedis ad ipsam, hac de causa Nuncios, in Angliam traijcere permiserit, ad arma iustitiæ contra eam de necessitate conuersi, dolorem lenire non possumus, quod adducamur in vnam animaduertere, cuius maiores de Rep. Christiana tantopere meruere. Illius itaque auctoritate suffulti, qui nos in hoc supremo Iustitiæ throno, licet tanto oneri, impares, voluit collocare, de Apostolicæ potestatis plenitudine, declaramus prædictam Elisabeth Hæreticam, & Hæreticorum fautricem, eique adhærentes in prædictis, anathematis sententiam incurrisse, esseque à Christi corporis vnitate præcisos: Quinetiam ipsam prætenso Regni prædicti iure, necnon omni, & quocunque dominio, dignitate, priuilegioque priuatam, & item proceres, subditos, & populos dicti Regni, ac cæteros omnes, qui illi quomodocunque iurauerunt, à iuramento huiusmodi, ac omni prorsus dominij fidelitatis, & obsequij debito, perpetuò absolutos, prout nos illos præsentium auctoritate absoluimus, & priuamus eandem Elisabeth prætenso iure Regni, alijsque omnibus supradictis; Præcipimusque, & interdicimus vniuersis, & singulis proceribus, subditis populis, & alijs prædictis, ne illi eiusue monitis, mandatis, & legibus audeant obedire: Qui secus egerint, eos simili anathematis sententia innodamus. Quia vero difficile nimis esset, præsentes quocunque illis opus erit perferre, volumus, vt earum exempla, Notarij publici manu, & prælati Ecclesiastici, eiusue Curiæ sigillo obsignata, eandem illam prorsus fidem in iudicio, & extra illud vbique gentium faciant, quam ipsæ præsentes facerent, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingẽtesimo sexagesimo nono; quinto Kal. Martij, Pontificatus nostri anno quinto.

Henricus octauus Rex Angliæ, hæresim introduxit in illo Regno, vt sup. in Pauli 3. const. 20. fol. 385

Elisabeth Regina Hæretica, cuius fuit & est, cõmittendo multos errores, hic expressos.

Ideo hic Põt. illam, & ei adhærẽtes hæreticos declarat, & Regno & alijs omnibus priuat.

Subditosque ab illius obsequio liberat.

Et ei de cętero obedientibus pœnas anathematis imponit.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

CIII.

Congregationis Fratrum seruorum Beatæ Mariæ suppresio, & eius sub ordine Generali subiectio, ipsiusque Ordinis Reformatio.

Ordinem istum inter Mendicantes comprehendi, & Mendicantium priuilegijs gaudere decreuit, hic idem Pontifex sup. in const. 45. Romanus, fol. 997.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

PRO nostri muneris officio, & charitate paterna, qua omnes Religiosorum ordines prosequimur, quæcunque ad illorum statum, salutaremque tranquillitatem pertinere arbitramur, ea prouidere, & adiuuante Domino rectè constituere conamur.

Inter eos autem ordinem Beatæ Mariæ Seruorum animaduertimus, cuius professores, ex quo ipse primum institutus est, per complures annos eisdem legibus, & institutis omnes viuentes, vna tantum familia contenti, ab vnoquoque Priore Generali regebantur.

Causa. constit.

Postea vero ijs (vt in rebus humanis euenire solet) paulatim ab instituto regularis obseruantiæ defluentibus, quidam ex his cupientes primi instituti disciplinam colere, arctioremque vitam ducere, se à reliquis eiusdem ordinis segregarunt, & Sedis Apostolicæ indulto suffulti, creato sibi Vicario generali, cui subessent, nouam familiam construerunt, eamque Congregationem Beatæ Mariæ Seruorum nominauerunt. Sed (proh dolor) successu temporis hæc ipsa Congregatio vsque adeo à regulari obseruantia prolapsa est, vt ab illis ipsis, qui ordinis Seruorum primi instituti nomen retinuerunt, parum vel nihil differre videantur.

Extinctio Cōgregationis, & eius subiectio Priori Generali ac Prioribus Prouincialibus ordinis.

Quamobrem, vt omnes, & singuli tam ordinis quam Congregationis professores ad regularem obseruantiam reuocentur, & quasi renouentur, commodiusque insuper gubernentur, vtque qui vnum Religionis induunt habitum, hi sub vna eademque regula, vniusque professionis voto viuentes, in obseruantiam canonicæ Religionis vniformes reperiantur, Nosque ab vno tantum Generali Superiore, non autem à duobus, de morum reformatione, rationem facilius exigere valeamus: quæ omnia commodius fieri posse arbitrati sumus, si eos ab inuicem disiunctos, in vnum idemque corpus coniungentes, in vnam eandemque familiam, sub eadem disciplina, regularique obseruantia, & vno dumtaxat capite viuentem redigeremus. Quare de Apostolicæ potestatis plenitudine prædictum Congregationis nomen, & Vicariatus officium supprimimus, extinguimus, & penitus abolemus, ac modernum Vicarium generalem ab eius officio absoluimus, omnesue & singulas dictæ Congregationis domos, Conuentus, & fratres vni Priori Generali ordinis, veluti supremo ipsius Religionis, & ordinis capiti, supremamque in eodem ordine potestatem, & auctoritatem habenti, prout regularia ipsius ordinis instituta sibi concedunt, perpetuo subesse, & ei in omnibus parere volumus, & mandamus, ac etiam Prioribus cuiuslibet Prouinciæ, in qua ipsæ domus, & Conuentus consistunt, subijcimus, & subiecta esse decernimus, prout aliæ domus, & Conuentus dicti ordinis siue Religionis subijciuntur, ita vt vna deinceps vniusmodi obedientia, obseruantia, & disciplina regularis, vnum nomen ordinis Beatæ Mariæ Seruorum omnibus commune sit, omnes vni Generali, & Prouincialibus pareant, omnes, ad quos id pertinet, simul ad Capitula generalia, & Prouincialia conueniant, vocemque actiuam, & passiuam habeant in eisdem.

Reuocatio priuilegiorũ Congregationis impedientium executionẽ huius const.

Proinde reuocamus, & deinceps inualida censemus omnia, & quæcunque statuta, consuetudines, conuentiones, concordias, & alia pacta etiam iuramento, confirmatione Apostolica, & quauis alia firmitate munita, necnon omnia, & quæcunque priuilegia, exemptiones, dispensationes, & indulta Congregationis huiusmodi, etiam pro bono pacis, & conseruatione Religionis edita, & concessa, ac etiam Motuproprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine confirmata, multiplicatisque vicibus innouata, extensa, & moderata, quatenus præsentium effectum, & executionem differre possent, vel quomodolibet impedire, quorum omnium tenores, æque atque ad verbum insererentur præsentibus, haberi volumus pro expressis.

Decernentes prædicta omnia firma, & inuiolata fore, necnon irritum, & inane quicquid secus per quoscunque, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

Fratres omnes pareant, & omnino obediãt huic cõstit.

Prior Generalis executor.

Quocirca Priori Generali, ac vniuersis, & singulis dictæ Congregationis, cæterisque fratribus prædicti ordinis Beatæ Mariæ Seruorum, per Apostolica scripta mandamus, vt præsentes literas humiliter recipiant, & quæcunque in ipsis continentur, alia desuper à nobis non expectata iussione, mentisue nostræ declaratione, firmiter custodiant, & in omnibus studiosè obedire procurent. Quinetiam ipsi Priori generali præcipimus, vt easdem præsentes, ac quicquid pro earum executione statuetur, & decernetur, in omnibus domibus, & locis virorum, & mulierum, necnon ab omnibus fratribus, & sororibus inuiolatè faciat per se, vel alium, seu alios obseruari. Quoscunque contradictores, & rebelles, ac etiam protestantes, & reclamantes, eisque auxilium, consilium, & fauorem publicò, vel occultè, directè, vel indirectè, quouis quæsito colore, vel ingenio, præstantes, tam Ecclesiasticos quam laicos, cuiuscunque dignitatis, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, cæteraque iuris, & facti remedia opportuna, appellatione postposita, compescendo, censurasque, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc auxilio brachij sæcularis.

Clausulæ derog.

Non obstantibus piæ memoriæ Bonifacij Papæ octaui prædecessoris nostri, de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis, alijsque Apostolicis constitutionibus, quodque aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Volumus autem, vt præsentium exempla, etiam impressa, dicti Prioris, vel Prælati Ecclesiastici, eiusue Curiæ sigillo, & Notarij publici manu obsignata eandem illa prorsus fidem vbique locorum in iudicio, & extra illud faciant, quam ipsæ præsentes facerent, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ suppressionis, extinctionis, abolitionis, absolutionis, voluntatis, mandati, subiectionis, decreti, renocationis, & præcepti infringere, vel ei ausu temerario contraire,

Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo, tertio nonas Maij, Pontificatus nostri Anno quinto.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Publicatio in capitulo, & executio.

Publicata iussu Sanctissimi D. N. per Reuerendiss. Dominum Odoardum Episcopum Cæsanatensem, in Capitulo Generali, in Monasterio Cæsenæ, Die tertiadecima mensis Maij, celebrato, & executioni mandata per Reuerendiss. Patrem Generalem, Fratrem Stephanum Bonuccium de Aretio sacræ Theologiæ professorem.

Sequitur reformatio ipsius ordinis.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Postquam nos Deo auctore ordinem fratrum Beatæ Mariæ Seruorum, Antehac in duas familias diuisum, antiquato Congregationis nomine, quod altera sibi asciuerat, in vnum idemque corpus, ac in vnam eandemque familiam vni dumtaxat capiti subiectum sub eadem Regulari disciplina reduximus, expedit certa quædam incommoda, quæ bonum omne in Religione peruertunt, excidere, vt deinceps omnes communibus institutis, & legibus suæ professioni magis conuenientibus viuentes, salubrius dirigantur.

Causa reformationis.

Quocirca cum omnis Religio priuatæ proprietatis vsu labefactetur, & corruat, nos ad illam ex dicta familia exterminandam, ac simul emendandos eos qui de officijs, & muneribus ambitiosè obtinendis iampridem inoleuerunt, & alios nocentes eius mores, nouosque inducendos ante omnia intenti, De nobis attributæ potestatis plenitudine reuocamus, & abolemus omnia, & quæcunque priuilegia, dispensationes, licentias, permissiones, & indulta habendi, & retinendi priuatum Dominium, vsufructum, possessionem, & proprietatem quorumcunque bonorum immobilium, mobilium, & se mouentium, necnon domorum, cellarum, hortorum, pecuniarum, & aliarum rerum, Generali, Prouincialibus, Conuentualibus, Prioribus, ac alijs fratribus, etiam causa senij, infirmitatis, vel cuiuscunque pij operis prætextu, vel intuitu per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedem Apostolicam, eiusue Legatos, vel etiam dicti ordinis Superiores, etiam Motuproprio, & ex certa scientia concessa, confirmata, & innouata, quibuscunque concepta formulis, ac clausulis, & decretis suffulta, quorum omnium tenores habemus præsentibus pro expressis, volumusque illa omnia, & singula vires, & effectum de cætero non habere. Quin etiam fratres prædictos, quicunque sint, priuato, & bonorum, & rerum omnium prædictorum quomodocunque acquisitorum, & ad eos obuentorum dominio, vsu, vsufructu, proprietate, titulo & possessione priuamus, dictaque possessione amouemus, & amotos nunciamus, resque, & bona ipsa omnia in communes suarum cuiusque domorum, & prædicti ordinis vsus conuertenda concedimus, Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ Generali, Prouincialibus, & Conuentualibus, Prioribus supradictis, vt rerum & bonorum omnium prædictorum possessionem nomine domorum, & locorum suorum capiant. Et illa illorumque fructus in communes Conuentuū vsus conuertantur.

Reuocatio priuilegiorū, aliquid priuatim retinendi sub quouis prætextu.

Cæterum præcipimus atque interdicimus, ne deinceps vllus omnino fratrum prædictorum, siue priuatus, siue Prioris, Conuentualis, siue Prouincialis, aut Generalis officio fungens, etiam prætextu huiusmodi priuilegiorum, dispensationum, permissionum, & indultorum, seu inueteratæ consuetudinis, aut quacunque alia causa proprium quicquam, aut priuatum, neque ædes siue in claustro, Siue alibi separatas habeat, sed omnia vbique communia sint, & quisque vnica cella eademque cum cæteris aliorum fratrum coniuncta, nudis omnino parietibus, ac lectulo, & mensa humilibus, quemadmodum pauperes Religiosos decet, contentus esse debeat.

Prohibitio aliquid priuatim habendi.

Proinde Cameræ, siue ædiculæ, quæ extra dormitorium separatim sunt, ad officinas, aut alias ad communem vsum; & commoditatem cuiusque Conuentus redigantur, vel si cellæ communis dormitorij pro fratrum numero non sufficiant, & illæ Cameræ, vel ædiculæ, ad formam communis dormitorij aptari possint, in dormitorium commune redigantur, sin minus destruantur; ac materia, & cementa ad fabricam Conuentus, si opus fuerit, conuertantur, vel vendantur, & precium ad communem vsum Conuentus conferatur.

Cameræ redigantur in commune dormitorium.
Ambitus tollit & munera, vt hic.

Sed nec vlli omnino ambitus fiant, aut pecuniæ etiam pro confirmationibus, sigillo, vel scriptura, aut quacunque alia re, vel causa soluantur, aliæue pactiones, seu promissiones intercedant, seu munera, aut xenia quocunque modo mittantur, neue quisquam, etiam in officio existens, pecunias, aut quicquam aliud de Prouincia, seu domo sibi commissa, vel aliunde Priori Generali, seu alij cuicunque conferat, vel remittat. Quicunque secus fecerint, in pœnam priuationis Prioratuum, & officiorum omnium incidant, & ad futura inhabiles habeantur, & pro culpis etiam tanquam fures puniantur, prout nos illos priuatos, & inhabiles declaramus eo ipso, procurationibus tamen Generali, ex vniuerso ordine, ac Prouincialibus, Prioribus, ex sua cuique Prouincia, & Visitatoribus ex domibus, & locis visitandis debitis nequaquam per præsentes sublatis.

Superiores dispēsare valeant circa omissiones prædicationum, & diurnorum officiorum.

Ad reformandos autem alios dicti ordinis mores vlterius progrediendo, ex ijs, quæ pro salubri huius Religionis statu, & felici directione alioqui instituta hucusq; reperiūtur, quæ nec præsētibus cōtraria sūt, nec illorū effectū impedire possūt, nihil omnino detrahere, sed illa immota custodiri volētes, De simili potestatis plenitudine statuimus, & ordinamus, vt fratres omnes etiā Superiores, & quicūq; priuilegiati, nisi tēpore Quadragesimæ, & Aduētus Domini prædicationis munus obierint, omnibus diuinis officijs, diurnis, & nocturnis intersint, alijs vero tēporibus cū ipsis Prædicatoribus, & Lectoribus ijs diebus, quibus prædicant, & legunt, Superiores pro arbitrio dispensare possint. Ipsis etiam Superioribus, & alijs officialibus, eo tantum tempore quo actu in negotijs

Con-

conuentus, & ordinis occupati sunt aliquid remittatur.

Missæ, Matutinum, & aliæ horarum canonicarum preces, Processiones item, anniuersaria, & Defunctorum memoriæ integrè suo debito tempore attentè cum cantu solemni in diebus, quibus conuenit iuxta regularia di ctorum fratrum instituta celebrentur, nec satis habeat quæque domus, Missas siue fundatione, siue statuto, siue consuetudine debitas, vel præscripto Superioris Conuentus dissignatas dumtaxat celebrasse, sed Fratres omnes Sacerdotes Missam etiam non astricti frequentissime celebrent.

Confessiones, cōmuniones, & ieiunia seruentur, vt hic.

Clerici, & conuersi semel in hebdomada peccata sua confiteantur, & singulis saltem mensibus sacram Eucharistiam sumant. Ieiunia iuxta suam regulam, & constitutiones omnino seruent.

In quaque domo pauciores fratres non sint duodecim. Si quæ autem domus hunc familiæ numerum alere nō potest, fratres cum bonis ex ea domo in aliam transferantur, prouisione adhibita ne Ecclesiæ destruantur, sed ad eius populi commoditatem conseruentur. Permittimus tamen, vt in domibus quæ iter facientibus fratribus commode sunt, saltem quatuor fratres non minores quinquaginta annis, constanti, & probata vita maneant, si plures ea domus alere non potest, nullæ porro domus supra vires onerentur.

In quolibet Conuentu adsint fratres saltem duodecim, exceptis Conuentibus cōmodis pro iter facientibus.

In singulis domibus omnibus Dominicis, & festis diebus prædicationes verbi Dei habeantur.

Prædicationes habeantur singulis diebus festis.

In maioribus studijs Regentes duas lectiones Theologicas interpretentur, alteram practicam veluti de Sacramentis, vel de vita sanctè rectèque instituenda, alteram vero speculatiuam ex Catholicis, & approbatis Doctoribus, Superioris arbitrio statuendis, in minoribus vero vna lectione, ea Theologia practica contenti sint.

In studijs generalibus duę lectiones legantur, & in minoribus, vna.

Cæterum curent Superiores, vt in singulis Conuentibus fratres maximè in conscientiæ casibus, & reliquis, quæ ad audiendas confessiones pertinent, ob rei grauitatem, & necessitatem summo studio, ac diligentia exerceantur.

Singulis item diebus festis Romanus Catechismus ad parochos in singulis Conuentibus legatur.

Catechismus ad parochos singulis festis legatur.

Si qui Regentes, & lectores, aut alij fratres, libros prohibitos habere sine speciali Sedis Apostolicæ licentia fuerint deprehensi, vltra pœnas iuris communis, & quæ à Sancto officio Inquisitionis hæreticæ prauitatis casibus imponuntur, perpetuo munere legendi, prædicandi, & confessiones audiendi priuati existant, ad omnia item officia inhabiles actiua voce careant, & passiua.

Habentes libros prohibitos pœnas hic expressas incurrunt.

Nullus ad aliquem gradum promoueatur, nisi ætate, vitæ probitate, & literatura præstans, & in eis probatus per examen diligens à Priore Generali, seu ab alijs qui per eum huic muneri ordinabuntur faciendum, deinde in Capitulo generali publicè iterandum. Aetas autem, & tempus studij, ac cursus exprimatur, & præterea probetur quod promouendus nulla vnquam infamia, seu sinistra opinione fuerit maculatus. A promouendis ad gradus huiusmodi nihil omnino exigatur, nec etiam sponte oblatum accipiatur, veruntamen si promotione facta Conuentus promotorum aliquid religioni donare voluerit, id quicquid sit Procuratori generali ordinis tribuatur, vt ad leuationem onerum, & omnium sumptuum Religionis conferatur, eodem Procuratore, acceptorum, & expensorum rationem Priori generali, & diffinitoribus redditurо. Cæterum omnes à decem annis promoti rursus per probos, & idoneos viros à Priore generali in quaque Prouincia constituendos examinentur, & qui saltem mediocri scientia in Theologia præditi reperti non fuerint, vsu, & exercitio gradus suspendantur, nec debeant priuilegio gradus huiusmodi gaudere. Caueant præterea Superiores licentiam vlli fratri concedere, vt ad aliquos ordines sacros, siue maiores, siue minores promoueri possit, nisi ille in ætate legitima constitutus, & literatura ad eos requisita præditus sit, habeatque omnia, quæ à sacris canonibus regularibusque institutis requiruntur, aliter promotus ab suorum ordinum executione suspendatur, & licentiam concedens officio deponatur, & per sexennium inhabilis ad omnia officia habeatur. Sed, & nostra constitutio, qua cauetur, ne quis regularis ante emissam à se expressam professionem regularem, ad sacros ordines promoueri possit, inuiolabiliter obseruetur.

Forma promouendi ad gradus, & promouendorū qualitates.

Hęc constitutio habetur supra n. 74 fol. 1034.

Sacerdotes ad audiendas peccatorum confessiones ordinandi vita, moribus, & literatura probati, & quoad mulieres ætatis prouectæ habeantur. In omni domo huiusmodi Sacerdotes ex prædicto ordine constituantur, quibus, & non alijs fratres omnes peccata sua debeant confiteri.

Confessorum qualitates.

Priores omnes nunquam vltra biennium durent, sed biennio functo ipsorum officium vacet, nec ad illud met in eodem Conuentu in sequens protinus biennium rursus constitui possint.

Nulli itē fratri in eodē Conuentu plus biennio manere liceat, exceptis sexagenario maioribus, quibus aliquid ex causa Superioris arbitrio poterit condonari.

Priorum officiū non duret vltra triennium.

Fratres in eodem Conuentu manere nō possunt nisi senes, sup. annū 60.

Adhæc nullus omnino Priorum administrationem bonorum, & aliarum rerum, dispensationemque pecuniarum, & reddituum suæ domus, etiam nomine Conuentus, per seipsum habere siue exercere, vel sese in eis interponere possit, sed vniuersum id onus tribus Religiosis à Priori generali ita demandetur, vt primus rerum & bonorum inferendorumque in eam reddituum curam habeat, alter tanquam depositarius pecunias, ac cætera ab illo importata fideliter asseruet, reliquus de pecunijs, & rebus à Depositario captis Priori, & fratribus, ac domui vniuersæ de necessarijs veluti dispensator prouideat, mandante tamen ipso Priore, qui vnicuique non secundum proprium affectum, sed charitatis regulam prouideri curabit, officiorum huiusmodi inuicē confusione penitus interdicta.

Forma administrandi bona Cōuentuum.

Cæterum ij tres tam impensi, quam accepti singulis mensibus suo Priori, adhibitis etiam duobus, vel tribus fratribus eiusdem domus probatioribus, rerumque vsu peritis, deinde ipsemet rursus præsentibus Priore, & peritis prædictis, Priori generali, vel Prouinciali, vel Visitatoribus, quotiescunque visitationis officium fecerint.

Forma reddendi rationes.

Denique ipse Prior generalis in omni proximo capitulo generali saltem coram tribus Iudicibus ab ipso capitulo constitutis illorum omnium, & etiam vniuersæ administrationis suæ, tam publicè, quam priuatè rationem reddere teneatur.

Pecuniæ omnes, & quæcunque aliæ res cuicunque priuatim etiam intuitu personæ vndecunque donatæ, siue relictæ fuerint, Superiori, horarum viginti quatuor interuallo exhibeantur, qui illas statim Depositario committat, & inde tamē exhibitori ministrari iubeat, quantū rei cōueniētis præsens necessitas videbitur postulare.

Donata, & relicta debēt fratres cōsignare Superioribus vt hic.

Fratres omnes, etiam Superiores, & quomodocumque priuilegiati (ægrotis tantum exceptis) in Refectorio cibum capiant, & communi mensa vtētes cōmunibus epulis vescantur. In primis autē senum, & ægrotū, necnō Prædicatorum, & locorum cura habeatur, ita vt nihil eorum necessitati, & cōmoditati desit. Omnes prædi-

Fratres omnes in Refectorio cōmunibus epulis vescantur.

Y 3 &i quo-

cti quocunque gradu, & honore sint, camisijs laneis, & reliquo vestitu vniusmodi, eodemque honesto, & professioni conuenienti, omni præterea supellectile, & instrumento pauperi, atque humili vtantur. Nullus priuatum hortum habeat, sed omnes omnibus domus sint communes, præterquam quoad infirmariam, & nouitios, qui hortum siue viridarium seiunctum habere possint, in quo ceteri nullatenus ingrediantur.

Nouitij ante annum 18. non recipiantur.

Nouitij etiam oblati ante decimumoctauum ætatis suæ annum completum non recipiantur, neque ante decimumnonum completum ad professionem admittantur.]

Recepti qui non sint dimittantur.

Qui hactenus recepti, etiam oblati, decimumquintum annum non compleuerint, dimisso habitu Religionis domum ad parentes, & necessarios etiam inuiti remittantur, vel alias omnino emittantur, nec postea in ædibus vnde exierint, aut in alijs eiusdem ordinis domibus, vllo modo debeant conuersari.

Laici minores 25. non recipiantur, & recepti dimittantur.

Laici, qui vigesimomquintum annum non attigerint, ad seruiendum non accipiantur, & qui recepti, etiam nunc ea ætate minores sunt, reijciantur.

Nouitij recipiantur, & educantur in Conuentibus insignioribus tantum.

Nouitij non admittantur, aut educentur nisi in Conuentibus insignioribus, in quibus dormitorium, & capitulum habeant omnino separatum, cuius ingressus alijs fratribus sit pœnitus interdictus.

Magistrorum Nouitiorũ qualitates.

In eisdem domibus sit vnus Magister ætatis prouectioris, moribus, & doctrina præditus, qui diligentem habeat prædictorum Nouitiorum curam, & illis præsit.

Nouitiorũ instituendi forma.

Ipsi autem in Grammatica, cantu, cæremonijs, & ijs quæ ad Christianam disciplinam faciunt, instruantur, nec è loco nouitiatus nisi ad Ecclesiam, refectorium, & ad publicas processiones, & interdiu ad aliquam honestam recreationem, cum fida custodia exire debeant.

Vestium Fratrũ qualitates.

In quaque domo sit vnum vestiarium commune, in quo omnia omnium fratrum vestimenta conferantur, quæ vniusmodi sint, eademque nulla exquisita arte laborata, sed simplicia, & honesta, ita, vt nec vnum ab altero distinguatur. Cui vestiario Custos præficiatur, qui munditiæ refectionis, & distributionis eorundem vestimentorum curam gerat.

Forma seruandi scripturas, & res Eccles.

In omni domo, locus tutus cum armarijs, seu capsis habeatur, in quibus scripturæ priuilegia, contractus, & omnia iura ad domum pertinentia, itemque res preciosæ Ecclesiarum, etiam sacræ, cum suo inuentario, seu repertorio auctentico asseruentur, præter eas, quæ quotidiano sunt Ecclesiæ vsui necessariæ quæ in Sacristia, & per Sacristam custodiantur, ita tamen, vt res sacræ à profanis distinguantur. Huius autem loci tres sint claues, quarum vnam Prior, alteram Depositarius, tertiam Procurator domus habeat. Simili quoque modo inuentarium bonorum mobilium cuiusque Ecclesiæ, & domus, necnon immobilium, & quorumcunque iurium ad Conuentum pertinentium, in forma probanti conscribatur, deque eo exemplum auctenticum fiat duplicatum, vt alterum in propria domo remaneat, alterum vero in Archiuio insignioris, seu principalis domus eius Prouinciæ reponatur.

Infirmaria in quocunque Conuentu instituatur.

In omni domo infirmaria commodo loco constituatur pro Fratribus infirmis, cui infirmarius ordinetur, per quem domus ipsa de illis omnibus, quæ ad animæ, & corporis infirmorum salutem commoda, & necessaria sũt, charitatiuè prouideatur.

Prioris officium circa Eccles. & earum ornamenta.

Postremo Prior cuiusque domus præcipuam curam gerat, vt Ecclesiæ in suis structuris conseruentur, & reparentur, mundæ præterea, & expurgatæ, vti decet, contineantur, atque illis de libris, vasis, ornamentis, & alijs ad Altaris ministerium, & diuinũ cultum pertinentibus prouideatur, quæ pariter munda, & nitida conseruẽtur.

Res Sacristię nullatenus alienentur.

Res Sacristiæ, cuiusuis generis sint, nullo modo alienentur, nec pignori opponantur, nec vllo modo alicui accommodentur, sed solum Ecclesiæ propriæ seruiant.

Decretum irritans.

Decernentes irritum, & inane quicquid secus per quoscunque scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Fratres omnes seruent hanc reformationem.

Quocirca Priori generali, ac omnibus fratribus prædictis per Apostolica scripta mandamus, vt quisque pro se præsentes literas humiliter recipiant, & quæcunque in eis statuta, decreta, & mandata sunt, alia desuper à nobis non expectata iussione, aut mentis nostræ declaratione, firmiter custodiant, & in omnibus studiosè obedire procurent.

Prior generalis deputatur executor huius constitutionis.

Quinetiam eidem Priori generali committimus, vt ipse easdem præsentes in proximo, & deinceps futuris generalibus, & Prouincialibus Capitulis, & frequenter in omnibus domibus, publicè legere, ac eas, & quicquid pro earum executione, & obseruatione, tam in ipsis Capitulis generalibus, vel etiam extra illa ab ipso adhibitis aliquot ex alijs Prioribus, vel Diffinitoribus prædictis, quos duxerit eligendos, statuetur, ordinabitur, & decernetur, in omnibus Prioratibus, ac ab omnibus, & singulis Prioribus, fratribus, & personis prædictis inuiolatè faciat per se, vel alium, seu alios obseruari. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac etiam protestantes, & reclamantes, eisque auxilium, consilium, vel fauorem publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, quouis quæsito colore, vel ingenio prẹstãtes, tam Ecclesiasticos, quam laicos cuiuscunque dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, ac etiam Prioratuum, dignitatum, & administrationum priuatorias, cæteraque iuris, & facti remedia opportuna, appellatione postposita compescendo. Quin etiam contendentes prædictos in censuras, & pœnas suprascriptas, incidisse declarãdo, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis.

Clausulę derog.

Non obstantibus nostris de non tollendo iure quæsito, & de annali, ac triennali possessore, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon ordinis prædicti iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, exemptionibus, & indultis Apostolicis illis eiusque Superioribus, & personis, eorumque singulis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedem Apostolicam, etiam per modum statuti perpetui, ac initi, & stipulati contractus, ac alias sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis in genere, & in specie cõcessis, confirmatis, ac etiam alijs reformationibus, quotiescunque, ac quocunque tempore factis, & promulgatis ac quibuslibet alijs indulgentijs, & literis Apostolicis, specialibus, & generalibus quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum, seu dictorum ordinariorum iurisdictio, seu executio impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mẽtio specialis. Quæ omnia contra earundem præsentium tenorem nolumus cuiquã in aliquo suffragari.

Denique etiam volumus, vt ipsarum præsentium exempla, etiam impressa, & Capituli, vel Prioris generalis, seu

lis, seu alterius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, aut eius curiæ sigillo, & Secretarij cuiusuis eorum, vel Notarij publici manu obsignata, eandem illam prorsus fidem vbique locorum in iudicio, & extra illud faciant, quam ipsæ præsentes facerent, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, abolitionis, voluntatis, priuationis, amotionis, nunciationis, concessionis, mandati, præcepti, interdicti, declarationis, statuti, ordinationis, permissionis, decreti, & commissionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, Indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingẽtesimo septuagesimo: tertio Cal. Iunij, Pontificatus nostri Anno Quinto.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo septuagesimo, indictione tertiadecima, die vero vigesima mensis Septembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quinti, Anno Quinto, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris est per nos Scipionẽ de Octauianis, & Ioannem Andream Rogerium præfati Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores. Publicatio

Aotonius Clerici Magister Cursorum.

CIIII.

Impositio sex decimarum super fructibus, & pensionibus Beneficiorum totius Italiæ præterquam Dominij Venetorum, pro præsidio contra Turcas. Collectorisque deputatio, & facultates.

Similem impositionem fecit Grego. 13. vt infra in eius const. 31. Quo in statu, & ibi notabo.

Moderatio, & Reductio istarum decimarum pro Ordinibus Mendicantium habetur infra prox. in const. 110. Ex supernæ. Et pro Congregationibus Regularibus infra in const. 111. Licet nos.

Declaratio vero circa soluentes decimas in terminis constitutis, vt scilicet soluant iuxta antiquam taxam, habetur infra prox. in d. const. 111.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CHRISTIANA Respub. quo redacta sit, quantisque incommodis conflictetur, omnibus perspicuum esse non ambigimus: quando inter maximos amplissimorum Regnorum tumultus, ab impijs hominibus contra proprios Principes iam diu (peccatis nostris facientibus) concitatos, cruentasque passim cædes, sæuissimus Turcarum Tyrannus, intelligens summos Reges intestino bello implicatos, atque confectos, ingentes exercitus cogit, potentissimam classem instruit, vt quas sibi in arcano instituit Christianorũ partes, improuiso adoriatur, insitamque expleat feritatem: Nam etsi opprimẽdi Cypri causa fama vagatur, & id Venetis indixerit, ipsique alioqui hoc conijcientes ad defendẽdum bellum Cyprium egregias numerosasq; eo militum manus classe traijcere maturãt, quibus & nos iam pecunia succurrimus, & quibus possumus rebus necessarijs subuenire conamur, certum tamen non scimus eiusne sit ille consilij propius accedere, atque inuisæ sibi Italiæ portus idoneos opprimere, vt itinere patefacto in reliquam Italiam, & alias fideliũ prouincias pro libito irrumpere possit. Quare prouisa quoquo versus omnia fiot necesse habentes, vt quacunque illius furor irruerit, potentibus armis reprimatur. Hoc cum vbique factum iri vehemẽter expetimus, & quæ possumus auxilia cuiqs egenti impertimur, tum etiam a nobis illud sedulo curandum est, vt omnes oræ maritimæ muniantur, præsidia disponantur, noui equitum, peditumque delectus primo quoque tempore habeantur. Sed immẽsi sumptus quos Principibus Christianis pro sua & fidei defensione laborantibus, vbi res tulit, suggessimus, & pro exercitu quem superiore anno in Gallia contra hæreticos misimus, ac pro tutela Auinionis, comitatusque nostri Venusini, tamdiu suppeditauimus, & nunc ad tenendas ibi alias nouas, quas imminentibus quotidie magis dictorum hæreticorum periculis proxime decreuimus, militum copias, amplius facere compellimur. Aliæ item diuersorũ generum calamitates vsque eò temporalem Rom. Eccle. statum afflixerunt, ita Cameram Apostolicã ordinario prouentu exinaniuerunt, vt si repente vis aliqua ingruerit, ad eam propulsandam necessaria manifesto sint defutura. His nimirũ angustijs, & difficultatibus circũuenti & obsessi, omnia prius conari decreuimus, quàm subditos nostros alijs oneribus & miserijs nimium affectos, grauioris ponderis accessione vexare. Causa impositionis decimarum.

Quare habita pro rei grauitate cum fratribus nostris deliberatione matura, ad peculium Ecclesiæ (cuius causa vt maxime agitur) de necessitate cõuersi, Indicimus & imponimus sex integras Decimas omnium & quorumcũque fructuum, reddituum, prouẽtuum, iurium, obuentionum, distributionum quotidianarum, & emolumentorum ordinariorum, & extraordinariorum, omnium & quarumcunque ecclesiarum, Patriarchalium, Metropolitanarũ Cathedralium, Collegiatarum, & Parochialium, necnon Monasteriorum, & Conuentuum, ac etiam Mensarũ Patriarchalium, Archiepiscopalium, Episcopalium, Abbatialium, Capitularium, & Conuentualium, Prioratuum quoque, Præpositurarum, Præceptoriarum, Canonicatuum, Præbendarum, dignitatum, Personatuum, Administrationum, & Officiorum, cæterorumque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura & sine cura, secularium, ac sancti Benedicti, S. Augustini, Cluniacensis, Cisterciensis, Præmonstratensis, S. Basilij, Humiliatorum, Impositio sex decimarum super fructibus beneficiorum Italiæ, non tamen Dominij Venetorũ.

Simile impositionem fecit Leo X vt sup. fol. 339. in eius const. 19. Excipitur Hospitale S. Ioan. Hierosolymitani, cuius priuilegia habes sup. prox. in const. 38 fol. 960.

rum, Syluestrinorum, & (qui proprietates, redditusque certos ea priuilegio, vel alias possident) Mendicantium, ac quorumcunque aliorum ordinum vtriusque sexus, necnon Congregationum regularium, & præterea Hospitalium, etiam pauperum hospitalitatem non exercentium, seu bona & redditus vltra infirmorum necessitates, & alia pro quibus instituta sunt, pia officia exercenda possidentium, necnon Beatæ Mariæ Theutonicorum, sancti Lazari de Altopassu, Templi Dominici, & aliarum Militiarum (Hospitalis Sancti Io. Hierosolymitani, quæ pro sui tutela contra dictos Turcas, & alios infideles alienis auxilijs continuo eget, dumtaxat excepta) in omni Italia, præter dominium prædictorum Venetorum (cuius clerum vniuersum causa huiusmodi expeditionis in Turcas iam onerauimus) consistentium, secundum verum annuum valorem fructuum, redditeum, prouentuum, & aliorum prædictorum.

Impositio alia sex Decimarum sup pensionibus.

Ac etiam indicimus, & imponimus sex alias Decimas omnium & quarumcunque pensionum annuarum super fructibus, redditibus, prouentibus, iurib. obuentionib. emolumentis, & distributionib. supradictis assignatarum & assignãdarũ percipiẽdas, exigẽdas, & leuandas ab omnib. & quibuscunq; Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, Patriarchis, & alijs Ecclesiarum Prælatis, ac cæteris cuiuscunque dignitatis, status, & conditionis personis prædicta quocunque iure, & titulo obtinentibus, & obtenturis, necnon Oeconomis, & administratoribus perpetuis & temporalibus, vsufructuarijs, ac fructus, pensiones, res & alia huiusmodi iura ex quacunque causa sibi apostolica auctoritate in toto, vel in parte reseruata habentibus, & habituris, secularibus, & regularibus Ordinum, Congregationum, Militiarum, & Hospitalium prædictorum, Necnon ab ipsis ecclesijs, capitulis, conuentibus, ordinibus, congregationibus, collegijs, hospitalibus, militiis, mensis, massis, & locis, quocunque priuilegio, & exemptione reali, persoñali, & mixta, antiqua, & immemorabili, pacifica, & continua suffultis.

Tempora solutionum.

Quos omnes ad hoc efficaciter obligatos pro vna intra proximum diem festum Sãcti Michaelis Archangeli, qui mense Septembri incidit, & pro alia intra eundem festum Anni proxime futuri, & pro tertia partibus æqualibus intra illum ipsum diem festum consequentis protinus Anni, Cameræ prædictæ, & illius procuratoribus ad id constituendis omnino volumus persoluisse.

Pœna nõ soluentium decimas in tempore, aut non integre, &c.

Quicunque vero decimas huiusmodi nullo modo, vel non integre scienter, aut non secũdum verum annuum valorem fructuum, redditυum, prouẽtuum, iurium, obuẽtionum, distributionum, & emolumentorum, siue non in terminis constituẽdis exhibuerint, seu in illorum exhibitione malitiam commiserint, siue fraudem, Ecclesiarum Antistites suspendimus a diuinis, Capitula vero, Conuẽtus, & Collegia quæcunque Ecclesiæ interdicto supponimus, ac singulares personas Antistite inferiores excommunicationis sententia innodamus.

Cõductores, pẽsionarij, &c. debẽt soluere decimas nomine Dominorum, & Pensionariorum.

Cæterum ad prædictas Decimas consequendas, præcipimus etiam omnibus conductoribus, censuatijs, & locatoribus proprietatum, fructuum, rerum, & iurium prædictorum, etiam huiusmodi pensionibus oneratorum, vt vtrasque Decimas nomine Dominorum, & pensionariorum ad computum suæ quisque locationis, omnibus vero possessoribus, vsufructuarijs, & alijs pensiones soluere debentibus, vt ipsi etiam Decimas pensionum huiusmodi nomine pensionariorum Cameræ, & Procuratoribus prædictis integre persoluant.

Decimæ super fructibus soluantur iuxta cõmunem æstimationem, &c. super pensionibus ad rationem 10. pro centenario. Exemptiones, & pacta quæcunque a solutione Decimarum non excusent.

Decernentes Decimas fructuum, redditυum, prouentuum, & aliorum iurium prædictorum secundum communem illorũ æstimationem arbitrandas, alias vero pensionum Decimas ad rationem Decem pro Centenario præstari debere, & secundum ea prædictos omnes insolidum cogendos esse, ipsarumque Decimarum procuratores a quibus libuerit integre exigendi optionem, facultatemque habere.

Neque vllas omnino immunitates, & exemptiones, etiam ex causa resignationis, cessionis, iuris, concordiæ, conuentionis, aut quacunque alia graui & onerosa occasione, quocunque modo concessas, & interim concedendas, integram solutionem huiusmodi minuere, vel impedire, neque possessores, vsufructuarios, aut alios pẽsiones huiusmodi soluere debentes, etiam si ipsi iuri & actioni petendæ vel retinendæ portionis, & ratæ partis pensionarios contingentis iureiurando renunciauerint, & illam libere donauerint, & facultati repetendi renuntiauerint, atque ex forma dictæ Cameræ amplissima cauerint, modo aliquo obligari, nec ad id pro dicto tempore constringi posse.

Quietantiæ Ministrorum Cameræ de Decimis valeãt pro & si essent principalium.

Omnes vero confessiones, & quietantias receptionis Decimarũ a Procuratoribus, & ministris Cameræ prædictæ tam conductorib. censuarijs, & locatoribus nomine suorũ principalium, quàm etiam ipsis, necnon possessoribus vsufructuarijs, & alijs pensiones soluere debentibus, nomine pensionariorum faciẽdas, perinde valere, atque in iudicio & extra illud vbique locorum fidem facere, ac si ipsismet principalibus, & pensionarijs præsentibus, & soluentibus factæ, & exhibitæ fuissent.

Conductorum prorogatio vsq; ad satisfactionẽ Decimarum. Decretum irritans.

Conductores autem, qui pretium locationis dominis legitime anticipauerint locationem suam huiusmodi, quam ad hoc prorogamus vsque ad integram satisfactionem, vt prius etiam adueniente successore continuare debere.

Sicque per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales in quauis causa & instantia, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, vbique iudicari & diffiniri debere, Necnon irritum & inane quicquid secus per quoscunque scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Collectoris deputatio, & facultates.

Vt autem omnia supradicta, sicut causa vrgens postulat, diligenter & fideliter exequantur, Dilectum filium nostrum Alosyum tituli Sancti Clementis Presbyterum Cardinalem Cornelium nuncupatum, Camerarium nostrum, cuius integritas & experientia iam pridem nobis perspecta est, Generalem omnium Decimarum prædictarum Collectorem in vniuersa Italia, cum omnib. & quibuscunque priuilegijs, iurisdictionibus, & iuribus, quæ omnes alij ante hac huiusmodi Collectores habuerunt, auctoritate prædicta tenore præsentium constituimus, & ordinamus, eique plenam, liberam, & absolutam potestatem, facultatem, & auctoritatem tribuimus, omnes ipsas Decimas Cameræ prædictæ nomine vbique procurandi, prædictos omnes tam coniunctim, quàm diuisim ad integram illarum solutionem, vti prædictum est, faciendam, etiam per edictum locis publicis affigendum, monẽdi, & requirendi, non parentes, fraudantes, & cæteros contumaces in censuras & pœnas prædictas incidisse declarandi, proprietates, res, fructus, & alia bona ipsorum etiam manu regia apprehendendi, & vsque ad condignam satisfactionem retinendi, contradictores, & perturbatores, molestatores, & rebelles quoscunque, eisque auxilium, consilium, vel fauorem, publice vel occulte quouis quæsito colore præstantes, cuiuscunque dignita-

tis,

nis, gradus, ordinis fuerint, prædictis alijsque censuris & pœnis Ecclesiasticis, necnon pecuniarijs, cæterisque iuris & facti remedijs opportunis compellendi, illasque etiam iteratis vicibus aggrauandi, dignitatibus, beneficijs, & officijs omnibus priuandi & amouendi, & ad futura inhabiles faciendi, interdictum ecclesiasticum apponendi, auxiliumq; brachij secularis quandocunq; opus fuerit inuocandi, Ad sanitatem vero reuersos, qui debite satisfecerint, ab omnib. censuris & pœnis supradictis in forma ecclesiæ consueta absoluẽdi, super irregularitate forsan incursa dispensandi, & ad pristinum statum omnino restituendi. Præterea collectores, & subcollectores fide & facultatib. idoneos in omnib ciuitatib. terris, & prouincijs, Italiæ prædictæ quotquot viderit expedire, cũ simili aut limitata, non tamen absoluendi potestate constituendi, eumque vel eos arbitrio suo reuocandi, negligentes & morosos remouendi, ac alium seu alios surrogandi, quotiescunque ei videbitur: In delinquentes & suspectos per se vel alium seu alios, etiam simpliciter & de plano, ac sine strepitu & figura iudicij inquirẽdi & meritis pœnis puniendi, modos & formas in prædictis seruandis præscribendi, dubia quæcunque in præmissis forte oritura declarandi, & prorsus omnia, & quæcunque circa ea necessaria, & opportuna faciendi, statuendi, & exequendi, etiam si talia forent quæ mandatum exigerent magis speciale, quam præsentibus est expressum.

Clausula derogatoria.

Non obstantibus fel. recor. Bonifacij Papæ VIII. de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis, ac alijs Apostolicis constitutionibus, necnon Ecclesiarum, monasteriorum, ordinum, congregationum, hospitalium, militiarum, & locorum prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, vsibus, & naturis. Quodque prælatis & personis prædictis, eorumque Ecclesijs & locis, vel quibusuis alijs communiter vel diuisim a prædicta sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto, necnon personis, earumque nominibus & cognominibus, Ecclesijs, monasterijs, ordinibus, & locis huiusmodi mentionem, & quibuslibet alijs priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus illis in genere & in specie quomodocunque concessis, confirmatis, & innouatis, etiam solutiones decimarum aliter quam secundum antiquam taxam, & nisi in vniuersali decimarum per orbem impositione fieri prohibentibus, necnon promissionibus, donationibus, obligationibus, iuramentis, renunciationibus, vinculis, & cautelis in assignatione prædictarum pensionum factis, quibus per impositionem decimarum huiusmodi pensionum neminem teneri, neque eas quoad præmissa contra quemquam locum habere declaramus, alijsque indulgentijs, & literis Apostolicis, generalibus, & specialibus, cuiuscunque tenoris existãt, per quæ præsentibus nõ expressa, aut omnino non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis, quæ omnia contra præmissa nolumus cuiquam in aliquo suffragari, necnon alijs huiusmodi impositionibus & concessionibus ad tempus nondum elapsum per nos factis, ceterisque contrarijs quibuscunque.

Decimæ soluentur ad monetam currentem.

In percipiendis autem decimis prædictis constitutionẽ piæ me. Clementis Papæ V. in Concilio Viennen. editam, quod decimæ ad monetam currentẽ communiter leuari, nec calices, libri, cæteraque ecclesiarum ornamenta diuino cultui dicata, ex causa pignoris capi, recipi, vel distrahi, aut alias quomodolibet occupari debeãt, vbique volumus obseruari.

Carlinos vnum soluetur pro quietantia quarumcunque generali.

Quin etiam præcipimus, ne quisquã etiã plura quanticunque valoris beneficia ecclesiastica, seu plures pensiones, aut fructus, seu talia ... obtinens, pro litera & sigillo quietantiæ vniuersalis, si illam habere voluerit, vltra vnum carlenum conficientẽ quatrenos triginta septem huius monetæ soluere teneatur, nec ad aliud onus etiam prætextu Cambij vspiam compellatur.

Quia vero difficile nimis esset præsentes literas quocunque illis opus erit perferre, etiam volumus vt illarum exemplis etiam impressis, & notarij publici manu, ac Aloysij Cardinalis & Camerarij prædicti, aut alterius collectoris seu prælati ecclesiastici, eiusue curiæ sigillo obsignatis eadem prorsus fides in iudicio & extra illud vbique locorum adhibeatur, quæ illis ipsis adhiberetur si essent exhibitæ vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ indictionis, impositionis, voluntatis, suspensionis, suppositionis, innodationis, præcepti, decreti, prorogationis, constitutionis, ordinationis, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo pridie idus Maij, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

C V.

Aromatarij an sint præferendi alijs creditoribus Prælatorum in Romana Curia decedentium.

De ordine seruando inter huiusmodi creditores, vide sup. f. 977. const. 33. Cupientes litium.

De Aromatariorum autem priuilegijs habes supra in Iulio III. consti. 51. Beatissime, fol. 554.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

Hic motus proprius est sup. nu. 33 fol.

Causa huius declarationis.

QVIA sicut accepimus, a nonnullis dubitari contingit, An præmissus Motus proprius in ea parte qua creditores occasione cibariorum cæteris etiam anterioribus, & habentibus hypothecam præferũtur, extendatur vel contineat Aromatarios, qui occasione suorum aromatum, & aliarũ mercium ad exercitium eorum spectantium creditores existunt: Nos dubitationem huiusmodi tollere cupientes, animaduertentes quod

ter quod illorum merces ad victum quotidianum necessariæ non existunt, sed potius pro delicijs inseruiunt, aut pro Medicamētis, quorū occasione magnum sibi quæstum parant, & nihilominus speciali priuilegio sunt muniti, cuios vigore concernunt, cum obligatione in forma Cameræ. Propterea declaramus dispositionem supradictam, Aromatarios quo ad medicinalia, & expensas funerum non comprehendere, nec eos qui fuerunt de eorum credito satisfacti, præstito iuramento de restitutione prioribus, & potioribus, cum non teneantur illud seruare, ex quo non vergit in dispendium salutis æternæ.

Fiat Motu proprio. M.

C V I.

Reuocatio Priuilegiorum, & consuetudinum Ecclesiarum, aliquid recipiendi in collatione aut alia prouisione seu admissione ad possessionem Beneficiorum.

Ad quod habes Concil. Ind. Sess. 24. cap. 14. De Reform.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

DVRVM nimis, & incommodum arbitramur, quod ecclesiarum ministri in ijs quæ ad ipsorum sustentationem subpeditant, dispendia pariantur. Quocirca cū hanc ad rem, simulque prohibenda ab Ecclesia Dei auaritiæ prauitatem, editas ante hac sanctiones minime satis esse intelligimus, nouæ constitutionis subsidio cogimur prouidere. Cum itaque alias ex plurium Ecclesiarum Cathedralium & Collegiatarum constitutionibus, aut ex praua consuetudine obseruari intelligeretur, vt in electione, præsentatione, nominatione, institutione, confirmatione, collatione, vel alia prouisione, siue admissione ad possessionem alicuius Cathedralis Ecclesiæ, vel beneficij, canonicatuum, aut præbendarum vel partem prouentuum, seu ad distributiones quotidianas certæ conditiones, seu deductiones ex fructibus, solutiones, promissiones, compensationes, siue illicitæ, aut etiam quæ in aliquibus Ecclesijs dicuntur Turnorum lucra, interponerentur, licet Sancta Synodus Tridentina hæc detestata mandauerit Episcopis, vt quæcunque huiusmodi quæ in vsus pios non cōuerterentur, atq; ingressus eos qui simoniacæ labis, aut sordidæ auaritiæ suspitionē haberent, fieri non permitterent, ipsique diligenter de eorum constitutionibus, siue consuetudinibus super prædictis cognoscerent, & illis tantum quas probarent exceptis, reliquas vt prauas & scandalosas reijcerent, eos vero qui aduersus prædicta quauis ratione commisissent, pœnis contra simoniacos editis teneri decreuerit: multorum tamen indomita cupiditate tam prædicta, quàm alia ad beneficium, & commodum ipsorum ministrorum edita, aut omnino cōtemnuntur, aut in varios sensus traducta perperam eluduntur. Quare nos pro diuini cultus exercitio, simulque euocatorum ad illum auxilio plenius, euidentiusque consulendum fore, rati, reuocamus, & abolemus omnia & quæcunque priuilegia, consuetudines, & statuta quarumcunque Ecclesiarum Cathedralium & Metropolitanarum, ac maiorum, nec non collegiatarum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, aut alio quouis præsidio munita, ac etiam supra hominum memoriam, & longissimo ac quantocunque tempore etiam continuo obseruata, siue pro soluendis Ecclesiarum, vel Prælatorum debitis, siue pro supportandis illorum oneribus, siue alijs etiam maioribus, maximis, & vrgentissimis causis concessa, & approbata, ac etiam multiplicatis vicibus innouata, extensa, & moderata, quod vacantibus ipsarum Ecclesiarum dignitatibus, canonicatibus, præbendis, portionibus, beneficijs, & officijs, fructus, ac etiam quotidianæ distributiones ex eis primo ab ipsa vacatione Anno, aut longiore, vel etiā breuiore tempore prouenturi, mensæ Episcopali, seu capitulari, alioue loco integre, vel partim remaneant, seu applicentur, aut in communes vsus cedant, seu inter alios canonicos, & personas Ecclesiæ, seu Capituli diuidātur. Quodque nullus etiam Apostolica auctoritate prouisus in canonicum recipi, aut ad dignitatem, seu portionem, beneficium vel officium admitti, vel alias in eius possessionem induci possit, nisi prius de obseruandis huiusmodi priuilegijs, consuetudinibus, & statutis iuramentum præstiterit, & obtentæ illorum derogationi, ac fructuum, & distributionum perceptioni renunciauerit, seu capitulo, & personis prædictis cesserit, seu (vt appellāt) dulciaria, aut quid aliud præstiterit. Quorum omnium tenores, causas, & effectus habemus præsentibus pro expressis, quibuscunque illa concepta sint formulis, necnon irritantibus, & alijs decretis roborata: Volentes ea omnia vires & effectum de cætero non habere. Præcipimus igitur & interdicimus omnibus Episcopis, Capitulis, Collegijs, & personis ad quos id pertinet, ne posthac fructus, aut distributiones huiusmodi, nec prorsus vllam eorum partem retineant, neue ipsorum cessionem, vel renunciationem, aut dulciaria, vel alia quomodocunque petant, vel exigant, aut quemquam siue ordinaria, siue apostolica auctoritate prouisum, ad præstandum huiusmodi iuramentum inducant, aut illi prædicta non facienti possessionem impediant, vel remorentur. Quicunque contrafecerint, si ecclesiarum Antistes, tam diu a Pontificalis officii exercitio sint suspensi, donec satisfactione præuia illis per sedem apostolicam suspensio relaxetur: capitula vero, & collegia quæcunque ecclesiastico subiaceant interdicto, ac singulares personæ in excommunicationis sententiam incurrant, a qua, nisi in mortis articulo constituti, ab alio quam a Ro. Pont. absolutionis beneficium nequeant obtinere, Decernentes huiusmodi præstita iuramenta non tenere, nec quemquam illis obligari, quinimo iurantes in huiusmodi censuram incidere; Necnon irritum, & inane quicquid secus super his per quoscunque scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus statuimus, vt vbicunque huiusmodi fructus, & distributiones fabricæ, vel sacristiæ, aut alterius pij loci vsibus vltra semestre tempus reperiuntur concessi, horum dumtaxat dimidia pars ipsi sacristiæ, vel fabricæ, aut pio loco deinceps tribuatur, alteram vero beneficiati prædicti integre percipiant. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, decreto prædictæ synodi, ac etiam constitutionem fe. re. Ioannis Papæ XXII. quæ incipit, Suscepti, & alijs iuribus hac de re disponentibus nihilominus alias in suo robore duraturis. Cæterum per prædicta non intendimus illis præiudicare capitulis, collegijs, mensis, aut personis fructus & distributiones inter vacationem bo-

Cōcil. Trid. sess. 24. cap. 14. De Reformat. mādauit Episcopis, vt prauas cōsuetudines Eccles. Collegiatarum, & Cathedralium, aliquid recipiendi in prouisionibus Beneficiorum.

Hic Pōtifex modo reuocat consuetudines & cōstitutiones huiusmodi.

Et contrauenientibus pœnas imponit.

Clausulæ derogatoriæ.

De laratio huius cōstitutionis

nem beneficiorum, & eorum collationem, siue possessionis apprehensionem prouenientes ex statuto, consuetudine, vel priuilegio huiusmodi percipientibus, vel retinentibus, quo minus ipsi illos interim vt antea exigere va leant & habere. Postremo volumus, vt præsentium exempla etiam impressa, Notarij publici manu, & Prælati Ecclesiastici, eiusue Curiæ sigillo obsignata eandem illam prorsus fidem vbique locorum in iudicio & extra illud faciant, quam facerent ipsæmet præsentes, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, abolitionis, præcepti, interdicti, decreti, statuti, intentionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo pridie Cal. Iunij, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo septuagesimo, indictione tertiadecima, die vero tertiadecima Iulij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quinti, Anno Quinto, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Principis Apostolorum de Vrbe, ac valuas Ecclesiæ Sancti Ioannis Lateranensis, & ad valuas Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, per nos Scipionem de Octauianis, & Antonium Clerici, Cursores Apostolicos. Publicatio

Stephanus de Olea Magister Cursorum.

CVII.

Facultas concessa Cardinali Camerario, & Gubernatori Vrbis, ac Thesaurario generali absoluendi, & remittendi Bannitos, & componendi, &c. cum interuentu Procuratoris Fiscalis.

Aliam similem constitutionem fecit idem Pon. infra nu. 146. Dum mente, & Greg. 13. nu. 97. Cum tegis.

De materia autem Bannitorum, vide infra in Grego. 13. constitu. 66. In tanta.

PIVS Papa V. Ad futuram rei memoriam.

LICET primum, & præcipuum Ecclesiæ fundamentum existat vnigenitus Dei filius, referēte etiam Apostolo, quia fundamentum positum est, præter quod aliud poni non potest, quod est Christus Iesus, secundum tamen, & secundarium Ecclesiæ fundamentum existit beatissimus Apostolus Petrus, ad quem veritas ait, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, qui sicut a Christo petra dictus est Petrus, ita etiam a Christo capite vocatus est caput, ipso sibi dicente, Tu vocaberis Cephas, vt per hoc vniuersi fideles agnoscerent, quod ipsi tanquam fundamento & capiti, vniuersalis est Ecclesiæ cura specialiter demandata. Mirum ergo nemini videri debet, si nos, qui meritis licet imparibus, locum eius in Apostolica Sede tenemus, de singulis Christifidelibus, qui sub Ecclesiæ nomine referuntur, ita solicite, & anxie cogitamus, vt dum illos aliquibus premi angustijs conspicimus pro illarum releuatione spiritualia sæpissime, quandoque vero & temporalia requirimus auxilia. Ac quoniam, vt in temporalibus plurimum solet, in illis humani fallitur incertitudo iudicij, aliqua salubriora censentes, ea quæ prius probaueramus, reijcimus, idque et si semper a nobis, tamen præcipue his temporibus agnoscimus incessanter esse faciendum, dum in omnibus tenebrarum harum partibus diabolicæ præuaricationis ministros in ipsius Petri nauicula videmus insurrexisse, inconsutilemque Christi tunicam scindere moliri, ac iuxta prophetæ sententiam, sicut caupones aquam vino commiscentes tendere arcus, ac parare sagittas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde, adeo vt intrepide asserere possimus Apostoli adimpletam esse sententiam dicentem: Nouissimis temporibus discedent quidam a fide attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam retinentes conscientiam, habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius penitus abnegantes, & hos deuita. Huc accedit ingens ille Turcarum impetus, qui præterea Insula Melitana facta persecutione, ac in Pannonia nouissimis diebus depopulatis agris, ingentique vtrobique Christianorum cæde habita non contentus, ingentem adhuc Triremium classem præparare auditur, qua Christianorum fines inuadat, eosque calamitatibus innumeris affligat. Quibus quidem nos incommodis prout tenemur occurrere satagentes, necnon post a Deo optimo maximo imploratum præsidium ad humanum quoque auxilium deuenire volentes, considerantesque ad hoc bellum peragendum plus maritimum quam terrestre nobis esse comparandum exercitum, qui etiam haberi nullo modo poterat, nisi multorum Remigum opera, qui illum nauigijs, quo opus esset, adueheret, nobis præsto esset, vt facilius Remiges huiusmodi haberi possent, diuersis bannimentis & proclamatibus in prouincijs, & ciuitatibus, nobis & apostolicæ sedi subiectis per dilectos filios earum Gubernatores, & Præsides factis, omnibus bannitis, & capitaliter condemnatis, significandum duximus, Quod si quis ipsorum bannitorum vnum vel plures iuxta eorum facultatem Remiges, qui inseruirent classi Triremium Christianorum, exhiberet, a sententijs & condemnationibus contra eos liberati, & absoluti censerentur, seu absolui, & liberari possent, sub certis modo, & forma, prout latius in dictis proclamationibus continetur. Attendentes nihilominus id eo pacto non facile expediri posse, tum ex eo quia prædicti banniti & condemnati homines ad id aptos minime præstare valent, tum etiam quia, si opus, esset, non vsquequaque nobis cautum foret, quod prædictis Remiges ad id pro anno sequenti inseruirent, pro faciliori præmissorum executione magis expedire duximus sententias & condemnationes ipsas in pecuniarias pœnas siue mulctas commutare, quibus pecunijs homines aptos ad remigandum in locis maritimis, etiā extra statum nostrum cōducere valeremus. Nos igitur bannimentorum & proclamationum, ac indultorum nuper per nos in fauorem ipsorum bannitorum

Hic Pont. concedit remissionem Bannitis qui iuxta eorum facultatem præstarent Remiges inseruientes classi triremium contra Turchas.

Sed modo eam reuocat ex causis hic expressis.

(vt præmittitur) editorum & concessorum tenores præsentibus pro expresſis habentes, illaque exprimi & inſeri poſſe decernentes, Motu proprio, ac ex certa noſtra ſcientia, & de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, bannimenta, & proclamationes ac indulta, aliaque præmiſſa harum ſerie penitus, & omnino caſſamus, & annullamus, nullaque & inualida, ac nullius roboris, & efficaciæ fore declaramus: Necnō Dilecto filio noſtro Aloyſio tituli Sancti Clementis presbitero Cardinali Cornelio nuncupato Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerario, ac dilectis filijs Magiſtro Mōti de Valētibus notario noſtro, ac almæ Vrbis Gubernatori, & Vicecamerario, ac Bartholomæo Buſſotto noſtro & Cameræ apoſtolicæ Theſaurario generali, vt cum interuentu dilecti etiam filij Herculis Seueroli Fiſci noſtri procuratoris, pœnas & condemnationes etiam capitales pro quibuſuis homicidijs, & alijs enormibus, & quantumuis grauibus delictis & criminibus etiam reiteratis, etiam ſi plura banna in vnius, vel plurium perſonis illata fuerint (Hæreſis, læſæ maieſtatis diuinæ, vel humanæ, aſſaſsinij, & delictis in Eccleſijs perpetratis, falſæ monetæ, ac Patricidij dumtaxat exceptis) latas, & inflictas, in pœnas & mulctas pecuniarias pro delictorum, & perſonarum qualitate moderandas pro his, qui infra tres menſes a data præſentium cō cordauerint, Aloyſius Cardinalis & Camerarius, & alij prænominati poſſint & valeant ipſos condemnatos, & quo ad clericos, & alios in ſacris ordinibus conſtitutos homicidas videlicet, eos tantum, qui non ex propoſito, ſed caſu, vel vim vi repellendo vt ſe a morte defenderent, ab excommunicationis, alijſque eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & poenis etiam corporis afflictiuis, & vltimi ſupplicij, in vtroque foro abſoluere & liberare, omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam, ſiue notam, contra ipſos præmiſſorum occaſione quomodolibet inſurgentem ab eis penitus abolere, ipſoſque in priſtinum, ac eum, in quo ante præmiſſa erant ſtatum honores, famam, & dignitates, ſingulaque priuilegia, quibus ante fruebantur, & gaudebant, ad patriam (ſi pacem ab hæredibus interfectorum, ſeu alias a partibus offenſis reportauerint) illos vero, qui pacem, vt præmittitur, non habuerint, ſeruato exilio a loco ſeu locis perpetrati delicti, per quinquaginta milliaria, aut minus ad Aloyſij Cardinalis, & aliorum prædictorum arbitrium, donec pacem habuerint, ac ad bona quæcunque reſtituere, reponere, & plenarie reintegrare: Necnon cum eis, qui clericali charactere alias rite inſigniti fuerint, & ad ſacros ordines promoti, quod præmiſsis non obſtantibus charactere, & ordinibus prædictis vti, aut qui ad illos promoueri voluerint, promoueri poſſint, necnon quæcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura, etiam ſi Canonicatus, & præbendæ ac dignitates, etiā poſt pontificales maiores in Cathedralibus, ſeu Metropolitanis, aut principales in Collegiatis Eccleſijs, & electi ſibi in poſterum conferenda recipere, & quoad vixerint retinere, libere & licite poſſint, & valeant, diſpenſare, ac quibuſuis iudicibus, & perſonis cuiuſcunque ſtatus, gradus, & præeminentiæ exiſtant, ne ipſos Bannitos, ſeu eorum aliquem ratione delictorum, de quibus concordauerint, directè vel indirectè quouis quæſito colore, vel ingenio in perſona, vel rebus moleſtare, perturbare, vel inquietare preſumant, diſtrictius inhibere, plenam, liberam, ac omnimodam poteſtatem, & facultatem, per præſentes concedimus, & elargimur. Necnon abſolutiones, liberationes, aliaque præmiſſa, & quicquid per dictum Aloyſium Cardinalem, alioſq; præfatos ſuper præmiſsis actum, geſtumue fuerit, rata, grata, & firma perpetuo habemus, illaque apoſtolici muniminis firmitate ſubſiſtere, literiſque patentibus manu Aloyſij Cardinalis, & aliorum ſupranominatorum, & ſigillo prædicti Cardinalis Camerarij ſubſignatis, & abſque præſentium inſertione plenam fidem adhiberi, ipſiſque Bannitis, & condemnatis, ac ſi eſſent literæ ſub plumbo, vel ſub annulo piſcatoris, vel manu noſtra ſignatæ, ſuffragari decernimus. Sicque per quoſcunque Iudices & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac eccleſiarum in quibus beneficia, ſeu Canonicatus, & præbendæ, aut dignitates huiuſmodi erunt, etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon quibuſuis literis apoſtolicis, & præſertim fel. rec. Pauli IV. & Pij etiam IV. ac etiam noſtris & quorſicunque aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum contra homicidas, & bannitos huiuſmodi ſub quibuſuis tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis & decretis in contrarium quomodolibet conceſsis, quibus omnibus, & ſingulis (illorum tenores præſentibus pro plene & ſufficienter expreſsis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris) hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem quod pecuniæ per prædictos bannitos ex dicta cauſa ſoluendæ penes depoſitarium per ipſum Theſaurarium deputandum ad effectum præmiſſum deponantur.

Faculta teſque cōcedit Camerario, Gubernatori, & Theſaurario generali, remittendi bannitos infra tres mēſes.

Decretum irritans.

Clauſulæ derogatoriæ.

Pecuniæ deponantur penes Depoſi. deputan.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo piſcatoris, die ſecūda Iunij milleſimo quingēteſimo ſeptuageſimo: Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Cæ. Glorierius.

Die ſeptima Iunij milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, hæ literæ apoſtolicæ admiſſæ & regiſtratæ fuerūt de mandato ſupradictorum Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. mei. Aloyſij Cardinalis Camerarij, & Reuerendorum Dominorum Montis de Valentibus almæ Vrbis Gubernatoris Vicecamerarij, & Bartholomæi Buſſotti Theſaurarij apoſtolici generalis Iudicum, vt præfertur, ſpecialiter deputatorum, libro primo ſignaturarum eiuſdem S. D. N. Papæ apud me infraſcriptum Cameræ apoſtolicæ Notarium. fol. 44.

Admiſſio, & regiſtratio in Cam. Apoſtolica.

Andreas Martini.

C V I I I.

Moderatio facultatum nominandi Bannitos.

De materia Bannitorum, vide supra in const. 53. Ex supernæ fol. 937. Et ibi nota.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.
ALIAS cupientes facinorosorum hominum & bannitorum, quorum numerus in ditione Ecclesiastica in infinitum propemodum excreuerat, improbitatem coercere, & tantum malum de medio tollere, ac quieti & tranquillitati bonorum prospicere, inter cætera per nos, seu de mandato nostro prodita desuper remedia, aliquorum prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes tolerauimus, & obseruari permisimus bannimenta, & proclamata diuersorum Rectorum prouinciarum, ac Gubernatorum nobis subiectarũ ciuitatum, per quæ indulgebatur & concedebatur, vt quicunque aliquem capitaliter bannitũ curiæ traderet seu interficeret, si ipse tradens seu interficiens bannitus etiã reperiretur, rebannitioné alias non modo facti impunitatem, sed etiam ius alium pro æquali vel minori delicto bannitum nominandi & rebanniendi consequeretur. Cum autem tam ex hoc quàm ex solerti cura, & diligentia ministrorum nostrorum in facinorosis huiusmodi persequendis & puniendis adhibita, tot iã debito supplicio affecti fuerint, vt ditio præfata si non integre, at certe ex maxima illius parte huiusmodi malis hominibus expurgata dici possit, adeo vt verisimiliter sperãdum sit remedium ordinarium Rectorum prouinciarum, ac ciuitatum ad eos qui supersunt satis futurum: Et insuper prospicientes ex huiusmodi indulto multos iam sub spe alicuius nominationis consequendæ occasionem maleficij perpetrandi aucupatos, atque ita quod ab initio, & ipsa experientia salutare, & legitimum remedium compertum fuerat, modo hominum malitia in aliorum perniciem tendere, atq; ex alijs rationabilibus causis animũ nostrum mouentibus, indulti præfati obseruãtiam duximus moderandã. Quapropter (saluis ijs quæ de bannitis huiusmodi per communitates, ac locorum dominos persequendis, & de ipsis bannitis impune offendendis, per nos & alios prædecessores nostros, ac quoscunque Rectores, & Gubernatores prouide statuta sunt, quinimo illa quatenus opus sit innouantes) ius, & facultatem occasioné traditi, vel interfecti banniti, alium bannitum rebbanniendi, tam vigore constitutionum prouincialium, quàm bannimentorum quorumcunque Rectorum prouinciarum, seu ciuitatum nobis, & S. R. E. quomodolibet subiectarum Gubernatorum, quam etiam apostolicarum constitutionum, si quæ forte desuper emanasse reperiantur, competentia, ac ipsas constitutiones, & bannimenta ius, & facultatem huiusmodi concedentia, in ea parte tantum tollimus & abrogamus. Ita tamen quod si tradens, vel interficiens bannitum ipse pro æquali, vel minori delicto bannitus reperiatur, possit quidem seipsum via prædicta (seruatis nihilominus ijs quæ alias desuper seruari debere præceptum fuit) rebannire & liberare, sed si ipse tradens vel interficiens minime sit bannitus, tantummodo facti huiusmodi impunitatem, non autem amplius præmium, & ius nominandi consequatur. Quocirca dilecto filio Aloysio tituli Sancti Clementis S. R. E. Cardinali Camerario, ac quibusuis prouinciarum, ciuitatum, terrarum, & locorum in ditione Ecclesiastica consistentium, legatis, vicelegatis, gubernatoribus, ac ius dicentibus quibuscunque tenore præsentium committimus, & mandamus, ne postquam præsentis nostri Motus proprij cedula in Camera Apostolica admissa fuerit, quempiam de cætero ad beneficium huiusmodi iuris nominandi & rebanniendi, contra præsentium tenorem admittãt, sed illas inuiolabiliter, & sine fraude obseruent & obseruari faciant. Irritũ ex nunc decernentes & inane, si secus a quopiam quauis auctoritate contigerit attentari. Non obstantibus quibusuis prouincialibus, ac etiam apostolicis etiam iteratis constitutionibus, & ordinationibus, ac illarum vigore emanatis bannis, proclamatibus, & promissionibus, quæ omnia, quatenus præsenti voluntati nostræ aduersantur, euacuamus, reuocamus, cassamus, irritamus, ac pro reuocatis, cassis, & irritis haberi deberi decernimus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Causa constitutionis.

Moderatio facultatum nominandi bannitos.

Officiales seruẽt hanc consti. post illius admissionem in Camera Apost.

Decretum irritans.

Clausulę derogat.

Placet Motu proprio M.

Die duodecima Iunij millesimo quingentesimo septuagesimo, Ex decreto in Camera apostolica mature facto, admissa & registrata fuit hæc Motus proprij cedula libro primo signaturarum eiusdem Sanctissimi D. N. Papæ apud me infrascriptum Cameræ Apost. Notarium, fol. 46.

Admissio & registrat. in Cam. Apost.

Andreas Martini.

C I X.

Facultates R. P. D. Monti de Valentibus Almæ Vrbis Gubernatori concessæ.

Istæ facultates concessæ etiam fuerunt cæteris alijs Gubernatoribus, & Reuerendiss. D. Io. Francisco Sangeorgio Casalensi ad præsens Gubernatori, cuius ego Laertius sum in Ciuilibus Locumtenens, vt habes infra in Greg. 13. const. 85. Sperantes, vbi ponam concord. Facultatum Gubernatoris.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.
CVM Apostolica Sedes quasi lucerna super candelabrum sit constituta, ne ciuitas quæ supra montem posita est, abscondi possit: nos qui ei licet immeriti præsidemus, diligenti debemus cura satagere, vt non solum ita luceat lux nostra coram hominibus, vt videntes opera nostra glorificent patrem luminũ a quo bona cuncta procedunt, verum etiam cæteri Christifideles curæ nostræ diuinitus commissi vbique locorum, sed præcipue in alma vrbe nostra existentes, quos domini timor ad virtutes non allicit, iuris rigore perterriti gressus suos in eiusdem domini mandatorum via dirigendos impellantur. Quod vt magis votiue nobis succedat, cum conditionis humanæ defectu omnia per nos ipsos exequi nequeamus, vices nostras alijs committimus qui sciant, velint, & valeant mãdata nostra fideliter, & prudẽter exequi: quod profecto in dilecto filio magistro

Monte de Valentibus vrbis prædictæ Gubernatore, notario, & familiari noſtro, nos comperiſſe fateri audemus. Hac ſane ratione allecti & adducti, facere nullo modo poſſumus, quin continue ei grauiſsima peragenda imponamus negocia, ad quorum executionem ipſi procedenti ſi prout negociorum grauitas exigit, pro illorum ſingulis peculiare eſſe aſsignandum voluntatis noſtræ teſtimonium, facile foret, vt voluntas noſtra non ea qua volumus celeritate executioni demandaretur. Volentes itaque præmiſsis ea adhibere remedia, ne vllo vnquam tempore ipſius Montis Gubernatoris auctoritati, & iuriſdictioni iniquorum calumnijs derogari contingat, aut ipſe Montes Gubernator voluntati noſtræ exequendæ anhelans, illius occaſione moleſtetur, ſalubriter prouidere: Motu ſimili, &c. & ea certa noſtra ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine volumus. & declaramus omnes, & ſingulas ſententias, decreta, bannimenta, proclamationes, aliaſque ipſius hactenus geſta, & in poſterum gerenda, & tam in ſcriptis quàm alias, etiā ex ſui officij mera auctoritate, in quibus ipſe Montes Gubernator ea ordine noſtro hactenus proceſsiſſe atteſtatus fuerit, vel in poſterum procedere atteſtabitur, eam prorſus vim, & efficaciā, idemque robur obtinere, & ab omnibus inuiolabiliter obſeruari, omneſque quos illa concernunt, ita & perinde afficere, ac ſi ex omnia de ſpeciali, & expreſſa commiſsione noſtra, de qua etiam per cedulam manu noſtra etiam motu proprio ſignatam conſtaret, emanaſſent, ipſiuſque Montis Gubernatoris aſſertioni abſque aliqua per ipſum exhibenda probatione ſtari, eumque merum mentis, & voluntatis noſtræ executorem ſuper ſic per eum vt præmittitur geſtis, tā in iudicio quàm extra, etiam per nos, & ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices, ſeu de eorum mandato per quoſcunque moleſtari, inquietari, aut perturbari ex quauis cauſa non poſſe. Interdicentes quibuſuis perſonis cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, & conditionis, ac ordinis exiſtentibus, & quacunque dignitate, facultate, & auctoritate fulgentibus, & in præmiſsis, tam de noſtro, quàm ſucceſſorum prædictorum mandato proceden. eundem Montem Gubernatorem ſuper præmiſsis, vel eorum aliquo moleſtandi, inquietandi, aut perturbandi, facultatem. Decernentes quoque prædictas, & deſuper cōficiendas literas nullo vnquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intētionis noſtræ, aut quopiam alio defectu notari, impugnari, inualidari, ad terminos iuris reduci, in ius vel controuerſiam vocari nullatenus poſſe, minuſque ſub quibuſuis ſimilium, vel diſsimilium gratiarum reuocationibus ſuſpenſionibus, limitationibus, & alijs contrarijs diſpoſitionibus comprehendi nullatenus poſſe, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illa emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenarie etiam ſub quacunque data per ipſum Montem eligenda reintegratas eſſe, vimque validi, & efficacis cōtractus inter nos & ſedem apoſtolicam ac eundem Montem Gubernatorem initi ſortiri, Sicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcunque Iudices, &c. etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata, &c. iudicari debere, irritum quoque, &c. decernimus. Non obſtantibus quibuſuis apoſtolicis, necnon ſynodalibus, & prouincialibus editis conſtitutionibus, & ordinationibus, ac legibus, etiam municipalibus, & imperialibus, etiam in corpore iuris clauſis, ac dictæ vrbis, & quibuſuis alijs etiam iuramento vallatis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, &c. quibus omnibus, &c. etiam ſi de illis, &c. illorum tenores, &c. hac vice latiſsime derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque, cum clauſulis opportunis, & conſuetis.

Cauſa concesſionis Facultatum.

Facultates r. p. d. Montis de Valentibus Gubernatoris Vrbis.

Clauſulæ perſeruatiuæ.

Decretum irritans.

Clauſulæ derog.

Fiat Motu proprio M.

Repetitio clauſularum.

Sola ſignatura ſufficit.

Et cum abſolutione a cenſuris ad effectum, &c. & de declaratione, ſtatuto, mandato, decreto, reductione, atteſtatione, interdicto, & alijs præmiſsis, quæ hic pro repetitis habeantur, & ad partem in forma gratioſa latiſsime exten. & cum opportuna, ſi videbitur, iudicum, & executorum deputatione, qui aſsiſtant, & præmiſſa obſeruari faciant ſub cenſuris, &c. cum poteſtate citandi, &c. inhibendi, &c. aggrauandi, &c. inuocato, &c. ſæcularis, &c. & cum derogatione Bonifacianæ latiſsime exten. & quod prædicti Motus proprij ſola ſignatura ſufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, regula quacūque contraria non obſtan. ſeu ſi videbitur literæ deſuper cum maiori præmiſſorum expreſsione expediri poſsint.

Fiat M.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Quinto Id. Auguſti, Anno Quinto.

C X.

Reductio ſex decimarum ſuper fructibus, & penſionibus Beneficiorum Italiæ impoſitarum, ad tres decimas, & ad antiquam taxam pro Ordinibus Mendicantium. Et declaratio, quod in impoſitione huiuſmodi decimarum, non comprehenduntur loca Mendicantium, qui alias Decimas antea impoſitas ſoluere non conſueuerunt.

Impoſitionem iſtam habes ſupra proxime in conſt. 104. Chriſtiana, fol. 1077. Et ſimilem impoſitionem fecit etiam Greg. 13. vt infra in eius conſt. 31. Quo in ſtatu.

PIVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

REX SVPERNO diſpōnis arbitrio, Romanus Pontifex, in ſupremo militantis Eccleſiæ culmine collocatus, ad hoc potiſsimum ſolicitudinis ſuæ neruos intendit, vt religionem omnium præſertim ordinum Fratrum Mendicantium, qui ſub regulari obſeruantia, in eorum monaſterijs, ſeu domibus gratum altiſsimo famulatum reddere intendunt, diſpendijs occurrat, & profectibus ſalubriter intendat, exemptioneſque & alias gratias, illis ſuarum virtutum, & laborum intuitu per Sedem Apoſtolicam conceſſas a noxijs præſeruet, ac alias officij ſui partes ſolerter impendat, ſtatuat, & ordinet, prout temporum neceſsitate, perſonarumque & rerum qualitate penſatis, conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Nuper ſi quidem, vt imminentibus neceſsitatibus, ad reprimendas vires, & impetū ſæuiſsimi Turcarum Tyranni ſubuenire poſſemus,

Sex

Sex decimas integras omnium, & quorumcunque fructuum, reddituum, prouentuum, iurium, obuentionum, & emolumentorum ordinariorum, & extraordinariorum, omnium, & quarumcunque Ecclesiarum, Patriarchalium, Cathedralium, & Metropolitanarum, necnon Monasteriorum, & Conuentuum, cæterorumque beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura, sæcularium, ac Sancti Benedicti, Sancti Augustini Cisterciensis, Cluniacensis, Præmostratensis, & qui proprietates, redditusque certos, ex priuilegio, vel alias possident, Mendicantium, ac quorumcunque aliorum ordinum, vtriusque sexus, necnon Congregationum regularium, & Militiarum, secundum verum annuum valorem fructuum, reddituum, prouentuum, & aliorum prædictorum, ac etiam sex alias decimas, omnium, & quarumcunque pensionum annuarum, super fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & emolumentis supradictis assignatarum, percipiendas, exigendas, & leuandas, ab omnibus, & quibuscunque personis, sæcularibus ordinum, & Congregationum prædictarum in certis temporibus, & terminis, ac expressis solutionibus, soluendas, per quasdam nostras literas sub datum Pridie idus Maij, Pontificatus nostri Anno quinto. Indiximus, & imposuimus, Decernentes decimas huiusmodi non secundum antiquam taxam, sed secundum communem æstimationem fructuum, reddituum, & prouentuum, & aliorum prædictorum: Alias vero pensionum decimas, ad rationem decem pro centenario, arbitrandas, soluendas, & præstandas; Et secundum ex prædictos omnes insolidum cogendos esse, nec vllas, omnino immunitates, & exemptiones, ex causa resignationis, & quacunque alia graui, & onerosa occasione, quocunque modo concessas, & interim concedendas illis suffragari, siue dictarum integram solutionem, minuere, vel impedire debere, prout in dictis literis plenius continetur. Nos autem considerantes indictionem, & impositionem sex decimarum huiusmodi, aliaque in dictis literis nostris contenta, omnes fratres Religiosos, & Moniales ordinum Mendicantium, illorumque domos, Monasteria, Conuentus, Ecclesias, loca, & bona quæcunque amplecti, quorum tamen alij nullos, aut admodum modicos, & paucos fructus retinent, siue habent, alij vero ex retroactis calamitosis temporibus ita ære alieno grauati, ac in tali necessitate constituti existunt, vt eisdem Religiosis, siue fratribus, & Monialibus, solutio dictarum sex decimarum impossibilis foret, cogitantesque quod fratres Religiosi, & Moniales prædictæ, continuis orationibus quotidie pro fidei Catholicæ, & illius vniuersi Populi Christiani conseruatione, tuitione, & defensione, apud Dominum nostrum Saluatorem Iesum Christum insistunt, & orant, vt non minus orationibus, quam alij facto, & armis, contra dictum sæuissimum Turcarum Tyrannum, & illius vires, & impetus immanes, pugnare videntur, ita vt merito aliqualiter, in alijs oneribus subleuandos esse videantur. Quapropter ipsos fratres Religiosos, & Moniales, eorumque singulos, specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, illosque à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, (si quibus quomodolibet innodati existunt) ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, necnon veriores literarum aliarumque scripturarum desuper confectarum tenores præsentibus pro expressis habentes, Motuproprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, vestigijs, etiam prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum inhærendo, indictionem, & impositionem sex decimarum huiusmodi per nos vt præfertur factam, ad illarum medietatem videlicet, tres decimas tantum, (quas non secundum communem æstimationem fructuum, reddituum, & prouentuum, vel ad rationem decem pro centenario, sed iuxta antiquam illorum taxam arbitrandas esse volumus) quoad dictorum ordinum Mendicantium fratres, Religiosos, & Moniales, eorumque domos, Conuentus, Monasteria, Ecclesias, loca, & bona quæcunque tantum Apostolica auctoritate tenore præsentium reducimus, & moderamur, ipsasque tres decimas iuxta dictam antiquam taxam, non autem secundum communem æstimationem præstari debere, nec fratres, Religiosos, & Moniales ipsos, vltra tres decimas huiusmodi soluere teneri, eisdem auctoritate, & tenore statuimus, & ordinamus: Et insuper volumus, quod Monasteria, domus, Conuentus, aliaque loca, & bona eorundem ordinum Mendicantium, necnon illorum fratres, Religiosi, Moniales, & personæ quæcunque, qui alias decimas in præteritum impositas soluere non consueuerunt, sub indictione, & impositione sex decimarum huiusmodi, nec præsentibus reductione, & moderatione, comprehendantur: Quinimo ipsos, & illa omnia ab onere solutionis, & impositionis sex decimarum huiusmodi auctoritate & tenore prædictis, penitus eximimus, & liberamus, ac illos, & illa immunes, & liberos, ac immunia, & libera respectiuè esse, nec ad solutionem dictarum sex decimarum teneri, neque fratres, Religiosos, Moniales, aliasque personas prædictas ad illas soluendum vllatenus compelli posse: Sicque per dilectum filium modernum, & pro tempore existentem Camerarium nostrum, necnon Collectores quoscunque ad dictas decimas colligendas deputatos, & deputandos, & quosuis alios quauis auctoritate fungentes (sublata, eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi, facultate, & auctoritate) iudicari, & diffiniri debere, ac ex nunc quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter, attentari contigerit, irritum, & inane decernimus: Eisdemque Camerario, & Collectoribus, ac alijs quibusuis, ad quos spectat, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, per contrafacientes eo ipso incurrenda, districtius inhibentes, ne quandiu dicta impositio sex decimarum durauerit, vltra tres partes illarum ab eisdem Mendicantium ordinum fratribus, Religiosis, Monialibus, & personis, exigere, & ab ipsis fratribus, Monialibus, & personis aliarum decimarum (sic vt præfertur illas soluere non consuetis) quicquam petere, vel eos, aut aliquem eorum huiusmodi prætextu molestare, perturbare, vel inquietare præsumant. Ac tam illis quam receptatoribus decimarum huiusmodi, alijsque super his deputatis districtè præcipiendo mandantes, quatenus, si quid hactenus ab eisdem fratribus, Religiosis, & Monialibus, siue eorundem aliquo, vltra dictas tres decimarum partes, receperint, illud integrum eis quamprimum restituant, ac per eos, ad quos spectat, realiter restitui faciant. Ac reductionem, moderationem, statutum, ordinationem, voluntatem, exemptionem, liberationem, decretum, inhibitionem, aliaque omnia præmissa, necnon præsentes literas, nullo vnquam tempore, quouis quæsito colore, vel ingenio, de subreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ defectu, notari, vel impugnari, neque aliquatenus, etiam ad eorundem collectorum, & aliorum deputatorum instantiam, reuocari, cassari, annullari, reduci, vel retractari posse, sed illas semper validas, & efficaces fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & inuiolabiliter obseruari, dictisque fratribus, Religiosis, Monialibus, & personis, ac eorum

Mona-

Hic Pontifex in posuit sex decimas super fructibus, & pensionibus beneficiorũ vt sup. proximè I cõst. 104. f. 377.

Insistique eas solui iuxta communẽ æstimationẽ, & ad decem pro cent. respectiuè, vt ibidem.

Exemptionesq; neminẽ releuare ab earũ solutione, vt ibid.

Sed modo ex causis hic expressis, reducit illas sex decimas ad tres, & ad antiquã taxam pro Mendicantibus.

Declarat etiam ad solutionẽ decimarum non teneri Mendicantes, qui alias sol uere non consueuerunt.

Decretũ irritans.

Inhibitio contra exigentes à Mendicantibus vltra tres decimas; & præceptum de restituendo quicquid vltra exactũ fuit.

Clausulæ præseruatiuæ.

Executorum deputatio, & facul. Monasterijs, domibus, & locis suffragari debere, similiter decernimus, & declaramus. Et nihilominus Venerabilibus fratribus Balneoregiensi, & Amerino Episcopis, necnon dilecto filio Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, per præsentes, Motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum, per se, vel alium, seu alios; easdem præsentes, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro fratrum Religiosorum, & Monialium, aliorumque prædictorum, aut alicuius eorum parte super hoc fuerint requisiti, solemniter publicantes, sibique in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra reductionem, moderationem, statutum, ordinationem, voluntatem, inhibitionem, mandatum, exemptionem, liberationem, & alia præmissa, inuiolabiliter obseruari; Non permittentes eos, aut eorum quempiam desuper, contra earundem præsentium tenorem, per quoscunque quomodolibet molestari, perturbari, vel impediri, Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque iuris, & facti remedia, auctoritate nostra, appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, illos censuras, & pœnas huiusmodi incurrisse declarando, ac censuras huiusmodi etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij

Clausula derogatoria. secularis. Non obstantibus præmissis, ac fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium non extrahatur, alijsque quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus alijs, quæ in dictis Prioribus nostris literis voluimus non obstare, ac etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, ac similium exemptionum, reuocationibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Camerario, Collectoribus, deputatis, & quibusuis alijs, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & efficacissimis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis, etiam Motu simili, ac alias quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus (illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris) hac vice dumtaxat, specialiter, & expressè derogamus, contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes, plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, quod transumptis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, & adhiberi debeat, quæ literis ipsis originalibus adhiberetur, si exhibitæ forent, vel ostensæ. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum sub Annulo piscatoris, Die vigesimanona Augusti, millesimo quingentesimo septuagesimo. Pontificatus nostri Anno quinto.

Io. Alf. Naldus.

V. Macharanus.

CXI.

Declaratio, quod soluentes in terminis constitutis decimas super fructibus, & pensionibus beneficiorum Italiæ impositas, soluant iuxta taxam antiquam, morosi vero secundum verum valorem. Et quod Congregationes Regulares quæ Cameræ Apost. soluunt singulis annis quartam partem suorum reddituum, non teneantur ad solutionem istarum decimarum.

Impositionem earum, habes supra prox. in const. 104. Christiana, fol. 1077. Et reductionem habes in const. præced.

PIVS Papa V. Ad futuram rei memoriam.

LICET nos nuper ex rationabilibus, & vrgentissimis causis sex decimas omnium fructuū Ecclesiasticorum, & pensionum super illis reseruatarum in omni Italia, præter Dominium Venetorum consistentium, secundum verum valorem in terminis tunc expressis persoluendas per nostras literas imposuerimus, prout in illis plenius continetur, nihilominus volentes pro nostra erga Ecclesiasticas, & alias personas dictas decimas soluere habentes benignitate, ac mansuetudine cum ipsis more Pij patris liberaliter agere, Motuproprio, & ex certa scientia, maturaque deliberatione nostra sex decimas tam fructuum Ecclesiasticorum, quam pensionum huiusmodi sb illis personis, quæ ipsas decimas in terminis per easdem nostras literas

Declaratio circa morosos, & non morosos in soluendis Decimis. constitutis, siue per dilectum filium Aloysium Cardinalem Cornelium nostrum, & S. R. E. Camerarium, quem generalem huiusmodi decimarum Collectorem constituimus, aut Collectores, seu subcollectores ab eo deputandos constituendis, sine vlla mora persoluerint, non secundum verum valorem, vt dictum est, sed iuxta antiquam earundem decimarum taxam persolui debere: morosos vero in eis persoluendis, & illas soluere recusantes, vel differentes ad dictas decimas secundum præfatum verum valorem integrè persoluendas, iuxta

Declaratio pro Congregationibus Regularibus Quòd habetur etiam in Gre. 13. const. 31. dictarum literarum nostrarum tenorem omnino compellendos esse, tenore præsentium declaramus. Necnon Congregationes omnes regulares Fratrum, & Monachorum, quæ singulis annis quartam partem omnium redituum suorum Cameræ Apostolicæ soluere concordarunt, & eam cum effectu soluunt, ad decimarum huiusmodi solutionem minimè teneri, nec ad eas soluen. cogi, neque propterea vllatenus molestari posse, Sicque ab omnibus etiam Camerario prædicto, ac Præsidentibus Clericis dictæ Cameræ nunc, & pro tempore existentibus iudicari debere, per easdem præsentes decernimus atque mandamus.

Decretū irritās. Non obstantibus literis nostris præfatis, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Cameræ statutis, & consue-

Clausula derog. tudinibus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo piscatoris, die prima Septembris, Pontificatus nostri Anno quinto. Cæ. Glorierius.

Depu-

CXII.

Deputatio, & facultates duorum Cardinalium, ac Magistrorum viarum, & Conseruatorum Vrbis, siue à Populo Romano deputandorum, distribuendi in varios Fontes per Vrbem, aquam Virginem, ad Fontem Triuij Vrbis conductam, & contributiones taxandi, etcæt.

Deputatorum vero facultates, circa restaurationem Fluuiorum, & portuum, habes infra in const. 168. Cum Vrbes.

Magistrorumque viarum Vrbis facultates, super iure congrui, vide infra in Greg. 13. const. 25. Quæ publicè.

PIVS Papa V. Motuproprio, &c.

EXIGIT nostri Pastoralis officij debitum, vt circa ea quæ publicè, præsertim Almæ Vrbis nostræ Sacerdotalis, & Regiæ, vbi Beatus Petrus Apostolorum Princeps sibi, & successoribus suis Romanis Pontificibus sedem collocauit, vtilitati, ac venustati cedunt, & in futurum cessura sunt, intendentes, illa personis maximè dignitate, & auctoritate pollentibus committamus, quarum studio, diligentia, & industria res ipsæ optimè dirigantur, & manuteneantur. Sanè cum Fons Aquæ virginis, iam octingentis annis elapsis ipsius aquæductu vetustate, ac propter dictæ Vrbis varias euersiones multis in partibus diruto, & in alijs occulto, primo fe. re. Pij Papæ IIII. prædecessoris nostri, & deinde nostra solicitudine, nonnullorum peritorum opera, & consilio adhibitis, maxima cum impensa Cameræ Apostolicæ, & totius Curiæ purgato, & in pristinum vsum restituto, ad dictam Vrbem, & ad fistulas Fontis Triuij, cum maximo totius populi gaudio, & applausu ad publicam vtilitatem, & ipsius Vrbis ornatum Deo Optimo Maximo fauente perductus fuerit: Nos igitur, qui rem adeo vtilem, & dictæ Vrbi proficuam ad optatum finem perduci, & augeri, conseruari, & manuteneri, & aquam huiusmodi per vniuersam Vrbem ipsam, & diuersos fontes structuris non vulgaribus construendos, & erigendos distribui summopere desideramus; vt id facilius amotis quibuslibet impedimentis expediatur, freti prudentia, diligentia, & in rebus agendis experientia venerabilis fratris Ioannis Episcopi Albanensis Politiani, & dilecti filij nostrorum Flauij tt. Sanctorum Petri, & Marcellini presbyteri Vrsini, S. R. E. Cardinalium, Motu simili ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & quascunque fistulas salientes, & quas vulgo appellant caulas, ex dicto aquæductu, quibus priuatim quæuis personæ quocunque titulo, iure, priuilegio, facultate, auctoritate, etiam longo, & immemorabili tempore præscripta, donec de iuribus priuilegiorum, & facultatum huiusmodi per eosdem Iudices cognoscatur, etiam in vim contractus, & ex titulo oneroso penitus, & omnino tollentes, & amouentes, ac tolli, & amoueri, sigillarique mandantes, Ioanni Episcopo, & Flauio Cardinalibus præfatis, per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, cum interuentu dictæ Vrbis Cameræ Conseruatorum, aut trium Nobilium virorum per Populum Romanum eligendorum, aquam præfatam per ipsam Vrbem ad loca sibi beneuisa per varios aquæductus pro fontibus ad publicum vsum erigendis ducant, & distribuant, necnon de iuribus, priuilegijs, & facultatibus priuatorum, quo ad dictas fistulas, quibus aquam ex dicto aquæductu haurire solebant, cognoscant, & prout sibi beneuisum fuerit decidant, quacunque appellatione, etiam non friuola remota, & quatenus opus sit, dictas fistulas priuatorum tollant, claudant, & sigillent, aut duci, distribui, claudi, & sigillari faciant, & mandent. Nos enim Ioanni Episcopo, & Flauio Cardinalibus prædictis quoscunque quauis auctoritate, honore, & præminentia fungentes, citandi, illisque etiam sub sententijs, censuris Ecclesiasticis, alijsque arbitrio eorum moderandis, & applicandis pœnis inhibendi, contradictores, & rebelles quoscunque, quacunque appellatione, etiam non friuola remota auctoritate nostra compescendi, aggrauandi, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis, aquam huiusmodi per Vrbem, etiam subtus priuatorum domibus, & ædificijs ducendi fontes in plateis, & alijs locis publicis sibi beneuisis construendi, cum particularibus personis, Collegijs, Vniuersitatibus, & Societatibus, volentibus ex aquæductibus publicis aliquam dictæ aquæ particulam pro vsibus priuatis sibi concedi, concordandi, & componendi, preciumque inde prouenient in vsum aquæductus, vel fontium, eorum libero arbitrio conuertendi, ac omnes & singulos incolas Vrbis, & domorum, seu aliorum ædificiorum Dominos, & possessores cuiuscunque status, gradus, dignitatis, & præminentiæ existentes, & quacunque auctoritate, etiam Cardinalatus honore fungentes, ad contribuendum pro portione per ipsos deputatos taxanda, & declaranda pro impensa aquæductus, & fontium construendorum huiusmodi, iuris, remedijs opportunis cogendi, constitutiones, ordinationes, & statuta quæcunque circa distributionem, modulos, manutentionem, & vsum aquæ præfatæ condendi, aliaque faciendi, gerendi, & exequendi in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna, plenam, omnimodam, & liberam auctoritatem, potestatem, & facultatem earundem tenore præsentium concedimus, constitutionesque, ordinationes, & statuta per præfatos deputatos condenda huiusmodi pro legibus seruari de cætero volumus, & mandamus. Sicque per quoscunque Iudices, & Commissarios, etiam S. R. E. prædictæ Cardinales, & sacri Palatij Apostolici Auditores, sublata, &c. ac irritum, &c. iudicari, & diffiniri debere decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, Cancellariæ nostræ regulis, etiam de iure quæsito non tollendo, ac legibus Imperialibus, necnon iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus dictæ Vrbis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis quibusuis quomodolibet concessis, innouatis, & iteratis vicibus approbatis, quorum tenores, &c. quibus omnibus, etiam si de eis specialis, specifica, & expressa mentio habenda esset, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem præsentis cedulæ solam signaturam sufficere,

Fons aquæ virginis, ad fistulas fontis Triuij de Vrbe cõductus fuit. Pio 4. & Pio 5. mandantibus.

Idem Pius 5. modo iubet aquam ipsam distribui in varios fontes per Vrbem, & ad id deputat duos Cardinales, vna cum Conser. vel à populo Romano deputandis. Immo interueniredibent, etiam Magistri viarum vt mox sequitur.

Deputatorum facultates.

Decreta irritans.

Clausula derog.

Sola signatura suffecit.

ficere, & vbique fidem facere, & vltra regula quacunque contraria non obstante.

Placet Motu proprio. M.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, tertiodecimo Kal. Octobris, Anno quinto.

Sequitur declaratio ipsius constitutionis.

PIVS Papa V. Cum sicut accepimus, Magistris Stratarum Vrbis pro tempore existen. vigore priuile giorū Apostolicorum illis cōcessorū facultas et super aquarū conductibus, ac fontium reparationibus, fistularum priuatorum aquarum in Vrbe conductarum visitationibus attributa existat, Nos propterea nō intendentes per præinsertum nostrum Motūproprium præiudici ūaliquod eisdem Magistris inferre, motu simili, & ex certa nostra scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine volumus, statuimus, & ordinamus, quod Magistri prædicti omnium, & singularum facultatum, & auctoritatum per dictum Motūproprium, Monti Politiano, & Vrsino Cardinalibus, ac alijs in præinserto nostro Motuproprio nominatis per ipsum Motumproprium attributarum ita participes fiant, ipsæque facultates, & auctoritates eisdem Magistris communicentur, ac si ipsi in eodem præinserto Motuproprio nominati fuissent, facultatesque, & auctoritates ipsæ, eis coniunctim cum Conseruatoribus, seu à Populo deputatis prædictis attributæ fuissent, ita quod ipsi in nullo per dictum Motumproprium illis concessum se intromittere possint nisi cum interuentu eorundem Magistrorum Stratarum, Et ita per quoscunque Iudices, &c. iudicari, &c. debere, &c. irritumque, &c. decernimus. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus, quæ in dicto præinserto Motuproprio voluimus non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Declaratio, quod etiam Mag. Viarum interuenire debeant cum Deputatis in ipso cōstit.

Decretū irritās.

Clausulæ derog.

Placet Motu simili M.

CXIII.

Ampliatio facultatum Collegio, & Deputatis Fabricæ S. Petri de Vrbe concessarum, circa reuisiones, & rescisiones, alienationum bonorum Ecclesiasticorum, absque licentia Sedis Apostolicæ, aut non seruatis solemnitatibus, vel aliter in damnum Eccles. factarum.

Quas facultates habes supra in const. 98. Et si de singulis, fol. 1067.

Hæc autem constitutio circa applicationem factam Fabricæ tertiæ partis bonorum recuperandorum, declaratur infra in const. 121. Ex debito Pastoralis.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

EXIGIT incumbentis nobis Apostolicæ seruitutis officium, vt Fabricam Basilicæ Principis Apostolotum de Vrbe, tanquam peculiari nostræ curæ commissam, specialiori cura amplectentes, non modo ea quæ illi concessa reperimus, conseruemus, verumetiam nouis semper concessionibus decoremus, vt exinde maioribus suffulta præsidijs celerius ad finem debitum perducatur. Sanè licet alias nos ex certis tunc expressis causis, per alias nostras, Motuproprio confectas literas, dilectis filijs Collegio, & Fabricæ præfatæ deputatis, eorumque pro tempore Auditoribus, & Ministris, vt omnes, & singulas alienationes in emphiteusim, seu censum perpetuum, aut ad tertiam, vel aliam generationem, seu hominis vitam, vel aliud tempus, vltra triennium locatinoes, vel concessiones, seu permutationes, aut occupationes, de quibusuis Terris, possessionibus, aut alijs bonis immobilibus, seu rebus, & iuribus, tam spiritualibus, quam temporalibus, Ecclesiarum, Monasteriorum, & domorum Hospitalium, & aliorum Piorum locorum quorumlibet sine Sedis Apostolicæ licentia, aut illius forma non seruata, vel in damnum Ecclesiarum, seu solemnitatibus à iure requisitis, aut constitutionibus ipsorum Monasteriorum, seu domorum minimè seruatis, aut alias nulliter eatenus factas reuidere, & constito sibi quantum sufficere videretur de aliquo ex præmissis, illas, & contractus superinde sub quibusuis formis, & verborum expressionibus factos, & celebratos, etiam si iuramento, & confirmatione Apostolica vallati existerent, ac alias sub certis modo, & forma Apostolica auctoritate, ad solius ipsius Fabricæ procuratoris instantiam, etiam parte inuita, & contradicente, facta sibi prius intimatione per tres menses, rescindere, irritare, cassare, & annullare; ipsosque dententores, & occupatores ad Tertas, possessiones, & bona, necnon res, & iura præfata, vt præfertur, detenta, & occupata relaxandum, & de fructibus tam eatenus perceptis, & qui percipi potuissent, quàm in posterum percipiendis realiter satisfaciendum cogere, & compellere; Bonorumque, & fructuum huiusmodi tertiam partem ipsi Fabricæ, reliquis duabus partibus Ecclesijs, Monasterijs, beneficijs, domibus, Hospitalibus, & pijs locis, ad quæ bona ipsa spectarent, cum effectu consignatis, vendicare, & applicare possent, & valerent, facultatem, & auctoritatem concessimus, prout in dictis literis plenius continetur. Nuper tamen, sicut nos accepimus, in prosecutione literarum huiusmodi hac Alma Vrbe, & multis alijs Ciuitatibus, & locis Collegium præfatum, & eius Ministri inuenerint nonnullas causas super recuperatione huiusmodi Terrarum, possessionum, & aliorum bonorum immobilium, rerum, & iurisdictionum diuersis iudicibus, etiam causarum Palatij Apostolici Auditoribus commissas, & delegatas, vel ordinaria auctoritate agitaras, in quibus à multo tempore citra Abbatum, Priorum, & Commendatariorum, Rectorum, Administratorum, Canonicorum, Capitulorum, & aliorum beneficiatorum negligentia, seu impotentia, aut alia ex causa, aliquis iudiciarius actus releuans seruatus non extitit, & interim Monasteria, Ecclesiæ, domus, Hospitalia, & alia loca præfata detrimentum non modicum sustineant, Nos singularum causarum præfatarum status, & merita, nominaque, & cognomina Iudicum, & collitigantium præsentibus pro expressis habentes, Motuproprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis

Hic Pont. facultatem dedit Collegio Fabricę S. Petri, reuidendi & rescinden. alienationes bonorū Eccles. factas absque licētia Sedis Apost. aut nō seruatis solemnitatibus, vel in dānum Eccles. vt hic, & sup. in cōstit. 98. Et si de singulis, f. 1067.

titionis

titionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, eisdem deputatis, & Collegio, eorumque Commissariis, Auditoribus, & Ministris, vt omnes, & singulas causas huiusmodi, in quibus saltem per biennium aliquis iudiciarius releuans actus vltra fatalium prorogationes seruatus non fuerit, in eisdem statu, & terminis, in quibus reperiuntur, à quibuscunque Iudicibus, tam ordinariis, quam delegatis, etiam si causarum Palatii huiusmodi Auditores fuerint, ad solius præfatæ Fabricæ Procuratoris instantiam, etiam Abbatibus. Prioribus. Commendatariis, Administratoribus, Rectoribus, Capellanis, Hospitalariis, & aliis beneficiatis inuitis reassumere, & auocare, illasque postquam, vt præfertur, reassumptæ, & auocatæ fuerint, iuxta priuilegia, & facultates eidem Collegio concessas, & indultas, & prout procedere possunt contra eiusdem Fabricæ debitores, & in causis relictorum ad pias causas cognoscere, decidere, ac fine debito terminare, facultatem concedimus. Insuper cum sicut etiam accepimus licet in Ciuitate nostra Bononien. venerabilis frater noster Episcopus Bononien. vigore Concilii Tridentini, & Rauenaten. nonnullos ex clero ad locationes bonorum Ecclesiasticorum reuidendas, & rescindendas deputasset, & ipsi admodum paucas fine debito terminassent, tamen post emanatas dictarum facultatum nostrarum in dictæ Fabricæ fauorem literas, sub nomine ipsorum deputatorum certum edictum publicatum fuerit, per quod inter cætera omnes, & singulæ personæ Ecclesiasticæ, necnon Rectores, & Administratores Ecclesiarum, Monasteriorum, & piorum locorum moniti fuerunt, vt pro adimplemento sacrorum canonum, & constitutionum factarum, tam à nobis quam prædecessoribus nostris omni adhibita diligentia curarent recuperationem bonorum Ecclesiasticorum per triginta annos ante Concilium Tridentinum quocunque titulo male alienatorum, eisdem iubendo, vt omni studio, & diligentia in officio præfatorum deputatorum & posse eorum Notarii infra certum statutum terminum omnium bonorũ à triginta annis, vt præfertur, computandis occupatorum, eorumque occupatorum cum ipsorum nominibus, & cognominibus, & ipsorum bonorum descriptionibus, & confinibus notitiam dare, ac quæcunque instrumenta, & scripturas tales causas concernentia exhibere deberent, ad hoc, vt ipsi facilius in huiusmodi causis procedere possent, Et successiue postquam Commissarius præfatæ Fabricæ suum edictum iuxta tenorem præfatarum nostrarum literarum publicari fecerat, idem Episcopus à nobis quasdam literas in forma Breuis obtinuerit, per quas eidem, & pro tempore existenti Episcopo præsuli, seu Administratori, aut eius, vel illius Vicario in spiritualibus generali, necnon dilectis filiis Iudicibus, & Reuisoribus, ac Syndicis ad id ab eodem Episcopo in synodo diœcesana deputatis, & pro tempore deputandis concessimus, & indulsimus, vt omnes, & singulas, ac quascunque alienationes, & concessiones quorumcunque bonorum Ecclesiasticorum factas, & faciendas Ciuitatis, & diœcesis Bononien. & illarum causam, & causas reuiderent, & cognoscerent summariè, simpliciter, & de plano, ac sola facti veritate inspecta, & in illis quæ constitutiones fœ. rec. Symmachi secundi, & Pauli etiam secundi Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & in damnum Ecclesiarum, Monasteriorum, & piorum locorum facta fuisse comperissent, præhabita superinde congrua reuisione, adhibitisque legitimis probationibus procederent, & prout iuris foret deciderent, & alia facerent, prout in edicto, & literis præfatis plenius continetur, quarum literarum vigore aliud edictum super similibus publicatum extitit, quibus ipsæ personæ Ecclesiasticæ, vt decet, obtemperantes dictas denunciationes in eorum officio detulerunt, & vt Commissarium præfatum deluderent, præfati deputati ab edicto per eundem Commissarium facto appellarunt, & ipsũ ferè in omnibus causis præfatis præuenerunt. Nos attendentes præmissa prout in Ciuitate Bononien. hactenus occurrerunt, etiam in multis alijs Ciuitatibus, & diœcesibus simili vel alio modo occurrere posse, & si præfata Fabrica sic impediretur, hoc non sine graui ipsius detrimento succedere posse, volentesque propterea eiusdem Fabricæ vtilitati consulere, ac edictorum, & literarum nostrarum præfatarum tenores similiter præsentibus pro expressis habentes, Motu, & scientia similibus Collegio, deputatis, Auditoribus, Commissarijs, & Ministris Fabricæ præfatæ, vt ipsi in omnibus, & singulis causis Monasteriorum, Abbatiarum, Prioratuum, domorum, & aliorum exemptorum sub iurisdictione ordinaria non comprehensorum, necnon alijs, in quibus processus nondum est instructus, etiam si in eis ordinarius virtute literarum nostrarum, vel ipsa ordinaria auctoritate præuenerit, modo, & forma, quibus per præfatas literas, vel alias concessum extitit procedendi, easque cognoscendi, & fine debito terminandi liberam, & amplam facultatem concedimus per præsentes. Præterea cum per literas nostras præfatas eisdem Collegio, & deputatis concesserimus facultatem cogendi quaslibet personas ad restituendum bona, proprietates, & redditus Monasteriorum, Ecclesiarum, beneficiorum, domorum, & piorum locorum, vt præmittitur alienata, siue detenta, & occupata, vna cum eorum fructibus per possessores, & alios perceptis, & de facili euenire posset, vt plurimæ personæ, quæ per multos annos ipsa bona possederunt, & in eis plurima melioramenta fecerunt, ne bonis ipsis priuentur, canones, census, redditus, quæ pro bonis ipsis soluunt, cuperent augere, ita vt caderent in euidentem vtilitatem ipsorum Monasteriorum, Ecclesiarum, beneficiorum, domorum, Hospitalium, & locorum piorum: Alijque tanta premerentur necessitate, vt ipsis, de fructibus per eos, & eorum antecessores, & alias personas perceptis, integrè satisfaciendi nulla sufficiat facultas, onerosumque eis omnino videatur, cum ipsi forsan bonæ fidei possessores fuerint, talem summam soluere: Nos super præmissis paterna pietate prouidere cupientes, Volumus Collegium & deputatos præfatos eiusque Commissarios, Auditores, & Ministros, postquam bonorum partem debitam huiusmodi iuxta formam literarum nostrarum Monasterijs, Ecclesijs, domibus, capitulis, Capellanis, beneficiatis, & pijs locis ad ius, & proprietatem Monasteriorum, Ecclesiarum, domorum, capitulorum, Rectorum capellanorum, beneficiorum, & piorum locorum, quorum antea erant, reduxerint, posse, & valere eisdem possessoribus, aut alijs personis, de cõsensu eorũ quorum intererit, sub honesto canone, siue censu, aut alias prout iustum eis videbitur, in euidentem tamen vtilitatem ipsorum Monasteriorum, Ecclesiarum, domorum, capitulorum, parochialium, Ecclesiarum, Capellaniarum, & beneficiorum, ac locorũ piorum de nouo in Emphyteosim seu censum perpetuum, aut ad tertiam, vel aliam generationem, seu hominis vitam, aut aliud tempus eorum arbitrio locare, & concedere, ac super fructibus malè perceptis huiusmodi, si beneficiatorum eorundem ad id accesserit assensus, componere: Deque tertia parte bonorum, & fructuum huiusmodi ipsi Fabricæ, per dictas nostras literas assignata arbitrio suo, etiam siue pro tempore existentium, Abbatum, Priorum, Commendatariorũ, Administratorũ, Canonicorũ, Capitulorum, Rectorum, & beneficiatorũ eorundem consensu, & eis, etiam inuitis disponere, & cõponere, ipsosq; possessores, & alias personas cũ eis cõtrahẽtes quietare, & absoluere posse. cũ

Quia tamẽ multæ causæ coram diuersis Iudicibus pendebant super præmissis, & non expediebantur, ideo Põt. dat facultatem illas ad se auocandi, vt hic, & cognoscendi ac terminandi.

Item, quia Episc. Bononien. ergo... Concilij Triden. & Rauenaten. ac facultatis ab eodem Põtifice habitæ, in causis alienationum huiusmodi in sua diœcesi procedebat, & idem facultates Fabricæ impediebãtur

Propterea Põt. declarat Fabricæ deputatos cognoscere posse omnes causas Ecclesiarũ, & locorum exemptorũ à iurisdictione ordinariorũ, & etiam omnes alias causas ordinarijs non instructas.

Facultatemque eisdem deput. concedit bona sic pro locis pijs recuperata, denuo in euidentem illorum vtilitatẽ dare in Emphiteosim, vel ad tertiam generationem, aut aliter, & super fructibus componere de consensu interesse habentiũ.

Y que

Et circa tertiam partem Fabricæ applicã, ac fructus, arbitrio suo componere, aut aliter de eis disponere, eorũ arbitrio.

Imo loco tertiæ partis bonorum applicari sunt fructus, de quibus inf. in const. 58.

Possessoresque bonorum, in vtilitatem Ecclesiæ sed non seruatis solemnitatibus alienatorum pœnis pecuniariis Fabricæ applicã punire, pro tali excessu, & fructibus perceptis, & certum terminũ præfigere, ad obtinẽdum cõfirmationem à Sede Apostolica, &c.

Possidentes quoque monere, vt instrumenta cõcessionũ huiusmodi, ac pacificam possessionẽ, & canonis solutionem ostendat, alioquin eos bonis ipsis priuare &c.

Fructus bonorũ pro quibus prima sententia pro Fabrica lata fuerit, deponi faciẽdi penes idoneũ depositarium, vsque ad finẽ litis.

Nota autem duas sententias, pro Fabrica facere rem iudicatã, vt habes sup. in const. 97.

Notarios etiam rogatos de scripturis bonorum ecclesiast. eorum & alios informatos cogere, ad illas notificandũ.

Causasque huiusmodi cognoscere, & terminare, & procedere. si autem in causis debitorum Fabricæ De quo habes supra in Clem. 7. const. 8. Admonitio. 394.

que, vt similiter accepimus inueniantur multa bona in euidentem vtilitatem Monasteriorum, Ecclesiarum, & piorum locorum huiusmodi, sed consuetis solemnitatibus, vel alijs de iure, vel ex forma ordinum, & constitutionum Monasteriorum, capitulorum, Ecclesiarum, domorum, Hospitalium, & piorum locorum requisitis non obseruatis, ac sine licentia, vel confirmatione Apostolica alienata, Collegium, & deputatos, & eorum Commissarios, ac Ministros præfatos, possessores ipsos, pro excessibus, & temerario ausu, ac fructibus perceptis indebitè huiusmodi, eorundem Collegij deputatorum, Commissariorum, & Ministrorum arbitrio, pœnis pecuniarijs, omni, & quacunque appellatione remota, in ipsius Fabricæ vtilitatem conuertendis punire, & mulctare, eisdemque possessoribus, & detentoribus competentem terminum sub præfatis pœnis, ad obtinendum debitam confirmationem à nobis, & Sede Apostolica præfigere, quòd si neglexerint ipso termino elapso, ad incursus pœnarum huiusmodi, & ipsorum bonorum priuationem, omni appellatione postposita, procedere, etiam posse volumus, & declaramus. Vlterius quoque cum plurima reperiantur Monasteria, Ecclesiæ, beneficia, Hospitalia, & pia loca, quæ instrumenta alienationum bonorum suorum penes se non retineant, sed solum eis canones, seu census illarum ratione persoluuntur, licetque, qui ea possident forsan penes se talia instrumenta habeant, illa tamen ostendere minimè volunt, sequa tuentur, quod per multum temporis spacium in bonorum eorundem solutionis possessione existunt, eisdem Collegio, deputatis, Commissarijs, & Ministris, vt omnes, & singulas personas bona Ecclesiastica, vt præfertur retinentes, possidentes, vel detinentes, nisi legitimam causam habuerint se excusandi, ad exhibendum per documenta, & instrumenta publica titulos suos, quorum vigore bona huiusmodi possident, intra terminum eis præfigendum sub pœnis, & censuris, sibi beneuisis monere, quod facere recusantibus, aut non curantibus, ijdem Collegium, & deputati in ijs, in quibus dicti possidentes à quadraginta annis citra non ostenderint dicta instrumenta, & ab inde pacificè possedisse, & soluisse, ac de canone solito ipsis beneficiatis respondisse, ad pœnarum, & censurarum huiusmodi incursum, ac ipsorum bonorum priuationem, fructuumque eorundem solutionem procedere posint concedimus, & indulgemus. Et quoniam indignum videtur, quod Monasteria, Ecclesiæ, & loca pia, ac Fabrica ipsa, dum per litium anfractus circunduci contigit, fructibus bonorum, pro quibus primam sententiam in eorum fauoré obtinuerint, priuentur, Volumus, quod Collegium, & deputati præfati, necnon eorum Commissarij, Auditores, & Ministri, post primam latam sententiam, si ab ea appellari, & causa prosequi continget, fructus bonorum super quibus lis verti contigerit, sub arcto sequestro, aut penes idoneum Depositarium per ipsum Collegium, & eorum Ministros eligendum vsque ad eius cognitum in secunda sententia, deductis tamẽ his, quæ alias ex forma locationum præcedentium Rectoribus, Administratoribus, Monasterijs, & pijs locis fuerint persoluendi, quæ minime retardari debeant, & fine litis, ac iurium Monasteriorum, Ecclesiarum, & piorum locorum ac partium præiudicio ponant, dent, & deponant. At quoniam Ecclesiarum bona, confinia, canones, census, redditus, & prouentus, iura, instrumenta, scripturæ à diuersis auaritia obcæcatis occultantur, adeo, quod à multis Abbatibus, Prioribus, Commendatarijs, Capitulis, Canonicis, Rectoribus, Capellanis, Guardianis, & alijs beneficiatis beneficiorum suorum bona, & illorum confinia, & instrumenta ignorentur, eisdem Collegio, & deputatis eorumque Commissarijs, Auditoribus, ac subdelegatis substitutis, & Ministris, vt sub pecuniarijs, & in illarũ subsidium Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, ac alijs iuris, & facti remedijs opportunis, omnes, & singulos vtriusque sexus Christifideles, de præmissis informatos, ac Notarios, & Tabelliones, ac alios quoscunque de instrumentis, & scripturis, ac documentis in præmissis, & circa ea necessarijs rogatos, in Ecclesijs dum diuina celebrantur, vel alias, etiam per edictum publicum, vel simplicem citationem, vt ea omnia ipsis Monasterijs, Ecclesijs, beneficiatis, & pijs locis denuncient, propalent, notificent, exhibeant, & consignent, citare, & mouere, ac contra contumaces, & inobedientes ad incursus pœnarum, & censurarum huiusmodi declarationem vsque ad illam effectualem obedientiam omnibus, & singulis iuris, & facti remedijs opportunis procedere posint, & valeant concedimus, & indulgemus. Et quoniam iustum esse censemus, vt causæ, quæ per ipsos Collegium deputatos, eorumque Auditores, Commissarios, & Ministros cognoscuntur, tractantur, & deciduntur, celerem, & optatum finem accipiant: Volumus quod Collegium, & deputati, eorumque Auditores, Commissarij, & Ministri in omnibus causis, quas ipsos, & eorum quemlibet pro tempore auocare, agere, cognoscere, decidere, & fine debito terminare contigerit, illas iuxta priuilegia, & facultates eidem Collegio concessas, & indultas, ac prout procedere possunt contra eiusdem Fabricæ debitores, & in causis legatorum piorum vna cum illarum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, procedere, cognoscere, decidere, & similiter fine debito terminare, necnon partes in illis interesse habentes citare, & si absentes, aut sui copiam non facientes, aut alias non reperibiles fuerint, dummodo prima vice personaliter citati fuerint, facta prius diligẽtia de eos reperiendo per vnum ex Cursoribus nostris, vel Mandatarijs præfatæ Fabricæ, domi, vbi alias resederint dimissa copia, vel per edictum in valuis Basilicæ Sancti Petri huiusmodi, & in acie Campi Floræ affigendis, vel alias, prout in obligationibus in forma Cameræ fieri solet, arbitrio suo simili modo citare, necnon viduis, pupillis, & aliis personis de iure curatore indigentibus curatores ipsos ex officio deputare, ac quibusuis tam Apostolica, quam ordinaria auctoritate deputatis, etiam S. R. E. Cardinalibus, vel causarum Palatij Apostolici Auditoribus, alijsque Iudicibus, necnon quibus, & quoties opus fuerit sub pœnis pecuniariis arbitrio suo imponendis, ac censuris Ecclesiasticis inhibere, aliaque in præmissis, & circa ea necessaria, & opportuna facere posint, & valeant. Districtius inhibentes quibusuis locorum ordinariis, etiam S. R. E. Cardinalibus, & aliis personis, quauis auctoritate etiam Apostolica fungentibus, etiam cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub suspensionis à diuinis, & excommunicationis latæ sententiæ, aliisque nostro arbitrio moderandis, infligendis pœnis, ne eosdem Collegium, & deputatos molestare, aut præmissorũ executionem quoquomodo impedire, vel in eis se directè, vel per indirectũ ingerere, vel intromittere posint, seu audeant, vel præsumant. Decernentes quoque præsentes literas vllo vnquam tẽpore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu, etiam ex eo, quod interesse habentes vocati non fuerint, notari, in ius, vel controuersiam, seu alias reuocari non posse, nec per subreptionem, vel obreptionem obtentas præsumi, & ob id viribus carere, minusque sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, & aliis contrariis dispositionibus quantumuis generalibus, ac fortissimis clausulis, & decretis irritãtibus roboratis comprehendi, sed sẽper ab illis exceptas, & quoties illæ

Inhibitio contra molestantes Fabricam, & eius deputatos super præmissis, aut illorum executionem impedientes.

ema-

emanabunt toties in pristinum, & eum, in quo ante præmissa quomodolibet erant statum, etiam sub data per Collegium, & deputatos huiusmodi eligenda plenarie restitutas esse. Sicque ab omnibus censeri, & ita per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam Auditores, & Cardinales præfatos, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate iudicari debere, irritum quoque & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac nostra de non tollendo iure quæsito, & quibusuis Apostolicis, etiam per nos, necnon in Prouincialibus, & synodalibus Concilijs editis specialibus, vel generalibus, constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusuis etiam Collegij Cardinalium, & Auditorum eorundem, ac aliorum tribunalium, necnon quorumcunque Monasteriorum, Ecclesiarum, domorum, beneficiorum, ordinum, capitulorum, & piorum locorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis quibusuis etiam ipsis Auditoribus, & alijs Iudicibus sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis irritantibusque, & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam Motu simili, & ex certa scientia, concessis, confirmatis, approbatis, & innouatis: quibus omnibus, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, quod dicti Deputati retenta tertia parte bonorum, per eos pro tempore recuperatorum huiusmodi, reliquas duas partes suis quibusuis Ecclesijs pro rata consignare debeant, & teneantur. Quodque præsentium transumptis, etiam impressis manu Secretarij Fabricæ huiusmodi subscriptis, & sigillo eiusdem Fabricæ sigillatis eadẽ prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum concessionum, declarationis, indulti, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo, tertio Idus Septembris, Pontificatus nostri Anno quinto.

Decretũ irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

Duæ partes bonorum recuperatorum consignãtur Ecclesijs, ad quas spectant.

Cæ. Glorierius.

C. Rouyer. ff.

CXIIII.

Confirmatio institutionis, & Priuilegiorum Societatis Crucesignatorum.

De hac institutione, & priuilegijs habes sup. Innoc. 4. const. 11. Malitia, fol. 13. & Clem. 7. const. 33. Cum sicut fol. 336.

PIUS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

SACROSANCTAE. Romanæ, & vniuersalis Ecclesiæ diuina disponente clementia, meritis licet insufficientibus præsidentes, omnem pastoralis nostri officij curam, atque vigilantiam in id potissimum adhibere debemus, vt fides Catholica vbique Terrarum, quantum in nobis est, integra, inuiolataque conseruetur, & impij, ac detestandi Hæreticorum conatus, ipsam vnam fidem violare satagentium omnibus rationibus comprimantur. Vnde si quæ ad iuuandum huiusmodi nostrum propositum, ac debitum, aliàs piè instituta, ac concessa fuisse à prædecessoribus nostris comperimus, libenter approbamus, & aliàs desuper disponimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Cum itaque inter cæteras, quæ in Ecclesia Dei hactenus institutæ sunt Christifidelium Societates, illa satis vberes Christianæ Religionis fructus afferre videatur, quæ sub Cruce signatorum vocabulo ad assistendum Hæreticæ prauitatis Inquisitoribus, auxiliumque, quando, & quoties opus sit, in Catholicæ fidei negocijs aduersus Hæreticos, etiam vita ipsa præstandum, instituta existit, vt non immerito diuersis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris specialibus gratijs, & priuilegijs fuerit decorata. Nos attendentes, quòd ea maiorem obtinent roboris firmitatem, quæ pluries Apostolicæ confirmationis præsidio sint communita, vtque paternum nostrum erga ipsam societatem charitatis affectum ostendamus, eiusdem Societatis Cruce signatorum creationem, & institutionem, ac priuilegia, quæ sunt in vsu, necnon indulgentias, prærogatiuas, facultates, gratias, & indulta quæcunque, eidem Societati, & illius vtriusque sexus Confratribus Crucesignatis pro tempore existentes, tam per Innocentium III. Innocentium VIII. Iulium II. Leonem X. Clementem VII. quàm quoscunque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis hactenus quomodolibet concessa, & confirmata, decretis tamen Concilij Tridentini non repugnantia, necnon literas desuper emanatas, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, approbamus, & innouamus, illisque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, omnesque, & singulos iuris, & facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, supplemus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quòd præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem vbique fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Societas Cruce signatorum instituta fuit, pro Inquisitorum præsidio in causis fidei, & à prædecessoribus varia priuilegia ei cõcessa fuerunt, sed hic habes const. Inno. & Cle. in sub. indicatas tãtum.

Et hic Pont. dictã institutionem, ac priuilegia, quæ sunt in vsu, & Concilio Trid. nõ repugnantia cõfirmat.

Clausulæ derogatoriæ.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die tertiodecimo Octobris, millesimo quingentesimo septuagesimo, Pontificatus nostri Anno quinto.

Cæ. Glorierius.

CXV.

Tonsores Monetæ, tam aureæ, quàm argenteæ, vltimi supplicij pœnam incurrrunt.

Tondentes monetam auream de iure puniuntur, vltimo supplicio l. quicunque DD de fals.

Illa tamē lex nō procedit contra tondentes monetam argenteam, vt per Couarruuias in 2. pri. mi voluminis.

Pontifex tamen eadem pœna vltimi supplicij puniri mādat tondentes, etiam monetam argenteam.

Decretum irritans.

PIVS Papa V. Motuproprio, &c.

CVM nil magis humanæ vitæ commercio sit necessarium, quam pecuniarum vsus, quæ hominibus cuncta humano victui necessaria præbent, decet Romanum Pontificem ad ea libenter intendere, per quæ pecuniæ ipsæ non solum non adulterentur, verumetiam imprimæuo illarum statu ab omnibus illeſæ conseruentur, Quod, & si cunctis in locis, præcipue tamen in hac Alma Vrbe nostra, quam gloriosi Apostolorum Principes martyrio suo consecrarunt, & ad quam veluti communem omnium matrem gentes vndequaque concurrunt, singulisque alijs dominijs, Terris, & locis, nobis, & Sedi Apostolicæ mediatè, vel immediate subiectis, curandum est, vt & ad illam venientibus vitiorum exempla non proponantur, & quibusuis ad peccandi materies succidatur. Attendentes itaque quod licet monetarum aurearum tonsoribus vltimi supplicij de iure sit inflicta pœna, argenteas tamen monetas todentibus, satis minor pœna imposita sit: Ac animo reuoluentes, quam par sit vtriusque delictum, cum ij qui argenteas minuunt, nulla alia de causa ab aurearum mutilatione, nisi ob earum defectum subsistant, ac propterea eodem iuris rigore, in vtroque sæuiendum esse, æquum reputantes, Motusimili, &c. hac nostra perpetuo valitura constitutione statuimus, eos qui argenteas todent monetas, vltimi supplicij, & ea qua aureorum tonsores hactenus puniti sunt, & de iure puniri debent, pœna puniendos esse, & ita ab omnibus, quibus Iudicis officium tam in Alma Vrbe nostra, quam alibi in toto statu Ecclesiastico commissum est, quouis nomine censeantur, & quauis auctoritate præfulgeant, iniunctum est, puniri volumus, & mandamus. Districtius inhibentes singulis Terrarum, locorum, & Ciuitatum dominis in temporalibus, ne Iudices præfatos in præmissis hoc modo sæuientes, sub excommunicationis, &c. impedire, molestare, vel inquietare audeant, vel præsumant. Decernentes quoque sic, & non aliter per præfatos, & quoscunque alios Iudices, &c. etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, sublata, &c. iudicari debere. Irritum quoque, &c. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis Apostolicis, necnon in Prouincialibus, & synodalibus Concilijs editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, ac legibus, etiam Imperialibus, etiam in corpore iuris clausis, ac tam municipalibus, & particularibus; quam quibusuis alijs etiam iuramento, &c. roboratis, statutis, &c. priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis, etiam Motu simili, &c. etiam Concistorialiter, &c. concessis, &c. quibus omnibus, illorum tenores, &c. hac vice latissimè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque, cum clausulis opportunis, & consuetis.

Fiat Motuproprio M.

Clausulæ derog.

Executorum deputatio.

Forma & effectus publicationis.

Quam publ. fidē habet, & sal.

Sola signatura sufficiat.

Et quod quorumcunque priuilegiorum, stabilimentorum, pœnarum, statutorum, legum, & aliorum necessariorum tenores habeantur pro expressis, seu in totó, vel in parte exprimi, ac de verbo ad verbum inseri possint. Et de declaratione, sanctione, mandato, inhibitione, decreto, & alijs præmissis, quæ hic pro repetitis habeantur, & ad partem perpetuo in forma gratiosa. Et cum deputatione, quatenus opus sit, iudicum, qui assistant, &c. inuocato, &c. sæcularis. Cum derogatione dictarum latissimè extenden. Et cum decreto opportuno, quod vt præsentes ad omnium, quorum interest notitiam deducantur, nullusque deinceps aduersus eas aliquam excusationem prætendere, aut ignorantiam allegare queat, quod illæ Imprimantur, & in valuis Basilicæ Principis Apostolorum, & Sancti Ioannis Lateranensis, ac Cancellariæ Apostolicæ, necnon acie Campi Floræ affigantur, & inibi earum copiæ dimittantur, quodque affixio huiusmodi omnes perinde afficiat, ac si fuissent personaliter exhibitæ, intimatæ, & ostensæ. Quodque earum transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Prælati, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Et quod præsentis Motusproprij sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, regula quacunque contraria, non obstante, seu literæ super illis cum maiori præmissorum expressione, per Breue expediri possint.

Fiat M.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, octauo Kal. Nouembris, Anno quinto.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo, Indictione decimatertia, die vero tertia mensis Nouembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini Nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno quinto, retroscriptus Motusproprius affixus, & publicatus fuit ad valuas Principis Apostolorum de Vrbe, & Sancti Ioannis Lateranensis, & Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, per nos Ioannem Guerardi, & Io. Freile, S. D. N. Papæ Cursores.

Ioannes Bornotus Magister Cursorum.

CXVI.

Contra fraudolentos, & dolosos Decoctores.

De materia autem cessionis bonorum & dilationum, habes concord. supra in Pij Quarti, consti. 52. Cupientes mercatoribus, fol. 722.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

POSTQVAM eousque humana processit intemperantia, vt Christifideles qui in sacri baptismatis susceptione diabolo, ac omnibus vanitatibus eius sponte ac solemniter renunciarunt, diabolica fraude seducti, ita mundi huius illecebras expetant, vt pro illis assequendis, non modo filij prodigi in Euangelio per Dominum demonstrati exempla sequentes, sua luxuriose viuendo profundant, verum etiam illis absumptis, aliena appetant, grande æs alienum a proximis suis, qui id eis, prout mutuum fert hominum commercium, sub varijs instrumentorum obligationibus liberaliter mutuant, extorquendo, ac deinde dum id eis sub paupertatis specie restituere negligunt, proximos suos vna cum tota familia aliquando mendicare cogunt; facere nullo modo possumus, quin & Pastoralis officij debito, cui disponente domino præsidemus, moniti, & ea qua Christus prior dilexit nos charitate impulsi, clementiæ, & misericordiæ reiectis vijs, iustitiam & iudicium in tales acriter insurgendo assumamus; jurisq; rigorem acriorem reddamus, vt saltem per hoc eos quos timor domini a malo non retrahit, vltimi suplicij pœna exterreat, sicque vniuersas Dominici gregis oues ad ouile ad quod, dante domino, omnes dirigi capimus, salubre perducamus. Sane licet alias fe. re. Paulus Papa IIII. prædecessor noster inter cætera dilectis filijs Populo Romano concessa priuilegia per quasdam suas literas voluerat, quod dilationes quæcunque nisi iuxta dispositionem iuris ac formã statutorum almæ Vrbis concedi nullatenus possent, & qui illas obtinerent, semper biretum viride portare tenerentur, ac alias prout in dictis literis plenius continetur. Nihilominus diuersi iniquitatis filij, præmissis non attentis, propriaque temeritate confisi, postquam proprijs eorum bonis non aduersa fortuna, aut fortuitis casibus, siue hostium incursu, vel ventorum, marisque violentia atque iniuria (quod quidem vel certe ferendum esset, cum ab ijs facile caueri nequeat humana prouidentia) sed sua ipsorummet incuria, negligentia, prodigalitate, atque luxu in explendis proprijs voluptatibus, penitus dilapidatis, proximos suos ad varia eorum bona sibi mutuanda sub spe restitutionis compulerunt, illis similiter profusis, creditores suos, cessione bonorum deludentes, ac tam literas præfatas quàm alia per nos contra huiusmodi decoctores, fallitos nuncupatos, edita statuta deridere audent, in graue Apostolicæ auctoritatis vilipendium, proximorum suorum detrimentum & grauamen, ac animæ suæ periculum non modicum. Nos præmissa conniuentibus oculis pertransire nequeuntes, & attente considerantes nulla alia de causa in fures vltimi supplicij pœnam esse impositam, nisi vt talia perpetrandi hominibus via intercclusa, liberum esset vnicuique sua absque periculo possidere & vti, hos autem adeo furibus & latronibus similes esse, vt ab illis in nihilo differant, nisi vt quod eis nisi cum vitæ suæ periculo agitur, hoc decoctoribus impune liceat, volentesque propterea vt par immo grauius delictum, parem etiam sortiatur pœnam, jurisque rigorem in hos grauiorem reddere, ac genus hoc hominum tanquam humano generi infestum, e cæterorum cetu segregandum merito esse dijudicantes, omnium & singularum legum & constitutionum tàm imperialium quàm Apostolicarum, etiam in corpore iuris descriptarum tenores & formas, ac si de verbo ad verbum inserti forent præsentibus pro expressis habentes, sine illarum aliquo præiudicio, quinimo illas reualidantes & confirmantes, Motu proprio hac nostra perpetuo valitura constitutione sancimus, statuimus & declaramus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus quæcunque persona, tam sæcularis, quàm Ecclesiastica, etiam si clericali & Ecclesiastico foro gaudeat, cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis existat, & quacunque dignitate tam mundana; etiam si Domicellus, Comes, aut aliter Nobilis aliquando fuerit, quàm ecclesiastica, non tamen Episcopali, præfulgeat, qui omnem eorum substantiam non præmissis de casibus fortuitis, sed incuria, negligentia, prodigalitate, & luxu suis, proprias voluptates explendo, & cupiditatibus non mediocri intemperantia seruientes subuerterint & dilapidauerint, necnon qui se bona sua decoxisse simulantes, illa in fraudẽ creditorum suorum occultant, & eorum pecuniam totam in eorum vtilitatem forsan conuerterint, vt eorum creditores ad secum componendum facilius alliciant, vltimi supplicij, & ea qua fures ipsi de iure vel cõsuetudine, aut particulari vel municipali statuto plecti solent, puniri debeat. Mandantes tam vrbis præfato Gubernatori, & Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Generali Auditori, quàm omnibus & singulis nostris & sedis Apostolicæ in quibuscunque prouincijs legatis & vicelegatis, necnon quarumcunque ciuitatum, terrarum, oppidorum, & locorum, nobis & eidem Sedi tam mediate quàm immediate subiectarum Gubernatoribus, Prætoribus, Capitaneis, Commissarijs, & alijs quibuscunque iudicibus quauis etiam subdelegata potestate fungentibus, vt præsentes nostras Inuiolabiliter in eorum iudicijs obseruent, nec contra tales, nisi illarum forma seruata, procedere audeant vel præsumant. Districtius quoque inhibentes quibuscunque terrarum, oppidorum & locorum dominis in temporalibus in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis, &c. pœnis, ne sic in præmissis iudicantes, eorum seculari auctoritate molestare, inquietare, perturbare; vel impedire audeant vel præsumant. Decernentes postremo præsentes, & desuper conficiendas literas nullo vnquam tempore de subreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ defectu notari, minusque sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus comprehendi, vel illis derogari nullo modo tacite vel expresse posse, nisi de illis eorumque totis tenoribus; ac eorum Datum de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio & expressio facta fuerit, aliterque factas derogationes nullius roboris vel momenti fore, & tanquam tales a nemine attendi, nec vlli suffragari posse, Sicque per quoscunque Iudices, &c. etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, eorumque Collegium, sublata, &c. Irritum quoque, &c. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis apostolicis, necnon in prouincialibus & synodalibus Concilijs editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, ac legibus etiam imperialibus, etiam in corpore iuris, vt præfertur, clausis, ac quibusuis etiam municipalibus & particularibus etiam iuramento, &c. roboratis statutis, &

Causa constitutionis.

Pau. 4. Statuit debitores obtinentes alternatiuas, vel dilationes, teneri deferre biretum viride, vt in eius constit. 15. Sincera, fol. 587. Quod declarauit & ampliauit Pius 4 in eius cõst. 52. Cupientes. f. 722.

Multi autem eorum bona, prodigalitate & luxu, dilapidabant, & debita contrahebant, & tandem cessione bonorũ, creditores dolose deludebant.

Hic igitur Pont. decernit huiusmodi personas, nedum ad cessionem bonorũ nõ esse admittendos sed vltimo supplicio plecti debere.

Executorum deputatio.

Inhibitio contra impedientes eos, qui ita super præmissis iudicauerint.

Clausula præseruatiua.

Decretum irritans.

Clausula derogatoria.

tutis & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, &c. sub quibuscunque tenoribus, &c. etiã Motu simili, &c. etiam consistorialiter, &c. ac sub quibusuis verborum formis concessis, &c. Quibus omnibus etiam si de illis, &c. illorum tenores, &c. illis alias, &c. latissime specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque, cum clausulis opportunis, & consuetis.

Fiat Motu proprio M.

Et quod quorumcunque statutorum, constitutionum, & legum, &c. tenores habeantur pro expressis, seu in toto vel in parte exprimi, ac de verbo ad verbum inseri possint. Et de sanctione, statuto, declaratione, decreto, inhibitione, mandato, & alijs præmissis, quæ hic pro repetitis habeantur, & ad partem perpetuo in forma gratiosa, & cum opportuna, si videbitur iudicum deputatione qui assistant, &c. inuocato, &c. sæcularis. Et cum opportuno decreto quod vt præsentes ad omnium quorum interest notitiam deducantur, nullusque deinceps aduersus eas aliquam excusationem prætendere, aut ignorantiam allegare queat, quod illæ imprimantur, & in valuis Basilicæ Principis Apostolorum, & S. Ioannis Lateranen. ac Cancellariæ Apostolicæ, necnon in acie Campi Floræ affigantur, & inibi earum copiæ dimittantur. Quodque affixio huiusmodi omnes perinde afficiat, ac si fuissent personaliter exhibitæ, intimatæ, & ostensæ. Quodque earum transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Prælati, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Et quod præsentis Motus proprij sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio & extra, regula quacunque contraria non obstante, seu literæ super illis cum maiori præmissorum expressione per Breue expediri possint.

Forma & effectus publ.

Sola signatura sufficit.

Fiat M.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Kal. Nouembris, Anno Quinto.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo septuagesimo, Indictione tertiadecima, Die vero tertia Mensis Nouembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quinti Anno Quinto, Retroscriptus Motus proprius affixus, & publicatus fuit ad valuas Principis Apostolorum de Vrbe, Sancti Ioannis Lateranensis, & Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Ioannem Guerardi, & Ioannem Freile prælibati Sanctiss. Domini nostri Papæ Cursores.

Publicatio.

CXVII.

Reformatio Tribunalis Auditoris Cameræ, & taxa Expeditionum, emolumentorumq; diuisio.

Aliam Reformationem habes supra in Pij Quarti, const. 74. Inter multiplices, fol. 775.

Aliamque taxam circa causas criminales, habes in eiusdem Pij Quarti, constitu. Cum nuper, 149. fol. 903.

De materia autem Iurisdictionis A. C. vide infra in Grego. 13. const. 55. Ad genetis, vbi notabo.

De materia Notariorum Curiæ Auditoris, habes supra in Pauli II. const. 7. Tunc præcipuas fol. 92. & Leon. X. const. 39. Inter curas, fol. 261. & Clem. 7. const. 47. Cum alias, fol. 355. & Pij Quarti const. 54. Cum sicut accepimus in causis, fol. 723. & constit. 74. Inter multiplices, fol. 775. & const. 105. Decet Romanum, fol. 881. & const. 149. Cum nuper generali, fol. 903.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

INTER illa, quæ in singulis in Vrbe curijs, & officijs emendanda, seu rectius disponenda decreuimus, hæc de curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generalis Auditoris officio, ac tribunali seorsum ab vniuersali reformatione Apostolica auctoritate perpetuo statuimus, & ordinamus, quæ & ab Auditore, & ab eius Locumtenentibus, Curiæque ipsius Iudicibus, & Notarijs exactissime seruari præcipimus.

In primis, ne quisquam ex confessione debita procuratore suo ad id in ipsamet obligatione in posterum constituto in iudicio, vel alibi facta condemnetur, nisi idem etiam procurator ad defendendum in iudicio fuerit cõstitutus, & ipse cum constitueretur, defendendi onus huiusmodi sponte præsens acceptauerit.

Debitor non condemnetur ex confessione Procuratoris ad id in obligatione constituti, nisi vt hic.

Neue quisquam ratione sui consensus in contractu, seu quasi contractu, aut alias in iudicio vel extra iudicium per se, vel alium quocunque modo, etiam in susceptione, quam vocant, censurarum, de cætero præstiti pure, aut sub conditione, aut in diem censuris ecclesiasticis innodetur, aut innodatus declaretur.

Neque censuris Ecclesiasticis innodetur, ex consensu ipsius quocunque modo præstito.

Quinimo nec procuratoris, ad confitendum debitum, constitutio, in ipsa debiti obligatione, nisi & ad defendendum vna constituatur, & ipse defendendi onus acceptet, vt præfertur, nec censurarum consensus, aut susceptio huiusmodi vsquam recipiatur vel admittatur, siue etiam describatur, neque de his quisquam rogetur etiam in Cameralis obligationis formula, siue principaliter, siue incidenter: neque iudicium vllum, aut vlla executio inde fiat, aut decernatur.

Procuratoris constitutio ad confitendum debiti, nec susceptio in obligationibus apponatur.

Excipimus autem ab his, quæ de confessione debiti, & procuratoris, ad id constitutione, supra statuimus, obligationes, quæ de rebus ac iuribus ad Cameram Apostolicam pertinentibus factæ iam sunt, aut in posterũ

fieri

fieri oportuerit, in quibus quo ad huiusmodi confessionem, & constitutionem, liceat illud idem fieri, quod hactenus est obseruatum.

Nisi de rebus Cameræ A post. agatur.

Quod si quando aliqui seipsos in vrbe efficacius obligare voluerint; vt in exactionibus laborandum non sit, quas pro commodiori hominum commercio faciles esse expedit, poterit Iudex parti præsenti, & se obliganti præcipere; vt die certa tunc statuenda soluat; monens, quod si ea die sponte non soluerit, nulla exinde facta personali citatione, sed breuia tantum vnica dilatione, quæ per affixionem locis consuetis intimabitur, ad executionem contra ipsum procedet, & in subsidium, vbi executio realis, personalisue facile fieri non poterit, in ipsum tanquam contumacem, contemptoremque sui præcepti, excommunicationem decernet. Hæc tamen, quo ad excommunicationem monitio, vbicunque facilis futura esset, executio non adhibeatur.

Forma obligandi strictiori vinculo, scilicet vnica tantum citatione præcedente.

Cum autem præscripta dies cesserit: ea distinctio seruetur, vt si obligatio, vel in vrbe erit contracta, vel in vrbe sit soluenda, sola intimationis affixio prædicta sufficiat. Si vero extra vrbem & obligatio contracta, & solutio destinata fuerit, non aliter ad executionem procedatur, nisi facta legitime debitori intimatione dilationis huiusmodi.

Citatio erit facienda in partibus, si ibi contracta sit obligatio, sin autem fiat in Curia per affixionem in locis cõsuetis.

Rursus, vbi in obligatione extra vrbem facta, pariter solutio extra vrbem destinata fuerit, præter dictam dilationem, detur etiam alia, pro loci distantia, intra quem docere possit, & debeat debitor se soluisse.

Dilatio ad probandum solutionem in partibus destinatam, danda est petenti.

Quod si parti petenti, ac debitum agnoscenti, danda videbitur aliquando longior aliqua dilatio ad soluendum (intra quam nullo omnino mandatum, aliumque executionis genus relaxari poterit) ea erit dierum triginta, aut saltem viginti arbitrio Iudicis, qui pro debitoris qualitate, & debiti summa, vtrum voluerit de prædictis terminis eliget.

Dilatio 20. vel 30. dierum ad soluendum dãda est cõfitenti debitũ.

Qua in re illud obseruetur, vt si forte post decretum, & relaxatum, atque etiam actori a Notario traditum mandatum executiuum, visum fuerit Iudici dilationem hanc concedere, non alio postea iudicio, aut etiam mandato, opus sit actori, si reus intra dilationem ipsam non soluerit, sed eodem illo, quod antea traditum, aut relaxatum, siue decretum fuerat, executionem suam prosequatur.

Dilatione finita, mandatum antea relaxatum exequi debet.

Sed & in omnibus, quæ aliter quam cum supradictis præcepto, & monitione vbicunque locorum factæ fuerint obligationibus, & alias semper, illud omnino seruetur, vt ad excommunicationem cuiusquam non deueniatur, nisi cuius fuerit erga Iudicem contumacia, ipso etiam, nec tantum procuratore suo, quamuis specialiter constituto, prius legitime citato.

Excõicatio quando sit concedẽda contra obligatos.

Verum sicuti antea, earum quæ in forma Cameræ erant obligationum, ita & harum, quæ futuræ sunt, pro illis iudicium, siue cognitio, & executio in Vrbe ad Auditorem Cameræ solum spectet in vniuersum, iuxta suas facultates. Romanos tamen debitores laicos, liceat creditoribus etiam in Curia Capitolij conuenire iuxta priuilegia Populo Romano concessa.

Romani laici & in Curia Capitolij pro obligationibus in forma Cameræ conueniri possunt. Ad quod vide Pij 4 const. 73. Dilectos, fol 753.

Quo vero ad Clericos, ratione originis, vel beneficij, Romanos, locus sit præuentioni inter ipsum Auditorem, & nostrorum in Vrbe Vicarium.

Romani Clerici etiam coram Vicario Vrbis conueniri possunt. Ad hoc vide sup. const. 20. Confidentes.

Cæterum idem Auditor appellationes non aliter audiat, siue admittat, quã si exhibita fuerit Notario in actis ab appellante fides publica, seu publicum instrumentum sententiæ, a qua extitit appellatum, eaque sit diffinitiua, vel vim habeat diffinitiuæ, neque aliter earum ratione inhibeat, quam inserto in literis inhibitionis toto fidei, seu instrumenti huiusmodi tenore.

Quare Iudices a quibus appellari continget, eorumque Notarij, fidem seu instrumentum huiusmodi partibus petentibus, & debitam Notarijs mercedem soluentibus tradent in tempore, alioquin Iudices officio iudicandi, Notarij exercitio notariatus tandiu suspensi sint, donec appellãti omnia damna, & interesse propterea passa ab ipso Auditore extraiudicialiter æstimanda, resarscrint. Et nihilominus facta ab appellante fide de sua petitione, & Iudicis, siue Notarij derogatione, idem Auditor inhibere, & in causa procedere possit.

Appellationes a sententijs extra Curiam latis, quã & quomodo recipi debeant.

Literas apostolicas, quibus certus, qui per se ipsum procedat, executor præscriptus est, nullo modo exequatur, sed & omnes præterea, in quarum executione pars vocanda fuerit, non aliter exequatur, quam seruatis, pro rerum contingentia, constitutionibus fe. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, nisi ipsis constitutionibus derogatum fuerit, expresse in literis, quæ fuerint exequendæ, sed & tunc, ne quemquam extra diœcesim vltra tot dietas euocet quot in ipsis literis expressum erit, neue alij vices suas committat, vel subdeleget, quam constitutis in dignitate Ecclesiastica, aut Cathedralium Ecclesiarum Canonicis. Exceptis literis pensionum, quarum solutio in Romana Curia destinatur, & his omnibus, quibus ipse nominatim executor præscriptus fuerit, his enim casibus possit ad se vndecunque, & quocũque partes euocare.

Literas Apost. quã & qõo exequi possit A. C.

Monitoria generalia, vulgo, significauit, appellata, quæ scilicet, vt aliquid reueletur, seu restituatur, vel probetur, cum censuris Ecclesiasticis publicari solent, nullo modo decernat, siue expediat.

Monitoria in forma significauit non expediet. De quibus vide infra in const. 183. Sanctissimus.

Similiter nihil sine speciali nostra commissione decernat, aut faciat, aut mandet, quod Episcopos, aut alios locorum ordinarios impedire possit, ne ad executionem decretorum sacri Concilij Tridentini, correctionemque morum libere procedant.

Nihil decernat absque Papæ cõmissiõe quod ordinarios impediat in executiõe Cõcilij Trid. aut morum correct.

Ab omnibus autem & singulis ijs, quæ ad eius iurisdictionem secundum præmissa pertinere nolumus, vsque adeo abstineat, vt neque monitoria, neque citationes, neque inhibitiones, neque sequestra, neque mandata de manutenendo, neque aliud quicquam quocunque sub prætextu, super ijs aut ipse decernat, aut ab alijs decreta reuocet, & pariter eius Notarij nihil omnino expediant, aut etiam scribant, sub pœna amissionis officij.

Nihil expediat circa ea quæ nõ pertinent ad eius iurisdictiona.

In causis vero sui fori ciuilibus, etiam in quibus summarie, & ad instar beneficialium procedendi ei concessa est facultas, nunquam omnino ad pœnas contumaciales deueniat, sed potius receptis probationibus ad negocium principale spectantibus, datoque competenti termino parti absenti, demum super his seruatis seruandis diffinitiue pronunciet, etiam sine litis contestatione.

In causis ciuilib. non procedat ad pœnas contumaciales, sed super negocio principali seruatis seruãdis pronũciet.

Mandata de manutenendo, nunquam nisi parte legitime citata, & compendiosa, ac summaria causæ cognitione adhibita, decernat.

Mandata de manutenendo parte citata, & causa cognita relaxet.

Idem & in sequestris seruetur, nisi aliqua ratione timendum sit, Iudicis arbitrio, de suspicione fugæ, vel bonorum dilapidatione.

Sequestra pari modo relaxet, nisi timeatur de fuga, vel bonorum dilapidatione.

Ne autem contingat, vt absentes, & in remotissimis ab Vrbe partibus degentes, si ob prætensum aliquod

trimen

crimen moneantur ad personaliter comparendum, deinde inculpabiles reperti, maxima itineris incommoda & dispendia nulla sua culpa passi sint, neminem posthac extra Italiam existentem ad comparendum personaliter moneat, nisi facto verbo nobiscum, de quo verbo habito fiat mentio in literis monitorijs.

Postremo Notarij nihil vnquam cuiusuis generis scripturæ ad iudicium pertinentis, quod extra curiam mittendum sit, expediant, & parti tradant, nisi cum subscriptione Auditoris, vel eius Locumtenentis.

Circa impensas autem, quæ a partibus pro scripturis, & expeditionibus faciendæ sunt, vltra ea, quæ in vniuersum in omnibus curijs obseruari volumus, infrascripta specialiter in eadem Curia Auditoris, etiam in causis pendentibus obseruentur.

Causæ ordinariæ non efficiuntur commissariæ per superuenientem commissionem.

In causis quæ ordinarie secundum Auditoris facultates in eius tribunali introductæ fuerint, vel introduci potuerint, siue post cœptam causam superueniat commissio, siue ante impetrata sit, siue in prima, siue in vlteriori instantia, nulla in re augeat impensam, sed quo ad hoc habeatur semper causa pro ordinaria, ita vt etiam ratione sententiæ, neque Notarij, neque Iudices, quicquam propterea accipiant, vltra id, quod accipere potuissent, si commissio non adesset.

Siue igitur adsit commissio, siue non, in causis ordinarie ad hunc forum pertinentibus exigatur vt infra, & non amplius.

Sit itaq; precium perfectæ expeditionis taxa, & alijs omnibus comprehensis.

Taxa expeditionum in causis ciuilibus Tribunalis A. C.

Pro monitorio speciali ad partes iul. nouem.
Pro monitorio speciali per edictum iul. duodecim.
Pro monitorio in vim bullæ Eugenianæ iul. duodecim.
Pro Eugeniana per edictum iul. quindecim.
Pro monitorio in vim bullæ Cœnæ Domini iul. duodecim.
Pro citatione cum inhibitione, vigore appellationis extra Curiam, cum insertione instrumenti sententiæ a qua appellatur iul. decem.
Pro instrumento remissoriæ iul. nouem.
Pro instrumento litis pendentiæ extra curiam iul. nouem.
Pro transumpto simplici vnius bullæ, seu instrumenti, aut cedulæ, vel etiam plurium similium, vel aliorum iurium in eodem transumpto descriptorum, si fuerint in forma probanti iul. duodecim.
Si vero in forma Vidimus iul. nouem, habita tamen ratione excessus scripturarum arbitrio Iudicis, quo ad laborem Notarij.
Pro sequestro extra curiam iul nouem.
Pro literis superuiuentiæ, quæ non taxentur iul. quatuor vna cum sigillo.
Pro fide legalitatis apponendæ in instrumentis Notariorum in totum vna cum sigillo iul. duo.
Pro mandato de exequendo iul. nouem.
Pro nota sententiæ nihil exigatur.
Pro sportulis etiam nihil.

At in causis quæ per commissionem introducuntur, & ab initio sunt commissariæ, neque alias ad huius fori cognitionem spectant soluatur vt sequitur.

Taxa expeditionum in causis Commissarijs Curiæ A. C.

Pro citatione vigore commissionis absque inhibitione extra curiam iul. nouem.
Pro citatione cum inhibitione simplici iul. vndecim.
Pro citatione cum inhibitione sub censuris iul. quatuordecim.
Pro citatione cum inhibitione sub censuris per edictum, etiam pro necessario examine iul. decem & octo.
Pro inhibitione simplici extra curiam iul. nouem.
Pro inhibitione extra curiam sub censuris iul. duodecim.
Pro inhibitione in curia iul. tres cum dimidio.
Pro monitorio speciali iul. quindecim.
Pro notis sententiarum diffinitiuarum, quæ in scriptis proferuntur in prima instantia iul. quadraginta, in secunda iul. triginta, in tertia iul. viginti.
Pro nota absolutoriæ ab obseruatione iudicij iul. quindecim.
Pro nota interlocutoriæ iul. quindecim.
Pro nota declaratoriæ iul. octo.
Pro mandato de exequendo iul. quindecim.
Pro sequestro iul. quindecim.
Pro sportulis iudicum pro sententijs diffinitiuis ex scripto proferendis non vltra id, quod in alijs curiæ Tribunalibus ordinarijs a fe. re. Pio Papa IV. præscriptum est.

De cæteris vero actis, scripturis, & expeditionibus infrascriptis, siue causæ sint ordinariæ, siue cõmissariæ soluatur tantummodo infrascriptum precium, videlicet.

Taxa expeditionum, actorum, ac scripturarum in causis Ordinarijs & Commissarijs Curiæ A. C.

Pro compulsorialibus generalibus, siue specialibus iul. duodecim.
Pro palmo rotuli remissoriæ iul. tres. Sit autem palmus linearum triginta, & linea syllabarum decẽ & octo.
Pro instrumento remissoriæ iul. duodecim.
Pro instrumento litis pendentiæ in curia iul. quatuor cum dimidio.
Pro interdicto speciali iul. quindecim
Pro instrumento relaxationis interdicti iul. quindecim.
Pro executorialibus iul. triginta sex.
Pro mandato de immittendo in possessionem vigore literarum apostolicarum, seu in forma breuis iul. decẽ.
Pro absolutione, siue absolutionis commissione pro vno, iul. nouem.
Pro duobus litis consortibus iul. quatuordecim.
Pro tribus litis consortibus iul. decem & octo.
Pro quatuor litis consortibus iul. viginti tres.
Vltra quatuor quotcunque addantur personæ litis consortes, nihil augeatur pretium expeditionis.

Pro capitulo

Pro capitulo, collegio, confraternitate, aut vniuersitate iul. quinquaginta.
Pro instrumento absolutionis iul. duodecim.
Pro decretis a Iudice prolatis nō ex scripto, etiā vim diffinitiuæ habentibus, eorumue nota, & sportulis, nihil.
Pro simplici fide etiam plurium actorum iul. duo.
Pro examine testium cum articulis, & interrogatorijs in causa, quæ sit æstimationis a quinquaginta scutis supra, vsque ad quācunque summam, si articuli non excedant numerum vigintiquinque, interrogatoria numerum trigintaquinque, in domo, vel officio Notarij, iul. quatuor, Extra vero officium, non vltra duplum.
In causa æstimationis a quinquaginta scutis infra, soluatur tantum pro dimidia: Quod si articuli excedant numerum vigintiquinque, & interrogatoria trigintaquinque, soluatur merces Notarij arbitrio Iudicis.
Pro instrumento sententiæ, si extrahatur, iul. quindecim.
Pro instrumento declaratoriæ, non tamen vigore obligationis in forma Cameræ, iul. duodecim.
Pro brachio seculari ob non paritionem monitorij, aut literarum Apost. vel exequutorialium, iul. triginta.
Pro mandato suspicionis fugæ, vsque ad quamcunque summam, etiam in vim obligationis Cameralis decreto, iul. quatuor cum dimidio.
Pro mandato de consignando, vigore sequestri, etiam vbi pro illius verificatione, debitor prius fuisset cōuentus, via executiua, vigore obligationis Cameralis, iul. quatuor cum dimidio.
Pro mandato de consignandis pignoribus subhastandis, aut deliberandis, iul. quatuor cum dimidio.
Pro mandato de relaxando pro debito ciuili, iul. quatuor cum dimidio.
Pro mandato in causis ciuilibus loco literarum, pro parua summa, iul. quatuor cum dimidio.
Computato in his omnibus mandatis, iulio sigilli.

De precio autem sic præscripto, in omnibus supradictis expeditionibus, siue ordinarijs, siue commissarijs, dentur Auditori, & Massæ Notariorum, item (quoad ordinarias) Camerario eædem portiones, quæ & prout antea pro eisdem expeditionibus dabantur, nulla ex parte diminutæ. Reliquum quod ijs portionibus detractis super erit, sit Notarij expeditionis, præterquam in expeditione absolutionis, siue commissionis absoluendi, in qua singulis detrahatur pro rata, ita vt non tantum portio Notarij, sed cuiusque aliorum minuatur ad eam rationem, vt tantum vnicuique portioni pro eius modo decrescat, quantum omnibus in vniuersum detraximus.

Diuisio precij dictarum expeditionum.

Pro mandato executiuo, siue brachio, vbi innocatione opus fuerit sæculari, per omnia expedito, omnibusque comprehensis, precium sit vt infra, videlicet.

Taxa mādatorū executiuorum.

Ab vno scuto, vsque ad quindecim, iul. quatuor cum dimidio.
A scutis quindecim vsque ad vigintiquinque, iul. viginti duo.
A scutis viginti quinque, vsque ad quingentos, iul. triginta tres.
A scutis quingentis vsque ad mille, iul. sexaginta sex.
A scutis mille, vsque ad quamcunque summam, iul. centum & decem.

Hoc autem precium ita diuidatur, vt ex iulijs vigintiduobus, Auditor habeat iulios sex, Camerarius pro sigillo habeat iulios quatuor cum dimidio, Massa Notariorum habeat, iul. quatuor cum dimidio. Reliquum habeat Notarius expeditionis.

Diuisio precij mādatorum executiuorum.

Ex iulijs triginta tribus, Auditor habeat iulios octo & baiochos duos cum dimidio. Sigillum iulios quinque cum dimidio, Massa habeat iul. octo, & baiochos duos, cum dimidio. Residuum Notarius.
Ex iulijs sexaginta sex, Auditor habeat iulios sexdecim cum dimidio, Sigillum, Iulios vndecim Massa Iulios sexdecim cum dimidio, Notarius quod superest.
Ex iulijs centum & decem, Auditor habeat iulios viginti quatuor, & baiochos septem cum dimidio, Sigillum iulios sexdecim cum dimidio, Massa iulios viginti duos, Notarius reliquum.
Ad constituendas autem supradictas summas, computentur iulij vndecim pro singulo scuto, quilibet vero iulius sit decem baiochorum.

Censurarum Ecclesiasticarum nomine, nihil accipiatur, vel in expeditione mādati executiui, seu brachij sæcularis, vel seorsum ab eo, neque vsquam alias, nisi vbi ad illas rite processum fuerit re ipsa.

Taxa expeditionum, censurarum Ecclesiasticarum

Cum vero ad illas procedi contigerit: tunc pro declaratoria, aggrauatoria, & reaggrauatoria simul iunctis, & totali earum omnium expeditione, tantumdem exigatur, quantum pro mandato, seu brachio sæculari, habita ratione prædictæ distinctionis summarum, ita vt omnis impensa vtriusque expeditionis, mandati scilicet vel brachij sæcularis, & censurarum simul collecta, duplum non excedat eius precij, quod mandato, seu brachio sæculari, supra taxatum est, pro qualibet supradictarum summarum. Excepta vltima maiori summa, videlicet a mille supra: In ea enim summa etiam si contingat vltra, vel post mandatum executiuum, seu brachium sæculare, censuras quoque relaxari, nihil tamen earum nomine exigatur: sed tantum præter id precium, quo pro solo mandato, seu brachio sæculari supra taxatum est, accipi possit iusta merces pro scriptura.

Nunquam tamen cogantur partes inuitæ, vna cum mandato executiuo, seu brachio sæculari, censurarum quoque expeditionem accipere, aut earum expeditionis precium soluere, etiam si ad censuras ipsas in subsidiū contra contumacem, Iudex comminando rite processerit: & extra loca temporali Domino Sanctæ Romanæ Ecclesiæ subiecta, vel etiam extra Italiam expeditio mittenda foret.

Quod si forte quisquam legitime seruatis processibus vtrāque expeditionem mandati scilicet seu brachij sæcularis, & censurarum eodem tēpore habere voluerit: tunc apponatur verbis expressis in ipsa expeditione, quo ad censuras, ne is precium, quod illarum ratione expēdit, vllo modo repetere possit ab ijs, contra quos decretæ, & prolatæ fuerunt, nisi aduersus eosdem, vigore mandati executiui, seu brachij sæcularis non satisfacientes, aut alias non parentes, censuris ipsis necesse fuerit vti.

Diuisio pretij expeditionum censurarum Ecclesiasticarum.

Ipsius vero expeditionis cēsurarum precium prædictum eadem ratione, & eisdem portionibus diuidatur, quibus precium mandati executiui, seu brachij sæcularis, vt supra dictum est.
Pro duplicatis etiam post quodcunque tempus expeditis, nihil exigatur præter scripturæ mercedem.
Pro sigillo paruo appenso in qualibet expeditione soluatur iulius vnus tantum, vbi non adest minor taxa.
Pro mandatis executiuis, vel alijs quibuscunque expeditionibus, Notarij nihil recipiant, nisi illis effectualiter partibus consignatis.

Dupplicata dentur soluta tātum mercede scripturæ. Hoc idem habes sup. in Pau. 3. const. 7 Inter precipuas, fol. 92.

Pro expeditionib. partibus nō consignatis nihil est soluendum.

Nec partes ipsæ cogantur accipere aliquam expeditionem, nisi eam quam voluerint.

Pauperibus concedantur expeditiones in forma pauperum, & miserabilibus dentur gratis.

Pauperibus item expeditiones in forma pauperum, miserabilibus vero gratis omnino tradant etiam scripturæ mercedem, distinctio vero istatum personarum Iudicis arbitrio remittitur.

Pro terminis coram iudice seruandis, iudicibus informandis, scripturis ad eos deferendis, seu etiam in officio perquirendis, regestis, seu extractibus transportandis, & alijs huiusmodi, Notarij vel eorum substituti & in eorum officijs scribæ, & copistæ, etiam nomine regalium, seu bibaliorum, nihil prorsus etiam a sponte dantibus accipiant.

Pro terminis seruandis, &c nihil exigatur.

In causis criminalibus expeditionum, quæ erunt eiusdem generis, seu nominis, cuius sunt suprascriptæ, precium augeri non possit vltra tertiam partem eius, quod supra in ciuilibus præscriptum est.

Taxa expeditionū in causis criminalibus. &c.

In regestis, extractibus, copijs iudiciorum, & alterius, quam supradicti generis, seu nominis, expeditionibus criminalibus, seruetur taxa ab eodem Pio prædecessore aliis tribunalibus ordinarijs vrbis præscripta.

Cum nuper, fol.

Precium expeditionū adnotetur in calce, & libro expeditionum.

In omnibus expeditionibus ima earum parte Notarius apponat integrā summā eius, quod vere expositū fuit sub his verbis, videlicet. Exposuit in totū tantum: idemq; etiam in libro expeditionū ipsius Notarij describatur.

Tabulā istius taxæ teneat quilibet Notarius in suo officio.

Et vt præmissa omnibus pateant, sciatque quilibet quid, & quantum in præmissis exponere debeat: quilibet Notarius Auditoris teneatur posthac tabulam supradictorum pretiorum expeditionum literis maiusculis, ordinate, & distincte scriptam, in eius officio palam loco eminenti, & cognito proponere, & semper retinere

Confirmatio aliarum Reformationū huic non contrariarum.

Constitutiones item, quæ tam a nobis, quā ab alijs Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, ad reformationem huius Curiæ pertinentes emanarunt, & in futurum emanabunt, modo his contrariæ non sint, omnino in eadem Curia obseruentur.

Inhibitio. & pœnę contrauenientium.

Districtius inhibentes Auditori sub indignationis nostræ, & Locumtenentibus, siue Iudicibus, ac Notarijs prædictis, sub priuationis officiorum suorum huiusmodi, & alijs etiam grauioribus, nostro & pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrio infligendis, & applicandis pœnis, ne de expeditionibus, & alijs sibi per præsentem interdictis, ac contra præsentis formam, & tenorem, etiam quorumuis priuilegiorum & indultorum, ac literarum eis quomodolibet concessarum, aut consuetudinis, & styli immemorabiliter obseruari, vel alio quouis prætextu se intromittere quoquo modo audeant seu præsumant.

Decretum irritans.

Decernentes quæcunque decreta, & acta, ab eisdem Auditore, Iudicibus, & Notarijs pro tempore contra præsentis formam, & tenorem emanata & facta, nulla & inualida, ac extorta, & subreptitia, nulliusque roboris vel momenti fore, & censeri, neminique propterea suffragari posse vel debere. Et ita per quoscunque Iudices, & Commissarios, quauis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, & causarum Palatij Apostolici Auditores, in quauis causa, & instantia, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & Auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque & inane quicquid secus super his a quopiam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausulę derogat.

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac stylo, consuetudine, ac quocunque tēporis cursu, etiam immemorabili roboratis, priuilegijs quoque, indultis, eidem tribunali, ac illius Auditoriatus officio: & Auditori etiam in eiusdem officij erectione, & institutione, ac Iudicibus, & Notarijs ipsis, illorumque collegio, etiam simili motu, etiam consistorialiter, &c. sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cū quibusuis clausulis, & decretis, in genere vel in specie, & alias quomodolibet, etiam per nos concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, indiuidua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc seruanda foret: tenores huiusmodi præsenti, pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque, & quibuslibet alijs priuilegijs, indultis, & literis apostolicis, generalibus, vel specialibus, quorumcunque tenorum existant: per quæ præsenti non expressa, vel totaliter inserta, effectus præsentis impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumcunque totis tenoribus specifica, indiuidua, & expressa, ac de verbo ad verbum habenda esset mentio specialis.

Forma public. huiusce constit. Quam habes hic in fine.

Vt autem præsens Motus proprius ad omnium notitiam deducatur, ac omnes quorū interest, vel interesse poterit afficiat, volumus, & mandamus, illius copiam in Palatij nostri apostolici, ac domus, seu curiæ prædicti Auditoris valuis, necnon acie Campi Floræ affigi, & ibidem relicta eius copia aliquandiu detineri.

Sola signatura sufficit.

Volumus item quod præsentis Motus proprij sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, regula contraria non obstante. Quodque eius transumptis Notarij publici manu subscriptis, & personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ sigillo signatis, plena, & indubia fides, eaque prorsus adhibeatur in iudicio, & extra, quæ præsenti adhiberetur, si foret exhibitus, vel ostensus.

Placet, & ita Motu proprio statuimus & mandamus. M.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, duodecimo Kal. Decembris, Anno Quinto.

Publicatio.

Præsentatio, & inhibitio.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo septuagesimo, Indictione decimatertia, Die vero quarta Mensis Decembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quinti Anno eius Quinto, Retroscriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt in locis retroscriptis, Necnon præsentatæ, intimatæ, & notificatæ fuerunt Illustriss. & Reuerendiss. Patri D. Alexandro Riario Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ, generali Auditori, eidemque data copia, & etiam R. P. D. Vincentio Fuscherio in ciuilibus, & Mag. D. Vincentio Bellutio in criminalibus eiusdem Illustriss. & Reuerendiss. P. D. Auditoris Cameræ Locumtenentibus, & D. Ioanni Antonio Curto Notario & Mensario dominorum Notariorum eiusdem R. P. D. Auditoris Cameræ, videlicet data copia per me Ioannem Andream Rogerium præfati S. D. Papæ Cursorem.

CXVIII.

Missalis Romani, ex decreto Concilij Tridentini restituti approbatio, & aliorum abolitio.

PIUS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

QVO primū tēpore ad Apostolatus apicem assumpti fuimus, ad ea libenter animum, viresque nostras intendimus, & cogitationes omnes direximus, quæ ad Ecclesiasticum purum retinendum cultum pertinerent, eaque parare, & Deo ipso adiuuante, omni adhibito studio efficere contendimus. Cumque inter alia sacri Tridentini Concilij decreta, nobis statuendum esset de sacris libris, Catechismo, Missali, & Breuiario edendis atque emendandis: edito iam, Deo ipso annuente ad populi eruditionem, Catechismo, & ad debitas Deo persoluendas laudes Breuiario castigato: omnino, vt Breuiario Missale responderet, vti congruum est, & conueniens (cum vnum in Ecclesia Dei psallendi modum, vnum missæ celebrandæ ritum esse maxime deceat) necesse iam videbatur, vt quod reliquum in hac parte esset, de ipso nempe Missali edendo, quamprimum cogitaremus. Quare eruditis delectis viris onus hoc mandandum duximus: qui quidem diligenter collatis omnibus cum vetustissimis nostræ Vaticanæ bibliothecæ, alijsque vndique conquisitis, emendatis, atque incorruptis codicibus, necnon veterum consultis ac probatorum auctorum scriptis, qui de sacro eorundem rituum instituto monumēta nobis reliquerunt, ad pristinam Missale ipsum Sanctorum Patrum normam ac ritum restituerunt. Quod recognitum iam, & castigatum mature adhibita consideratione, vt ea hoc instituto, cœptoque labore fructus, omnes percipiant, Romæ quamprimum imprimi, atque impressum edi mandauimus: nempe vt Sacerdotes intelligant, quibus precibus vti, quos ritus, quasue cæremonias in Missarum celebratione retinere posthac debeant. Vt autem a Sacrosancta Romana Ecclesia cæterarum Ecclesiarum matre & magistra, tradita vbique amplectantur omnes, & obseruent: ne in posterum perpetuis futuris temporibus in omnibus Christiani orbis prouinciarum Patriarchalibus, Cathedralibus, Collegiatis, & Parochialibus, Sæcularibus, & quorumuis ordinum Monasteriorum, tam virorum quàm mulierum, etiam militiarum regularibus, ac sine cura Ecclesijs vel Cappellis, in quibus Missa Conuentualis alta voce in Choro, aut demissa celebrari iuxta Romanæ Ecclesiæ ritum consueuit, vel debet, alias, quam iuxta Missalis a nobis editi formulam decantetur, aut recitetur, etiamsi eædem Ecclesiæ quouis modo exemptæ apostolicæ sedis indulto, consuetudine, priuilegio, etiam iuramento confirmatione apostolica, vel alijs quibusuis facultatibus munitæ sint; nisi ab ipsa prima institutione a sede apostolica approbata, vel consuetudine quæ vel ipsa institutio super ducentos annos missarum celebrandarum in eisdem Ecclesijs assidue obseruata sit: a quibus, vt præfatam celebrandi constitutionem vel consuetudinem, nequaquam auferimus, sic si Missale hoc, quod nunc in lucem edi curauimus, iisdem magis placeret, de Episcopi vel Prælati, Capitulique vniuersi consensu, vt quibusuis non obstantibus, iuxta illud Missas celebrare possint permittimus, ex alijs vero omnibus Ecclesijs præfatis eorundem Missalium vsum tollendo, illaque penitus, & omnino reijciendo, ac huic Missali nostro nuper edito, nihil vnquam addendum, detrahendum, aut immutandum esse decernendo, sub indignationis nostræ pœna, hac nostra perpetuo valitura constitutione statuimus, & ordinamus. Mandantes, ac districte, omnibus, & singulis Ecclesiarum prædictarum Patriarchis, Administratoribus, alijsque personis quacunque Ecclesiastica dignitate fulgentibus, etiam si sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, aut cuiusuis alterius gradus, & præeminentiæ fuerint, illis in virtute sanctæ obedientiæ præcipientes, vt cæteris omnibus rationibus, & ritibus ex alijs Missalibus quantumuis vetustis hactenus obseruari consuetis, in posterum penitus omissis, ac plane reiectis, Missam iuxta ritum, modum ac normam, quæ per Missale hoc a nobis nunc traditur, decantent, ac legant, neque in Missæ celebratione alias cæremonias vel preces, quam quæ hoc Missali continentur, addere vel recitare præsumant. Atque vt hoc ipsum Missale in Missa decantanda, aut recitanda in quibusuis Ecclesijs absque vllo conscientiæ scrupulo aut aliquarum pœnarum, sententiarum, & censurarum incursu posthac omnino sequantur, eoque libere, & licite vti possint & valeant, auctoritate apostolica, tenore præsentium etiam perpetuo concedimus, & indulgemus. Neve Præsules, Administratores, Canonici, Cappellani, & alij quocunque nomine nuncupati Presbyteri, sæculares, aut cuiusuis ordinis regulares, ad Missam aliter, quam a nobis statutum est, celebrandam teneantur, neque ad Missale hoc immutandum a quolibet cogi, & compelli, præsentesue literæ vllo vnquam tempore reuocari, aut moderari possint, sed firmæ semper & validæ in suo existant robore, similiter statuimus & declaramus: Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac in prouincialibus, & synodalibus concilijs editis, generalibus vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus: necnon Ecclesiarum prædictarum in vsu longissima & immemorabili præscriptione, non tamen supra ducentos annos roborata, statutis, & consuetudinibus contrarijs quibuscunque. Volumus autem, & eadem auctoritate decernimus, vt post huius nostræ constitutionis, ac Missalis editionem, qui in Romana adsunt Curia presbyteri, post mensem: qui vero intra montes, post tres: & qui vltra montes incolunt, post sex menses, aut cum primum illis Missale hoc venale propositum fuerit, iuxta illud Missam decantare vel legere teneantur. Quod vt vbique terrarum incorruptum ac mendis, & erroribus purgatum præseruetur, omnibus in nostro & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Dominio mediate, vel immediate subiecto commorantibus impressoribus, sub amissionis librorum ac centum ducatorum auri Cameræ Apostolicæ ipso facto applicandorum, alijs vero in quacunque orbis parte consistentibus sub excommunicationis latæ sententiæ, & alijs arbitrij nostri pœnis; ne sine nostra, vel specialis ad id Apostolici Commissarij in eisdem partibus a nobis constituendi, ac nisi per eundem Commissarium eidem impressori Missalis exemplum, ex quo aliorum imprimendorum ab ipso impressore erit accipienda norma, cum Missali in Vrbe secundum magnam impressionem impresso collatum fuisse, & concordare, nec in nullo penitus discrepare, prius plena fides facta fuerit, imprimere, vel proponere, vel recipere vllo modo audeant, vel præsumant, auctoritate apostolica, & tenore præsentium similibus inhibemus. Verum quia difficile esset præsentes literas ad quæque Christiani orbis loca deferri, ac primo quoque tempore

Ex decreto Conc. Trid. quod habetur fol. penult. Catechismus, Missale, & Breuiarium emendāda erant, & Breuiariū iam fuit emēdatum, & ab isto Pont. cōfirmatū, vt habes sup. in const. 72. f. 1051.

Et mox emendari fecit Missale, quod nunc confirmat, ac recipi, & iuxta illud vbique celebrari iubet, nisi alia institutio, a Sede Apostol. approbata, vel cōsuetudo supra ducentum annos obseruata sit.

Clausula præseruatiua.

Clausula derogatoria.

Hæc constitutio quando incipiat ligare.

Missale imprimi aut vendi nō potest, absque Pōt. licentia.

in omnium notitiam perferri, illas ad Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, de more publicari, & affigi, ac earundem literarum exemplis etiam impressis, manu alicuius publici tabellionis subscriptis, necnon sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus indubitatam fidem vbique gentium, & locorum haberi præcipimus, quæ præsentibus haberetur si ostenderentur, vel exhiberentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ permissionis, statuti, ordinationis, mandati, præcepti, concessionis, indulti, declarationis, voluntatis, decreti, & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Forma public. Quæ mox sequitur.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo, Pridie idus Iulij, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo septuagesimo, indictione decimatertia, die vero vigesimanona mensis Iulij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri, Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quinti, Anno eius Quinto, Retroscriptæ literæ publicatæ & affixæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, & acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Ioannem Andream Rogerium, & Philibertum Cappuis Cursores.

Publicatio.

Scipio de Octauianis Magister Cursorum.

C X I X.

Prohibitio disputandi in publicis Prædicationibus de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis, aut de ea vulgari sermone scribendi, vel dictandi.

De Prædicatorum officio, & approbatione, vide supra in Leon. X. constit. 15. Supernæ, fol. 205.

De Conceptione autem Beatæ Mariæ, habes in Concil. Trident. sess. 5. De peccato orig. in fi.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

SVPER speculam Domini, viribus licet exiguis, constituti prophetæ solicitudinem imitantes, Die, noctuque ad diuersos Ecclesiæ status nostræ mentis aciem intendimus, studiose prouidentes, vt communi Domino ab omnibus gradibus fideliter seruiatur ac illis maxime, quibus digniora ministeria diuini Spiritus fauore credita sunt, inter quos diuini verbi prædicatores adnumerãdos esse nemo dubitare poterit, qui eorum munus ab ipso Domino consecratum, Apostolis præcipue iniunctum fuisse animaduertet, qui si adepto gradu digne fungerentur, euãgelizantes pacem, anunciantes bona, prædicantes salutem, non solum vox eorum dulcis, verum & speciosi pedes viderentur, & fraternæ salutis vberes fructus referentes, multam fiduciam haberent in die Domini: Verum quod neque sine animi dolore accepimus, nec referre possumus) quidam diuersorum ordinum Regulares, Clericique sæculares omissis quæ diuinæ maiestatis gloriam, & sanctissimæ Dei genitricis aliorumque diuinorum venerationem, atque fidelium pietatem, promouere poterant quod Apostolus in quibusdam arguit, languent circa quæstiones, & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, & contentiones cæterasque vitiorum monstra, potissimum vero cum de gloriosæ Virginis Mariæ Conceptione sermo inciderit, tam pertinaciter pro alterutra parte contendunt, ac si de illis dogmatibus esset, quæ corde credere ad iustitiam, ore confiteri ad salutem necessarium est. Quibus illud prophetæ conuenire videtur, dicunt, ait Dominus cum ego non sim locutus, cum S. R. E. omnium Ecclesiarum magistra, & doctrix disciplinæ de ea re hucusque nõ definierit, nemo absque temeritate, præiudicare, vel alterius partis sententiam damnare potest, & quasi definire præclarissima inuictricis gratiæ merita, quæ nec angelica quidem linguis satis digne referri possunt, & cũ ex illo vberrimo fonte, puteoque aquarum viuentium non possint saluberrimas haurire aquas, quibus fidelis populus, magna cum vtilitate, atque dulcedine, reficeretur, ad dissipatas cisternas occurrunt, stultas scilicet, & sine disciplina quæstiones, quæ generant lites, quas nec frequens multitudo intelligere, nec viri sapientes, qui capiunt, vtiliter percipere valeant, præsertim quoniam, vt experimento didicimus ipsorum concionatorum, qui ad quæstiones huiusmodi proponendas faciliùs erumpere solent maior numerus materiæ difficultatem prorsus ignorantes, neque intelligentes, quæ loquuntur, aut de quibus affirmant, simplicium animos, indiscretæ deuotionis obtentu, vel potius loquacitatis, & ostentationis effectu, ad tumultus & simultates concitant, quos tumultuantes atque dissidentes componere, sedareque potius oportebat. Cumque paruulis in Christo lac infundere, prouectis solidum cibum apponere deberent, dum in huiusmodi controuersijs interminatis versantur, omnibus vbera proferunt arentia, quod non absque maledictionis nota legimus in propheta. Nos igitur qui prædecessorum nostrorum saluberrima decreta pro viribus salua esse cupimus, potissimum illa quæ a sacrosancta synodo Tridentina denuo sunt confirmata, liberam cuique facultatem relinquentes opinandi huius controuersiæ quãlibet partem prout, vel magis pium, vel magis probabilem esse iudicauerit. Prædictorum igitur, concionatorum, aliorumque contentioni, atque temeritati populorũque scandalis occurrere studentes, Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, statutum fe. re. Sixti IV. prædecessoris nostri, super ea re, quod a præfata synodo innouatum est (illud præsentibus, ac si de verbo ad verbum esset insertum, pro plene & sufficienter expresso, & inserto habentes) apostolica auctoritate tenore præsentium, confirmamus, & approbamus, Atque vt deinceps efficacius a cunctis obseruetur perpetuo statuimus, & ordinamus, ac per apostolica scripta mandamus, quatenus nemo cuiuscunque ordinis, gradus, conditionis, vel dignitatis existat, in popularibus concionibus, vel vbicunque promiscua virorum, & mulierum multitudo conuenire solet, de huius controuersiæ alterutra parte disputare rationibus, vel

Causa huius edictis.

Confirmatio decreti Sixti 4. approbati a Conc. Tridẽt. Sess. 5. De peccato Orig. in fin.

doctorum

doctorum auctoritate afferendo propriam sententiam, & contrariam refellendo, aut impugnando, vel de hac ipsa quæstione, cuiusuis pietatis, aut necessitatis prætextu vulgari sermone scribere, vel dictare præsumant. Qui contrafecerit suspensionis pœnam à diuinis absque noua declaratione ipso facto incurrat, si modo fuerit in sacris constitutus, & quocunque præterea gradu, siue dignitate, vel administratione fungatur, illis omnibus sit ipso iure priuatus, & ad eadem, vel similia munera obtinenda, vel obeunda perpetuæ inhabilitatis censuræ ipso etiam facto sit obnoxius, super quibus nisi à Romano Pontifice pro tempore existente dispensari, siue absolui non possit. Et nihilominus alijs pœnis, si opus fuerit à proprio Prælato pro delicti mensura infligendis subijciatur, prout subijcimus. Cæterum quamdiu per Apostolicam Sedem, altera pars diffinita non fuerit, oppositaque sententia condemnata liceat viris doctis, in publicis Academiæ disputationibus, siue generalium, aut Prouincialium Capitulorum, vel vbi alias intersunt, qui rem capere possunt, nec scandali vlla subest occasio, de illa quæstione differere, & argumentis vtramlibet partem, vel asserere, vel impugnare, dum tamen neutra, veluti erronea prædicetur, seruenturque illa omnia, quæ à dicto Syxto prædecessore nostro statuta sunt, quorum singula, vt præfertur, etiam quantum ad alias pœnas, duximus innouanda, & innouamus per præsentes. Vt autem hæc nostra constitutio, & præmissa omnia, ad eorum omnium, quorum interest, notitiam congruentius peruenire possint, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna suspensionis ab ingressu Ecclesiæ, etiam eo ipso incurrenda, si in his, quæ mandamus exequendis se negligentes, exhibuerint, præcipimus, & mandamus, omnibus, & singulis locorum ordinarijs, ac eorundem Vicarijs suffraganeis, & officialibus quibuscunque, & alijs singulis ad quos quomodolibet spectat, & pertinet, quatenus huiusmodi nostram constitutionem singulis suæ diœcesis, vel districtus Prædicatoribus, & alijs quibus expedire iudicauerit opportune insinuent, & publicent, ac insinuari, & publicari faciant. Et ne quis in posterum quoquomodo ignorantiam de præmissis possit prætendere, aut se contra præmissa, valeat excusare, Volumus, & similiter eadem auctoritate decernimus, & mandamus, quod præsentes literæ per aliquos ex nostris Cursoribus in Basilicarum Sancti Ioannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, valuis, ac in acie Campi Floræ de Vrbe de more publicentur, & affigantur, & illis inde amotis remaneant in eisdem locis earundem exempla affixa, quæ publicatio, & affixio ita omnes, ad quos spectat afficiat, & arctet, ac si illis personaliter intimatæ fuissent. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusuis indultis, & literis Apostolicis, quibusuis personis, etiam quantumcunque qualificatis, & in quacunque etiam Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, & quauis alia dignitate, & honore constitutis, etiam quod interdici, suspendi, vel excommunicari nequeant quomodolibet concessis, quæ eis contra præmissa in aliquo suffragari non posse decernimus cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus insuper, & decernimus, quod præsentes vim perpetuæ, & irrefragabilis constitutionis obtineant, & quod illarum transumptis, etiam impressis manu alicuius Notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur quæ præsentibus literis adhiberetur, si ostensæ, vel exhibitæ forent, Regula Cancellariæ nostræ Apostolicæ quacunque in contrarium disponente, non obstante. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, statuti, ordinationis, mandati, subiectionis, innouationis, præcepti, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo prid. Kal. Decembris, Pontificatus nostri Anno quinto.

Prohibitio disputandi in popularibus concionibus, de Conceptione B. Mariæ Virginis, aut de ea vulgari sermone scribendi, vel dictandi.

Permissio disserendi de Conceptione, in disputationibus, cessante occasione scandali.

Forma & effectus publ.

Clausulæ præseruatiuæ.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi, Millesimo quingentesimo septuagesimo, Indictione decimatertia, die vero septima mensis Decembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini Nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno quinto, retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in Basilicarum Sancti Ioannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, ac Cancellariæ Apostolicæ valuis & acie Campi Floræ, dimissis illarum copijs affixis per nos Ioannem Andream Panizzam, & Petrum Aloysium Gaytam, prælibati S. D. N. Papæ Cursores.

Publicatio.

Camillus Cherubinus Magister Cursorum.

Pro-

CXX.

Reuocatio facultatum testandi, & quouis alio modo disponendi de acquisitis, ex bonis Ecclesiasticis, ac de alijs rebus, etiam proprio labore partis, ad commodum illegitimorum, etiam legitimatorum, non tamen Hospitalibus exposi torum, & Orphanorum. Et abrogatio habilitationum, eo rundem illegitimorum succedendi in dictis bo nis, aut rebus feudalibus, & emphiteo ticis à pijs locis profectis.

Hæc constit. declaratur, & ampliatur procedere, etiam quo ad bona patrimonialia infra in const. 152. Ad Romanum.

De huiusmodi facultatibus testandi, & succedendi, hic reuocatis, habes sup. in Pij 4. const. 31, Romanus, fol. 695, Vbi not.

De reuocatione autem facoltatum legitimaodi lo præiudicium ex testamento, & cæt. vocatorum habes sup. in Pij 4. const. 86. Quamuis, fol. 781.

De facultate vero Scriptorum Archiuii Romanæ Curiæ legitimandi cum clausula sine præiudicio, &c. habes sup. io const. Iulij 2. inserta in Leon. 10. const. 6. Ex Mioisterij, fol. 176. Quam confirmauit Pius 5. supra io const. 89. Pridem.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

QVAE ordini Ecclesiastico ooxia esse, & scandalum obijcere perhibentur, necesse est è medio submouere. Quod nos pro nostri muneris officio, inter alia iocommoda, quæ in oculos nostros incurrunt, de Christi peculio, oe ab indignis, & reiectis, ignomioiosè consumatur, oeue illorum causa, Ecclesijs, & pauperibus præripiatur, curam præcipuam habere volentes, de oobis attributæ potestatis plenitudine, reoocamus, & abolemus omnia, & quæcunque priuilegia, licentias, dispensationes, & indulta faciendi testamenta, donationes, siue inter viuos, siue causa mortis, legata, & quascunque alias dispositiones, de Dominijs, Terris, Castris, domibus, & quibuslibet alijs bonis, & rebus immobilibus, mobilibus, & se mouentibus, necnon pecunijs, iuribus, & actionibus, ex beneficijs, fructibus, pensionibus, & alijs rebus Ecclesiasticis qualibuscunque confectis, acquisitis, & alias quomodocunque proueoieotibus, necnon de peculio, & alijs etiam sola industria, labore, moneribus, aut quocunque alio modo partis, cuiuscunque qualitatis, qnantitatis, speciei, oaturæ, & valoris eaillentibus, in quoscunque illegitimos, siue suos, siue extraneos, etiam legitimatos, eosdemque ex toto, vel io parte hæredes instituendi, & substituendi, seu quod ipsi io prædictis ab intestato succedant, cæteraſque huiusmodi facultates, & permissiones, ac etiam habilitationes, & capacitates succedendi in boois, & rebus feudalibus, & emphyteoticis, ab Ecclesijs, Monasterijs, & piis locis profectis, quibuscunqne personis secularibus, & quorumcunque ordinum, uecnon Militiarum, & Hospitalium, regularibus, ac Romanæ Curiæ officialibus, & aliis Curialibus, Curiamque ipsam sequentibus, & etiam Vrbis Romæ Ciuibus, ac Palatia, ædes, census, aliaque bona, in ea eiusque districtu habentibus, nostris quoque, & aliorum Romanornm Pontificum familiaribus, Ecclesiarum Prælatis, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & aliis cuiuscunque dignitatis, ordinis, & conditionis existentibus, illorumque, & aliis Ecclesiis, capitulis, Conuentibus, ordinibus, Militiis Hospitalibus, Collegiis, officijs, & locis, ac prædictæ Vrbi, aliisque Ciuitatibus, Prouinciis, & Dominiis, eorumque dominis, populis, Ciuibus, & incolis, tam per fœl. re. Syxtum IIII. Innocentium VIII. Alexandrum VI. Iulium II. Leonem X. Clementem VII. Paulum III. Iulium III. Paulum IIII. Pium IIII. & qoi ante illos fuerunt alios quoscuoque Romanos Pontifices, ac nos, & Sedem Apostolicam, eiusque legatos, etiam de latere, Nuncios, Notarios, Comites, Collegia, officia, & loca, etiam per modum statuti perpetui, generalis legis, ioiti, & stipulati contractus, seu quasi, & aliaa sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis restitutiuis, præseruatiuis, mentis attestatiuis, derogatoriarum, derogatorijs, alijsque fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam Motuproprio, & ex certa scientia, deque simili potestatis plenitudine, ac prædictorum Cardinalium consilio, & matura deliberatione, in Concistorio habita, oecnon consideratione, intuito, contemplatione, vel ad instantiam Imperatoris, Regum, & aliorum Principum, etiam ob remunerationem laborum, & obsequiorum io nobis, & dictæ Sedi impeosorum, refectionem damnorum, compensationem iorium cessorum, vel ablatorum, nauatæ Militiæ contra Hæreticos, & infideles, seu pro prædictæ Vrbis ornatu, & frequentatione, ac quibuscunque alijs vsibus, ac etiam necessarijs, & pijs causis concessa, & multiplicatis vicibus confirmata, innouata, extensa, & moderata, & quantocunque tempore pacificè obseruata, quoad eam partem, quæ illegitimos prædictos tangit dumtaxat, etiam si illa contineant, quod omnes Curiales Curiam sequentes, & alij, siue Ecclesiastici, etiam Cardioales, siue mundani, qui Palatia domos, & prædia Vrbana, vel rustica ædificauerint, aut ceosus aliaue bona acquisiuerint, aut alias acquisita habuerint in dicta Vrbe, & circum eam, ad milliaria decem, ex bonis, seu fructibus Ecclesiasticis, hi tales de illis, necnon iuribus, & iurisdictionibus omnibus, in fauorem illegitimorum, ac quomodolibet inhabilium, & incapacium, siue inter viuos, siue causa mortis disponere, eosque hæredes, & successores vniuersales, vel particulares instituere, & substituere, & si intestati decesserint, ipsi illegitimi, & incapaces, in illis succedere possint, quodque per quascunque reuocationes, derogationes, aut alias contrarias dispositiones, illis, quorum interest præiudicari nequeat, & si vllo vnquam tempore præiudicatum, aut derogatum quoquo modo apparuerit, ius quæ-

situm

Reuocatio illegitimorum testandi, & disponendi de acquisitis, ex bonis Ecclesiasticis ac de aliis rebus in fauorem illegitimorum etiā legitimatorum, non tamen Hospitalibus exposi torum, & Orphanorum. Quod declaratur inf. in const. 152. Ad Romanum.

Reuocatio habilitationis, cuiuscunque illegitimi ab intestato, vel aliter ad dicta bona succedendi. Quod declaratur ibidem.

Sex 4. cōst habes sup. fol. 97. n. 4. Innoc. 8. hic non habes. Alex 6 fol. 135. nu. 2. Iul. 2 fol. 254. nu. 7. Leon. 10. fol. 297 nu. 23. Clem. 7. hic non habes. Paul 3. hic non habes. Iul 3. habes fol. 456 nu. 5. Paul 4. hic non habes. Pii 4. habes fol 695. nu. 31.

fitum ablatum, & literæ reuocationum, & derogationum huiusmodi, iuris quæsiti ablata censeantur. Sicque per quoscunque Iudices iudicari debeat, & etiam diffiniri. Ac pariter tollimus, & abrogamus omnes, & quascunque facultates similia concedendi, Legatis, Nuncijs, Notarijs, Comitibus, Collegijs, officijs, & alijs supradictis, quorum omnium tenores, ac si ad verbum insererentur, habemus præsentibus pro expressis. Ita vt priuilegiorum, dispensationum, facultatum, habilitationum, capacitatum, indultorum, & aliorum supradictorum sic reuocatorum, aut etiam literarum, legitimationis prætextu, nullus omnino de huiusmodi bonis, rebus, pecuniis, iuribus, iurisdictionibus, & actionibus, in commodum, & fauorem illegitimorum vtriusuis sexus, siue eorum filiorum, siue consanguineorum, affiniumue, siue extraneorum, etiam in statu sæculari procreatorum, ac legitimati quacunque auctoritate donatorum, & ad huiusmodi res, & bona, eiusque successionem, testato, vel intestato idoneorum, & capacium effectorum, siue testamento, siue donatione, siue legato, siue eleemosyna, siue alio quocunque titulo, & pio opere (exceptis in communi, ac omni fraude conuentione, seu compositione cessante, Hospitalibus expositorum, & Orphanorum) disponere, nec illegitimi ipsi in eis ab intestato, siue protinus, siue per interpositas personas, ac quomodocunque succedere, aut illa alias ad eos, etiam per quemcunque circuitum multiplicatarum in alios capaces successionum, vllo tempore deuenire possint.

Reuocatio facultatum legatorũ Nunciorum, & aliorum similia conceden.

Ac etiam nulla esse, & pro infectis habere volumus omnia, & quæcunque facta hucusque testamenta, legata, donationes, & alia disposita huiusmodi, quæ viuentibus adhuc testatoribus, aut alias, locum non habuerunt, ac pariter ab intestato successiones, non tamen litigiosas, quæ plenarium non sunt effectum sortitæ. Dehinc vero districtius prohibemus, ne talia siue in prædictos illegitimos vtriuslibet sexus, siue in illorum coniuges, siue ipsorum parentes, filios, descendentes, ascendentes, vel alios cognatos, siue viuentibus, siue defunctis ipsis illegitimis, etiam paupertatis, dotis, aut alterius cuiuscunque pij operis intuitu fiant, neue ipsi vnquam in rebus, bonis, pecunijs, iuribus, iurisdictionibus, & actionibus prædictis, siue totis, siue in parte succedant, aut illa ad ipsos, quauis dispensatione suffultos, etiam per prædictum circuitum deueniant, neue de eis vlla in alium, seu alios concessio, donatio, translatio, aliaue dispositio fiat, vt alia bona similia, vel dissimilia, illegitimis, aut alijs supradictis concedantur.

Annullatio testamentorum, & aliarum dispositionum in cõtrarium factarum, & effectum non sortitarum, ac similiũ ab intestatu successionũ. Quod Spiratur infr. in d. const. 159.

Prohibitio disponẽdi, & cõtrahẽdi aliquo modo, etiam cũ alijs ad effectum, vt aliquid ipsis illegitimis concedatur.

Quod si prædictorum quisquam fuerit præsentium violator, testamentum, donatio, Legatum, & dispositio, omnino non teneat, nec etiam quoad alios capaces, & res alias valeat, sicque disponens priuilegio, dispensatione, facultate, & indulto prædicto, eiusque vsu, & commodo, etiam in cæteris omnibus ipso iure priuatus. Nemo quantumuis capax illius prætextu fructus, res, pecunias, aut prorsus alia bona sua faciat, nec illa detinens præscriptione, aut vllo alio iuris præsidio adiuuetur, sed ad integram illorum restitutionem, quacunque temporis lapsu non obstante, debeat coerceri. Ita, vt omnes in Ecclesijs, Monasterijs, & beneficijs successores, tam coniunctim, quam diuisim, quisque videlicet pro rata parte sua, illa omni tempore recuperare possint, & qui primus cæteris ab eo monitis, & negligentibus, iudicium intenderit, ei soli res tota merito vendicetur.

Annullatio dispositionum aliter fien. & pœna disponentium.

Nullis vero huiusmodi successoribus, pro prædictis insistentibus, ac etiam de peculio alias quam ex rebus Ecclesiasticis confecto, locorum ordinarij, tam concessorum, & relictorum illegitimis, eorumue causa, quam quorumcunque aliorum bonorum immobilium, mobilium, & se mouentium, necnon pecuniarum, fructuum, rerum, & iurium, alias sub dictis testamentis, donationibus, legatis, & dispositionibus comprehensorum, corporalem possessionem, amotis inde, & expulsis quibuscunque detentoribus, siue incapacibus, siue capacibus, per se, vel alium, seu alios, liberè apprehendant, & apprehensam huius sedis nomine custodiant, donec ipsa Sedes de illis, vti tum tulerit piorum operum necessitas, duxerit prouidendum.

Successores in beneficijs, bona de quibus aliter promissũ essẽ recuperare possint, & eis non insistentibus, idem faciant locum ordinarij pro Sede Apost.

Bona vero, res, & iura feudalia, vel emphyteutica (alijs legitimis ad ea forte vocatis non existentibus) eo ipso deuoluta, & iuri, ac proprietati suarum Ecclesiarum, & locorum restituta, & cum reliquis eorum bonis consolidata esse declaramus. Decernentes irritum, & inane quicquid secus per quoscunque scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus Ecclesiarum, Capitulorum, Conuentuum, ordinum, Militiarum, Hospitalium, Vrbium, Prouinciarum, Collegiorum, etiam Cardinalium, & officiorum prædictorum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia communitis, & in Concistorio prædicto, seu Conclaui habitis, alijsque priuilegijs, indultis, & literis Apostolicis generalibus, & specialibus, illis, eorumque, & alijs quibuscunque personis, cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam supradictis fortioribus, ac etiam disponentibus, quod prædicta per quascunque literas nunquã, aut sine consensu illorum, quorum interest, reuocata, aut sublata intelligantur, & alias cuiuscunque tenoris existant, per quæ præsentibus non expressa, aut omnino non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorũque totis tenoribus, ad verbum habenda esset nostris literis mentio specialis, quæ omnia, quatenus prædictis aduersentur, illorumue executionem disturbare possint, viribus prorsus, & effectu carere decernimus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Bona Ecclesiast. feudalia non existentibus legitimis, ad Eccles. deuoluuntur.

Decretũ irritans.

Clausulæ derog.

Quia vero difficile nimis esset præsentes quocunque illis opus erit perferre, Volumus, vt earum exempla, etiam impressa, Notarij publici manu, & personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, eiusue Curiæ sigillo obsignata, eandem illam prorsus fidem in iudicio, & extra illud, vbique gentium faciant, quam ipsæmet præsentes facerent, si essent exhibitæ, & ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, abolitionis, ablationis, abrogationis, voluntatis, prohibitionis, declarationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo, sexto Kal. Februarij, Pontificatus nostri Anno sexto.

Cæ. Glo

H. Cumyn.

Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo primo, indictione decimaquarta, die vero secunda mensis Martij Pontificatus Sanctissimi in Christo patris D.N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno sexto, retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarum Sancti Ioannis Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, dimissæque fuerunt in eisdem locis per aliquod temporis spatium, per nos Petrum Sprengerium, & Petrum Aloysiũ Gaitam, Sanctissimi D. N. Papæ Cursorem.

Scipio de Octauianis Mag. Cur.

CXXI.

Applicantur Fabricæ S. Petri de Vrbe fructus indebitè percepti ex bonis Ecclesiasticis male alienatis, recuperandis loco tertiæ partis eorundem bonorum, alias eidem Fabricæ applicatæ.

Quam applicatiooem habes supra in const. 113. Exigit incumbentis, fol. 1088. & ibi not.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

EX debito Pastoralis officij, cui disponente Domino præsidemus, ad ea libenter iotendimus, per quæ quarumlibet Ecclesiarum, Fabricæ præsertim Basilicæ nostræ Principis Apostolorum de Vrbe, cuius cura nobis peculiaris est attributa, congruam suscipiant substentationem, vtque id felicius subsequatur, nonnunquam ea quæ per nos ad ipsarum fauorem ordinata sunt, quæque non ita fœlicem successum habitura credimus, ad aliam formam reducimus, prout locorum, & temporum qualitate pensata conspicimus in Domino salubriter expedire. Sanè licet alias nos cum accepissemus, quòd diuersæ personæ tam Ecclesiasticæ, quàm sæculares, quamplurima bona, possessiones, & Terras, etiam ad Ecclesias, etiam Cathedrales, & Metropolitan. Monasteria, beneficia, domos, & alia regularia, necnon Hospitalia, & pia loca pertinentia, & spectantia prætextu diuersarum alienationum eis contra tenorem fœl. rec. Symmachi, & Pauli secundi, ac aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, aut sine Apostolicæ Sedis licentia, seu illarum forma noo seruata, aut alias io euidens damnum, & præiudicium Ecclesiarum, Monasteriorum, beneficiorum, & piorum locorum huiusmodi factarum occupauerant, & detinuerant, ac detinebant: Nos præmissis occurrere volentes, vtque necessitatibus Fabricæ dictæ Basilicæ curæ nostræ commissæ subueniremus, certis tunc expressis modo, & forma Motuproprio dilectis filijs Collegio, & deputatis præfatæ Fabricæ, eorumque pro tempore Auditoribus, & Ministris inter cætera, vt omnes, & singulas alienationes in emphyteosim, seu censum perpetuum, aut ad tertiam, vel aliam generationem, seu hominis vitam, aut aliud tempus vltra triennium locationes, vel concessiones, seu permutationes, aut occupationes de quibusuis Terris, possessionibus, aut alijs bonis immobilibus, seu rebus, & iuribus, tam spiritualibus, quàm temporalibus Ecclesiarum, Monasteriorum, domorum, beneficiorum, Hospitalium, & aliorum piorum locorum quorumlibet sine Sedis Apostolicæ licentia, aut illius forma oon seruata io damnum Ecclesiarum, seu solemnitatibus à iure requisitis, aut constitutionibus ipsorum Monasteriorum, seu domorum minimè seruatis, aut alias nulliter eatenus factas reuidere, & constito sibi quantum sufficere videretur de præmissis, illas, & contractus superinde sub quibusuis formis, & verborum expressionibus habitos, etiam si iuramento vallati existerent, ad solius ipsius Fabricæ procuratoris instantiam, etiam parte inuita, & contradicente, facta sibi prius intimatione per tres menses, rescindere, irritare, cassare, & annullare. Ipsosque detentores, & occupatores ad Terras, possessiones, bona, res, & iura præfata, vt præfertur detenta, & occupata relaxandum, & de fructibus eatenus perceptis, & qui percipi potuerant, necnon io posterum percipiendis realiter satisfaciendum cogere, & compellere. Bonorumque, & fructuum recuperandorum huiusmodi tertiam partem ipsi Fabricæ, reliquis duabus partibus Ecclesijs, Monasterijs, beneficijs, domibus, Hospitalibus, & pijs locis, ad quæ bona ipsa spectabant, cum effectu consignatis vendicare, & applicare possent, & valerent: ita, vt eisdem Collegio deputatis, eorumque Auditoribus, & Ministris liceret dictæ tertiæ partis huiusmodi bonorum præfatæ Fabricæ, vt præfertur, applicatorum, corporalem possessionem propria auctoritate liberè apprehendere, illamque in dictæ Fabricæ vsus, & vtilitatem absque alia Sedis Apostolicæ, & superiorum Ecclesiarum, Monasteriorum, domorum, beneficiorum, Hospitalium, & aliorum piorum locorum ad quæ bona ipsa spectabant, licentia, alienare, vendere, & conuertere diœcesani loci, vel cuiusuis licentia desuper minimè requisita, facultatem, & auctoritatem concesserimus, prout in nostris desuper confectis literis plenius continetur. Verum quia, vt accepimus, dictæ Fabricæ difficile foret tertiam partem proprietatis bonorum eidem Fabricæ, vt præfertur, assignatam vendere, & in vsum dictæ Fabricæ conuertere, cum non de facili emptores reperirentur, & plurima bona non ita commodam diuisiooem patiantur, vt tertia ab ipsis pars sine duarum partium detrimento dismembrari, & separari possit. Cupientes indemnitati dictæ Fabricæ consulere, arbitrantesque, quòd si loco dictæ tertiæ partis proprietatis bonorum recuperandorum, vt præfertur, dictæ Fabricæ assignatæ, omnes fructus contra leges, & canones, ac constitutiones antecessorum nostrorum, per quosuis conductores, & successores vniuersales, vel singulares, quomodolibet indebitè ea dictis bonis percepti, & qui percipi potuerunt, & non sine animæ eorum periculo retineri possunt, quatenus exigibiles sint, & in alienationibus, in quibus pauci, aut nulli fructus indebitè percepti fuerunt, vel ea inopia debitorum, vel ex quauis causa, vel occasione per ipsos deputatos arbitrāda, nullum vel modicum emolumentum reportare posset (cum non sit conueniens, quod ex eius bono opere detrimētum sentiat) omnes fructus, redditus, & prouentus integros vnius anni ea huiusmodi bonis recuperatis exigendi, & percipiendi dictæ Fabricæ assignarentur, & appropriarentur, celeriorem vtilitatē tam dictæ Fabricæ, quā Ecclesiæ ipsæ consequerentur. Eosdem itaque Collegium, & deputatos, ac Auditores, & Ministros, eorumque quoslibet à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis a iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harū serie absoluentes, & absolutos fore censentes, necnon literarum præfatarum tenores præsentibus pro expressis habentes, Motuproprio, non ad alicuius super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & singulos fructus, redditus, prouentus, canones, census, & affictus, seu alias responsiones quocunque nomine nuncupentur, quomodolibet, tam per conductores bonorum Ecclesiasticorum, quàm eorum successores quoscunque vniuersales, vel singulares, aut particulares, ac alios detentores, occupatores, & debitores, sub quouis prætextu, & inualido contractu, contra leges, canones, extrauagantes, & constitutiones antecessorum nostrorum, aut alias indebitè, nulliter, & inualide perceptos, & ob infectam radicem

Hic Pontifex dedit facultatē collegio Fabricæ S. Petri, rescindendi alienationes bonorum Ecclesiasticorū factas, absque licētia Sedis Apostolicæ, aut non seruatis solemnitatibus, vel alias in damnū Eccles. vt habes sup. in const. 93 Et si de singulis fol. 1067. cum ibi not.

Occupatoresque cogendi ad relaxan. bona cū fructibus perceptis vt ibidem.

Bonorumque recuperandorū, tertiam partē Fabricę applicādi vt ibidem.

Modo autē idem Pont. ex causis, hic expressis, loco dictæ tertiæ partis bonorum recuperandorū, applicat Fabricæ omnes fructus ex illis bonis, à conductoribus, vel ab alijs occupatoribus indebitè perceptos, siue fructus vnius anni percipiendos.

tem primi contractus inualidi, aut alias nulliter cum Ecclesia celebrati, vel occupationis, detentionis, & vsurpationis factæ indebitè dictorum bonorum. Si vero, vel quia modici, aut nulli admodum fructus sint exacti, vel ex debitorum inopia, vel quauis alia causa per ipsos deputatos arbitranda, fructus prædicti non essent exigibiles, tunc fructus, redditus, prouentus, census, & canones integros vnius anni ex dictis bonis recuperatis percipiendos, loco dictæ tertiæ partis plenariè, & integrè dictæ Fabricæ assignamus, & applicari mandamus. Ita quod eisdem Collegio, & pro tempore existentibus deputatis, Auditoribus, & Ministris prædictis liceat illos propria auctoritate recuperare, exigere, & leuare, illosque locare, vendere, & alienare, ac in vsum, & vtilitatem dictæ Fabricæ conuertere, Sedis Apostolicæ, vel Superiorum Ecclesiarum, Monasteriorum, & beneficiorum eorundem, vel ordinarij, aut cuiusuis alterius licentia desuper minimè requisita. Et vt facilius Ecclesiæ integram proprietatem, & Fabrica fructus, vt præmittitur, sibi assignatos consequi possit sine litium cursu, eisdem Collegio, & deputatis concedimus, & elargimur, vt quoties eis videbitur opportunum, per seipsos tantum in causis prædictarum alienationum, siue detentionum bonorum Ecclesiasticorum, in quibus ius Ecclesiarum, Monasteriorum, domorum, Hospitalium, beneficiorum, & piorum locorum præfatorum non adeo clarum existit, vt de facili bona, & fructus, pro Ecclesijs, Monasterijs, domibus, beneficijs, præfatis, & Fabricæ vendicari possint, aut ius ipsum debitum sit cum dictis detentoribus, possessoribus, & successoribus vniuersalibus, vel particularibus sub beneplacito Sedis Apostolicę transigere, & componere de consensu Rectorum eorundem arbitrio possint, & valeant. Quodque aucta & soluta parte, in qua conuenerint, seu pro qua composuerint, occupatores, possessores, vel successores prædictos absoluere, & liberare, ita, vt de cætero à nemine sub prætextu quarumcunque constitutionum, canonum, legum, extrauagantium, ac bullarum per antecessores nostros prædictos, & per nos super rescissione, & recuperatione bonorum, & fructuum Ecclesiasticorum editarum quomodolibet molestari, inquietari, vel perturbari possint, & valeant, sed facta solutione prædicta sint, & esse intelligantur, etiam liberati tã ab omni animę periculo, quam ab omnibus pœnis, & mulctis, quas occasione dictorum fructuum indebitè perceptorum incurrissent, & contractus necessarios conficere, qui postquam celebrati fuerint idem robur obtineant, ac si à Sede Apostolica confirmati fuissent, & super præmissis omnibus, & singulis perpetuum silentium impositum sit, & esse censeatur.

Fabricæque deputatis facultatẽ concedit componendi, & transigẽdi in casibus dubijs, ita, vt qui sic transegerint, amplius molestari nequeant.

Districtius inhibentes quibusuis cuiuscunque status, gradus, & conditionis existentibus, & quacunque auctoritate fungentibus in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis alijsque nostro arbitrio moderandis, & imponendis pœnis, ne eosdem Collegium, & deputatos eorumque Auditores, & Ministros præfatos in præmissis molestare, perturbare, vel inquietare audeant, vel præsumant.

Inhibitio cõtra molestantes Fabricæ Ministros super præmissis.

Ac decernentes præsentes literas nullo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, vel intentionis nostræ, aut quopiam alio defectu notari, impugnari, aut inualidari, etiam ex eo capite, quod interesse habentes vocati non fuerint, aut ad iuris terminos reduci, minusque in ius, vel controuersiam vocari quouismodo posse, sed semper validas, & efficaces existere, suosque plenarios effectus sortiri, nec sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, limitationibus, & derogationibus comprehendi nullatenus posse, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum, etiam sub quacunque data per ipsos eligenda restitutas esse, & censeri.

Clausula præseruatiua.

Sicque per quoscunque Iudices, & Commissarios, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere. Irritum quoque, & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

Et nihilominus venerabilibus fratribus nostris Amerin. & Maceraten. ac Aquinaten. Episcopis, Motu simili per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Collegij deputatorum, Auditorum, & Ministrorum præfatorum fuerint requisiti solemniter publicantes, sibique in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant præsentes literas, & in eis contenta quæcunque ab omnibus, quos illa concernunt, inuiolabiliter obseruari, non permittentes eos, vel eorum aliquem desuper quomodolibet indebitè molestari. Cõtradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, legitimisque super ijs, habendis seruatis processibus sententias, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis.

Executorum deputatio & facultates.

Non obstantibus fœl. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas, quis vigore præsentium ad iudicium non extrahatur, ac alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, nostris de non tollendo iure quæsito, ac vnionibus committendis ad partes vocatis, quorum interest, & exprimendo valore, necnon Lateranensis Concilij nouissimè celebrati vniones perpetuas nisi in casibus à iure permissis fieri prohibentis, & quibusuis alijs Apostolicis, necnon in Prouincialibus, & synodalibus concilijs editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusuis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & cõsuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum, derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam Motuproprio, & scientia similibus, ac alias quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innouatis (quibus omnibus, etiam si de illis, ac totis eorum tenoribus specialis, specifica, indiuidua, & expressa mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus, pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus) cæterisque contrarijs quibuscunque, seu si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas nõ facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem, per præsentes autem literas derogatum non esse, nec intelligi volumus, in parte, vel toto primis, & secundis cedulis, Motuproprio confectis, & in fauorem dictæ Fabricæ, super bonis Ecclesiæ alienatis, nisi tantum, quoad dictos integros fructus, etiam facultatem percipiendi fructus vnius anni, vt præfertur, in omnibus vero alijs, & singulis in dictis cedulis, & literis concessis omnia stent, & esse intelligantur, firma, & in suo robore valida, ac si præsentes a nobis non essent emanatæ.

Clausula derogatoria.

In alijs autem firma remanẽt, const. 93. & 113.

Insuper quoque statuimus, vt earundem præsentium transumptis ma-

AA nu se-

nu Secretarij, & sigillo dictæ Fabricæ subscriptis, & munitis eandem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, assignationis, concessionis, elargitionis, inhibitionis, decreti, mandati, derogationis, voluntatis, statuti, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo, Kal. Februarij, Pontificatus nostri anno sexto.

Cæ. Gloriérius.

C. Rouyer.

CXXII.

Extinctio ordinis Fratrum Humiliatorum Regulæ S. Benedicti.

Ampliatur, & declaratur infra in const. seq. & in const. 132. Cum sicut.

Reformationes vero eiusdem ordinis, ante hanc extinctionem fecit hic Pontifex, vt supra in const. 37. Quantum vtilitatis, fol. 779.

PIUS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

QVEMADMODVM solicitus pater quem vnicè charum educauit filium, via salutis ingressum reuocare cupiens primum hortatur, indulget, prætermittit, increpat, alia præterea, atque alia tentare non desinit, dum quod expetit, modo aliquo consequatur, omnia denique expertus, cum nihil iam proficere intelligit, desperata prorsus salute, omnem de illo parentis animum eijcit, domo expellit, indignum existimans, qui parta hæreditate fruatur. Sic Romanus Pontifex, quem diuina Maiestas patrem, & pastorem omnium Ecclesiæ suæ ordinum constituit, sicubi quampiam sacrarum Congregationum à Regula, & vitæ præscripto aberrare percipit, modo admonendo, modo concedendo, modo corripiendo, connititur, eam, vel primis institutis restituere, vel certe, quo pacto emendatam in aliquo statu illis magis cohærenti continere, omnibus tandem ad illius sanitatem conquisitis, vbi salutaria remedia fastidire, & viam iniquitatis obstinatius procedere, atque adeo in prauum indurescere animaduertit, vt potius confringi, quam corrigi possit, omni curatione reiecta, de ipsa remouenda decernit, ne inueterati atque indomiti mali vis, in alias insurgat, eisque exitio sit futura. Quod (vt nostrum hac in re studium flagrat) cum in plurimis, tum maximè in fratrum Humiliatorum familia enixe curauimus, nihil inexpertum relinquentes, quin illa multis iampridem modis affecta, & si non protinus, certe accommoda rerum moderatione directa ad pristinum institutum paulatim regrederetur. Etenim postquam dilectus filius noster Carolus, tituli Sanctæ Praxedis, Præsbyter Cardinalis Borrhomæus, huius ordinis Protector, & Apostolicæ Sedis delegatus, animaduertens dictos Fratres in luxum iampridem effusos esse, multa de ratione cultus diuini, de obedientia, & vita, vt antea communi, deque modo recipiendorum, & educandorum Religiosorum, prouidenter statuerat, cum intelligeremus eos illa cæteraque omnia Regulæ suæ instituta, omnino aspernati, vitamque omnium voluptatum varietate confertam ducere, ac præpositos, & qui ex eo ordine rerum administrationem habebant, bonam magnamque fructuum partem veluti propriam in vanitatibus mundanis, turpitudinibusque flagitiosè profundere, innumeraque scelera committere. Nos vias omnes, quæ illos in aperta huiusmodi pericula atque incommoda coniecerant, excindere conati, pleraque alia de ipsorum vita, moribus, & proprietate Regulæ inimica, deque modo, & tempore gubernandæ cuiusque præposituræ, necnon ratione administrationis bonorum, & dispensatione prouentuum, alijsque muneribus, & officijs, ad prolapsi huius status, & disciplinæ regularis reparationem maximè conferentibus, edidimus, sperantes illa prosperos tandem successus dicto ordini allatura. Sed obsistente bonarum rerum perturbatore, plerique omnes (quoniam otio, & desidia nimium assueuerant) regulæ instituta, & emendationem abhorrentes, etsi statuta, & præcepta nostra communi consensu palam, acceperant, clam tamen quibus illa modis supprimerent comminiscentes, nefarias protestationes in occulto fecerunt, necessarios suos, & alios potentiores laicos ad intestinas seditiones concitarunt, suasores præterea, & impulsores ad intimos summorum Principum Ministros dimiserunt, qui magnis præmijs, & pollicitationibus eos pellicerent, in animos prædictorum Principum inducere, vt nos ad illam rescindendam inclinarent, multaque alia de ea tollenda prauis artibus sunt conati, vt turpem illam, & flagitiosam vitam suam retinerent, letalesque mūdi voluptates sequerentur, inter quos non defuit, qui altius præcipitatus, etiam à Catholica fide ad Hæreticos, & impia illorum dogmata declinarit. Quibus cognitis, omnium grauissimum impœnitentiæ peccatum in eis animaduertimus, qui toties frustra correpti, in eadem obstinatione perdurare contendunt, non satis habentes talia attentare, nisi, & ij, qui inter ipsos qui posse putant, illis in primis qui saluti eorum sedulo inuigilant, exitium machinentur, illius stimulis concitati, qui sceleratum Iudam in funestum auaritiæ morbum incidisse non contentus, etiam ad prodendum Dominum suum pecunia impulit. Huius nimirum spiritus nequissimi doctu, quondam Hieronymus Lignana Præpositus præpositurae Sancti Christophori Vercellen. & plures alij cō scelerati huius ordinis, in necem dicti Caroli Cardinalis propitiatoris sui conspirantes, vt pecuniam ad rantū nefas expetitam conficerent, de trucidando in primis dilecto filio. Fabio Simoneta Fratre dicti ordinis, prouētuū præpositura Brædæ Mediolanensis depositario, apud quem nummos inuenire credebant, secreto conuenerunt, inde ad Ecclesiam dictæ præpositura, in qua ipsum orantem laqueo suffocare decreuerant, profecti, sed inter se de modo aggrediendi misericordia Saluatoris nostri, discordes, hoc conatu destiterunt, mutatoque cōsilio sacra aurea, & argentea furati sunt. Quibus clam venditis, seu pignori datis, prædictus Hieronymus quondam Donatum Farinam comprofessorem suum, apostatam, pacta pecunia induxit, vt ipsum Carolum Cardinalē occideret, qui nacta loci, & temporis opportunitate, in eum vesperi de more in sacello cū familia precātē, vt trans-

Causa huius obstinatione.

Cardinalis Borrhomæus multa statuit pro emendatione fratrum Humiliatorum.

Et hic Pontifex, alia decreuit pro eorundem reformatione, vt sup. in const. 37 Quantum, fol. 979.

Sed tamen ijdem Fratres flagitiosam vitam retinuerunt, & multi excessus commiserunt.

Hieronymusque Lignana, & quidam alij Fratres, necnon necem ij dicti ordinis, Card. Borrhomæi Protectoris procurarunt & c.

transuerberaret, sclopum glandibus confertum, igne admoto exonerauit, sed telorum parte ad vestes orantis exinanita, alijs vtrinque in proximo violentia ictus defixis, innocentem diuina pietas saluum, & incolumem conseruauit. Quare ambo, & quidam alij huius nefandi criminis participes, postea capti pœnas debitas persoluerunt. Quando igitur familiam prædictam, nulli studio ad Ecclesiæ Dei vtilitatem proficienti incumbentem, nulli disciplinæ Ecclesiasticæ deditam, nullum omnino futuræ virtutis specimen ostendentem, tam detestandis facinoribus infectam, tam atroci sacrilegio contaminatam, & præterea impænitentem, atque incorrigibilem agnoscimus, omni de illa spe prorsus exclusa, ipsa tandem tollere constituimus, tanquam malam arborem fructus pessimos proferentem. Habita itaque cum fratribus nostris deliberatione matura de illorum consilio, & nobis attributæ potestatis plenitudine, extinguimus, & abolemus ordinem prædictorum fratrum Humiliatorum, & officium Præpositi Generalis, ac Prouincialium, & quæcunque alia ministeria ordinis, sic suppressi. necnon omnia, & quæcunque statuta, consuetudines, & decreta eiusdem, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel alia quacunque firmitate munita, & pariter priuilegia, & indulta generalia, & specialia, quorum omnium tenores, ac si ad verbum insererentur, præsentibus habemus pro expressis, quibuscunque illa concepta sint formulis, necnon irritantibus alijs decretis, & vinculis roborata. Priuamusque Generalem, ac cæteros omnes Præpositos, & fratres, omnibus præposituris, dignitatibus, administrationibus, officijs, & beneficijs Ecclesiasticis, cum cura, & sine cura, necnon domibus, Conuentibus, locis, & bonis immobilibus, mobilibus, & se mouentibus, in Italia, & vbicunque gentium constitutis, sacra quoque, & communi supellectile, ac ipsorum omnium vsu, vsufructu, administratione, ac possessione spirituali, & temporali, ac etiam iure, & actione, siue per statuta nostra, siue alias quomodolibet pertinente. Ac tollimus eis omnimodam facultatem, vsum, & auctoritatem, generalia, Prouincialia, & alia capitula de cætero celebrandi. Volumus tamen, vt omnes fratres qui nunc sunt, qui professionem regularem emiserunt, deinceps in domibus, & locis, quos eis cum victu, & alijs necessarijs proximè assignandos curabimus, omnino redigantur, vt ibi vitam ducant regularem, suæ professioni conformem, sub cura, & visitatione ordinariorum locorum, aut alterius, vel aliorum, quos eis duxerimus delegandos, vel iuxta iuris communis dispositionem transeant ad pares, vel strictiores ordines approbatos. Nouitij vero, & alij quicunque non professi, detracto Religionis habitu, ex professorum consortio, & domibus expellantur. Quibus professoribus nominatim præcipimus, atque interdicimus, ne posthac quemquam expulsorum, aut omnino alium, etiam vouentem, ad professionem, vel habitum admittant, nec nouas domos, vel loca recipiant, vel acquirant, quod si secus fiat, professio sit inanis, neminemque obliget, neque in specie, neque in genere, sic professum. Nouarum domorum, seu locorum recepciones, vel acquisitiones, viribus, & effectu careant, & contrafacientes, excommunicationis sint sententia eo ipso innodati, à qua nullus, nisi in mortis articulo constitutus absolui possit, absque Romani Pontificis licentia speciali. Cæterum intendentes, & cultui diuino, & Ecclesiæ Ministris quamprimum prospicere, omnes præposituras, dignitates, personatus, administrationes, officia, cæteraque beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura, quæ deinceps sæcularia sint, per priuationem prædictam, apud Sedem Apostolicam vacantia, necnon domos, Conuentus, loca, supellectilem, bona, fructus, res, actiones, & iura supradicta eorumque proprietatem, & dominium nostræ, & dictæ Sedis liberæ dispositioni, specialiter, & expresse reseruamus. Decernentes irritum, & inane quicquid secus per prædictos, aut quoscunque alios scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Volumus autem vt præsentium exempla Notarij publici manu, & personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, sigillo obsignata, eandem illam prorsus fidem in iudicio, & extra illud, vbique locorum faciant, quam ipsæmet præsentes facerent, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ extinctionis, abolitionis, priuationis, ablationis, præcepti, interdicti, intentionis, reseruationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo, septimo Id. Februarij, Pontificatus nostri Anno sexto.

Idem hic Pont. ordinem fratrũ Humiliatorum extinguit.

Priuatque Generalem, & alios omnibus officijs & beneficijs, & Conuentibus, & bonis.

Et Fratres professos in locis eis assignandis regularem vitam ducere, aut ad pares vel strictioris ordines transire debere precepit.

Nouitiosque, & professos omnino expelli mandat.

Aliosque ad hũc ordinem recipi, & alia loca acquiri prohibet.

Reseruatque Sedi Apost. beneficia sæcularia ob huiusmodi priuationem vacantia, & loca, & bona huius ord.

Decretũ irritãs.

Ego Pius V. Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Locus Signi.

Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.

Ioan. Card. Moronus Episcopus Ostien.
Ego Otho Card. Augustanus Episc. Prænestin.
Ego A. Card. Farnesius Vicecancell. Episc. Tuscul.
Ego Io. Card. Politianus Episc. Albanen.
Ego Ful. Car. Perusinus.
Ego S. Card. Pisarum.
Ego I. Card. Sabellus.
I. Franciscus Card. de Gambara.
Ego In. Aualus Card. Arag.
Ego M. Antonius Car. Columna.
Ego P. Cardinalis de Sancta Cruce.
Ego Io. Franc. Card. Comendonus.
Ego M. Ant. Car. Bobba.
Ego Hu. Boncompagnus Card. S. Syxti.
Ego Fla. Card. Vrsinus.
Ego Alexander Card. Cribellus.
Ego Benedictus Card. Lomellinus.
Ego Gul. Card. Sirletus.
Frater Michael B. Card. Alexandrinus.
Frater Hieronymus Card. de Claraualle.
F. Cardinalis Alciatus.
Io. Paulus Card. ab Ecclesia.
Ego Io. Ant. Card. S. Georgij.
Ego Aloy. Card. Camerarius.
Ant. Card. Granuelanus.
Stan. Card. Vuarmien.
Ego F. Card. Pacieccus.
Ego M. Ant. Card. Amulius.
Hiero. Car. de Corrigio.
Ego M. Ant. Card. Maffeus.
Ego Iul. Ant. Card. S. Seuerinæ.
Ego C. Card. de Grassis.
Ego G. Card. Rambolietus.
Ego F. A. Card. Theanen.

Ego F. Fœlix Card. de Montealto.
Ego P. Card. Placentin.
Ego I. Card. Aldobrandin.
Ego F. Vincentius Card. Iustinianus.
Ego Hier. Card. Rusticuccius.
Ego Io. Hier. Card. Albanus.
Ego Hier. Card. Simoncellus.
Fer. Card. de Medicis.
Iul. Card. de Aquauiua.

Publicatio.

Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo septuagesimo primo, Indictione decimaquarta, die vero secunda mensis Martij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini Nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno sexto, retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarum Sancti Ioannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, dimissæque fuerunt in eisdem locis per aliquod temporis spatium, per nos Marcum Antonium Clerici, S. D. N. Papæ Cursores.

Scipio de Octauianis Magister Cursorum.

CXXIII.

Præpositurarum extincti ordinis fratrum Humiliatorum applicatio, & distributio, & ipsorum Fratrum diuisio, & locorum, ac alimentorum assignatio.

Extinctionem istam habes sup. in const. 37. Quantum vtilitatis, fol. 979.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Extinctio ista habetur sup. i cōst. 37. fol. 979.

QVONIAM per extinctionem ordinis Fratrum Humiliatorum, & priuationem Generalis, ac cæterorum omnium Præpositorum, & Fratrum illius, omnibus præposituris, dignitatibus, officijs, & beneficijs Ecclesiasticis cum cura, & sine cura nuper à nobis de Fratrum nostrorum consilio, & Apostolicæ potestatis plenitudine factas, intendentes, & cultui diuino, & Ministris Ecclesiasticis quam primum prospicere, Præposituras, dignitates, officia, & beneficia prædicta, quæ deinceps sæcularia essent, necnon bona, domos, redditus, res, actiones, & iura ordinis sic suppressi nostræ, & Apostolicæ Sedis dispositioni specialiter, & expresse reseruauimus. Præterea voluimus, vt omnes Fratres qui professionem emiserant regularem, deinceps in domibus, & locis, quæ eis cum victu, & alijs necessarijs assignandos curaremus, omnino redigerentur, vt ibi vitam ducerent regularem suæ professioni conformem; sub cura, & visitatione ordinariorum locorum, aut alterius, vel aliorum, quos eis delegaremus, vel iuxta iuris communis dispositionem transirent ad pares, vel arctiores ordines approbatos. Nunc autem ad inducendum nouum in dictis præposituris, & locis; statum cuique quantum potest conuenientem, & item subueniendum alijs Ecclesijs, Conuentibus, pijs locis, officijs, & Ministris ad Religionis cultum, & fidei Catholicæ propagationem, & tutelam vtilibus, & necessarijs, simulque ad prædictorum Fratrum distributionem, & diuini officij celebrationem paterna charitate intenti, vt ea quæ facere instituimus, omni impedimento soluta plenarium consequantur effectum, De simili potestatis plenitudine, dissoluimus omnes, & quascunque vniones, annexiones, & incorporationes perpetuas, & temporales, præpositurarum Sanctæ Mariæ Elisabethæ de Busto paruo Mediolanensis diœcesis, & Sanctæ Catharinæ Cremonensis, ac forsan aliarum quæ nominatim præsentibus exprimuntur, siue vt aliæ alijs; siue vt inuicem, aut alias quacunque causa ante hac factas, restituentes eas in liberum, & solutum statum quãtocunque ipsæ tempore, vt vnitæ pacificè fuit possessæ. Rursus verũ annuum valorem fructuũ, redditium, & prouentuum singularum præpositurarum, necnon Ecclesiarum, capitulorum, domorum, Conuentuum, Collegiorum, Hospitalium, & aliorum locorum omnium præsentibus comprehensorum secundum communem illorum æstimationem; & quanticunque sint, necnon fructuum reseruationes, & pensionum assignationes, quos, & quas perpetuo, vel ad tempus seorsum facere intendimus, præsentibus pro expressis habentes perpetuo vnimus, annectimus, & incorporamus, præposituram Sancti Petri Bergomensis cum omnibus rebus, & iuribus suis, & quæ ei competunt actionibus præposituræ Sanctorum Simonis, & Iudæ; Ac simili modo præpositurarum Sanctæ Mariæ Ticini Nouariensis diuersis præposituræ Sanctæ Crucis Nouariensis; Et præpositurarum Sancti Iacobi Moncalerij, præposituræ Sanctissimæ Trinitatis Auilliani Taurinen. diœcesis; Et præpositurarum Sancti Ioannis Baptistæ de Domaso, præposituræ Sanctæ Vrsulæ de Sarrigo; Et præposituras Sancti Michaelis de Paganica, & Sancti Corporis præposituræ Sanctæ Mariæ Cigolis; Et præposituram Sancti Bartholomæi Aquensis, mensæ Episcopali Aquensi; Et præposituram Sancti Georgij Canturij mensæ Capitulari Ecclesiæ Sancti Vincentij plebis Galliani ad Canturium; Et præpositurarum Sancti Syri Alexandrin. cui cura parochianorum imminet animarum, Hospitali pauperum Sanctorum Blasij, & Antonij, cura, & parochianis omnibus ad viciniorem parochialem Ecclesiam quam ordinarius loci aptiorem commodioremque viderit translatis; Et præposituram Sancti Bartholomæi Veronensis, officio Inquisitionis Hæreticæ prauitatis Apostolica auctoritate ibi statuto. Adhuc in singulis domibus, de Canonica, & Sancti Ioannis Euangelistæ, & Sanctissimæ Trinitatis Mediolanensis, & Sancti Bartholomæi Bergomensis, & Sancti Francisci Paduan. & S. Marci Terdonæ, & S. Odorici, & omnium Sanctorum Papien. & etiam omnium Sanctorum Modoetiæ supprimimus perpetuo, & extinguimus nomẽ titulum, dignitatem, & essentiam præposituræ, omniaque insignia veteris instituti diuidimus, & separamus, omnia harum sic suppressarum præpositurarum bona, res, actiones, & iura à sua quaque Ecclesia, & domo, necnon hortis, viridarijs, & pertinentijs intra clausuram cuiusque domus consistentibus in hos qui sequuntur vsus perpetuo assignatis. Siquidem concedimus Ecclesias, ædes, hortos, viridaria, & pertinẽtias intra prædictam clausuram existentes ipsarum suppressarum præpositurarum, videlicet de canonica Sancti Ioannis Euangelistæ & Sãctissimæ Trinitatis Mediol. ad vsũ Seminarij, seu aliorum Collegiorum Congregationũ, & Hospitalium, prout dilecto filio Carolo Cardinali Borrhomæo Ecclesiæ Mediol. præsuli videbitur vtilius expedire

Dissolutio vnionum Præpositurarũ hic expressarum.

Præpositurarum extincti ordinis Humiliatorũ distributio, & applicatio.

expedire, Sancti Francisci vero Paduan. ad eundem vsum Seminarij arbitrio Episcopi statuendi, & omnium Sanctorum Papien. Ordini, & Fratribus Carthusien. necnon Sancti Odorici Collegio Ghisleriorum, quod in vniuersitate studij generalis Papien. nuper instituimus, & Sancti Bartholomæi Bergomensis tam cum hortis, viridarijs, & pertinentijs intra suam clausuram existentibus, quàm etiam ei contiguis terrenis, pratis, & vineis suis, fratribus ordinis prædicatorum regularis obseruantiæ prouinciæ Lombardiæ iuxta morem eius ordinis, qui illam ad mores suos reforment, & Sancti Marci Terdonen. fratribus domus Sancti Francisci ordinis minorum, qui ae sua domo & eius ecclesia Episcopo, & capitulo Terdonen. pro illorum futura loco occupatæ cathedrali relicta in dictam ecclesiam Sancti Marci debeant demigrare, ac etiam concedimus congregationi regularium Sancti Pauli decollati Barnabinorum nuncupatæ, ecclesiam, & domum præpositure suppressæ omnium Sanctorum Modoetiæ cum omnibus bonis, rebus, iuribus, & actionibus suis vbicunque constitutis, vt illas habeant, & instituant quemadmodum aliæ suæ congregationis diriguntur. De præposituris autem Lugani, Lucarni, Sancti Laurentij de Canobio, & Sanctæ Catharinæ de Pallenza, earumque bonis, rebus, iuribus, & actionibus hac vice disponendis prædicto Carolo Cardinali, qui in ipsarum Lugani, & Lucarni ereptione, & restitutione qualicunque, laboriosam operam præstitit, delegamus vices nostras, vt vel ipsas societati Iesu, vel alteri congregationi, aut ordini approbato, vel seminario ad vsum collegiorum, seu etiam hospitalium, aut aliorum piorum operum tribuat, siue illas vniat, appropriet, & applicet, vel alias de illis eorumque bonis & proprietatibus prædictis alijsue modis libere disponat, vti temporis, rerum, & temporum qualitate, conditione, & necessitate perspecta nouerit commodius conuenire. Postremo applicamus, & appropriamus perpetuo omnia, & quæcunque alia bona, res, actiones, & iura diuisa, & separata prædictarum præpositurarum suppressarum, videlicet de Canonica Sancti Ioannis Euangelistæ, & Sanctissimæ Trinitatis, præpositure Sanctorum Bredæ Mediolanen. & alia Sancti Bartholomæi Bergomensis: præpositure Sanctorum Simonis, & Iudæ, & alia Sancti Francisci domui, & Fratribus Beatæ Mariæ Paduan. dicti Ordinis Prædicatorum: & alia Sancti Odorici, & omnium Sanctorum etiam domui, & Fratribus Sancti Thomæ Papien. super quibus, videlicet Sancti Odorici, & omnium Sanctorum pensionem annuam omnino liberam, & exemptam centum ducatorum auri in auro de Camera infirmariæ domus a nobis constitutæ Sanctæ Crucis, & omnium Sanctorum ad oppidum Boschi ipsius ordinis annis singulis integrè persoluendam, seu per priorem, & fratres dictæ domus ad Boschum si & quoties maluerint, super pinguioribus, & liquidioribus prouentibus illorum propria auctoritate exigẽdam, & in prædictæ infirmariæ vsus penitus conuertendam perpetuo reseruamus: & alia Sancti Marci pro dimidia in dotem vnius archidiaconatus, & vnius cantoriæ dignitatum prædictæ Ecclesiæ Terdonen. & pro alia dimidia parte domui Sancti Martini Terdonæ, constitutæ ad vsum fratrum dicti ordinis prædicatorum in ea superioribus annis introductorum. Ita vt liceat tam futuris omnibus principalium præpositurarum præpositis, necnon Aquensi capitulo ecclesiæ Canturij rectoribus hospitalis Sanctorum Blasij, & Antonij, ac ministris officij inquisitionis Veronen. vnitarum præpositurarum, prout cuique tangit, quam etiam alijs omnibus quibus ecclesiæ, & domus aliarum suppressarum præpositurarum conceduntur, quorumque præposituris, domibus collegijs, & locis bona, res, proprietates, actiones, & iura prædicta appropriantur per se, vel alium, seu alios corporalẽ possesionem illorum, necnon iurium, & pertinentiarum suorum omnium propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, ac fructus, redditus, & prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta omnia eorundem in suos, necnon præpositurarum, domorum, mensarum, collegiorum, hospitalium, officij, & locorum prædictorum vsus, & vtilitatem conuertere, diœcesanorum locorum, aut quorumuis aliorum licentia super his minime requisita. Hanc autem de distributione, & alimentis fratrum extincti ordinis prædicti rationem futuram esse volentes, statuimus, vt de ijs qui nunc sunt ecclesia Bredæ viginti octo presbyteros, & septẽ seruientes, aliæ vero sequentes ecclesiæ, videlicet Sancti Abundij Cremonensis sexdecim presbyteros, & quatuor seruientes: beatæ Mariæ de Glarea Veronen. octo presbyteros, & duos seruientes, Sanctæ Catharinæ Cremonen. tres presbyteros, & vnum seruientem: Sanctæ Mariæ de Rooderario, cum Ecclesia Sancti Martini in suburbijs Comen. alios tres, & vnum seruientem: Sanctorum Petri, & Pauli cum ecclesia Sanctæ Mariæ Carauagij quatuor presbyteros, & vnum seruientem: Sanctæ Agathæ de Vrbe duos presbyteros, & vnum seruientem: Sanctorum Simonis, & Iudæ Bergomensis tres presbyteros: Sanctissimæ Trinitatis Autlianæ alios tres: Sanctæ Crucis Nauarien. duos: Sanctæ Vrsulæ de Surrigo cum illi vnita prædicta duos: singulæ ecclesiæ Sanctæ Mariæ Veteris Varesij, Sanctorum Iacobi, & Philippi Brixiensis, Sancti Nicolai Ballani, Sancti Ioannis Euangelistæ Appiani, Sanctæ Elisabeth de Butto, Sancti Pauli Conilliani, Sancti Pauli Soncini, Sancti Marini Cremæ, Sanctæ Mariæ Cigoli, & Sancti Thomæ Senen. singulos presbyteros recipiant, & retineant ad deseruiendum ibidem in diuinis, quibus, vt ibi plures assignantur, in commune viuant, pro suis alimentis prædictis reseruamus, constituimus, & assignamus pensiones annuas prorsus liberas & exẽptas, videlicet trigintaquinq; personis, ecclesiæ Bredæ mille & quadringentorum scutorum auri, & viginti, Sancti Abundij, octingentorum, & decem beatæ Mariæ de Glarea, quadringentorum & quinque, Sanctorum Petri & Pauli, ac Sanctæ Mariæ Carauagij ducentorum: & vbi quatuor personæ, centum sexaginta, vbi tres, centum viginti, vbi duo, octoginta: & denique vbi singuli destinati sunt, quadraginta scutorum similium super earum præpositurarum, & ipsarũ annexorum fructibus, redditibus & prouentibus, etiam si super illis aliæ pensiones annuæ aliis assignatæ, aut illorum reseruationes factæ sint, eorumque dimidiam partem longe excedant, per omnes deinceps præpositos suos, quos, & etiam suarum præpositurarum fructus, & bona omnia ad id efficaciter obligamus, annis singulis pro vna, videlicet in beati Ioannis Baptistæ a proxime futura incipiendo pro rata temporis, & altera medietatibus singularum pensionum huiusmodi in domini nostri Iesu Christi natiuitatem festiuitatibus integre persoluendas, ita tamen, vt dictis triginta quinque personis ecclesiæ Bredæ siue singulis siue simul pluribus decedentibus, aut ad alios ordines transeuntibus pariter rata dictæ pensionis mille & quadrigentorum scutorum eo ipso extincta fit, propositoque accrescat, donec hi omnes ad numerum viginti, & inter eos omnes sexdecim Sacerdotes deueniant, ac tunc demum eis octingenta dumtaxat scuta similia quorannis modo prædicto persoluantur, quibus ad dictum numerum redactis, postea diminuentibus, ac etiam alijs aliarum Ecclesiarum prædictarum dehinc quandocunque deficientibus, statim alius vel alij, eiusue vel eorum vsque ad præscriptum in quaque Ecclesia numerum, ac totidem Sacerdotes siue regulares, siue sæculares surrogentur, donec omnibus de medio

Distributio Fratrum Humiliatorum & alimentorum taxatio locis assignatur.

sublatis,

ſublatis, vel alio translatis, Eccleſiæ ipſæ de alijs ad eundem numerum presbyteris huiuſmodi regularibus, vel ibi perpetuis beneficiatis ſecularibus idoneis a ſuo quoque Præpoſito libere aſſumendis, & inſtituendis illico reformentur, qui cum ſuis vbi ſtatuitur ſeruientibus deinceps loco ſuæ penſionis annuum eiuſdem quantitatis redditum de bonis præpoſituræ pro menſa communi, vbi quantitas, & numerus perſonarũ id poſtulauerit, cóficiẽdum, ſin autem in ſingulos ſtatuendum, futuris deinceps temporibus perpetuis habeant, & ex eo foueantur. Volentes ſupradicta omnia omni tempore inuiolata fore, & ab omnibus firmiter cuſtodiri. Quocirca omnibus

Executorum deputatio, & facultates.

locorum ordinarijs, præſertim in quorum ciuitatibus, & diœceſibus præpoſituræ diſtributos fratres prædictos habentes conſiſtunt, per apoſtolica ſcripta mandamus, vt quiſque per ſe vel alium ſeu alios, vbi, & quandocunque opus fuerit, prædictis omnibus efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra numerum præfinitum presbyterorum, & aliorum prædictorum in ſingulis eccleſijs, & locis in quibus ſic a nobis diſponuntur, integrum conſeruari, omnes penſiones ſupradictas omnibus illis quibus aſſignantur integre perſolui, res, quibus eccleſiæ domus, ædes, bona, res, iura, actiones, & alia prædicta conceduntur, ac prorſus vniuerſos & ſingulos alios quos præſentes literæ concernunt, illis, & earum effectu pacifice frui, & gaudere menſas, & redditus annuos inſtitui, & aſſignari, cæteraque omnia eiſdem præſentibus contenta ſemper & vbique obſeruari, non permittentes quemquam contra ipſarum tenorem per quoſcunque moleſtari, vel alias quomodolibet impediri. Contradictores quoſlibet, ac prædictis non parentes, per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, cæteraque iuris, & facti remedia opportuna appellatione poſtpoſita compeſcendo, cenſuraſque & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus noſtris de vnionibus ad partes committendis, & valore fructuum vtrinque exprimendo, ac etiam de fru-

Clauſulæ derogatoriæ.

ctibus beneficiorum in omnibus gratijs etiam motu proprio factis, ſecundum verum annuum valorem exprimendis, alioquin gratiæ ipſæ non valeant, & de non tollendo iure quæſito, necnon Lateranenſis Concilij nouiſſime celebrati vniones perpetuas niſi in caſibus a iure præmiſſis fieri prohibentis, ac etiam de vnionibus beneficiorum in diuerſis diœceſibus conſiſtentium non faciendis, alijſque conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, necnon eccleſiarum ordinum, & locorum prædictorum iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ac quod cauſæ propter quas prædictas vniones, & applicationes facimus prius coram locorum ordinarijs examinatæ, & approbatæ non fuerint, quæ propterea per ſubreptionem obtentæ nunquam intelligantur, & quibuslibet alijs priuilegijs, indulgentijs, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel omnino non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, quæ omnia, & quæcunque alia prædictis

Conceditur Fabricæ Eccleſiæ Terdonen. ius redimendi nonnulla bona dictorũ Præpoſitorum vendita vſque ad valorem decem mill. ſcutorum pro neceſſitatibus Sedis Apoſt.

impedimentum præſtantia, aut præſtare valentia omnino tollimus, & abrogamus, ac nemini contra ipſas præſentes, & earum executionum atque effectum ſuffragari poſſe decernimus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Cum autem alias pro neceſſitatibus huius Sedis quædam bona, ſeu cenſus, vel liuelli nonnullarum præpoſiturarum prædictarum vſque ad valorem decem millium ſcutorum auri in auro diuerſis perſonis cum pacto illos reluendi intra certum tempus tunc expreſſum, & nondum elapſum, auctoritate noſtra venditi fuerint, Nos nouæ fabricæ Eccleſiæ prædictæ Terdonen. ſuadente iampridem illius Ciuitatis tutela occupatæ, quantum in nobis eſt ſubuenire cupientes, ius reluendi, ſiue redimendi omnia bona, ſeu cenſus, aut liuellos prædictos omnemque actionem olim dicto extincto Ordini, & illius præpoſitis competentia, pro vſu, & commodo dictæ Fabricæ, vti poſtea ſtatuemus, & declarabimus, nobis, & dictæ Sedi retinemus. Demum pio ſtudio inducti, vt ſancta, & ſalubris huius noui ſtatus ratio per peculiarem ſollicitudinem omni tempore capiatur, tam prædi-

Reſeruatque Sedi Apoſt. beneficiã dicti Ordinis vacantia, & vacatura.

ctas quàm omnes alias præpoſituras, ac cætera beneficia eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura ſuppreſſi ordinis prædicti, extra Romanam curiam quibuſuis modis, & ex quorumcunque perſonis vacantia, & deinceps quandocunque, ac quotieſcunque vacatura, noſtræ, & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, ac dictæ ſedis dumtaxat collationi, & diſpoſitioni ſpecialiter, & expreſſe in perpetuum reſeruamus. Decernentes ir-

Decretum irritans.

ritum, & inane quicquid ſecus ſuper his, ac alijs ſupradictis per quoſcunque etiam S. R. E. Cardinales, & de Latere Legatos, etiam prætextu facultatum, priuilegiorum, & indultorum, ac alias quomodocunque ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quia vero difficile nimis eſſet præſentes in quinterno Cancellariæ Apoſtolicæ deſcribendas quocunque illis opus erit perferre, volumus, vt eorum exempla pro ſingulis quorũ intereſt edantur, eaque prælati Eccleſiaſtici, eiuſue curiæ ſigillo, & Notarij publici manu obſignata eãdem illam prorſus fidem vbique locorum in iudicio, & extra illud faciant, quam ipſæmet præſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ vnionis, annexionis, incorporationis, ſuppreſſionis, extinctionis, diuiſionis, ſeparationis, conceſſionis, delegationis, applicationis, appropriationis, ſtatuti, reſeruationis, conceſſionis, aſſignationis, mandati, ablationis, abrogationis, decreti, retentionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, ſexto idus Februarij, Pontificatus Noſtri Anno Sexto.

Cæ. Glorierius.

A. Dat.

H. Cumyn.

CXXIIII.

Episcopi Regni Siciliæ quotannis inuentarium actorum criminalium conficere, & custodire tenentur.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

MVNERIS nostri est aditum prohibere, per quem salubris delictorum animaduersio perperam disturbatur. Nefarium etenim facinus in plerisque Episcopatibus Regni Siciliæ citra & vltra Farum audiuimus exoriri, quod Cathedralibus Ecclesijs præsule viduatis, Vicarij a capitulis constituti, gratia, timore, odio, vel sordibus, quas volunt inquisitiones & testimonia reorum, & causarum criminalium violant, surripiunt, & lacerant, ne delictorum cognitio, vel vindicta vspiam consequatur. Nos ad hoc malum, qua potest industria, coercendum, pro nostro officio intenti, præcipimus omnibus Archiepiscopis, & Episcopis dicti Regni, præsentibus, & futuris, vt deinceps inuentarium authenticum omnium, & quarumcunque suæ Curiæ querelarum, accusationum, inquisitionum, denuntiationum, testificationum, instrumentorum, processuum, cæterorumq; actorum causarum & negociorum criminalium, etiam mixtorum, quæ apud Curiæ suæ Notariũ fuerint, quotannis in perpetuum conficiant, confectum, & dicti Notarij manu subscriptum, penes se custodiant, donec super ijs fuerit iudicatum. Et si eos de vita decedere interim contigerit, illud vniuersum sigillo suo obsignatum, fidei Sacerdotis cui peccata confitentur, morte impendente committant, qui ea secuta protinus ipsum Prælato, ac domui, seu Conuentui digniori regularium illius Ciuitatis, debeat resignare, vt ab eis tute & fideliter asseruetur, donec futurus aduenerit præsul, cui illud itidem clausum, & integrum tribuatur: quod ipsimet per se faciant, si quando necesse habuerint peregre proficisci, ita vt illud ipsum statim cum præsentes redierint, recipiant ab eisdem. Quicunque autem testimonia, processus, scripturas, & instrumenta huiusmodi quocunque modo euolauerit, corruperit, subtraxerit, combusserit, suppresserit, ac iusserit id fieri, seu auxilium, consilium, vel fauorem præstiterit, omni sit dignitate, officio, & beneficio præsentium auctoritate priuatus, & ad futura inhabilis eo ipso. Idem quoque & pariter Notarius, cui quid prædictorum defuerit, aut alias deliquerit in prædictis, tanquam falsi reus declaretur, pœnasque omnes subeat, quæ sunt in huiusmodi rerum falsarios per sanctiones canonicas, & constitutiones legitimas irrogatæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri præcepti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Causa huius constit.

Præceptum quod Episcopi conficiant inuentarium actorum criminalium quolibet anno, & confectum custodiãt.

Pœnarum impositio contra subtrahentes, aut corrũpentes ipsa acta, & scripturas.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo, Cal. Martij, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo primo, indictione decimaquarta, die vero vltima mensis Martij, Pontificatus Sanctissimi Domini nostri, Domini Pij Papæ Quinti, Anno eius Sexto, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarum Ecclesiarum Sancti Ioannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris est, dimissis illis in eisdem locis affixis per multum temporis spatium per nos Scipionem de Octauianis, & Ioannem de Soya Apostolicos Cursores.

Publicatio.

Petrus Aloysius Gayta Magister Cursorum.

CXXV.

Officij Beatæ Mariæ nuper reformati approbatio, & aliorum abolitio.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

SVPERNI omnipotentis Dei prouidentiæ, ac benignitatis exemplo excitati, qui vt humanum genus ab errorum tenebris vendicaret, & in veritatis semitam perduceret, suæ gloriæ splendorem e cœlis in terram demittere, lucisque æternæ radijs bonos pariter & malos perfundere dignatus est, meditatio cordis nostri ad id potissimũ tendit, vt fides catholica non solum vbique augeatur, & floreat, sed etiam ne errorum tenebræ, atque superstitionum abusus pijs Christifidelium mentibus inducantur, & si quæ irrepserunt protinus euellantur. Cum itaque in executionem decretorum sacri Concilij Tridentini gratia diuina assistẽte Catechismo ad populi eruditionem edito, Breuiario ad sacras preces, laudes, & gratias Deo optimo maximo ab vtriusque sexus ecclesiasticis persoluendas reformato, atque Missali, vt sacerdotes intelligerent quibus precibus vti, qui ritus, quæue cæremoniæ in Missarum celebratione obseruandæ sint, ad pristinam Sanctorum patrum normam restituto, eandem curam & operam adhiberi mandauerimus in emanando ac corrigendo gloriosissimæ Dei genitricis beatæ Mariæ Virginis officio, cuius recitatio sicut pusillis, & rudibus Christifidelibus peculiaris esse dignoscitur, ita multis superfluis non sine legentium etiam scandalo, & quæ ad varias superstitiones facile rudes ipsos inducere possunt, auaritia impressorum fuit refertum, qui vt Christifideles ad emendum eiusdem officij libros a se impressos facile allicerent, multa sub colore pietatis, & animarum spiritualis consolationis, ex eorum capite addiderunt, iamque ad antedicti Breuiarij vniformitatem eiusdem Dei genitricis, vt credimus, intercessione, eruditorum & piorum virorum, quos ad hoc delegimus, studio officium ipsum, resecatis quæ aliena & incerta erant, correctum fuerit, & a nobis probatum, Romæ imprimi, & impressum diuulgari iussimus, vt inde spiritualibus quam optamus Christifidelium animabus proueniat consolatio, Motu proprio, &c. & ex certa scientia nostris, ac de apostolicæ potestatis plenitudine officia quæcunque, in primis Italico, seu quouis alio vulgari idiomate & sermone quomodolibet composita, atque officium anno proxime præterito millesimo quingentesimo septuagesimo Venetijs apud Iunctas impressum his verbis, licet falso, inscriptum.

Concil. Trid. (prope fin., pag. penul.) emendari iussit Cathechismũ, Breuiarium, a Missale, & emendata fuerunt, vt habes supra in constit. 72. f. 1031. & const. 118. fol. 1099.

Hic Pont. emendari postea fecit officiũ B. Mariæ vetus.

Et modo illud recipi, & obseruari præcipit ab omnib. obliti atis recitare officiũ B. Mariæ

scriptum, Officium Beatæ Mariæ Virginis per Concilium Tridentinum Pio V. Pontifice maximo reformatum, denique omnia & singula alia officia huiusmodi etiam Latino sermone sub Hortuli animæ, seu Thesauri spiritualis compendij, aut quouis alio titulo & nomine quomodolibet peruulgata, omnemque illorum vsum approbatione apostolica ac consuetudine & institutione (inueteratis infra dicendis semper saluis) harum nostrarum serie perpetuo ab omnibus & singulis vtriusque sexus Christifidelibus sæcularibus vel ecclesiasticis, etiam quorumuis ordinum regularium & militiarum religiosis, qui de iure, consuetudine, vsu, statuto, institutione, ac constitutionibus etiam eorundem ordinum militiarum & regulæ, seu alias quomodolibet ad recitationem officij Beatæ Mariæ tenentur, & obligati sunt, tollimus & abolemus, ipsisque in virtute sanctæ obedientiæ interdicimus; ne aliud quàm hoc de mandato nostro emendatum beatæ Mariæ Virginis officium, & in impressoria officina Populi Romani pro fideliter, & incorrupte imprimendis libris sacris in alma Vrbe nostra erecta impressum, quouis prætextu dicere, recitare, legere, seu tenere quoquo modo audeant vel præsumant, omni vero alio vsu ipsis (vt vniformiter ab omnibus sic astrictis & obligatis recitetur, nec inter eos diuersitas illud recitandi vllo vnquam tempore oriatur) interdicto, præfatum hoc nostrum officium, ac precandi psallendiq; formulam per vniuersum orbem in priuatis domibus, ac ecclesijs, monasterijs, conuentibus, cappellis, oratorijs, ordinibus, militijs, & locis etiam exemptis tam virorum quàm mulierum, in quibus officium ipsum beatæ Mariæ Virginis recitari (vt præmittitur quomodolibet debet, præcipimus legi, dici, & obseruari, illis tamen officijs exceptis (dummodo vulgari sermone, vt præfertur, non sint composita) quæ ab ipsa prima eorum institutione a sede apostolica expresse approbata fuerunt, vel quorum officiorum certum vsum consuetudine, aut ipsa institutione (supra tamen ducentos annos) assidue in ecclesijs, monasterijs, domibus, & locis vtriusque sexus ecclesiasticorum obseruatum fuisse constiterit. Quibus sic astrictis, & obligatis, vt inueteratum illum ritum dicendi & psallendi suum officium (dummodo vt præmittitur, vulgari sermone non sit compositum) non adimimus, sic eisdem si forte hoc nostrum, quod modo peruulgatum est, magis placet (dummodo Episcopus, vel Prælatus, & vniuersum capitulum in eo consentiant) vt illud etiam in choro dicere, & psallere possint permittimus. Ab eis vero qui ad eiusdem officij Beatæ Mariæ Virginis recitationem non aliqua obligatione tenentur, omnem eorundem officiorum vulgari sermone quomodolibet compositorum, atque similis idiomatis vulgaris orationum, etiam alijs officijs Latini sermonis insertarum, vsum penitus etiam auferimus, illos nihilominus, ne vanis inuoluantur superstitionum erroribus, quibus alia fere omnia huiusmodi officia etiam Latino sermone referta esse deprehensum fuit, in Domino hortantes, vt ab aliorum Beatæ Mariæ quam huius nostri officij lectione, ac vsu abstineant, firmiterque credant eisdem alijs officijs multas sub falsis & confictis Sanctorum nominibus confictas orationes fuisse insertas, de quibus, sicut de indulgentijs, peccatorumque remissionibus, quæ recitantibus plerasque ex orationibus alijs officijs huiusmodi insertis, prout rubricis ibidem appositis designatur, conceduntur, nullam certam extare apud Ecclesiam rationem: propterea ritui & ordinationi in huius officij recitatione sic a nobis in vniuersali Ecclesia institutis se conformantes, aliud eiusdem Beatæ Mariæ quam hoc nostrum officium non perlegant vel recitent.

Non sint vulgari sermone composita.

Hortatur omnes alios non obligatos recitare officium B. Mariæ, ut officio isto reformato vti velint.

Officiaque antiqua Inquisitori bus cõsignari mãdat.

Ac vt ipsorum officiorum vulgaris idiomatis & sermonis abusus re ipsa penitus aboleatur, eadem omnia per omnes & singulos sæculares vel Ecclesiasticos etiam ad recitationem antedictam nequaquam astrictos, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis absque spe illorum vnquam recuperationis, alia vero Latino sermone, & alijs libris inserta, ad effectum emendandi, & a maculis, seu erroribus expurgandi, sibi postmodum, cum sic per eosdem Inquisitores expurgata fuerint, restituenda consignari quàm primum iubemus.

Officium vero reformatũ, immutari nõ posse statuit.

Statuentes huic nostro Officio nuper edito nihil vllo vnquam tempore per quemcunque quauis auctoritate fungentem quouis prætextu addi, detrahi, vel immutari debere; Ac omnes & singulos, qui ipsum Beatæ Mariæ Officium (vt præfertur) dicere, psallere, & recitare tenentur, ex huius nostri Romani Officij præscripto & ratione ad id omnino obligatos esse, & neminem muneri suo nisi hac formula satisfacere posse.

Indulgentias illud recitantibus concedit.

Ac vt fidelium omnium voluntas & studiũ magis ad salutarem huius nostri Officij Beatæ Mariæ Virginis, & orationum in eo reductarum lectionem & suum inuitetur, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus & singuli qui ad recitationem huiusmodi non tenentur, quoties istud sic de mandato nostro reformatum, quinquaginta dies, qui vero Defunctorum officium, eodem volumine insertum, alios quinquaginta, qui septem Psalmos, aut Graduales, etiã eodem volumine insertos, alios quadraginta, & qui aliquam ex orationibus ibidem pariter insertis deuote recitauerint, alios quindecim dies de iniunctis sibi pœnitentijs misericorditer in domino relaxamus: obligatis, vero eas dumtaxat indulgentias concedimus, quæ literis nostris super reformatione noui Breuiarij editis designantur, & huiusmodi Beatæ Mariæ Virginis, aut defunctorum officium, vel septem psalmos, aut graduales recitantibus conceduntur.

Prælatis etiã præcipit, vt illud introducant.

Mandantes omnibus & singulis venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, & cæteris Ecclesiarum Prælatis, vt reliqua omnia Beatæ Mariæ Virginis etiam per nos priuatim constituta, ab omnibus ad recitationem huiusmodi quomodolibet astrictis, ipsa vero vulgaris idiomatis & sermonis officia etiam ab his qui nullo pacto ad id astricti sunt, penitus omitti, reijci, atque vulgari, sic & pariter alia etiam Latino sermone composita, etiam alijs libris inserta, Inquisitoribus prædictis ad effectum antedictum tradi, & consignari, iuris opportunis remedijs curent. Officium vero istud nostrum Beatæ Mariæ Virginis in omnibus & singulis suarum ciuitatũ, & diœcesium Ecclesijs, Monasterijs, Conuentibus, ordinibus, militijs, oratoribus, domibus, & locis etiam laicorum introducant, & tam ipsis, quàm cæteris omnibus presbyteris, clericis, & alijs vtriusque sexus sæcularibus, & regularibus personis Ecclesiasticis, necnon militibus etiam exemptis, quibus dicendi, recitandi, psallendique officium huiusmodi quomodolibet (vt præfertur) iniunctum est, vt ex huiusmodi formula vbique illud recitare & psallere procurent, prædicta institutione vel consuetudine ducentos annos superante (non tamen quod ad vulgaris sermonis officia) semper salua. Concionatoribus quoque verbi Dei, atque confessoribus, vt in eorum prædicationibus, atque confessionibus omnibus vtriusque sexus Christifidelibus prohibitionem, & abolitionem dictorum Officiorum vulgari idiomate, & sermone compositorum, quodque Inquisitoribus hæreticæ prauitatis quam primũ consignari debeant, insuper alterius quàm huius nostri officij vsum & lectionem periculo superstitionum non carere, ac illud & alia eo inserta (vt præfertur) recitantibus supradictam de iniunctis sibi pœnitentijs relaxationem nostram significare, & eos ad conformandum se in hoc prompta deuotione, ritui, & ordinationi a nobis institu-

bis institutis excitare, ad vsumque & recitationem huiusmodi nostri officij pietatis zelo hortari studeant. Caeterum haereticae prauitatis Inquisitorum, quibus officia haec, & libros tradi & consignari continget, munus & officium praecipuum erit omnia superstitiones & errores in fide catholica redolentia omnino delere. Quod nostrum Beatae Mariae Virginis Officium, vt vbique terrarum incorruptum, ac mendis, & erroribus purgatum praeseruetur, omnibus in nostro & S. R. E. dominio mediate vel immediate subiecto commorantibus, vel ad illud quouis praetextu aduenientibus impressoribus, & alijs quibuscunque sub amissionis librorum, ac quingentorum ducatorum auri de Camera ipso facto quoties cōtrauenerint officio Sanctissimae Inquisitionis applican. reliquis vero in quacunque orbis parte consisten. sub excommunicationis latae sententiae, & alijs arbitrij nostri poenis inhibemus, ne illud infra sex annos proximos separatim, vel alijs libris insertum, sub praedictis Hortuli animae, Thesauri spiritualis compendij, vel alijs quibusuis nominibus, & titulis imprimere, aut alibi quam in alma vrbe nostra, & antedicta Po. Romani officina impressum tenere, recipere, donare, aut venumdare publice vel occulte audeant vel praesumant. Dictis vero sex annis elapsis, id etiam aliter non liceat, nisi cum nostra, & Romani Pontificis pro tempore, vel specialis ad id Commissarij apostolici in singulis Christiani orbis Regnis, & Prouincijs deputandi, expressa licentia. Quas quidem nostras perpetua roboris firmitate subsistere, & nullo vnquam tempore reuocari, alterari, suspendi, limitari, aut moderari posse, in valuisque principis Apostolorum de Vrbe, necnon Cancellariae Apostolicae, & in acie Campi Florae de more publicari & affigi, per huiusmodique publicationem & affixionem, omnes & singulos in eis comprehensos, videlicet qui in Roma. Cur. adsunt lapso mense, qui vero alia loca intra montes, post tres, qui vltra incolunt, post sex menses, aut cum primum sibi officium hoc nostrum venale propositum fuerit, ita volumus obligatos esse, & astrictos, ac si ipsismet illae coram lectae, & intimatae essent, ipsarum quoque exempla manu notarij publici, & sigillo Praelati ecclesiastici, aut illius curiae obsignata, vel etiam dicti Officij nostri Beatae Mariae Virginis voluminibus absque praedicto vel alio quopiam adminiculo, Romae tamen, & in Officina antedicta impressa, eandem prorsus vbique fidem facere, quae praesentibus adhiberetur si essent ostensae vel exhibitae. Et sic in praemissis omnibus & singulis per quoscunque Iudices, & Commissarios etiam S. R. E. Cardinales, & causarum palatij apostolici Auditores in quauis causa & instantia, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & interpretari debere, necnon irritum, & inane decernimus quicquid secus super ijs a quoquā quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus praemissis, ac in quibusuis synodalibus, prouincialibus, vel generalibus, ac vniuersalibus concilijs editis, alijsque etiam Apostolicis constitutionibus, & ordinationibus, necnon eccclesiarum, militiarum, & ordinum quorumcunque statutis, vsibus, naturis, & consuetudinibus etiam iuramento roboratis, quibus omnibus & singulis, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, expressa, & indiuidua mentio habenda esset, illis alias in suo robore permansuris, specialiter & expresse derogamus, caeterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae abolitionis, interdicti, praecepti, permissionis, ablationis, iussionis, statuti, mandati, voluntatis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Illudque Romae tantum imprimi posse declarat.

Clausulae praeseruatiuae.

Forma public. hanc constit. Quam habes hic in fine.

Decretum Irritans.

Clausulae derogatoriae.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis dominicae millesimo quingentesimo septuagesimo, quinto idus Martij, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Ferd. Car. de Medicis Summator.

Cae. Glorierius.

Octa. de Auila.

Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo septuagesimo primo, indictione decimaquarta, die vero quinta mensis Aprilis, Pontificatus Sanctissimi Domini nostri, Domini Pij diuina prouidentia Papae Quinti, Anno Sexto, Retroscriptae literae affixae, & publicatae fuerunt, & per aliquod temporis spatium dimissae in valuis, seu portis Basilicae Principis Apostolorum de Vrbe, ac Cancellariae Apostolicae, necnon acie Campi Florae, per nos Ioannem Freyle, & Scipionem de Octauianis, praelibati eiusdem Sanctissimi Domini nostri Papae Cursores.

Publicatio.

Petrus Aloysius Gayta Magister Cursorum.

CXXVI.

Impositio subsidij 400. millium scutorum, super bonis duodecim Congregationum Regularium, pro bello contra Turcas.

Facultas autem postea concessa fuit, eisdem Congregationibus alienandi earum bona, aut census desuper imponendi, Montesque erigendi, pro solutione huius subsidij vt in const. seq.

Reductionem autem huius subsidij, habes infra in const. 130. Sacro huic.

Alias impositionis fecit ob eandem causam, hic Pontifex, vt supra in const. 50. Cum nuper, fol. 104. & const. 104. Christiana, fol. 1077.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

IN his extremis Reipublicae afflictionibus, quibus impius Turcarum Tyrannus Christianorum sanguinem sitiens, Nicosia misere expugnata, Cypro Vastata, crebris iam excursionibus in ditionem Venetorum factis, se se ad reliquarum partium excidia comparat, iamque nostris ceruicibus imminet, omnia omni ope enitimur, vt ad prohibendam illius feritatem, ac simul defendendos praedictos Venetos quammaximi possunt ad bellum apparatus praepropere fiat, vt obuiam tempori prodeatur, eiusq; rei causa dum classis nostra

ſedulo inſtruitur, & copiæ conſcribuntur, nos eadem opera cum chariſsimo in Chriſto filio noſtro Philippo Hiſpaniarum Rege Catholico, & ipſis Venetis fœdus inire atq; firmare contendimus, quo ſingulorum viribus in vnum collatis ſæua furentis hoſtis rabies, improbique conatus, Chriſto Ieſu populo propitio quem redemit, fortiter reprimatur. Quæ, & alia multa pro noſtra, reique publicæ tutela etiam aduerſus alias ei impẽdentea calamitates, cũ ſubire neceſſe ſit, acribus, & aſsiduis veaamur curis, qua ope, quibus neruis tot tamque onera ſuſtentenrur. Ira enim alia ſuper alia ſubſidia, quæ Principibus Chriſtianis cum rebus ſuis, tum pro fide periclitantibus ſubminiſtrauimus, grauiſsimi itẽ ſumptus quos in bello Gallico contra hæreticos, pro defenſione Auinionia, pro tutela oræ maritimæ cæterarumque munitionũ noſtrarum, & proxime pro claſſe noſtra ad Cyprum miſſa, alijſq; multia cauſis fecimus, Cameram noſtrã comminuerunt, ita res Cleri, & ditionis noſtræ attriuerunt, vt nullus iam locus videatur relictus, qui noua nũc tributa conferre poſsit. His ſolicirudinibus vehementer coſtricti, poſt alias atque alias cogitationes, denique iostituimus vt in hoc communi omnium periculo de opulentioribus religioſorum ſocietatibus præſens qualecumque auailium conquiratur. Habita itaque ſuper his cum fratribus noſtris deliberatione matura, de illorum conſilio, & aſſenſu, deque nobis attributæ poteſtaria plenirudine indicimus atque imponimus hac vna ſola vice tantum, ſubſidium quadriogentorum millium ſcutorum auri in auro ſuper omnibus bonis, proprietatibus, fructibus, redditibus, decimis, cenſibus, & alijs iuribus congregationum Caſinen. alias ſanctæ Iuſtinæ de Padua, Lateranen. Montis Olıueti, Camaldulen. etiam quoad Eremitas Camaldulen. & Montis Coronæ, Carthuſien. Sancti Saluatoris, Vallis Vmbroſæ, Sancti Georgij in Alga, Cœleſtinorum, Ciſtercien. Lombardiæ Cruciferorum, & Sancti Hieronymi, eorumque monaſteriorum, prioratuum, præpoſiturarum, beneficiorum, & officiorum cum cura, & ſine cura, necnon menſarum, membrorum, grangiarum, & locorum omnium illis anneaorum vbicunque eaiſtentium, per ipſarum congregationum Superiores, Abbates, Priores, Præpoſitos, conuentus, capitula, & perſonas, æquata inter ipſos inſtar quartæ partis quam ſoluunt fructuum ſuorum collatione, Theſaurario noſtro generali Romæ illorum periculis, & impenſis, & alias quemadmodum inter dilectum filium noſtrum (quem ad hoc Commiſſarium, & Procuratorem noſtrum cum omnibus, & quibuſcunque priuilegijs, iuriſdictionibus, & iuribus, quæ omnes alij antehac Commiſſarij, & procuratores huiuſmodi habuerunt, quibuſque vti, & gaudere potuerunt conſtituimus) & illos ſiue illorum procuratores conueniet, inregre perſoluendum. Decernentes eos omnes ad præſtationem, & ſolutionem ſubſidij prædicti ſecundum collationem huiuſmodi faciendam eſſe efficaciter obligatos tametſi bona, proprietates, fructus, & alia omnia ſupraſcripta, quarta ipſa, necnon decimis, ſubſidijs, & alijs multis & maaimis oneribus ſint grauata. Quocirca prædicto Aloyſio Cardinali Camerario, & Commiſſario noſtro plenam, liberam, omnimodam, & abſolutam poteſtatem, facultatem, & auctoritatem tribuimus, congregationes, necnon Superiores, Abbates, Priores, Præpoſitos, & alios prædictos tam coniunctim quàm diuiſim ad integrã præſtationem, & ſolutionem ſubſidij prædicti iuxta formam indictionis, & impoſitionis huiuſmodi faciendam, etiam per edictum locis publicis affigendum monendi, & requirendi, cum illis, eorumque procuratoribus conueniendi, deque modis, & cautionibus ſolutiõnis prædictæ, & alijs hoc negotium concernentibus paciſcendi, obligationes, promiſsiones, & fideiuſsiones eaigendi, & viciſsim præſtandi, contractus ſuper his neceſſarios etiam noſtro, & Cameræ prædictæ nomine ſtipulandi, & celebrandi, & ſecundum illa, necnon præſentes ſubſidium ipſum procurandi contumaces non reſpondentes, aut deficientes conuentus, & congregationes interdicto Eccleſiaſtico ſuppooendi, & ſiogulares perſonas excommunicationis ſententia feriendi, proprietates, res, fructus, & alia bona ipſorum etiam manu regia apprehendendi, & vſque ad condignam ſatisfactionem retinendi, redeuntes, & obedientes abſoluendi, ſuper irregularitate propterea contracta diſpeoſandi, & ad priſtinum ſtatum reſtituendi, vices ſuas ſiue totas, ſiue in parte alij, vel alijs idoneis citra abſolutionem, diſpenſationem, & reſtitutionem delegandi, cæteraque in prædictis, & circa ea neceſſaria, & opportuna faciendi, & eaequendi, etiam ſi talia forent, quæ mandatum eaigerent magis ſpeciale, quam præſentibus eſt expreſſum. Non obſtantibus fe. re. Bonifacij Papæ VIII. de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis, ac alijs Apoſtolicis conſtitutionibus, necnon congregationum, monaſteriorum, prioratuum, præpoſiturarum conuentuũ & ordinum prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutia, & conſuetudinibus, ſeu quod Superioribus, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Connentibus, & perſonis prædictis vel quibuſuis alija communiter vel diuiſim a prædicta ſit Sede indultum, quod ad præſtationem, vel ſolutionem cuiuſuis ſubſidij, aut alterius oneris quacuoque cauſa impoſiti, minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſsint per literas Apoſtolicas non facieotes plenam, & expreſſam, & ad verbum de iodulto huiuſmodi meotionem, & quibuslibet alijs priuilegijs eaemptionibus, & indultis Apoſtolicis ſupradictis Coogregationibus, Superioribus, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Monaſterijs, Conuentibus, & ordinibus per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos & ſedem prædictã etiam per modum ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus, ac alias ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis, reſtitutiuis, annullatiuis, derogatoriarum derogatorijs, alijſque fortioribus fortiſsimis & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & alijs decretis etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, deque ſimili poteſtatis plenitudine, necnon conſideratione, intuitu contemplatione, vel ad inſtantiam Imperatoris, Regum, & aliorum Principum, maturoque Conſilio ſuper his in Conſiſtorio habito, ac pro conſeruatione ſtatus religiooum, & alias tam in genere, quàm in ſpecie quomodolibet conceſsis, & ſæpius confirmatis, approbatis, exteoſis, & moderatis, per quæ præſentibus non eapreſſa, aut omnino non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda eſſet in noſtris literis mentio ſpecialis, quæ omnia inquantum præmiſsis obeſſe, aut illorum eaecutionem, & effectum retardare poſſeot, omnino tollimus, & abrogamus, quodque bona, res, & iura ſupradicta vniuerſa, & ſingula quarta, decimis, & alijs notabilibus grauaminibus onerata ſint, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Cæterum quia difficile nimis eſſet præſentes quocunque illis opus erit perferre, volumus vt earum eaemplis etiam impreſsis, Notarij publici manu, & prædicti Aloyſij Cardinalis Camerarij, & Commiſſarij ſigillo obſignatis, eadem illa prorſus fides in iudicio, & extra illud vbique locorum adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ inſtitutionis, indictionis, impoſitionis, conſtitutionis, decreti, tributionis, ablationis, abrogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu te-

Cauſa impoſitionis huius ſubſidij.

Impoſitio ſubſidij 400. millium ſcutorum ſuper bonis Congregationum Regularium.

Executoris deputatio, & facultates.

Clauſulę derogat.

su temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo, Quartodecimo Kal. Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Locus Signi.

Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.

Ioan. Card. Moronus Episcopus Ostiensis.
Ego Christ. Madr. Card. Trid. Episc. Port.
Ego Otho Truchses Card. Episc. Prænestin.
Ego Io. Card. Politianus Episc. Albanen.
S. Cardinalis Pisarum.
Ego Io. Ant. Cardin. S. Georgij.
Ego Aloy. Cor. Card. Camerarius.
Ant. Card. Granuelanus.
Stan. Card. Varmien.
F. Card. Pacieccus.
M. Ant. Card. Amulius.
Ego A. Card. Gesualdus.
Ego N. Car. de Sermoneta.
Ego In. Aualus Card. Arag.
Ego Ptol. Card. Comensis.
P. Cardinalis de Sancta Cruce.
Ego M. Ant. Card. Bobba.
Hu. Boncompagnus Card. S. Sixti.
Ego Fla. Cardinalis Vrsinus.
Alex. Card. Cribellus.
Gu. Cardinalis Sirletus.
Frater Hieronymus Cord. de Clarau alle.
Io. Paulus Card. ab Ecclesia.
Ego M. Ant. Card. Maffæus.
Ego Iul. Ant. Card. S. Seuerinæ.
P. Card. Cæsius.
C. Card. Rambullietus.
F. A. Card. Theanen.
Ego F. Felix Card. de Montealto.
Ego P. Card. Placentin.
Ego I. Card. Aldobrandin.
Ego F. Vincentius Card. Iustinianus.
Ego Hier. Card. Rusticuccius.
Ego Io. Hier. Card. Albanus.
Ego Hier. Card. Simoncellus.
Ego Ferd. Card. de Medicis.
Iul. Card. de Aquauiua.

Cæ. Glorierius.
A. de Alexijs.

CXXVII.

Facultas concessa duodecim Congregationibus Regularibus, alienandi eorum bona, & desuper census creandi, Montesque erigendi, ob solutionem subsidij CCCC. millium scutorum impositi, vt supra in præced. const.

Alia facultas Congregationi Casinen. alienandi vsque ad summam scutorum quinquaginta millium concessa fuit, vt infra in const. 141. Decet ex benigno.

Reductionem vero huius subsidij CCCC. millium scutorum, habes infra in consti. 150. Sacro huic.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

DECET, & expedit opportune prouidere, vt ij quos ad præstãda nobis præsentanea auxilia in hac Reipublicæ Christianæ pressura, & conflictatione compellimus, illa quo potest minori incommodo conficere possint. Cum itaque nos hodie multis, maximisque difficultatibus oppressi, quemadmodum classis, & copiæ, quas ad defendendos Venetos contra Turcas instruimus, in tam graui rerum penuria sustenteutur, simulque multis alijs imminentibus periculis occurratur, arctissima necessitate cogente, de Fratrum nostrorum consilio indixerimus, & imposuerimus, hac vna sola vice tantum, subsidium quadringentorum millium scutorum auri in auro super omnibus bonis, proprietatibus, fructibus, redditibus, decimis, censibus, & alijs rebus, ac iuribus Congregationum Casinen. alias Sanctæ Iustinæ de Padua, Lateranen. Montis Oliueti, Camaldulen. etiam quoad Eremitas Camaldulen. & Montis Coronæ, Carthusien. Sãcti Saluatoris, Vallis Vmbrosæ, Sancti Georgij in Alga, Cælestinorum, Cistercien. Lombardiæ, Cruciferorum, & Sancti Hieronymi, eorumque Monasteriorum, Prioratuum, Præpositurarum, beneficiorum, & officiorum cum cura, & sine cura, necnon mensarum, membrorum, grangiarum, & locorum omnium illis annexorum vbicunque existentium, per ipsarum Congregationum Superiores, Abbates, Priores, Præpositos, Conuentus, Capitula, & personas, æquata inter ipsos, instar quartæ partis quam soluunt, fructuum suorum collatione, Thesaurario nostro generali Romæ illorum periculis & impensis, & alias quemadmodum inter dilectum filium nostrum Aloysium tituli Sãcti Marci Presbyterum Cardinalem Camerarium nostrum, quem ad hoc Commissariũ & procuratorem nostrum constituimus, & illius siue illorum procuratores conueniret, integre persoluendum, eiusque rei causa prædicto Aloysio Cardinali Camerario, & Commissario nostro liberam, & omnimodam facultatem, & potestatem tribuerimus collationes & distributiones in singulas Congregationes faciendi, cum illis eorumque superioribus, & procuratoribus tam coniunctim quàm diuisim conueniendi, deque modis, & cautionibus solutionis prædictæ & alijs hoc negotium concernentibus paciscendi, obligationes, promissiones, & fideiussiones exigendi, & vicissim præstandi, contractus super his necessarios etiam nostro, & Cameræ prædictæ nomine stipulandi, & celebrandi, & secundum illa, & literas nostras desuper confectas subsidium

Imposuit hic Pontifex subsidium 400 millium scutorum, super bonis duodecim Congregationum, vt in const. præced.

prædictum procurandi, cæterasque alia necessaria, & opportuna faciendi, & exequendi, etiam si mandatum exigerent magis speciale, quam expressum est literis supradictis. Nos considerantes dictam summam nulla ratione congeri, nec congestam debito tempore numerari posse, nisi de rebus, & proprietatibus prædictarum Congregationum, & ipsarum locorum aliqua distrahantur; proinde omnibus modis quantum in nobis est Congregationes subleuare, & superiores prædictos opportuna facultate munire volentes, qua freti vias, & conditiones vtiliores conquirere, rationesque commodiores capere possint, vt leuiora dispendia consequantur, De consilio, & potestatis plenitudine similibus statuimus, vt singuli Superiores prædicti ratam subsidij huiusmodi sibi contingentem per sua quisque Monasteria, Prioratus, Præposituras, Beneficia, membra, grangias, annexa, conuentus, & loca distribuant, & assignent, distributam, & assignatam ab Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Monasterijs, Conuentibus, locis, & personis suis, etiam per subtractionem rerum, & prouentuum, & aliàs vti viderint, omni & quacunque exceptione sublata, vel impedimento cessante exigant. Sed quia de vniuerso dictarum Congregationum, & locorum suorum prouentu supradicta summa neutiquam poterit corrogari,

Et modo cōcedit facultatē eisdem Congregationib. alienandi eorum bona, pro dicta summa.

Nos de dictorum Superiorum fide & probitate confisi plenam, liberam, & absolutam facultatem-mandatum, & potestatem tribuimus singulis Congregationibus, & pro eis suis Superioribus, vt nullius consensu requisito, at etiam inuito, reclamantibus particularibus Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Conuentibus, & personis etiam vnitorum Monasteriorum, & locorum, de omni & quacunque proprietate, & dominio temporali cuiusque Congregationis, & eius Monasteriorum, prioratuum, præpositurarum, beneficiorum, officiorum, mensarum, membrorum, grangiarum, annexorum, conuentuum, & locorum prædictorum vbicunque existentium bona, census, feuda, liuellos, & alia cuiuscunque qualitatis, & naturæ iura pro confectione quantitatis, quæ ad complementum supradictæ summæ quadringentorum millium scutorum necessaria erit dumtaxat, tam coniunctim quàm diuisim possessa ad longum, & longissimum tempus repræsentata etiam pecunia locare, siue in emphyteosim, siue alias ad vnam, duas, vel plures generationes, & seu nominationes, siue etiam in perpetuum concedere, siue cum alijs permutare, ac etiam libere, vel cum pacto redimendi, & etiam de bonis, & rebus vnius, seu plurium monasteriorum, & locorum etiam eiusdem Ciuitatis, vel Prouinciæ, etiam si castra, iurisdictiones, & alia huiusmodi minus vtilia existant, prout superioribus cuiusque Congregationis magis expediens videbitur, vendere, ac quocunque alio modo, & titulo alienare, & præterea omnia, & quæcunque bona feudalia emphyteotica, vel alias cēsibus, pensionibus, & recognitionibus erga se obnoxia pretio liberare, & extinguere,

Montesque erigē di ad instar alio rum Montiū Vrbis.

Et si ipsis, siue vniuersis, siue prout cuique tangit singulis Superioribus vtilius videbitur, seu placuerit, vnum vel plures Montes ab alijs grauaminibus omnino liberos, immunes, & exemptos dictam summam quadringentorum millium scutorum simul non excedentes, cuius seu quorum portiones, seu loca vacabilia non sint, & alias aliorum vrbis Montium instar cum omnibus, & quibuscunque priuilegijs, exemptionibus, gratijs, facultatibus, & indultis singulis Montibus prædictis, & eorum personis in genere, & in specie concessis, & quæ, ac si ad verbum præsentibus insererentur, & per eas speciatim concederentur latissime extendi, & concedi possint, de & super omnibus bonis, rebus, & iuribus prædictis etiam insolidum in dicta vrbe, vel alia quacûque ciuitate, prouincia, vel loco ipsis commodiore, perpetuo, vel ad tempus, etiam cum facultate seu pacto redimendi erigere, & instituere, ac eis pro ipsorum dote fructus, redditus, prouentus, & iura bonorum, rerum, & iurium assignare, illaque vendere, seu etiam obligare, & hypothecare, vel pignori tradere,

Census quoq; creandi super eisdem bonis.

Seu super ipsis rebus, & bonis census aut redditus annuos creare, & constituere, conuentiones, & pacta super his cum cautionibus, vinculis, obligationibus etiam alias res vniuersas, & singulas cuiusque Congregationis pro ea parte sibi & suis locis contingente complectentibus, necnon clausulis, & decretis requisitis, & opportunis inire, contractus, instrumenta, cæteraque necessaria facere, & has concessiones, permutationes, venditiones, liberationes, erectiones, & creationes, vnam videlicet vel plures etiam ad effectum creationis, vel extinctionis, seu venditionis, vel recuperationis aliarum huiusmodi rerum inuicem, ac semel & pluries facere, & quoties eis placuerit variare, nulla alia super eis a dicta Sede petenda licentia vel processu in forma, si in euidentem, aut alias formando, & habendo, aut consensu, vel auctoritate generalis Capituli requirendo, etiam pro prædictorum omnium effectu, per se vel alium seu alios singulos Abbates, Præpositos, Priores, Conuentus, & personas etiam Monasteriorum, & locorum vnitorum tam coniunctim quàm diuisim ad locationes, concessiones, permutationes, venditiones, alienationes, liberationes, extinctiones, & alia prædicta omnia etiam manu regia compellere. Contradictores, impedientes, vel reclamantes, monasterijs, prioratibus, præposituris, dignitatibus, administrationibus, & officijs prout sibi videbitur, deponere, ad futura inhabiles efficere, excommunicationis alijsque censuris & pœnis innodare, interdictum Ecclesiasticum apponere, auxiliumque brachij secularis inuocare, cæteraque in prædictis, & circa ea necessaria & opportuna facere & exequi valeant, etiam si talia contigerint, quæ licentiam, facultatem, aut mandatum exigant magis speciale, quam præsentibus est expressum.

Et supp let defectum mandati Procuratorum ipsarum Congregationū & alios.

Verum quia congregationum prædictarum procuratores qui hic sunt, mandatum ad prædicta speciale non habent; quin etiam nonnullarum procuratores vel hinc absunt, vel omnino non sunt, & præsens necessitas vrget hæc quàm primum faciendi, Nos defectum huiusmodi nostra auctoritate supplere volentes, supradictis procuratoribus etiam nomine illarum Congregationum, quarum procuratores hic desunt, & pro ea parte illas tangente dumtaxat, vocatis tamen eorum loco aliquo vel aliquibus abbatibus, seu prioribus aut alijs præsidentibus suorum locorum, qui hic sunt, tam coniunctim quàm diuisim Montes erigendi, fructus assignandi, loca siue portiones vendendi, vel pignori opponendi, res & bona vsque ad prædictam summam, & pro cuiusque rata dumtaxat obligandi, cæteraque prædicta ad hunc effectum faciendi, & exequendi liberam & absolutam licentiam & auctoritatem tribuimus, eaque si fient postquam facta fuerint illud idem robur habere, ac vniuersis & singulis ad quos res pertinebit, perinde suffragari debere volumus, ac si in suis capitulis generalibus, & alias seruatis omnibus, quæ de iure, & iuxta statuta, consuetudines, priuilegia, & indulta singularum congregationum prædictarum seruari deberent, omnino seruarentur. Supplentes ex nunc prædictos, & quoscunque alios iuris, & facti defectus, si qui interuenerint in eisdem.

Exēptionēq; concedit a solutione decimarū imponendarū, & a cōtributione pro Seminarijs.

Cæterum vt Congregationes prædictæ tanto ponderi subiectæ, alijs futuris aliquo pacto alleuentur, motu & scientia similibus earum singulas, & ipsarum Superiores Abbates, Priores, Præpositos, Fratres, Capitula, Conuentus, & bona omnia suprascripta præsentia, & futura cuiuscunque qualitatis, quantitatis, valoris, & naturæ, & vbicunque existentia ab omnibus, & quibuscunque

decimis

decimis vniuersalibus, & particularibus, etiam ad Imperatoris, Regum, Dominij Venetorum, & aliorum instantiam, & ex quibuscunque causis, etiam prædicta longè maioribus, vrgentioribus, & necessarijs de cætero imponendis, & præterea ab omni contributione, collatione, & taxa pro Collegijs Seminariorum Ecclesiasticorum tam ordinaria, quam Apostolica auctoritate in quocunque loco facta, & imposita hucusque, & deinceps quandocunque facienda, & imponenda eximimus, & liberamus, & si quocunque modo ad illa de facto cogerentur, dictam Cameram eos defendere, causamque vniuersam in se suscipere, iudicatum soluere, & ad ea omnino teneri edicimus. Volumusque prædicta omnia, necnon locationes, concessiones, permutationes, venditiones, alienationes, liberationes, erectiones, creationes, constitutiones, & quæcunque alia præsentium auctoritate fient, perpetuo consistere, & quoscunque illa concernunt, & concernent in futurum, omni, & quocunque ipsorum effectu, & commodo pacificè gaudere, singulasque super singulis locationibus, & alijs prædictis literas, seu earum confirmatione, & alias dispositiones singulis illas petituris gratis vbique concedi, & etiam in forma Breuis per Secretariam nostram secretam expediri debere. Decernentes eadem præmissa, & quæcunque in vim prædictarum literarum fient, nullis vnquam temporibus, fiue ex similibus, fiue alijs quibuscunque causis, etiam ad prædictorum instantiam, aut motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, necnon Concistorialiter reuocari, suspendi, alterari, immutari, aut alias illis in aliquo derogari, nec sub vllis reuocationibus, suspensionibus, alterationibus, alijsue contrarijs dispositionibus comprehendi, sed semper ab illis excepta, & quotiescunque emanabunt, toties in pristinum statum restituta, & de nouo concessa esse, ac quibuscunque interesse habentibus suffragari, Sicque per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in quauis causa, & instantia, sublata eis quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbique iudicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane quicquid secus fiue per eosdem, fiue per quoscunque alios scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus omnibus locorum ordinarijs, quos fiue plures, fiue singulos vniuersi vel singuli Superiores prædicti duxerint, eligendos, per Apostolica scripta Motu simili mandamus, vt quoties pro parte Superiorum prædictorum, aut alicuius ipsorum, tam coniunctim, quam diuisim fuerint requisiti, quisque videlicet per se, vel alium seu alios præsentes, vbi & quando opus fuerit solemniter publicantes, eisque in prædictis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra illas, & earum vigore faciendas distributiones, assignationes, locationes, concessiones, venditiones, liberationes, erectiones, creationes, constitutiones, & exemptiones, liberationes, ac alia omnia prædicta cum omnibus inde sequuturis firmiter obseruari, ac singuloa, quos illa concernunt, & concernent in futurum, eis pacificè frui, & gaudere: Non permittentes quemquam contra eas quomodolibet impediri, vel molestari, Contradictores quoslibet per censuras, & pœnas prædictas, cæteraque iuris, & facti remedia opportuna, omni, & quacunque appellatione postposita compescendo, inuocato etiam suprascripto auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus fœ. rec. Bonifacij octaui de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis, & Symmachi, Pauli II. Pauli IIII. aliorumque Rom. Pont. & nostris alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Congregationum, Monasteriorum, Conuentuum, & ordinum prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, necnon testamentis, donationibus, legatis, fideicommissis, alijsque dispositionibus, & contractibus de bonis, rebus, & iuribus supradictis in fauorem ipsarum Congregationum, Monasteriorum, locorum, & ordinum quomodocunque factis, illorum alienationes, immutationes, aut alias conditiones fieri specialiter, & expresse prohibentibus, ac in euentum alienationis, immutationis, aut alterius dispositionis pia, aut alia loca, etiam plura ordine successiuo ipso facto substituentibus, vel illa ad hæredes redire omnino volentibus, ac alias in contrarium quomodolibet conditis, ac quocunque vinculo firmitatis, quodque aliquibus communiter, vel diuisim à prædicta sit sede indultum, quòd ad præstationem, & solutionem aliquam minimè teneantur, nec ad id vllatenus, aut nisi per capitula generalia, & causis in eis prius propositis, maturèque discussis compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, & ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet alijs priuilegijs, exemptionibus, indulgentijs, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel omnino inserta, earum, & per ipsas attributæ facultatis, & auctoritatis effectus, & executio impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus ad verbum habenda esset in nostris literis mentio specialis, quæ omnia, & alia quæcunque effectum prædictum impedientia, aut impedire valentia omnino tollimus, & abrogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Quia vero difficile nimis esset præsentes quocunque illis opus erit perferre, volumus vt earum exemplis, etiam impressis, manu Notarij publici, & personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ eiusue Curiæ sigillo obsignatis, eadem illa prorsus fides in iudicio, & extra illud vbique locorum adhibeatur, quæ illis ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, statuti, tributionum, suppletionis, exemptionis, liberationis, edictionis, decreti, mandati, ablationis, & abrogationis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo, quartodecimo Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri Anno sexto.

Clausulæ præseruatiuæ.

Decretũ irritans.

Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Locus Signi.

Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.

Ioan. Card. Moronus Episcopus Ostien.
Ego Otho Truchses Episc. Card. Prænestin. August.
Ego Io. Card. Politianus Episc. Albanen.

Ego S. Card. Pisarum.
Ego Io. Ant. Card. S. Georgij.
Ego Aloy. Card. Camerarius.

Ant.

Ant. Card. Granuelanus.
Ego M. Ant. Card. Amulius.
Ego A. Card. Gesualdus.
Ego N. Card. de Sermoneta.
Ego Io. Aualus Card. Arag.
Ego Ptol. Card. Comensis.
Ego M. Ant. Car. Bobba.
Ego Hu. Boncompagnus Card. S. Syxti.
Ego Fla. Card. Vrsinus.
Alexander Card. Cribellus.
Ego Gul. Card. Sirletus.
Frater Hieronymus Card. de Clarauall.
Io. Paulus Card. ab Ecclesia.
Ego Iol. Ant. Card. S. Seuerinæ.
P. Card. Cæsius.
C. Card. Rambullietus.
F. A. Card. Theanen.
Ego F. Fœlia Card. de Montealto.
Ego. P. Card. Placentin.
Ego I. Card. Aldobrandinus.
Ego F. Vincentius Card. Iustinianus.
Ego Hier. Card. Rusticuccius.
Ego Hier. Card. Albanus.
Ego Hier. Card. Simoncellus.
Ego Fer. Card. de Medicis.
Iul. Card. de Acquauiua.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

CXXVIII.

Reductio ad terminos iuris communis, & declaratio constitutionum à Six. 4. Leone 10. & Pio 4. ac alijs Pontificibus editarum, super iure congrui.

Has constitutiones, & concordantias Materiæ iuris Congrui notabo infra in Grego. 13. const. 25. Quæ publicé.

Hanc reductionem extendit hic idem Pontifex, etiam ad Inquilinos, vt scilicet eis non requisitis, Domini de eorum bonis disponere liberè possint, vt infra in const. 134. Tanta est.

PIVS Papa V. Motu proprio. &c.

AD hoc nos Deus militanti Ecclesiæ præficere dignatus est, vt singulorum prædecessorũ nostrorum gesta (eo inspirante qui dat spiritum bonum petentibus se) reuoluentes, ea quæ certis tunc suadentibus rationabilibus causis emanarunt, ex alijs non minus attendendis rationibus ad rationis tramitem reducamus, prout rerum, & temporum qualitate digesta salubriter in Domino conspicimus expedire. Sane licet alias fel. rec. Syxtus Papa IIII. Motuproprio, & ex eius certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine statuerit, & ordinauerit, quod tunc, & pro tempore existentes Romanæ Ecclesiæ Camerarius, & Magistri ædificiorum, & stratarum dictæ Vrbis ad requisitionem Dominorum quorumcunque domorum, & aliorum bonorum tenerentur in certis expressis casibus compellere vicinos ad domos, & alia bona expressa vendendum, pro precio per peritos extimando, quodque vicini vendere volentes non nisi vicinis emere volentibus vendere possent, & alias ac latius prout in dicti prædecessoris literis continetur sub dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo septuagesimo, pridie Kalen. Iulij, Pontificatus sui Anno nono, Et successiue Leo decimus sub dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis prædictæ, millesimo quingentesimo decimosexto, quarto nonas Nouembris, Pontificatus sui anno quarto, Ac Pius IIII. sub dat. Romæ, apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis prædictæ, millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, decimo Kal. Septembris, Pontificatus sui anno sexto, & alij Romani Pontifices prædecessores nostri literas prædictas Syxti confirmauerint, innouauerint, declarauerint, ampliauerint, & extenderint, & alias prout latius in dictis literis continetur: Cum tamen, sicut accepimus, occasione literarum prædictarum diuersæ lites, quæstiones, & controuersiæ ortæ, ac diuersa grauamina, læsiones, perturbationes, & incommoda diuersis personis generata, & illata, ac literæ huiusmodi quæ correctoriæ iuris communis existunt, & secundum propriam significationem strictè interpretari deberent, rigorosæ executioni, etiam in casibus in illis forsan non expressis demandaræ fuerint, & in dies demandentur, in earundem personarum animorum molestiam non modicam, ac propterea plurimorum ad nos querelæ delatæ fuerint, & in dies deferantur, conquerentium potissimum de rigore, vel potius iniustitia literarum prædictarum, Nos attendentes quod ea quæ iuri communi, & sacris Canonibus contrariantur, & ex certis necessitatibus imminentibus, & ita forsan requirentibus statuta, & admissa sunt, perpetua esse non debent, & quod si legi ciuili multa rigorosa admittenti grauis visa est iniuria quæ inani honestatis colore velatur, vt homines de rebus suis facere aliquid cogantur inuiti, neque suo arbitratu vendenda distrahere possint, & propterea constitutiones cassauerit, quæ liberum arbitrium distrahendi res proprias impedirent, multo grauior nobis esse videtur, qui Sanctorum patrum decretis inhærentes nitimur, vt non nisi ea quæ ad pietatem, & æquitatem, ac liberam disponendi de rebus suis facultatem, & ad quietem, & tranquillitatem subditorum nostrorum, & querelam, ac litium præfatarum amputationem tendunt, admittamus: Literarum omnium præfatarum veriores, necnon processuum desuper formatorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, necnon quarumcunque litium desuper forsan motarum, & in quacunque instantia, etiam super iustitiæ, vel iniustitiæ reuisione penden. status, merita, ac nomina, & cognomina iudicum, & collitigantium præsentibus pro expressis habe. illasque ad nos harum serie aduocantes, & extinguentes, perpetuumque super præmissis silentium imponentes, Motuproprio, & ex certa nostra scientia, non ad alicuius super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera animi nostri deliberatione, & de Apostolicæ potestatis plenitudine literas, & constitutiones Sixti, Leonis, Pij, & aliorum prædecessorum nostrorum huiusmodi, quo ad pendentes in quacunque instantia, refectis tamen expensis illis qui sub prætextu dictarum Bullarum iustam hucusque habuerunt causam litigandi,

Six. 4. in eius const. 11. f. 113. statuit, vicinos debere eorũ vicinis earũ domos vendere in certis casibus, vt ibi.

Leo 10. in eius const. 13. fol. 197. & Pius 4. in eius const. 134. f. 876. ampliauit dictam constitutionem Syxti 4.

Hi vero Pont. reducit ad terminos iuris communi dictas const. Syx 4. Leon. 10. & Pij 4.

litigandi, & futuras causas, ac si nunquam emanassent, ac ius commune, & terminos, & viam iuris communis omnino reducimus, reuocamusque, cassamus, & annullamus, ac viribus vacuamus. Ita quod in causis huiusmodi secundum iuris communis dispositionem, post habitis literis præfatis, procedi, sententiari, & diffiniri debeat. Excipimus tamen à præsenti nostra reductione, & cassatione, quod si pro vna, vel pluribus ædibus sacris, ædificijs, vijs, & plateis publicis construendis, ampliandis, vel dirigendis, aliquæ domus, vel alia ædificia, & bona essent in totum, vel in parte incorporanda, demolienda, vel restringenda, quod in casibus præfatis, & non in alijs possint vicini, & habentes domos, sedimina, plateolas, & alia quæcunque bona, etiam si aliter vendituri non essent, compelli ad ea vendendum. Ita tamen quod compulsi præfati vltra æstimationem domus, sediminis, plateolæ, & aliorum bonorum prædictorum faciendam per duos peritos communiter eligendos, & in casu discordiæ per Magistros viarum loco tertij, quartam partem pretij vltra valorem, vt supra æstimandum consequantur. Districtius inhibentes quibusuis, &c. ne aliter quam vt præmittitur iudicare, vel contra præmissa sententiare, aut lites prædictas prosequi quouis quæsito colore audeant, vel præsumant. Decernentes quoque omnes, & singulas aliter quam vt præfertur ferendas sententias nullas, irritas, inanes, nulliusque roboris vel momenti, & tanquam tales nemini suffragari, nec à quoquam exequi quouis prætextu deberi. Præsentes vero vim perpetuæ constitutionis, & legis habere, & inter extrauagantes constitutiones nostras registrari, ac publicari debere: nec vllo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio notari, impugnari, inualidari, ad terminos iuris reduci, in ius, vel controuersiam vocari quacunque occasione, vel causa minimè posse, minusque sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, & limitationibus comprehendi nullatenus posse, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & eum, in quo ante præmissa quomodolibet erant statum, restitutas, repositas, & plenariè reintegratas esse. Sicque ab omnibus censeri, & ita per quoscunque Iudices quacunque auctoritate fungentibus, etiam causarum sacri Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, aliter iudicandi potestate, iudicari, & diffiniri debere, Irritum quoque, & inane si secus à quoquam quauis auctoritate contigerit attentari. Mandamusque propterea dilectis filijs Aloysio tituli Sancti Marci presbytero Cardinali Cornelio nuncupato, moderno, ac pro tempore existenti Camerario, & Magistris viarum in virtute sanctæ obedientiæ, ac excommunicationis pœnis, vt præsentes nostras inuiolabiliter, & ad vnguem in omnibus, & per omnia perpetuo obseruent, & ab omnibus, & singulis realiter, & cum effectu obseruari faciant. Non obstantibus literis, Syxti, Leonis, & Pij præfatis, & alijs Apostolicis, necnon in Prouincialibus, & synodalibus Concilijs editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, ac quibusuis etiam iuramento, &c. statutis, ac legibus, etiam municipalibus, ac quibusuis clausulis etiam præseruatiuis in dictis literis appositis, necnon regula nostra, & aliorum Romanorum Pontificum de non tollendo iure quæsito, quibus omnibus etiam si de illis, &c. illorum tenores, &c. hac vice latissimè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque, cum clausulis opportunis, & consuetis. Et quod literarum præfatarum tenores, ac litium status, & merita habeantur pro expressis, &c. seu, &c. & de auocatione illarum, & extensione, necnon reductione, reuocatione, cassatione, annullatione, & viribus euacuatione, exceptione, inhibitione, decreto, & alijs præfatis, quæ hic pro repetitis habeantur, & ad partem perpetuo in forma gratiosa, & cum alia si videbitur deputatione iudicum, &c. qui assistant, & præmissa obseruari faciant, &c. & sub censuris, &c. cum potestate citandi, &c. inhibendi, &c. inuocato, &c. sæcularis, & cum derogatione quorumcunque contrariorum, quorum omnium tenores, &c. latissimè exprimi possint, Et cum decreto quod literæ, vt ad omnium notitiam deducantur, imprimi debeant per Impressorem nostrum Cameralem, quæ sic impressæ in valuis Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicę, ac acie Campi Florę affigantur, ipsæque sic affixæ perinde afficiant, ac si essent omnibus personaliter intimatæ. Et nihilominus earundem transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius in dignitate Ecclesiastica constituti munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Et quod præsentis Motusproprij sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat tam in iudicio, quam extra, attento, quod in Vrbe, seu, si videbitur, literæ desuper cum maiori præmissorum expressione, etiam per Breue expediri possint. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, quarto Idus Aprilis anno sexto.

Quæ reductio, ampliatur infra in const. 134.

Excipit tamen, & declarat, vt hic.

Clausulę præseruatiuæ.

Decretũ irritãs.

Executorẽ deputatio, & facultates.

Clausula derog.

Forma & effectus publicationis. Quæ mox sequitur.

Placet Motuproprio M.

Anno à Natiuitate Domini, Millesimo quingentesimo septuagesimo primo, Indictione decimaquarta, die vero vigesimaprima Aprilis Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini Nostri Domini Pij Papæ V. Anno sexto, supradictæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, dimissis in locis supradictis copijs affixis, per me Alexandrum Astancollum Curs.

Publicatio.

Antonius Clerici Mag. Cur.

CXXIX.

Iurisdictio, & facultates Protectoris, & Iudicis Societatis, siue Archiconfraternitatis S. Trinitatis de Vrbe.

Protector nunc est, Illustriss. & Reuerendiss. Ferdinandus Medices Card. tit. S. Eustachij.

Iudex autem deputatus r. p. d. Alexander iustus Florentinus, vtriusque signaturæ Romani Pont. Referendarius.

PIVS Papa V. Motuproprio, &c.

CVM sicut accepimus, Archiconfraternitas, seu Societas sub inuocatione Sãctissimæ Trinitatis Cõualescentium, & Peregrinorum Regionis Arenulæ de Vrbe, eiusque Custodes, & Confratres, ob lites, quæstiones, controuersias ciuiles, criminales, prophanas, spirituales meras, & annexas, inter

Archi-

Causa huius ob fructionis.

Archieonfraternitatem, seu Societatem, eiusque Administratores, Gubernatores, & deputatos huiusmodi, per diuersa Vrbis Tribunalia litigan. occasione locationum censuum, donationum, hæreditatũ, Legatorum donum, & diuersarum aliarum rerum tam agendo, quam defendendo, pro ipsius Archiconfraternitatis, seu Societatis iuribus defenden. & consequen. iugiter implicita existat, ex quo sæpissimè, quam plurima damna, & interesse patiatur, ae impenla litis valorem rei, de qua ex tempore agitur sæpenumero exuperet. Nos Archiconfraternitatem, seu Societatem prædictam, in qua pijssima charitatis, & misericordiæ opera, tam pauperes,

Commendatio Confraternitatis Sanctissimæ Trinitatis de Vrbe.

& alias quasuis personas vtriusque sexus Christifideles, ex quibusuis mundi partibus ad Vrbem peregrinantes ad Hospitale huiusmodi deuotionis causa confluentes recipiendo, & eos tribus, ac quandocunque pluribus diebus hospitando, & nutriendo, ac charitatiue tractando, quàm pauperes Conualescentes, qui dum ab infirmitate liberi, sed debiles, ea alijs Hospitalibus emissi, quo se recipiant, non habentes in eodem suo Hospitali similiter eacipiendo, ac eos non solum corporaliter donec robustiores euadant pie alendo, verum etiam rudes, & ignaros interim dum ibidem morantur, in mandatis Domini audiendo, in diuini nominis obsequium, & S. R. E. exaltationem exercere noscuntur, quantum cum Deo possumus subleuare volentes. Motu simili, & ea certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine; Venerabili Fratri nostro Othomi S. R. E. Cardinali Augustano nuncupato, nunc, & pro tempore Archiconfraternitatis, seu Societatis huiusmodi existenti, & ab eadem Confraternitate eligendo Protectori, omnes, & singulas causas, quæstiones, lites, & controuersias inter dictam Archiconfraternitatem, seu Societatem, seu eiusdem dilectos filios Custodes, Officiales, & Ministros, & quascunque alias personas laicas, seu Ecclesiasticas cuiuscunque gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ eaistentes, etiam Cardinalatus dignitate fulgentes, Vniuersitates, Societates, Congregationes, Monasteria, & alia loca pia huiusmodi, etiam si coram S. R. E. Camerario, Clericis, & Præsidentibus Cameræ Apostolicæ, & eiusdem Cameræ causarum Auditori generali, necnon Vicario, Gubernatore, ac Senatore Vrbis prædictæ, eorumque Locumtenentibus, Collateralibus, & Iudicibus, ac dictæ Vrbis causarum appellationum. Capitaneo, & Sacri Palatij, etiam causarum Auditoribus, & eiusdem S. R. E. Cardinalibus alijsque Iudicibus ordinarijs, seu delegatis hucusque motas penden. & quomodolibet mouendas, de, & super quibuscũque locationibus, venditionibus, Legatis, fideicommissis, testamentis, hæreditatibus, ac illarum distributionibus, ac quorumcunque iurium, & actionum certioribus, alijsque quibuscunque inter viuos, & causa mortis, & quasi contractibus, etiam vigore obligationis in forma Cameræ eaecution. reuocationibus, bonis rebusque iuribus, & actionibus ad Archiconfraternitatem, seu Societatem prædictam eiusque Custodes, Gubernatores, Administratores, Officiales, & deputatos Ministros eorumque litis consortes, tam coniunctim, quam diuisim, ac tam actiue, quam passiuæ, tam secundario, quam principaliter

Facultas Protectoris, & Iudicis Archiconfraternitatis cognoscẽdi quascunque causas illius interesse concernentes, & ab alijs iudicibus reassumẽdis.

interesse concernentes spectantibus, & pertinentibus ad Archiconfraternitatem, seu Societatem ipsam in quacunque instantia (quorum omnium, & singlorum statum, & merita, necnon Iudicum, & collitigantium, nomina, & cognomina, & qualitates, cæteraque etiam de necessitate exprimenda pro expressis habentes) in statu, & terminis, in quibus reperiuntur nunc barum serie ad nos auocantes, illasque omnes, & singulas motas, & penden. ac quam, & quas Archiconfraternitas, seu Societas, Gubernatores, officiales, Administratores, & deputati, necnon pauperes ibi degentes, habere velint contra easdem personas, Vniuersitates, Monasteria, & alia huiusmodi pia loca, pro rebus bonis hæreditatibus, iuribus, actionibus huiusmodi nunc, & pro tempore Archiconfraternitatis, seu Societatis prædictæ existenti Protectori, vna cum illarum dependen. emergen. inciden. annexis summariè, simpliciter, & de plano, & sola facti veritate inspecta, ac sine strepitu, & figura iudicij, per seipsum, seu alios à se deputan. in quacunque instantia, vsque ad finem, au-

Summarieque & est procedendi.

dien. cognoscen. & fine debito terminan. ac etiam alibi introducen. seu cõmitten. reassumen. auctoritate Apostolica tenore præsentium committimus, & mandamus. Ipsumque Protectorem nunc, & pro tempore existẽtem in dictis causis motis penden. ac in futurum mouendis in Iudicem ordinarium cum facultate easdem causas in quacunque instantia, vsque ad finem, & perseipsum, seu alium, vel alios eius Auditores deciden. & terminan. & alijs facultatibus prædictis facimus, constituimus, & deputamus. Necnon cum potestate citan. & inhiben. quos, quibus, & quoties opus fuerit in Curia, & extra eam, etiam per edictum publicum consti-

In Curia, & extra inhibendi.

to summarie, & eatraiudicialiter de non tuto accessu, eisdemque, ac quibusuis alijs eiusdem Vrbis Iudicibus, ac personis, tam Ecclesiasticis, quam sæcularibus, quibus, & quoties opus fuerit etiam sub sententijs, censuris, & pœnis Ecclesiasticis, & pecuniarijs, quibus sibi, seu ab eo pro tempore deputando Auditori videbitur inhiben. & in euentum non paritionis contra inobedientes, contumaces, & rebelles ad declarationem

Et singulis diebus, & horis præterquam in honorem Dei feriatis procedendi.

incursus pœnarum, & censurarum huiusmodi exactionem, illarumque aggrauationes, & reagrauationes, & alias iuxta morem, & stylum Curiarum Vrbis in similibus seruari solitum, & prout sibi videbitur procedendi, sententiasque suas debitæ executioni demandandi, siue demandari faciendi, auxiliumque brachij sæcularis ad hoc si opus fuerit inuocan. omniaque alia, & singula in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna facien. geren. & eaequen. Ac in omnibus, & singulis causis prædictis singulis diebus, & locis fe-

Notariumque eius arbitrio in causis huiusmodi deputandi.

riatis, & non feriatis, præterquam in honorem Dei, etiam tempore feriarum ob necessitatem hominum indictarum, & indicendarum procedendi. Ac quemcunque Notarium sibi bene visum in causis huiusmodi deputandi. Volumus etiam, quod citationes, monitiones, & intimationes, quæ in dictis causis fieri opportue-

Mandatarij cuiuscunque Curiæ Vrbis possint exequi citationes, &c. in his causis.

rit, etiam per Curiæ Almæ Vrbis Vicarij, & quoscunque alios mandatarios fieri possint, & quicunque executores Vrbis possint, & debeant effectualiter eaecutioni demandare omnes, & singulas sententias, decreta, & mandata prædicti Cardinalis Protectoris, siue ab eo deputatorum, quique non obstante regula Cancellariæ sub eius paruo sigillo expediri possint. Et insuper Archiconfrateroitatem, seu Societatem prædictam eiusque

Executores omnes mãdata Protectoris exequi debent.

Priores, Administratores, & Gubernatores, ac deputatos huiusmodi ex nunc deinceps occasione præmissorum principaliter, seu secundario alibi, quam coram prædicto Cardinali Protectore conuenit, aut ad alios conuenien. constringi non posse; ac processus, sententias, & decreta per alium, seu alios tam ordinarios, quàm delegatos Iudices in causis prædictis, quomodolibet pro tempore formata, lata, & facta, cum inde secutis,

Clausula præseruatiua.

quibuscunque nulla irrita, & inania, nulliusque roboris, vel momenti fore; Præsentemque cedulam sub quibusuis reuocationibus, suspensionibus, & exemptionibus, limitationibus, seu renouationibus similium, vel dissimilium concessorum, & gratiarum, etiam per nos, & successores nostros Romanoa Pontifices, & Se-

dem

dem prædictam, vel eius Legatos, etiam per regulas Cancellariæ Apostolicæ pro tempore factas, nullatenus comprehendi, sed semper ab illis pœnitus, & omnino exceptas, ac quoties illæ emanabunt præsentem cedulam in pristinum robur restitutam esse, & censeri debere, nec eidem cedulæ per quascunque literas, etiam quasuis regulas generales, & speciales, etiam derogatoriarum, derogatoriis, irritantiaque, & alia decreta, sub quacunque verborum expressione continentes posse, & si illi vlla vnquam tempore, ex aliqua etiam quantumuis necessaria, & vrgenti causa derogari contingat, nisi tenor cedulæ de verbo ad verbum nihil pœnitus omisso insertus, & huiusmodi derogatio per trinas distinctas literas eundem tenorem continentes tribus similibus distinctis vicibus, Administratoribus, Primicerijs, Gubernatoribus, deputatis, & Cōfratribus huiusmodi omnibus, & singulis legitime intimata, & insinuata fuerit, eorumque ad id accesserit assensus, derogationem huiusmodi nemini suffragari, & nullius esse roboris, vel valoris, Et sic per quoscunque Iudices quauis auctoritate fungen. etiam S.R.E. Cardinales, ac causarum Palatij Apostolici Auditores sublata, ac irritum iudicari, & diffiniri debere. Non obstan. fœl. record. Bonifacij Papæ XIII. prædecessoris nostri de vna, & concilij generalis de duabus dietis, dummodo non vltra tres dies aliquis vigore præsentium ad iudicium non trahatur, alijsque constitutionibus, & ordinibus Apostolicis, necnon Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, ac Hospitalium, Ecclesiarū Monasteriorum, & aliorum quorumcunque piorum locorum, & ordinum, iuramento, & corroboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis Conseruatorique, exemptionibus, & literis Apostolicis eisdem, ac dilectis filijs Populo Romano, eorum Iudicibus, Notarijs, & Tribunalibus, eorumque personis, per quoscūque etiam Romanos Pontifices prædecessores nostros, & nos, ac dictam Sedem, etiam motu scientia, similibus concess. approbat. & innouat. etiam disponen. quod causæ huiusmodi ad forum, seu Curiam Capitolij reassumi debeant Quibus omnibus singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, aliás de illis illorumque totis tenoribus specialis specifica expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum nihil pœnitus omisso & forma in illis tradita, obseruata, inserti forent præsentibus pro sufficienter expressis haben. illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus contrarijs quibuscunque, etiam in vim contractus concessi, & concedendi, vel si prædictis, aut quibusuis alijs communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, aut extra, vel vltra certa loca, Curias, & Tribunalia, ad iudicium trahi non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbū de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet alijs priuilegijs indultis Apostolicis generalibus, vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, proque præsentibus non expressa, aut totaliter non inserta iurisdictionis ipsius Protectoris, explicatio impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus eorūque totis tenoribus specialis specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per regulas generales idem importantes, mentio seu quæuis alia expeditio habenda sit, in præsentibus literis mētio specialis. Volumus autem præsentium solam signaturam sufficere, & vbique fidem facere in iudicio, & extra regula contraria, non obstante, & earundem transumptis, etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo Protectoris, seu Archiconfraternitatis, seu Societatis huiusmodi munitis, eandem prorsus fidem adhiberi, quam adhiberetur præsentibus manu nostra subscriptis, ac etiam literas ad partem expediri posse. Placet Motuproprio M. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum xij. Kal. Aprilis. Anno sexto.

Decretū irritans.

Clausula derogatoria.

Indultum istud Cu capit. habes sup in const. 73. fol. 713.

CXXX.

Montis Religionis non vacabilis erectio, cum emolumentis scutorum septem cum dimidio pro centenario.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

SACRO huic loco à Domino præpositi, grauiorem quotidie solicitudinem concipimus, quod Religio Catholica fidei nostræ demandata tot furentium vndique hostium obsidio ne prematur. Cuius rei in primis causa nos pridem intelligentes quemadmodum immanissimus Turcarum tyrannus post cruentum Nicosiæ excidium, miserabilem Cypri occupationem, frequentes, & infestas in Venetos excursiones, potentissimam classem numerososque exercitus ad Christianorum perniciem conficiebat, Fœdus cum carissimo in Christo filio Philippo Hispaniarum Rege Catholico, & præfatis Venetis ad bellum Turcicum sancire omni opera curauimus, itemque alijs Reipublicæ nostræ imminentibus periculis occurrere decreuimus. Sed quoniá omnibus Cameræ Apostolicę rebus, iam pridem comminutis, & depressis, tam multis præterea contributionibus, à nostris prædecessoribus pro temporū necessitate erogatis, ad prædicta onera sustinéda modus nobis idoneus atque commodus aliter quam imponendis nouis populo nostro tributis neutiquam accidebat, quo expeditioni huic alijsque multis, & maximis oneribus omnino perficiendis subueniri posset. Certum autem nobis erat omnia prius conari, quam subditos nostros nouorum onerum accessione vexare. Id nos in tátis angustijs coegit ab illis Religionum Conuentibus, quorum peculiarem curam gerimus, auxilium aliquod expetere consentaneum arbitrati, vt filij matri egenti subueniant, & membra capiti obsequantur, cum illorum maxime intersit Religionem vniuersam, & hanc Sanctam Sedem contra quoscunque sartam tectam perpetuo conseruari. Quare habita, cum fratribus nostris deliberatione matura de illorum consilio, & assensu, deque attributæ nobis potestatis plenitudine indiximus, atque imposuimus ea vna sola vice tantum subsidium quadringentorum millium scutorum auri in auro super omnibus bonis proprietatibus, fructibus, redditibus, decimis, censibus, & alijs iuribus Cógregationum Casinen. alias Sanctæ Iustinæ de Padua, Lateranensem Montis Oliueti, Camaldulen. etiam quoad Eremitas Camaldulen. & Montis Coronæ Carthusien. Sancti Saluatoris. Vallis vmbrosæ, Sancti Georgij in Alga, Cœlestinorum, Cisterciensem Lombardiæ Cruciferorum, & Sancti Hieronymi, eorumque Monasteriorum, Prioratuum, Præpositurarum, beneficiorum, & officiorum cum cura, & siue cura, necnon mensurarum, membrorum, grangiarum, & locorum omnium illis annexorum vbicunque existentium; per ipsarum Congregationum Superiores, Abbates, Priores, Præpositos, Conuentus, Capitula, & personas æquata inter ipsos instar quartæ partis, quam soluunt fructuum suorum collatione, Thesaurario nostro Generali Ro-

Hic Pont. fœdus contraxit cū Rege Hispaniarum & Venetis cōtra Turchas. Summo reportauit victoriam, vt inf. in const. 142.

Et pro impensis propterea faciendis imposuit. Congregationibus regularibus subsidium cccc. millium scutorū

mæ illorum periculis, & impensis, & alias quemadmodum inter dilectum filium nostrum Aloysium tituli Sancti Marci Præsbyterum Cardinalem Camerarium, & ad hoc Commissarium nostrum, & illos siue illorum procuratores conueniret integrè persoluendum. At considerantes dictam summam de vniuerso dictarum Congregationum, & locorum suorum prouentu debito tempore corrogari non posse, De consilio, & potestatis plenitudine similibus singulis Congregationibus, & pro eis Superioribus prædictis facultatem tribuimus, vt nullius consensu requisito, ac etiam inuitis, & reclamantibus particularibus Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Conuentibus, & personis etiam cunctorum Monasteriorum, & locorum de omni, & quacunque proprietate, & Dominio temporali, cuiusque Congregationis, & eius Monasteriorum, Prioratuum. Præpositurarum, beneficiorum, officiorum, mensarum, membrorum, grangiarum, annexorum, Conuentuum, & locorum prædictorum vbicunque existentium bona census, feuda, & alia cuiuscunque qualitatis, & naturæ, iura pro confectione quantitatis, quæ ad complementum dictæ summæ quadringentorum millium scutorum necessaria foret dumtaxat, tam coniunctim, quam diuisim possessa repræsentata etiam pecunia locare in emphyteosim, etiam perpetuam concedere cum alijs permutare, vendere, ac quocunque alio modo, & titulo alienare, & si ipsis, siue vniuersis, siue prout cuique tangit singulis Superioribus vtilius videretur vnum, vel plures Montes liberos, & exemptos dictam summam non excedentes ad aliorum Vrbis Montium instar, de, & super omnibus bonis rebus, & iuribus supradictis perpetuo, vel ad tempus exigere, ac eis pro ipsorum dote fructus, redditus, prouentus, iura rerum, & bonorum prædictorum assignare, seu illa vendere, seu obligare, aut pignori tradere, seu super illis census creare cum quibuscunque conuenire, & pacisci cæteraque in prædictis necessaria, & opportuna facere, & exequi valerent. Sed quoniam Congregationum prædictarum Procuratores, qui hic erãt mãdatum ad prædicta speciale non habebant, quinetiam nonnullarum Procuratores, vel hinc aberant, vel omnino non erant præsensque necessitas vrgebat, prędicta, quam primum facien. Nos defectum huiusmodi supplere volentes, supradictis Procuratoribus etiam nomine illarum Congregationum, quarum Procuratores hic deerant, & pro ea parte illas tangente dumtaxat vocatis tamen eorum loco aliquo, vel aliquibus Abbatibus, aut alijs præsidentibus suorum locorum, qui hic sunt, tam coniunctim, quam diuisim Montes erigendi, & a ta prædicta ad hunc effectum faciendi plenam, & liberam auctoritatem concessimus. Demum nobis non ferentibus Montis institutionem, quam prædicti Procuratores, vel certe illi quorum Congregationibus bona magnaque subsidij prædicti pars obtingebat in vim dictæ facultatis hic facere Montemque ipsum quibusdam mercatoribus omnem pecuniam dictæ Cameræ præstare in tempore pollicentibus, magno cum detrimento assignare intendebant, Rursus inter Aloysium Cardinalem, & Camerarium nostro, & ipsius Cameræ nomine ac prædictos Procuratores de rato pro suis quemque Congregationibus, promittentes, conuenit, quod Congregationes ipsi loco subsidij prædicti quadringentorum millium scutorum, aliud subsidium, & perpetuum, redemptioni tamen per Congregationes faciendæ obnoxium, triginta duorum millium scutorum auri in auro, Congregatio Cassinen. videlicet decem millium septingentorum sex, & bolendinorum sexdecim, Lateranen. vero quinque millium triginta octo, bolendinorum octo, Carthusien. sex millium septingentorum septem decem bolendinorum quadraginta quatuor, Montis Olíueti quinque millium triginta octo bolendinorum octo, Sancti Saluatoris mille quingentorum quadraginta vnius bolendinorum duodecim, Camaldulen. tam pro Eremitis Camaldulen. quam etiã Montis Coronæ prædictis mille quadringentorum sexaginta sex bolendinorum octuaginta octo, Vallis vmbrolæ nonningentorum decem, & nouem bolendinorum quatuor, Sancti Georgij tricentorum octuaginta septem bolendinorum viginti, Cœlestinorum trecentorum triginta sex, Cisterciẽ. centum sexaginta octo bolendinorum nonaginta sex, Cruciserorum centum quinquaginta quinque bolendinorum quinquaginta duorum, ac Sancti Hieronymi reliquorum centum quinquaginta quinque auri in auro, & bolendinorum quinquaginta duorum auri, dilecto filio Bartholomæo Bussotto nostro, & dictæ Cameræ Thesaurario generali Romæ, annis singulis alternis mensibus æquisque pro rata portionibus, ac primo solutionis termino ad finem proximi mensis Iunij incipiente, & sic deinceps per singula bimestria continuando in perpetuum, ac alias supradictæ quartæ partis fructuum instar integrè persoluerent, vel in dotem erigendi à nobis Mõtis assignaretur, vel alias de eo arbitrio nostro disponeretur. Postea vero Procuratores prædicti qui tunc præsentes erant suorum Superiorum nominibus iuri, & facultati redimendi Montem, sic à nobis erigendum dictæ quippe Cameræ incommodo specialiter, & expresse renunciarunt, & vt Mons ipsæ perpetuus, & irreuocabilis fieret consenserunt. Nos vero pro ipsius Cameræ commodis prædictorum rationem, ad ea quæ instituimus, ea integro capiendam fore censentes, Habita denuo cum dictis fratribus deliberatione matura, de consilio assensu, & potestatis plenitudine similibus indicimus, atque imponimus loco subsidij prædicti quadringentorum millium scutorum, aliud subsidium annuum perpetuum, & irreuocabile ab omni prorsus decimaquarta, & alio, ac qualicunque onere ordinario, & extraordinario præsenti, & futuro, siue pro expeditione contra Turchas defensione fidei, status Romanæ Ecclesiæ, & Vrbis Romæ, siue alia quantumcunque grauiori, & inexcusabili causa, etiam de simili consilio imposito liberum immune, & exemptum triginta duorum millium scutorum auri in auro super omnibus, & quibuscunque proprietatibus fructibus, redditibus, decimis, censibus bonis rebus, & iuribus omnium Congregationum, & ipsarum Monasteriorum, Prioratuum, Præpositurarum, beneficiorum, officiorum, mensarum, membrorum, grangiarum, & locorum omnium supradictorum, etiam vnitorum, & annexorum, vbicunque existentium, etiam si illa de præsenti vltra prædictam quartam alijs multis, & maximis grauaminibus onerata sint, & illa in futurum quomodocunque, & ex quacunque causa grauati contigerit per Superiores, Abbates, Præpositos, Priores, Conuentus, Capitula, & alios prædictos depositario ad id constituendo annis singulis Romæ alternisque mensibus pro rata vnumquemque tangentem, & alias, vt prædictum est, integrè persoluendum Decernentes illos vniuersos, & singulos ad subsidium ipsum annuum triginta duorum millium scutorũ auri in auro annis singulis Romæ suis periculis, & impen. ac alias modo, & forma prædictis soluendum etiam per subtractionem fructuum, priuationem dignitatum, administrationum beneficiorum, & officiorum, & crescente contumacia per censuras, & pœnas Ecclesiasticas apprehensionem bonorum, & personarum, cæteraque omnia iuris, & facti remedia opportuna omni, & quacunque appellatione reiecta, etiam manu Regia procedendum fore, ac procedi, & ipsos ad hoc omni tempore coarctari debere. Cæterum angescentibus in dies necessitatibus, & periculis, quàm maximas possumus summas concipere coacti. De eisdem consilio

Concessit etiam eisdem Congregationibus facultatem alienandi eorum bona pro dicta summa.

Sed postea dictæ Congregationes composuerunt, cum Camera Apost. de soluen. quolibet anno, scuta 32. millia.

Ideo hic Pont. eisdem Congregationibus imponit dictum annuum subsidiũ 32. millium scutorum, loco subsidij ccc. milliũ.

assensu

assensu, & potestatis plenitudine erigimus, & instituimus in dicta Vrbe vnum Montem Religionis nuncupandum, eundemque perpetuum, & irreuocabilem, cuius portiones, siue loca non vacabilia, nec centum scutis auri in auro inferiora sint, alias instar fidei, & aliorum dictæ Vrbis Montium loca non vacabilia habentium dirigendum, & exercendum pro omnibus vtriusque sexus laicis, necnon presbyteris, & alijs Clericis Ecclesiarum Prælatis, etiam S.R.E. Cardinalibus, ac cæteris cuiuscunque dignitatis, status, & cōditionis sæcularibus, & quorumcunque ordinum, etiam Mendicantium, ac Militiarum regularibus, etiam quæcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura obtinentibus, & expectantibus, & alijs quibuscūque personis omnis ætatis, etiam illegitimis, incapacibus, & inhabilibus, necnon Ecclesijs, Capitulis, Cōgregationibus, Cōuentibus, Societatibus, Hospitalibus, Capellis, & locis Ecclesiasticis Religiosis, & prosanis qui pecunias etiā de fructibus, pensionibus, & alijs rebus Ecclesiasticis qualibuscunque confectas in ipsum Montem vsque ad eā summam quam pro ratione fructuum, & emolumentorum dotis eiusdem concipere poruerit, Mendicantes videlicet, & alij regulares prædicti proprium non habentes in communi posuerint; Quæ quidem personæ Collegium inter se cum sigillo, & cæteris insignibus constituere, Defensores aliosque Ministros, & officiales idoneos ordinare, & destituere, stipēdia præscribere, statuta condere, condita reformare, pœnas decernere, delinquentes, & contumaces mulctare, ac quæcunque alia facere, & exequi possint ad stabilimentum, directionem, & conseruationem dicti Montis necessaria, & etiam opportuna. Ipsi autem Monti sic erecto, & instituto applicamus, & appropriamus, eique titulo venditionis, & alienationis perpetuo cōcedimus, & assignamus, & in ipsum trāsferimus prædictum subsidium annuum triginta duorum millium scutorum auri in auro à prædictis omnibus oneribus, necnon collationibus, tributis, indictionibus, & prorsus omnibus, & quibuscunque alijs grauaminibus ordinarijs, & extraordinarijs præsentibus, & futuris, etiam pro ædificatione, vel instauratione pontium portarum, mœnium, viarum, artium Vrbium, & locorum refectione stratorum, & quibusuis alijs causis quātumcunque necessarijs, & vrgentibus perpetuo exemptum, immune, liberum, & expeditum. Ponimusque, ac substituimus, & surrogamus in nostrum, & Cameræ prædictæ locū, ius, & actionem, quoad subsidium ipsum, eiusque liberā exactionem, & perceptionem eūdem Montem, Collegium, loca, & personas ipsius, quæ illud sic liberum, & expeditum perpetuo habeant, & de eo omnes fructus, & emolumenta omnium locorum prædictorum ad rationem septuaginta septem iuliorum annuatim pro singulis locis Romæ in singula bimestria, pro rata temporum, & locorum absque conscientiæ scrupulo absque restitutionis, aut in sortem principalem deductionis onere, liberè, & integrè percipiant, & in quos voluerint, vsus conuertere, & prorsus de illis disponere, & ordinare, liberè, & licitè valeant, ac si ea bonis hæreditarijs ab initio profecta fuissent. Ad hæc illorum omnium securitati plenius consulere volentes omnia, & quæcunque huius Sedis, & Cameræ, ac etiam omnium Congregationum, Monasteriorum, Prioratuum, Præpositurarum, grangiarum, & locorum supradictorum bona immobilia mobilia, & se mouentia, necnon fructus regalia, res, actiones, & iura præsentia, & futura vbicunque existentia prædicto Monti Religionis eiusque personis in solidum specialiter, & expresse obligamus. Volumusque dictam Cameram illos ab omni, & quocunque damno, detrimento, incommodo, & mo etiā omni tempore liberare debere. Vt autem Mōs ipse Religionis commodis facultatibus instructus, promptiores emptores sortiri, fœlicioresque successus consequi possit, perpetuo concedimus, vt quicunque prædictorum loca ipsius Montis, siue ea prædictis, siue ea alijs, & quibuscunque fructibus, ac pecunijs confecta vnum, vel plura, & quantacunque habuerint, illa tanquam bona patrimonialia paterna auita, & profana obtineāt, & in eis eorumque fructibus, & emolumētis ipsorum filij, & hæredes vtriusque sexus quicunque fuerint, etiam illegitimi, & alias quomodocunque inhabiles, tā ex testamento, quam ab intestato succedere, deque eis simul, vel successiue, ac quotiescunque siue donationis inter viuos, vel causa mortis, siue legati, cessionis, venditionis, siue alio quocunque titulo iure, & modo, ac etiam simplici scriptura manu sua scripta, vel subscripta, nullisque adhibitis testibus, etiam in fauorem suorū, vel aliorum illegitimorum prohibitorum, & incapacium, etiam si illa in plures illegitimos, incapaces, & prohibitos ordine successiuo transierint, ac alias vti cuique libuerit disponere. Quinetiam loca prædicta quocunque modo obtinentes, si illa in alios cedere, aut transferre, ac etiam illi, qui loca huiusmodi alijs acquirere voluerint, tales in huiusmodi cessionibus, translationibus, vel acquisitionibus sibi ipsis, vel alijs etiam quoad vixerint omnimodam dictorum locorum sic cessorum, vel acquisitorum administrationem, eorumque fructus, & emolumentorum perceptionem, necnon plenam, liberam, & absolutam potestatem illa quandocunq; voluerint nulla etiā subsistēte causa ad se recipiendi, & reuocandi, seu alij, vel alijs vendendi, alienan. donandi, relinquendi, obligādi, & pignori apponendi, super eis paciscendi, & contrahendi, & prorsus omnem aliam ipsorum dispositionem sus, & facultatē (nullo obtinentium consensu desuper requisito, aut alia solemnitate seruata, ac etiam cū prohibitione huiusmodi administrationis fructuum perceptionis, cessionis, venditionis, obligationis, fideiussionis, aut alterius cuiuscunque dispositionis per ipsos obtinentes faciendæ, necnon decreto irritan. quæcunque secus facta fuerint ab eisdem) reseruare, & obtinere liberè, & licitè valeant nulla alia licentia à nobis, aut alio Romano Pontifice pro tempore existente impetrata, aut compositione pro his cum Datario, vel quoquam alio facta, vel soluta, seu confirmatione, aliaue solemnitate, aut scriptura desuper requisita, Ita tamen quod illegitimi in eis locis nullo modo succedant, quæ de fructibus, seu pensionibus, alijsue rebus Ecclesiasticis fuerint comparata. Cæterum nulla omnino loca prędicta, nullive eorum fructus, & emolumenta, etiam causa rebellionis, proditionis, assassinij, sacrilegij, læsæ Maiestatis, aut aliorum criminum quantumcunque grauium, & enormium per loca ipsa obtinentes (non tamen in personam Romani Pontificis, aut Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis) commissorum, etiam Confessorum, & probatorum vspiam publicari, nec alias Fisco applicari, aut publicata Fiscoue applicata, declarari, seu deliberari, nec sub vllis generalibus, vel specialibus omnium bonorum, rerum & iurium confiscationibus, proscriptionibus, aut alijs adiudicationibus propterea factis, & decretis, seu alijs etiam ipso iure deuolutionibus, etiam si sententia capitalis, & mors secuta esset, comprehendantur, sed semper ab illis excepta sint, & esse censeantur, eisque non obstantibus talium delinquentium filij, & hæredes in huiusmodi locis, & fructibus, vt præfertur succedere, & illa ad eos deuenire omnino debeant, seu ipsimet delinquētes de eisdē perinde disponere modis omnibus supradictis valeāt: ac si criminū huiusmodi expertes, & insontes existerēt. Cōcedimus quoq; Mōti, & futuro Collegio Religionis omnibusq; illius personis supradictis, tā coniūcti, quā diuisi, & in perpetuū, vt omnibus & quibuscūq; alijs priuilegijs

Religionsque (super ipso sui tituio) nō cum Religionis non vacabilem, cum emolumentis ad sex & ed dimid o pro centenario

Et personas etiā Ecclesiasticas in eo pecunias ponere posse declaras.

Et obligat omnia bona Sedis, & Cam Ap. ipsatumque Congregationum pro securitate dicti Mōtis.

Facultatemque Montistis concedit disponendi de locis, & fructibus Mōtis ad eorum arbitrium.

Non tamen ad fauorem illegitimorum de bonis Ecclesiasticum, ad quod vide etiam sup. in const. 112. Ad Romanum.

Montis loca, & emolumenta cōfiscari nō posse.

De Mõte fidei habes sup in Clem. 7. const. 17 f 314 De alijs vero, quæras in Indice quia longum esset omnia hic ponere.

exemptionibus, facultatibus, gratijs, fauoribus, & indultis fidei prædicto, & cæteris Vrbis, & ditionis nostræ temporalis Montibus eorumque Collegiis, & personis in genere, & in specie, ac communiter, & diuisim, tam in ipsorum Montium institutione, quam inde vsque per Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedem prædictam sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis concessis, confirmatis, extensis, & moderatis (quæ ac si ad verbũ insererẽtur, habemus præsentibus pro expressis) quibusq; Mõtes, Collegia, personæ huiusmodi vtũtur, potiũtur, & gaudẽt, ac vti, potiri, & gaudere poterunt, quomodolibet in futurum itidem vti, potiri, & gaudere, Vtque ipsi vnum duo, vel plures S.R.E. Card. vel alios seu alios Montis Collegij personarum, rerum & iurium omnium prædictorum Protectores, Conseruatores, & defensores, ac etiam Congregationum Superiorũ, Abbatũ, Priorum, & aliorum omnium prædictorum tam coniunctim, quã diuisim compulsores, & denique Montis Iudices cõtra illos, & quoscũque alios cũ omnibus supradictis, & quibuscunque alijs facultatibus, & iurisdictionibus ordinarijs, & delegatis ad id requisitis necessarijs, & opportunis quotiescunque ipsis videbitur, assumere, cæteraque omnia ad subsidij prædicti triginta duorum millium scutorum exactionem, & salubrem Montis, & Collegij directionem, illiusque personarum commodum & fauorem opportuna gerere, & exercere liberè, & licitè valeant, etiam si talia sint quæ facultatẽ, aut mãdatũ specialius requirant, quã præsentibus sit expressum. Volentes similique consilio, assensu, & potestatis plenitudine statuentes Montem Religionis subsidium triginta duorum millium scutorum auri in auro, Collegiũ portiones, & loca omnia supradicta nullis omnino reuocationibus, extinctionibus, reductionibus, diminutionibus, mutationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus, etiam occasione, seu prætextu enormis, & enormissimæ læsionis vrgentis necessitatis, seu etiam euidentis vtilitatis, aut alia, & quacunque causa siue in specie, siue in genere faciendis obnoxia esse, sed firma perpetuo, & inuiolata consistere, nec quẽquã prædictorum, aut filiorum hæredũ, & successorũ suorũ, & ab eis causam habentiũ super his, seu etiam fructibus, & emolumentis prædictis quocunque modo turbari, vel impediri, neque ad probandum seu docendum in iudicio, vel extra illud erogationẽ pecuniarum in ipso Monte positarũ, aut partis earum in prædictas, aut alias sedis, & Cameræ prædictarũ necessitates vllo tẽpore teneri, nec ad id à quoquam cõpelli posse. Ac decernentes præsentes vim validi, & irreuocabilis contractus inter nos, & omnes deinceps successores nostros, & ipsas sedem, & Cameram necnon singulas Congregationes, ac Montẽ Religionis Collegium, & personas eiusdem, ipsarumque personarum filios successores, & causam habentes supradictos solemniter initi, & stipulati perpetuo obtinere, eundẽq; ab omnibus, & vbique semper custodiri, nec ab eo in aliquo resiliri posse, nec præsentes, siue ob non præstitum à Cõgregationibus & Superioribus consensum siue non seruatas iuxta statuta, & priuilegia sua solemnitates, siue alio quopiã defectu notari, seu in ius, aut controuersiã reuocari vllo vnquã tempore posse, sed his, & alijs quibuscunq; exceptionibus, & oppositionibus, non obstantibus ad præstationem perpetui subsidij prædicti liberi, & expediti triginta duorum milliũ scutorum auri in auro Monti Religionis Collegio, & personis eiusdem modis prædictis faciendam perpetuis temporibus teneri, & ad id tam coniunctim, quam diuisim, & alias vijs, & remedijs omnibus opportunis compelli, Sicque in his cæterisque omnibus supradictis per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam S.R.E. Card. in quauis causa, & instantia sublata cuique aliter iudicãdi, & interpretandi facultate vbique iudicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane quidquid secus per quoscunque scienter, vel ignoranter cõtigerit attentari.

Decretũ irritans.

Postremo vt in Montis prædicti Religionis exercitio, quæ illius præcipua sunt iã nũc à probis, & peritis fidelius, & cautius exequantur prædictum Bartholomæum, & pro tẽpore existentem Cameræ prædictæ Thesaurarium præsidentem, & dilectos filios Hieronymum Ceulum Pisan. depositarium pecuniarum, Alexandrum Thomasium Senen. Notarium, & Secretarium, ac Vincentiũ Renrium Florentinum Cõputatorem dicti Montis Religionis quoad ipsi vixerint cum omnibus, & quibuscunque priuilegijs, honoribus, oneribus, & emolumentis debitis, & cõsuetis, constituimus, & ordinamus.

Præsidentis, Depositarij, Secretarij, & computatoris officium.

Ad hoc vt ipsi, Bartholomæus videlicet, ac futurus omnis Thesaurarius, & Præsidens nostro, & Cameræ prædictæ nomine, omnia loca prædicta vendere, & precia recipere, & præterea ipse, vel eo absente Clericorum dictę Cameræ antiquissimus, qui præsens fuerit ipsorum locorum resignationes, & cessiones coram dicto Secretario, & alias in forma solita admittere, & illa siue per resignationem, siue per obitum, aut alijs quibusuis modis, & ex quorumcunque personis pro tẽpore vacantia alij, vel alijs concedere eumque, vel eos in cedentium, vel decedentium, aut alias loca ipsa dimittentium locum, & ius substituere, & surrogare, ac aliorum Portionariorum numero, & consortio ascribere, ipsisq; de fructibus, & emolumentis locorum huiusmodi integrè responderi facere literas super his necessarias nomine suo sub dicti Collegij sigillo conficere, & cætera omnia ad hæc necessaria, & opportuna exequi,

Thesaurarij facultates.

Hieronymus vero Ceulus depositarius subsidium prædictum triginta duorum millium scutorum auri i auro ad se recipere, ac fructus, & omnia portionum, & locorum prædictorum temporibus præscriptis adhibita etiam dicti Vincentij computatoris opera persoluere,

Depositarij, & computatoris officium.

& Alexander Secretarius expediendarum huiusmodi literarum curam habere illisque subscribere sigillum Collegij custodire in surrogationibus hæredum, & successorum priusquam ipsi ad loca suorum admittantur legitimas de morte, & quod veri hæredes sint, & alias requisitas probationes petere, & recognoscere, Inuentarium literarum, librorum, auctoritatum, & instrumentorum omnium dicti Montis præsentium, & futurorum conficere, & fideliter asseruare, ac in primitiuis locorum omnium prædictorum cõcessionibus, pro singulis locis iulios duos dumtaxat, deinceps vero in perpetuum quinque capere possit, nihilque vltra siue pro eisdẽ, siue pro sigillo registratura, siue alia causa ratione totalis huiusmodi expeditionis, & admissionis à quoquam exigatur.

Secretarij officium.

In cæteris vero horum quisque pro se facere, & exequi in prædictis valeat, quemadmodum in alijs huiusmodi Montibus, & Collegijs consueuit, & ab eis obseruatur. Non obstantibus præmissis & fœlicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. de vna, & in Cõcilio generali edita de duabus dietis, necnõ Symmachi, Alexandri VI. Pauli II. Pauli IIII. aliorumque Romanorum Pontificum, & nostris de rebus Ecclesiæ, & huius sedis, ac Cameræ non alienandis alijsque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & in Concilijs generalibus editis prædicta fieri specialiter, & expresse prohibentibus, & facta irrita decernentibus, necnon Cameræ Congregationum, ordinum, Monasteriorum, Conuentuum, Mõtium, Collegiorum, Hospitalium, & locorũ prædictorum iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus vsibus, & naturis, priuilegijs quoque indultis exemptionibus, & literis Apostolicis eisdem Cam. Cõgregationibus, Monasterijs, Conuentibus, ordinibus, Hospitalibus, Montibus, Collegijs, & locis per quoscunq; Rom. Põt.

Clausula derogatoria.

præ-

prædecessores nostros ac nos,& sedem Apostolicam etiam per viam generalis legis,& statuti perpetui ac initi, & stipulati contractus seu quasi,& alias sub quibuscunque tenoribus & formis,ac cum quibusuis reuocatiuis derogatoriarũ derogatorijs alijsq; fortioribus efficacioribus,& insolitis clausulis necnon irritantibus & alijs decretis etiam motu proprio,& ex certa scientia deque consilio,assensu & potestatis plenitudine similibus, ac pro conseruatione status,dignitatis & existimationis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ac dictarum Religionum,etiam consideratione intuitu contemplatione,vel ad instantiam Imperatoris,Regum,Ducum,& aliorum Principum quandocunque & quotiescunque concessis,confirmatis & etiã iteratis vicibus innouatis,extensis,& moderatis supraque hominum memoriam continue,& pacifice obseruatis etiam disponentibus quod similes vel dissimiles impositiones perpetue vel tẽporales nullatenus aut iustis causis,in Capitulis generalibus propositis discussis,& verificatis & concordibus suffragijs admitti, necnon vnanimi patrum omniũ consensu & alias certis modis & formis seruatis fieri possint,& si alias fiãt impositiones huiusmodi,& literæ desuper confectæ ac omnia inde secuta nullius prorsus sint roboris vel momenti,quodque statutis,stabilimentis,vsibus,naturis,priuilegijs,indultis, & alijs supradictis in aliquo quantumcunque modico nequeat derogari, & si illis quocunque modo derogetur,derogationes huiusmodi,& quæcunque illarũ prætextu fient viribus prorsus & effectu carere censeantur ac Congregationes superiores,Abbates & alij supradicti mandatis & literis Apostolicis sub quibusuis verborum formis conceptis parere,quodque eisdem vel aliquibus alijs communiter vel diuisim a prædicta sit sede indultum,vel deinceps indulgeri contingat quod ad præstationem vel solutionem aliquam minime teneantur, nec ad id vllatenus compelli aut quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam,& ad verbum de indultis huiusmodi mentionem,& quibuslibet alijs priuilegijs,Indulgentijs & literis Apostolicis generalibus & specialibus cuiuscunque tenoris existãt per quæ præsentibus non expressa, aut omnino non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri,& de quibus quorumque totis tenoribus ad verbum habenda sit in nostris literis mẽtio specialis,quæ omnia,& alia quæcunque effectum prædictam impedientia vel impedire valentia omnino tollimus, & abrogamus,cæterisque contrarijs quibuscunque. Quia vero præsentes non poterunt ab illis omnibus quibus ipsis opus erit haberi, Volumus vt earum exemplis etiam impressis secretarij prædicti vel alterius publici Notarij manu et ipsius montis Religionis seu Camerarij aut alterius in dignitate Ecclesiastica constituti eiusue curiæ sigillo obsignatis eadẽ illa prorsus fides in iudicio & extra illud vbique locorũ adhibeatur,quæ adhiberetur eisdẽ præsentibus si forent exhibitæ vel ostẽsæ. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginã nostræ indictionis,impositionis,erectionis,institutionis,applicationis, appropriationis,cõcessionum,assignationis,translationis, positionis,substitutionis,surrogationis,obligationis, statuti,decretorum,constitutionis,ordinis,sublationis,obsignationis,& voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Clausula derogatoria.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo primo, duodecimo Kal. Iunij, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Locus Signi.

Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.

† Ego Christ.Mad.Cardin.Episcop.Portuen.
† Ego Otho Truchses Card.Epis.Prænestin.Augustanus.
† Ego A.Card.Farne.Episc.Tuscul.Vicecan.

† Ego Io.Card.Politianus Episc.Albanen.

† S.Cardinalis Pisarum.
† Ego I. Card.Sabellus.
† Ego Io.Ant.Cardin.S.Georgij.
† Aloy.Cor.Card.Camerarius.
† Stan.Card.Varmien.
† F.Card.Pacieccus.
† M.Ant.Card.Amulius.
† Ego Hier.Card.de Corrigio.
† Frater Hieronymus Card.de Claraualle.
† Io.Paulus Card.ab Ecclesia.
† Ego M.Ant.Card. Maffæus.

† Ego Iul.Ant.Card.S.Seuerinæ.
† P.Card Cæsius.
† C.Card.Rambulliettus.
† F.A.Card.Theanen.
† Ego F.Felix Cardin. de Monte Alto.

† Ego.I.Fran.Card. de Gambara.
† M.Siticus Card.Altaemps.
† Ego A. Card Gesualdus.
† Ego N.Car.de Sermoneta.
† Ego Hip.Card.Ferrariensis.
† Ego In.Aualus Card.Arag.

† Ego Ptol.Card.Comensis.
† P.Cardinalis de Sancta Cruce.
† Hu.Boncompagnus Card.S.Sixti.
† Ego Fla.Cardinalis Vrsinus.

† Ego Benedictus Card.Lomellinus.
† Gu.Cardinalis Sirletus.
† Fra.M.B.Card.Alexandrinus.
† Ego P.Card.Placentin.
† Ego F.Vincentius Card.Iustinianus.
† Ego Hier.Card.Rusticuccius.
† Ego Io.Hier.Card.Albanus.
† Ego Hier.Card.Simoncellus.
† Ferd.Card.de Medicis.
† Iul.Card.de Aquauiua.

Cæ.Glorierius.
A. de Alexijs.

CXXXI.

De electione, & officio Ministri generalis, & aliorum Superiorum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Obseruantia.

De materia habes in Concilio Triden. sessio.25. cap.6 de Regul. & Monial. & notaui concor. infra in Grego.13.constitutio.35.

Ex benigna.

PIVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

PASTORALIS officij nobis diuinitus iniuncti assidua sollicitudo nos admonet, vt omni cura ac vigilantia ad ea semper intendamus, per quæ omnes personæ regulares sub suaui Religionis iugo altissimo famulantes, in regularium, ac salutarium institutorum obseruatione non modo conseruentur, sed ad alia obseruanda modis & rationibus congruentibus admoneantur & impellantur. Considerantes autem quam vberes fructus. Ordo Fratrum Minorum Sancti Francisci de Obseruantia, qui in humilitate & patientia potissimum fundatus existit, hactenus in agro Domini attulerit, & in dies magis cooperante eo, a quo bona cuncta procedunt, afferre non cesset, nonnulla ordinanda, & a fratribus prædictis obseruanda censuimus, per quæ Deo omnipotente authore, dictus Ordo per nostræ prouidentiæ ministerium, felicia in Domino suscipere possit incrementa. Motu igitur proprio non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa sciẽtia maturaque deliberatione nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine hac nostra perpetuo valitura sanctione statuimus, & ordinamus:

Qui & quomodo eligi possint in Superiores huius ordinis.

Quod illi Fratres eiusdem Ordinis posthac in generalem Ministrum, & reliquos superiores solum eligantur qui regulam ipsius beati patris Seraphici bene obseruate, & qui in choro, victu & vestitu, quantum officij necessitas concesserit, cum alijs se conformare soleant ac debeant, super quo Barchinonenses cõstitutiones harum serie innouamus, omnesque tam superiorum quorumcunque, quàm diffinitorum Custodum & Discretorum electiones, per vota secreta fiant, iuxta sacri Concilij Tridentini decreta, aliter electiones factæ pro tempore nullæ, & penitus irritæ fiãt, & inanes, electique pœnas in dictis decretis contentas incurrant, eo ipso.

Minister & Commissarius, siue Procurator generales non habeãt vocem in Capit. in quo absoluuntur.

Quodque Minister generalis, Commissarius, seu Procurator generales, & prouinciales, in eo capitulo quo absolui debent, diffinitores non sint, neq; vocem habeant, sed facta successoris electione discedant, vt si quis eos accusare velit, libere agat.

Ministrorũ Prouincialium electio fiat per vota secreta.

Quod prouincialium Ministrorum electio libere per vota secreta, vt supra, fiat, ita vt Commissarius generalis vel qui electioni præsederit, si formam prædictã transgredi, seu electores quo minus libere eligant, quouis modo impedire conuictus fuerit, officio priuatus existat.

Subornantes in electionibus has pœnas incurrũt.

Qui vero in electionibus omnibus vel ante eas per sex menses pro se vel pro alio subornauerit, excõmunicationis sententiam ipso facto incurrat, a qua nisi a Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo absolui non possit, ac voce actiua & passiua perpetuo careat, subornatus, vel alius, etiam pro quo subornatio fiet, qui subornantem non detulerit, eandem pœnam incurrere censeatur.

Fauoresque extra Religionem procurantes, coercentur, vt hic.

Qui autem ad officium obtinendum quorumuis fauorem extra Religionem procurauerit, vltra prædictas pœnas per mensem carceri mancipetur.

Ministri, Cõmissarij, & Procuratoris generaliũ, & Ministri Prouincialis officiũ quanto tempore duret.

Quod officium generalis Ministri octo annos duret, Commissarij, & Procuratores generalis, ac Prouinciales quatuor, ipsique semel officio functi, ad idem eligi non possint, nisi post sexdecim annos, nec Minister generalis in Conmmissarium vel Procuratorem generales, nec Commissarius generalis in Ministrum, seu Procuratorem generales, nec Procurator generalis in Ministrum vel Commissarium generales nisi post dictos sexdecim annos vt munus sibi iniunctũ cũ maiori fructu exercere valeãt; Possit tamẽ Minister prouincialis in alia prouincia prouincialis esse. Et capitulũ quod dicitur inter mediũ, post quatuor annos ab electione Generalis celebrari debeat.

Discretorum officium, & precedẽtia.

Quod generalis Minister habeat duos Discretos secum vnum ex qualibet familia, quorum consilio vti debeat in grauioribus, sintque immediate subditi Ministro generali, ac in generali & prouincialibus Capitulis habeat vocem, & præcedant omnes alios tam in loco quàm in voce, nisi illos dumtaxat qui Ministri generalis munua obierint. Vnaquæque autem familia suũ eligat post electionem Ministri generalis, & diffinitorum. Si moriantur aut occupentur a nobis seu Romano Pontifice pro tempore existente occupatione longa, arbitrio Ministri generalis, vel ab ipso Ministro generali legitime priuentur: aliũ seu alios eligat Minister generalis præcedente voto Prouincialium eiusdem familiæ, eorumque officiũ cum ipso Ministro generali expiret, tametsi in capitulis generalibus officio Discretorum huiusmodi functi vocem habere possint.

Secretariorũ officium.

Quod generalis Minister duos Secretarios habeat, alterũ videlicet ex altera familia, quo cum negotia cuiuslibet familiæ expediat, eisque arbitrio suo vti possit.

Theologiæ lectores quando habeant vocem in Capit. Prou. Officiales seruent paupertatem.

Quod sacræ Theologiæ lector qui quatuor cursus absoluerit, actiua & passiua voce vtatur in prouinciali capitulo.

Quod Magister generalis, Cõmissarius, Prouinciales, & alij Visitatores, & domi & foris ita parce, & modeste in expensis se gerant, vt sanctæ paupertatis memores tã Cõuentus releuare, quàm proximos ædificare procurẽt.

Qui tamen hoc non seruabit, si Generalis fuerit, a Diffinitoribus Capituli generalis, reliqui a Superioribus condigne puniantur.

Nouitiorum recipiendorum forma.

Postremo quod in Nouitijs recipiendis fiat inquisitio de moribus & vita eorum iuxta regulã eiusdem beati Frãcisci quæ ait, Diligenter examinent eos de fide catholica, & de ecclesiasticis sacramẽtis, &c. Et fiat inquisitio de progenitorum suorum defectu: volentes quod ijs, qui ex Maumethanorum, vel Iudæorum genere descẽdunt, cum post susceptum ab eis sacrum baptisma, Græci & Iudæi distinctio esse non debeat, nullatenus defectus generis huiusmodi quo minus in Ordinem prædictũ recipiantur, & ad consequendas in dicto Ordine dignitates, gradus & officia religionis, vel cuipiam alteri nocere possit, vel debeat; Et quo ad descendentes ex hære-

ticis

ticis videlicet conuersis pariter minime circa præmissa quicquam obstet. Quoad vero illos qui ex hæreticis damnatis & non conuersis, vel quorum statuæ combustæ fuerunt, originem ducunt, per lineam paternam vsque ad secundam generationem, per lineam autem maternam vsque ad primam tantum in præmissis obesse decernimus, & idem seruetur in fratribus, qui ad sacros etiam presbyteratus ordines admittuntur.

Clausulę derogat.

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & quibusuis dicti ordinis, statutis, & consuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis ordini & superioribus huiusmodi per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam nos, & Sedem Apostolicam etiam motu, sciẽtia, ac potestatis plenitudine similibus, ac cũ quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque fortioribus, & efficacioribus, & insolitis clausulis, irritãtibusque, & alijs decretis in genere, vel in specie quomodolibet cõcessis, confirmatis, & sæpius innouatis, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum mentio habenda foret, eorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo primo, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Cæ. Glorierius.

Publicatio in generali Congregatione.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingẽtesimo septuagesimoprimo, Indictione decimatertia, Die vero vltima Mensis Maij, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quinti Anno Sexto, Retroscriptæ literæ Apostolicæ lectæ, & publicatæ fuerũt in generali retroscriptorum fratrum Minorum de obseruantia videlicet ministrorum generalis & prouincialium, ac vocalium congregatione habita in conuentu Sanctæ Mariæ de Aracæli de Vrbe, per me Robertum Fontanum Archiuij Curs. scriptorem Clericum Mutinen. præsentibus Illustrissimo & Reuerendissimo D. Alexandro Card. Cribello Viceprotectore, & R. P. D. Hieronymo Albornoz electo Tucumanen. Episcopo testibus, &c. In quorum fidem hic me subscripsi.

Robertus Fontanus Archiuij Roma. Curs. scriptor.

CXXXII.

Declaratio, quod Præpositi extincti Ordinis Fratrum Humiliatorum, vestimentis denominatione, & præeminentijs Præpositalibus vti nequeant, & locationes de bonis ipsius Ordinis factæ, tempore dictæ extinctionis, annullatæ fuerunt, & nullæ sunt.

Extinctio nem huius Ordinis habes supra in constitu. 122. Quemadmodum fol. 1106.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

CVM, sicut accepimus, postquam nos olim Ordinem Fratrum Humiliatorum extinximus, & aboleuimus, ac præposituras, cæteraque beneficia eiusdem, sæcularia effecta, ac nostræ, & Sedis Apostolicæ liberæ dispositioni reseruata partim S. R. E. Cardinalibus, & alijs personis commendauimus, & contulimus respectiue, partim monasterijs, domibus, ac alijs Ecclesijs, seu locis pijs perpetuo vniuimus & applicauimus, aliasque & alia fecimus, & disposuimus, prout in nostris superinde respectiue confectis literis plenius continetur, tam olim generalis, quàm cæteri Præpositi dicti olim ordinis biretum quadrangulare, cæteraque præpositalia insignia, & ornamenta perferre, ac denominatione alijsque præeminentijs præpositalibus vti, perindeque alias forsan sese gerere, ac si adhuc præpositi essent, cum amplius non sint, non erubescãt, iique seu eorum aliqui quibus dicti olim generales, vel alij præpositi etiam cum consensu, & interuentu Capituli etiam generalis, seu ipsius olim Protectoris subdelegati, seu subdelegati, & tam simul, quàm diuisim, etiam vigore facultatis, seu facultatum eis, vel eorum alicui per nos alias ante præfati olim Ordinis suppressionem cõcessarum, præposituras eiusmodi, seu earum, aut alicuius earum bona, & iura in toto vel parte ad nouennium vel aliud tempus adhuc non finitum locarunt, tenutam & possessionem corporalem bonorum eis, & cuilibet eorum vt prætendunt locatorum, nouis nostris cõmendatarijs, & præpositis seu prouisis, & beneficiatis huiusmodi respectiue vacuam dimittere, & expeditam recusarint, prætendentes quod commendatarij vel prouisi nostri huiusmodi locationibus per dictos olim præpositos administratores protectorem ac generalem, vel deputatos eis ante extinctionem, &c. per nos facta eiusmodi, ac virtute nostrarum literarum factis seu approbatis & ratificatis, stare teneantur, ex his præsertim videlicet, quod locationes eis vt prætendunt factæ, nomine ecclesiæ, & successorum, & cum expressa etiam bonorum hipotheca, constituto possessorio, & iuramento, & a tunc generali dicti olim Ordinis etiam cum consensu Capituli etiam forsan generalis, vel ab ipso tunc Ordinis Protectore simul cum Generali vel diuisim etiam vigore facultatis, seu facultatũ per nos & literas nostras concessarum, vel alias, seu ab alijs etiam eiusdem olim Protectoris vel aliorum delegatis, seu subdelegatis aut deputatis vel sub deputatis factæ, & ab ipso olim generali seu Protectore etiã vigore literarum nostrarum, etiam in generali vel alio capitulo ratificatæ, approbatæ, & confirmatæ fuerint: Vnde etiam nonnullæ lites, causæ, differentiæ, & controuersiæ coram ordinatijs vel delegatis seu alijs etiam secularibus Iudicibus, per & inter præfatos nostros commendatarios & prouisos seu aliquos ex eis ex vna, ac dictos prætensos, colonos, seu conductores ex altera respectiue, & tam in curia, quàm extra eam in partibus orta sunt, seu ne oriantur, dubitatur, ac præfatis nostris Commendatarijs, & vt præmittitur prouisis non modica damna euentura sunt. Nos igitur volentes, quod extinctio, & abolitio dicti olim Ordinis, ac Præpositorum priuatio, aliaque per nos facta eiusmodi ad quæ ex vrgentissimis sane causis deuenire coacti sumus, suum debitum & plenarium sortiantur effectum, Motu proprio, ex certaque scientia nostris, & de Apostolicæ potestatis plenitudine omnibus, & singulis alias & dictis olim Ordinis Præpositis in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis latæ sententiæ, quã ex

Has literas habes supra nu. 37. fol. 979. & 122. & seq. fol. 1106.

Causa huius constit.

nunc

nunc prout ex tunc, & econtra cum primum de præsenti nostro motu proprio notitiam quomodolibet habuerint, in omnes & singulos inobedientes, & rebelles proferimus in his scriptis, a qua olli per nos vel successores nostros canonice intrantes præterquam in mortis articulo absolui posse nolumus, alijsque etiam carceris, & alijs corporalibus, ac arbitrio nostro imponendis pœnis, districte percipiendo mandamus, ne bireto quadrangulari, alijsue vestimentis, ornamentis, & præeminentijs, ac insignibus vel denominatione præpositalibus quomodolibet vti audeant, vel præsumant vel eorum aliquis audeat vel præsumat, sed eo habitu vtantur in eoque incedant, quo fratres simplices & priuati, ac nulla prælatura dignitate vel præeminentia fungentes in ipso olim ordine dum adhuc vigeret vtebantur, ac vti soliti erant, & debebant. Considerantesque præterea quod extinctione, abolitione, priuatione, ac bonorum ad secularitatem reductione & reseruatione nostris præfatis stantibus, stare non debent locationes a dicti olim Ordinis ministris, & personis de bonis, vt de bonis ipsius olim Ordinis seu ipsius membrorum factæ, a iureque non dissonare quod successor non teneatur stare colono, & is præsertim qui successit per extinctionem seu priuationem iuris locatoris, ac æquum quoque esse quod extincto, & abolito Ordine noua sint omnia, Scientesque nostræ intentionis nunquam fuisse quod nec etiam vigore quarumcunque nostrarum literarum Dilecto filio nostro Carolo Cardinali Borrhomæo nuncupato dicti olim Ordinis Protectori, ac alij vel alijs directarum, minusque vigore cuiusuis facultatis per eas eidem vel eisdem concessæ, bona præpositurarum, & beneficiorum dicti olim Ordinis vel alicuius eorum, præsertim ad nouennium, vel ad aliud breuius & breuissimum tempus locarentur, & ita saltem vt suppresso & extincto ipso olim Ordine ipsæ quoque non extinctæ intelligerentur, alijsque iustis rationibus & causis animum nostrum mouentibus, in præmissis opportune prouidere, ac ambiguitates omnes de medio tollere volentes, singularum literarum, locationum, & earum ac ipsarum approbationum, & ratificationum, aliorumque instrumentorum, scripturarumque & actorum omnium superinde confectorum huiusmodi, ac quorumcunque, propterea gestorum tenores, &c pro expressis habentes, Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, omnes & singulas lites, causas, quæstiones, controuersias, & differentias huiusmodi, eas & earum singulas harum serie ad nos aduocantes, quæcunque & vbicunque sint, ac in quacunque etiam instantia vertantur, quarumque status, & merita, ac nomina, & cognomina iudicum, & collitigantium præsentibus haberi volumus pro expressis, necnon & inde secuta quæcunque penitus extinguimus, omnibusque & singulis conductoribus seu fictualibus colonis, massarijs, vel alias nuncupatis eiusmodi perpetuum silentium imponimus. Declarantes omnes & singulas locationes per dictos olim Præpositos vel alios dicti extincti Ordinis ministros aut officiales, etiam Protectorem, ac Generalem & alios, ac tam simul quàm diuisim, etiam vigore literarum nostrarum, de quibuscunque bonis dictarum præpositurarum vel alicuius earum vel eorum parte, ad nouennium præsertim, ac ad aliud quantumcunque tempus factas, tempore extinctionis, abolitionis, ac priuationis præfatarum pariter & ipsas, præsertim in intentione nostra, extinctas, & abolitas fuisse & esse, ac pro extinctis & abolitis censeri debuisse, & debere, eisque aut alicui earum commendatarios, & prouisos nostros præfatos stare obligatos non fuisse, nec esse, quinimo alijs, quibus eis libuit aut libuerit, locare potuisse, & posse. Quocirca motu simili, &c. mandamus locorum Ordinarijs, seu eorum in spiritualibus Vicarijs generalibus, ac Dilecto filio nostro curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, & eorum cuilibet, quatenus præmissa nostra mandatum, extinctionem, perpetui silentij impositionem, & etiam mentis & intentionis, seu literarum nostrarum declarationem omnibus iuris & facti remedijs opportunis exequantur, & obseruent, ac etiam sub sententijs, censuris, & pœnis ecclesiasticis, etiam pecuniarijs eorum arbitrio, ac toties quoties opus fuerit imponendis, moderandis, & applicandis, ab omnibus exequi & firmiter obseruari faciant. dictosque Fratres olim Præpositos præfati extincti Ordinis Humiliatorum etiam in præposituris commendatis ac in locis omnino exemptis degentes omnia & singula insignia præpositalia omnino dimittere, etiam per eorum incarcerationem, & alia eis et eorum cuilibet opportuniora remedia, auctoritate nostra cogant & compellant, Contradictores, &c. quacunque & quauis appellatione, &c. remota & penitus reiecta, etiam per censuras & vt supra, compescendo. Inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Decernentes præsentem nostrum motum proprium ac in eo contenta, literasque superinde si videbitur conficiendas nullo vnquam tempore ratione vel causa de subreptionis vel obreptionis, &c. posse: Sicque per quoscunque iudices, &c. sublata, &c. iudicari & diffiniri debere. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, etiam de bonis ad modicum tempus locandis, vel alias contra præmissa disponentibus, cæterisque in contrarium quomodolibet facientibus quibuscunque cum alijs omnibus, & singulis clausulis opportunis.

Præpositi extincti ordinis Humiliatorum, bireto quadrangulari, denominationeque & alijs præeminentijs præpositalib. de cætero non vtantur.

Locationes per eosdem Præpositos, vel alios eiusdem ordinis Ministros, & Generalem, & Procuratorem factæ de bonis ipsarū Præpositurarū nullæ fuerunt a tempore dictæ extinctionis.

Executorum deputatio, & facultates.

Decretum irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

Fiat Motu proprio M.

Et cum absolutione a censuris ad effectum, &c. Et quod præmissorum omnium & singulorum etiam S. R. E. Cardinalium, aut aliorum commendatariorum, & prouisorum, etiam domorum, conuentuum, monasteriorum, vel aliorum locorum, collegiorum, & vniuersitatum, ac eorum & cuiuslibet ipsorum præpositurarum, beneficiorum & locorum, bonorumque & rerum nomina, & cognomina, tituli, denominationes, nuncupationes, situationes, & confinia, singularum literarum, instrumentorum, locationum, aliorumque quorumcunque documentorum & scripturarum desuper confectarum, ac processus, seu processuum, sententiæque vel sententiarum desuper factæ & forsan secutæ tenores, ac litium & causarum, &c. huiusmodi status & merita nominaque & cognomina iudicum & collitigantium, seu contrauertentium, cæteraque ac omnia & singula de necessitate forsan ac plenius narranda & specificanda habeantur pro expressis & specificatis, seu exprimi, & specificari, & de verbo ad verbum inseri possint. Et de auocatione, extinctione, silentij perpetui impositione, voluntate, declaratione, mandato, sententijs, censuris, decretis, derogatione, alijsque præmissis quæ hic, & ad partem pro repetitis habeantur. Et quod præsentis nostri motus proprij sola signatura sufficiat & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, regula quæcunque contraria non obstante. Et quia satis incommodo esset, quod commendatarij, & prouisi nostri huiusmodi alijque ad quos spectat, sumptum huius nostri motus proprij quisque suũ expediri facere deberent, cum decreto, quod præsentis nostri motus proprij exemplis etiam impressis, & cuiuscunque prælati manu, ac sigillo obsignatis, & per quemlibet notarium subscriptis eadem vbique locorum fides

Clausularum repetitio.

Sola signatura sufficiat.

fides in iudicio & extra adhibeatur, quam præsenti nostro motu proprio adhiberi volumus si ipsius signatura nostra ostenderetur & exiberetur. Fiat M.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, decimosexto Cal. Iulij, Anno Sexto.

CXXXIII.

Confraternitates Sanctißimi Nominis Dei, siue Iuramentorum institui debent in Ecclesijs Ordinis Fratrum Prædicatorum tantum, si ibi existant, sin autem, possunt erigi in alijs Ecclesijs, cum licentia Prioris eiusdem Ordinis.

Hæc constit. confirmatur infra per Grego. 13. in constit. 79. Alias per felicis, vbi vide etiam de Indulgentijs istarum Confraternitatum.

PIUS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

DECET Romanum Pontificem æqui, & boni supremum assertorem, ita cuncta prouido suo iudicio discutere, vt & scandalis quibuslibet obuietur, & ea quæ in diuini nominis gloriam sunt stabilita, votiuum suscipiant incrementum, Accepimus sane nuper, quod Societas nominis Dei, siue iuramentorum originem, & ortum habuerit ab Ordine Prædicatorum, eo quod ab eiusdem Ordinis professoribus fuerit instituta & aucta, necnon interuentu dilectorum filiorum Fratrum dicti Ordinis multæ Indulgentiæ, aliaque priuilegia, & fauores dictæ Societati ab Apostolica Sede fuerunt concessa, tamen multi Clerici, & Parochi in suis Ecclesijs dictam Societatem erigere student, ita vt aliquando sint plures in eadem Ciuitate Societates, seu Confraternitates dictæ inuocationis Nominis Dei, seu Iuramentorum, in diminutionem obseruantiæ, & deuotionis, quæ ex frequentia conuenientium oriri solet, & non sine aliqua confusione, quæ ob præfatam causam in die Circuncisionis Domini, quando festum prædictæ Societatis, seu Confraternitatis celebrari debet, accedere consueuit. Nos in præmissis pro nostri Pastoralis officij debito opportune prouidere volentes, Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione, & certa scientia nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, Quod in Ciuitatibus, oppidis, & locis totius orbis Christiani, in quibus fuerint Ecclesiæ Ordinis Prædicatorum, ibi tantum, vel in huiusmodi Ciuitatibus, oppidis, & locis, & in dictis Ecclesijs Prædicatorum dūtaxat, dicta Societas, seu Confraternitas huiusmodi instituantur in ciuitatibus oppidis, aut locis, in quibus non fuerit dicti Ordinis domus, aut in finitimis Ecclesijs absque licentia Prioris Prouincialis, seu Conuentualis dicti Ordinis, in cuius districtu sita fuerit Ecclesia in qua dicta Confraternitas, seu Societas est, vel erit erigenda. Quod si secus factum fuerit, Confratres taliter admissi dictæ Cofraternitatis, seu Societatis indulgentias non consequantur, nec fauoribus, aut priuilegijs gaudeant, quæ Confratribus legitime adscriptis per Sedem præfatam conceduntur, apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuo statuimus, & ordinamus, ac etiam districtius inhibemus, sicque volumus, & præcipimus. Et nihilominus dilectis filijs Conseruatoribus dicti Ordinis per præsentes Motu simili mandamus, vt contradictores, seu attentantes auctoritate nostra prohibeant, ac etiam per censuras ecclesias aliasque pœnas etiam pecuniarias, ac cætera iuris, & facti remedia opportuna, appellatione postposita compescant, & reprimant, super quibus illis facultatem, potestatem, & auctoritatem eisdem auctoritate, & tenore concedimus, & impartimur. Decernentes præsentes literas de surreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari, seu alias quomodolibet infringi, vel retractari nullatenus vnquam posse, sed eas semper validas, & efficaces existere, suosque plenarios effectus sortiri, & obtinere, necnon ab omnibus quos illæ concernunt inuiolabiliter perpetuo obseruari, Sicque in præmissis ab omnibus censeri, & ita per quoscunque Iudices, & Commissarios, etiam S. R. E. Cardinales, ac Palatij nostri Apostolici causarum Auditores, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter Iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere. Irritum quoque & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac fe. re. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo non vltra tres ad iudicium vigore præsentium non trahatur, & alijs apostolicis constitutionibus & ordinationibus, necnon dicti ordinis etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis apostolicis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, etiam motu, & scientia similibus etiam consistorialiter, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, indiuidua, & expressa mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata insererentur præsentibus, pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim a prædicta sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Cæterum quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca vbi necessarium fuerit deferre, volumus quod illarum transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ, Apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die vigesima prima Iunij, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Societates Nominis Dei institutæ fuerūt ab Ordine Fratrū Prædicatorum.

Ideo hic Pont. mandat huiusmodi Societates erigi in Ecclesijs eiusdem Ordinis tantū, si ibi existant, sin autem, etiā in alijs Ecclesijs cum licentia Prioris.

Cōfratresque aliter admissos Indulgētias nō cōsequi decernit.

Et contrauenientes corrigi mandat per Conseruatores eiusdem Ordinis.

Clausulæ præseruatiuæ.

Decretum irritans.

Clausula derogatoria.

B. Melchiorius.

B. de Castro.

DD Reductio

CXXXIIII.

Reductio ad terminos iuris constitutionum Apostolicarum super iure congrui editarum Extenditur etiam ad Inquilinos.

Hanc reductionem habes supra in const. 128. Ad hoc nos, fol. 1118. Et ibi notaui remissiue concord. Materiæ iuris congrui.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.
TANTA est præsentis sæculi deprauata malitia, vt dum vni inconuenienti nos occurrisse credimus, aliud statim de nouo insurgat. Vnde mirum nemini videri debet, si dum omnibus prospicere volumus, assidua mentis agitatione perstringimur. Hinc est quod nos qui dudum ex certis expressis causis, quarum ex præcipua erat, ne homines de rebus suis inuiti aliquid facere cogerentur, neue suo arbitratu vendenda distrahere possent, literas Sixti IV. Leonis X. & Pij IV. Roman. Pontifi. prædecessorum nostrorum, quæ disponebant, quod tunc, & pro tempore existentes Camerarius, & Magistri viarum Vrbis ad requisitionem Dominorum quarundam domorum, & aliarum bonorum tenerentur in certis expressis casibus compellere vicinos ad domos, & alia bona expressa vendendum pro pretio per peritos æstimando, quodque vicini vendere volentes non nisi vicinis emere volentibus vendere possent, quoad pendentes in quacunque instantia refectis expensis, illis qui sub prætextu dictarum literarum iustam huiusque habuissent causam litigandi, ad futuras vero causas, ac si nunquam emanassent, ad ius commune, & ad terminos, & viam iuris communis omnino reduximus, reuocauimusque, & annullauimus viribusque euacuauimus, prout in cedula Motus proprij manu nostra signata, cuius tenorem, &c. plenius continetur. Cum tamen nuper ad notitiam nostram deuenerit, alias in Camera Apostolica inter alia decretum fuisse, quod exinde in posterum nullæ venditiones de domibus alijs locatis per earundem domorum Dominos, siue illi Romani essent, siue curiales, etiam si pupilli, vel vigintiquinque annis iuniores, vel mulieres, laici, vel clerici, seu etiam Religiosi, seu alias quarumcunque Ecclesiarum Rectores, siue earundem domorum iure, quorumuis beneficiorum per eos obtentorum ius aut dominium habentes, etiam pro eorum quauis necessitate, vel causa, etiam si cum iuramento, & quauis etiam obligatione in ampliori forma Cameræ Apostolicæ, seu alias quibuscunque excogitari possent cautelis, & modis contractæ essent, valerent, seu alicuius roboris, vel momenti existerent, nisi primitus & ante omnia ijsdem domorum Domini earundem inquilinis per authentica instrumenta, & in præsentia Notarij publici, & testium fide dignorum bis, & cum interuallo decem dierum requisitis, si pro iustis conditionibus, & eisdem precijs, pactis, & conuentionibus easdem domos in eandem emptionem habere vellent, alias dictæ venditiones exinde nullius essent roboris vel momenti, ac alias prout in dicto decreto Camerali plenius dicitur cótineri. Quod si profecto remaneret, eadem incontinentia sequerentur, quæ ex dictis prædecessorum nostrorum literis orta fuerunt. Licetque non immerito censeri posset in dictarum literarum reuocatione etiam decretum Camerale præfatum saltem ex identitate rationis, ne quis de rebus suis disponere arbitrio suo prohibitus videatur, comprehensum fuisse & esse, vt tamen scrupulosis omnibus, quæ varia litium semina subministrare non cessant, cauillandi materiam succidamus, decreti præfati tenorem præsentibus pro plene & sufficienter expresso habentes, Motu simili, &c. declaramus atque decernimus, decretum præfatum sub eadem cedula nostra comprehensum fuisse, & comprehendi debere quoad liberas domorum venditiones earundem inquilinis irrequisitis per earum Dominos factas (dummodo super earum retractatione lis mota per inquilinos, & plenarie hucusque finita non fuerit) & in futurum contrahendas, perinde ac si de dicto decreto specialis, specifica, & expressa mentio facta fuisset. Et nihilominus pro præmissorum maiori cautela & firmitate omnia & singula, quæ in dicta cedula contra prædecessorum literas præfatas statuimus & ordinauimus & obseruari voluimus, eadem omnia cum omnibus & singulis clausulis & derogationibus in dicta nostra cedula contentis, ac si de verbo ad verbum hic expressa esset, quoad huiusmodi decretum & liberam vendendi facultatem inquilinis domorum non requisitis, statuimus & ordinamus, & obseruari volumus & mandamus. Sicque per quoscunque Iudices & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, &c. iudicari debere, irritum quoque, &c. decernimus. Non obstantibus dicto decreto Camerali huiusmodi etiam pluries confirmato, ac alijs præmissis, ac quatenus opus sit, nostra de non tollendo iure quæsito, etiam quibusuis alijs constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon iuramento, &c. roboratis, statutis, consuetudinibus, necnon legibus etiam municipalibus, priuilegijs quoque, &c. sub quibuscunque tenoribus, &c. concessis, &c. cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque, statum & merita causarum præsentibus pro plene & sufficienter expressis habentes.

Hic Pont. ad terminos iuris reduxit, constitutiones Sixti 4. Leon. X. & Pij 4. quarum vigore vicini tenebantur domos vicinis vendere in certis casibus, vt supra in const. 28. fol. 1118.

Aderat tamen decretum Cameræ Apost. quod inquilinis domorum vendendarum requisiti debebant.

Quod decretum videbatur restringebat dictam reuocationem huius Pont.

Ideo Pont. declarat, eius reuocationem tollere etiam dictum decretum Cameræ, & illam procedere etiam contra Inquilinos.

Decretum irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

Placet Motu proprio M.

Datum Romæ, Apud Sanctum Petrum, Quinto Nonas Iulij, Anno Sexto.

CCXXXV.

Regulares cuiuscunque Ordinis, etiam Mendicantes, Lectores, aut in Theologia graduati, non posint sæcularium confesiones audire, nisi fuerint ab Ordinarijs approbati.

Hoc idem habes in Concilio Tridentino, sesio. 23. cap. 15. De Reformatio. & Grego. 13. constitu. 15. In tanta, licet contrarium hic Pontifex statuisset supra in constitu. 38. Et si Mendicantium, fol. 982.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANI Pontificis prouidentia circumspecta nonnunquam gesta per eum rationabilibus & honestis suadentibus causis moderatur & commutat in melius, prout in domino conspicit salubriter expedire. Nuper siquidem quasdam declarationes & moderationes circa nonnulla Concilij Tridentini decreta regulares personas ordinum Mendicantium eorumque instituta concernentia edidimus & promulgauimus. Et quia vti accepimus illarum vigore sacerdotes regulares prædictorum Ordinum quandoque minus idonei, & inhabiles confesionibus sæcularium audiendis ab eorum superioribus præpositi absque aliqua Episcoporum, sed sola Magistri Ordinis Generalis, aut Prouincialium ministrorum approbatione admittuntur. Nos super his pro debito pastoralis officij prout tenemur salubriter prouidere volentes, tenore præsentium hac nostra constitutione perpetua sancimus, decernimus, & declaramus, decretum Concilij Tridentini de approbatione Regularium audiendis confesionibus sæcularium præpositorum ab Episcopis facienda obseruari debere, etiam in omnibus Regularibus, quorumuis Ordinum etiam Mendicantium, etiam sub regulari disciplina viuentibus, etiam si sint lectores, aut in Theologia etiam de superiorum suorum licentia, graduati, vel promoti vel a suis Magistris Generalibus, vel Prouincialibus, Ministris, sæcularium confesionibus audiendis ea positi. Volumus tamen eos qui semel ab Episcopo in ciuitate & diœcesibus suis præuio examine approbati fuerint, ab eodem Episcopo iterum non examinari. Ab Episcopo autem successore pro maiori conscientiæ suæ quiete examinari de nouo poterunt. Inhibentes quibuscunque Regularibus quorumuis Ordinum, etiam Mendicantium vt præfertur, ne vigore deputationis, & approbationis ab eisdem Magistris, & Ministris, prouincialibus, etiam quod illarum occasione ab Ordinarijs huc vsque tolerati fuerint, absque speciali in posterum licentia, & approbatione ab Ordinarijs obtinenda sæcularium confesiones audire præsumant, Decernentes irritum, & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac nostris literis prædictis, & alijs postea quibuscunque regularibus concesis, & forsan extensis, quas quo ad ea quæ præsentibus aduersantur & contrariantur, penitus, & omnino reuocamus, cassamus, & irritamus, necnon monasteriorum, & aliorum regularium locorum, ac ordinum quorumcunque, etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis apostolicis, etiam Mari magno, seu bulla aurea, aut alias nuncupatis, quibusuis monasterijs, & regularibus locis, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus & alijs decretis, etiam Motu proprio & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet concesis, ac etiam iteratis vicibus approbatis & innouatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expresa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expresio habēda, aut aliqua exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso & forma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expresis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque. Vt autem præsentes literæ ad omnium quorum interest notitiam deducantur, nec aliquis earum ignorantiam prætendere, aut contra eas se excusare valeat, dicta auctoritate statuimus & decernimus, vt ipsæmet literæ, vel earum transumptum in basilica Principis Apostolorum de Vrbe, sancti Ioannis Lateranensis, ac Cancellariæ apostolicæ valuis, ac in acie Campi Floræ per aliquos ex Cursoribus nostris publicentur, earum exemplo in singulis valuis & acie prædictis affixo & dimisso. Verum quia difficile foret præsentes literas ad singula quæq; loca in quibus de eis fides facienda erit, deferri, volumus & dicta auctoritate decernimus, quod earundem literarum transumptis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Prælati, seu personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio & extra illud, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ sanctionis, decreti, declarationis inhibitionis, reuocationis, cassationis, irritationis, statuti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo primo, octauo id. Augusti, Pontificatus nostri Anno Sexto.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

Hæc declaratio Concilij, habes supra in constit. 38. fol. 982.

Regulares non audiant confessiones sæcularium, nisi ab ordinarijs sint approbati.

Decretum irritans.

Clausulæ derogat.

Forma public. Quæ mox sequitur.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingētesimo septuagesimoprimo, Indictione decimaquarta, Die vero vigesimasecunda mensis Augusti, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quinti Anno eius Sexto, Retroscriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt in locis retroscriptis, per nos Ioannem Guerardum, & Alamanum de Alamanis Cursores.

Publicatio.

Philibertus Chapius Magister Cursorum.

.CXXXVI.

Reuocatio regressuum, accessuum, & coadiutoriarum quibuscunque ad beneficia Ecclesiastica concessarum.

Aliam reuocationem habes supra in Pauli Quarti, constit. 36. Ad Romani Pontificis auctoritatem. fol. 622.

Prohibitionem vero de cætero illos concedendi, extendendi, aut transferendi, habes in Conc. Triden. sess. 25. De Reformatione cap. 7.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANI Pontificis prouidentia circumspecta nonnunquam gesta per prædecessores suos rationabilibus & honestis suadentibus causis moderatur & reuocat, prout id Ecclesiarum indemnitati conspicit in domino expedire. Hinc est quod nos volentes omnem hæreditariam beneficiorum Ecclesiasticorum successionem de Ecclesia Dei tollere, ac libertati beneficiorum huiusmodi prouidere, & vt de persona magis vtili & idonea, prout requiritur, facilius prouidere valeat, Omnes & singulos regressus, accessus, & ingressus, etiam euentuales, aut pœnales, ac coadiutorias etiam de consensu, aut alias quomodolibet sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis efficacissimis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, clausulis irritantibus, & alijs decretis quomodolibet per quosuis Romanos Pontifices prædecessores nostros ad beneficia ecclesiastica, cum cura & sine cura, secularia, & quorumuis ordinum regularia, etiam si secularia, Canonicatus & præbendæ, dignitates, personatus, administrationes, vel officia in cathedralibus etiam Metropolitanis aut collegiatis ecclesijs, & dignitates ipsæ in cathedralibus etiam metropolitanis post pontificales maiores, seu collegiatis ecclesijs huiusmodi principales, Regularia vero beneficia huiusmodi, monasteria etiam consistorialia, prioratus, præpositura, dignitates etiam conuentuales, personatus, administrationes, vel officia etiam claustralia, ac hospitalia & præceptorias etiam hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitani, etiam quarumuis aliarum militiarũ quibusuis personis cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, etiam Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali dignitate, aut Cardinalatus honore pollentibus concessos, super quibus literæ apostolicæ integraliter actenus expeditæ non fuerunt, etiam si in Plumbaria nostra aut penes Summatorem nostrum reperiantur, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine auctoritate Apostolica tenore præsentium reuocamus, cassamus, & abolemus. Mandantes dilectis filijs nostris Vicecancellario, & dicto Summatori, cæterisque officialibus tam Cancellariæ Apostolicæ, quàm Cameræ nostræ ad quos spectat, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ pœna, ne in futurum super dictis gratijs regressus, accessus, & ingressus, necnon coadiutoriarum literas expediant aut relaxent. Decernentes ex nunc irritum & inane quicquid illorum prætextu contra præmissa scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac etiam nostra de non tollendo iure quæsito regula, cæterisque cõtrarijs quibuscunque. Vt autem præsentes literæ ad omnium, quorum interest, notitiam deducantur, nec aliquis earum ignorantiam prætendere, aut contra eas se excusare valeat, dicta auctoritate statuimus & decernimus vt ipsæmet literæ vel earum transumptum in Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, sancti Ioannis Lateranen. ac Cancellariæ Apostolicæ valuis, ac acie Campi Floræ per aliquem ex cursoribus nostris publicentur earum exemplo in singulis valuis, & acie prædictis affixo & dimisso. Verum quia difficile foret præsentes literas, ad singula quæque loca, in quibus de eis fides facienda erit, deferri volumus, & dicta auctoritate decernimus quod earundem literarum transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius prælati seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio, & extra illud quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, cassationis, abolitionis, mandati, decreti, statuti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Reuocatio regressuum, & coadiutoriarum ad beneficia concessarum, super quibus literæ Apostol. integral. ter expeditæ nõ fuerunt.

Cancellariæ, & Cameræ Apost. officiales, literas desuper non expediant.

Decretum irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

Forma publicationis huius constit. Quam habes hic in fine.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo primo, pridie Id. Septembris, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

A. Dat. — Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Publicatio.

Anno a Natiuitate Domini nostri Iesu Christi millesimo quingentesimo septuagesimo primo, indictione decimaquarta, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri, Domini Pij Papæ Quinti Anno Sexto, die vero mercurij decimanona mensis Septembris, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, sancti Ioannis Lateranensis, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, dimissis, illarum copijs in supradictis locis affixis per nos Ioannem de Soya, & Petrum Sprengerium Sanctissimi Domini nostri Papæ Cursores.

Antonius Clerici pro domino Magistro Cursorum.

Condemnati

CXXXVII.

Condemnati in contumaciam, sponte infra annum comparentes tantum, ad faciendas defensiones admittantur, & sententiæ contra, interim captos latæ executioni demandentur.

PIVS Papa V. Motuproprio, &c.

DVDVM postquam fœ. rec. Pius Papa IIII. prædecessor noster, cupiens subterfugijs delinquentium obuiare, per quasdam suas in forma Motusproprii æditas literas, sub dat. Romæ apud Sanctum Petrum, duodecimo Kal. Iunij, Anno sexto, inter alia statuisset, quod rei in contumaciam condemnati ad suas defensiones faciendas admitti non possint, nisi infra sex menses, quoad faciendas, videlicet à die condemnationis, quo vero ad iam factas condemnationes à die publicationis earundem literarum computandos, per alias nostras, etiam in forma Motusproprij emanatas literas, die vigesima mensis Iunij, Pontificatus nostri anno primo publicatas, terminum sex mensium huiusmodi ad annum prorogauimus, ac contumacibus huiusmodi defensiones non nisi post anni elapsi terminum denegari debere decreuimus. Cumque, sicut accepimus, à nonnullis ordinationem, & dispositionem huiusmodi, nostramque, & dicti prædecessoris in illis edendis intentionem varijs calumnijs eludere, & super earum sinistris interpretationibus agentes pro Fisco, & Camera Apostolica fatigare, & causas in longum protrahere, & illas intricare, sententiarumque executionem euitare satagentibus, sæpe in dubium verti contingat (licet ex verborum proprietate res clara sit) an scilicet tam sponte comparentes, de quibus loquitur Motusproprius præfati prædecessoris, quam etiam capti intra dictum tempus, indistinctè admitti debeant ad faciendum suas defensiones, maximè stantibus in eodem nostro Motuproprio appositis supra relatis verbis videlicet. *Ac contumacibus huiusmodi defensiones non nisi post anni elapsi terminum denegari debere*, quæ indiffinite prolata sunt, & videntur posse comprehendere, tam sponte comparentes, quam captos nihilominus considerantes, quod verba ipsa nihil aliud disponunt quam prorogationem termini, his quibus ex forma Motusproprij prædicti prædecessoris denegari nõ poterat.

Pius 4. statuit cõdemnatos in cõtumaciam infra sex menses tantũ ad defensiones admitti, vt in eius const. 338. licet dudum fol. 689.

Nos igitur ad tollendum omne dubium, & absurdum euitandum, quod capti, & sponte comparentes paris essent conditionis, necnon calumnijs, & alijs inconuenientibus huiusmodi quantum cum Deo possumus obuiare, omnemque disputandi materiam tollere, & in his opportune prouidere volentes, necnon singularum literarum prædictarum, ac indiciorum inquisitorum processuum condemnationum, & sententiarum desuper formatarum, & latarum, ac formandarum, & promulgandarum huiusmodi, aliorumque forsan latius exprimen. tenores, continentias, formas, & compendia, ac reorum delictorum, criminum, & excessuum, ac pœnarum huiusmodi, & Iudicum nomina, cognomina, gradus, & qualitates, ac quantitates, & loca, pro plene, & sufficienter expressis habentes, & decernentes, necnon singulas prænarratas literas confirmantes, & innouantes, Motu simili, &c. quod banniti, & in contumaciam condemnati in pœnam capitis, & vltimi supplicij, si capti ad manus Curiæ deuenerint, per Iudices ad nouas, siue alias defensiones faciendas, etiam intra dictum tempus non admittantur, nisi habita à nobis, vel signatura nostra desuper gratia speciali, nec literæ ipsæ, quæ in eorum odium æditæ sunt, eis in aliquo suffragentur, aut illis se iuuare, siue defendere possint.

Hic vero Pont. illum terminum sex mensium, ad annũ prorogauit vt sup. in const. 10. Cum ob innumeras, f. 933.

Quinimmo, quod Iudices præfati sententias ipsas condemnatorias, tam in Vrbe, quam extra eam latas, & ferendas, si tamen legitimis præcedentibus indicijs ad inquirendum promulgatæ fuerint, executioni realiter, & corporaliter suis loco, & tempore congruis respectiuè totaliter, & integrè contra sic captos demandent, & demandari faciant, hac nostra perpetuo valitura declaratione declaramus, & decernimus, & quatenus opus sit, de nouo statuimus, & ordinamus, & ita mentis, & intentionis nostræ fuisse, & esse attestamur.

Et modo declarat huiusmodi constitutiones intelligi debere, quoad sponte cõparentes tantum

Præterea Almæ Vrbis nostræ generali Gubernatori, cæterisque Iudicibus ordinarijs, vel delegatis in Romana Curia, vel extra eam residentibus quibuscunque, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ pœna committimus, & mandamus districtè præcipiendo per præsentes, quatenus huiusmodi nostram declarationem, seu nouam constitutionem, & ordinationem, necnon ipsas præsentes, & in eis contenta omnia, & singula in causis criminalibus, seu mixtis, ac alijs Fiscum, & Cameram Apostolicam illiusque interesse quomodolibet concernentes, nunc, & pro tempore pendentibus quibuscunque, etiam si forsan aliqui capti nunc in carceribus detineantur, perpetuo inuiolabiliter obseruari mandent, & faciant, & illi obseruent.

Captos vero inf. annũ nõ admitti ad defensiones, sed contra eos sẽtentias legitimis præcedentibus indicijs ad inquirẽdum latas exequi debere decernit.

Et ita, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque Iudices, & Commissarios, &c. etiam S. R. E. Cardinales, ac Palatij Apostolici causarum Auditores, sublata, &c. iudicari, interpretari, & diffiniri debere, irritum quoque, &c. decernimus. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutisque, ac consuetudinibus Prouinciarum, Ciuitatum, oppidorum, & locorum quorumcunque etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis, Vniuersitatibus, Communitatibus, & hominibus Prouinciarum, Ciuitatum, & locorum prædictorum, ac etiam singulis prænominatis, & alijs quibuscunque Iudicibus, &c. per nos, & prædecessores nostros concessis, & etiam iteratis vicibus innouatis, quibus omnibus, &c. illorum tenores, &c. hac vice latissimè derogamus, ac stylo Palatij, cæterisque in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunque.

Decretũ irritãs.

Clausula derog.

Volumus autem, quod præsentis Motusproprij, etiam absque data, & registratura sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat, in iudicio, & extra, regula contraria non obstante, eiusque transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, seu literæ desuper per breue nostrum expediri possint, & si videbitur, cum omnium, & singulorum prænarratorum, & expressorum, aliorumque necessariorum specificatione, & insertione, & cum alijs clausulis opportunis, & consuetis.

Sola signatura sufficit.

Placet Motuproprio M.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Id. Septembris, Anno sexto.

Anno

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi, Millesimo quingentesimo septuagesimo primo, Indictione decimaquarta, die vero decimaseptima mensis Septembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo patris, & Domini Nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno sexto, retroscriptus Motusproprius affixus, & publicatus fuit in acie Campi Floræ, & ad valuas Cancellariæ Apostolicæ dimissis copijs affixis, per me Io. Andream Panizzam præfati Sanctissimi Domini Papæ Curs.

Io. Guerardi Magister Cur.

CXXXVIII.

Contra non recitantes horas Canonicas.

Concilium Lateranen. decreuit non recitantes horas Canonicas, amittere fructus benefic. pro rata omissionis offic.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

EX proximo Lateranen. Concilio, & salubris sanctio emanauit, vt quicunque habens beneficium Ecclesiasticum, cum cura, & sine cura, si post sex menses, quam illud obtinuerit, diuinum officium legitimo cessante impedimento non dixerit, beneficiorum suorum fructus, pro rata omissionis officij, & temporis, suos non faciat, sed eos tanquam iniuste perceptos, in fabricas ipsorum beneficiorum, vel pauperum eleemosynas erogare teneatur.

Hinc Pont. modo declarat dictam ratam.

Veruntamen multorum animi suspensione tenentur, cuiusmodi ratæ prædictæ ratio sit habenda. Nos huic, rei euidentius atque expressius prouidere volentes, statuimus, vt qui horas omnes Canonicas vno, vel pluribus diebus intermiserit, omnes beneficij, seu beneficiorum suorum fructus, qui illi, vel illis diebus responderent, si quotidie diuiderentur, qui vero Matutinum tantum, dimidiam, qui cæteras omnes horas, aliam dimidiam, qui harum singulas, sextam partem fructuum eiusdem diei amittat; tametsi aliquis choro addictus, non recitans omnibus horis Canonicis cum alijs præsens adsit, fructusque, & distributiones forte aliter assignatas, sola præsentia iuxta statuta, consuetudinem, fundationem, vel alias sibi lucrifecisse prætendatis etiam, præter fructuum, & distributionum amissione.

Item ille, qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excusauerit, graue peccatum intelligat admisisse.

Declarantes præstimonia, præstimoniales, portiones, & qualiacunque alia beneficia, etiam nullum omnino seruitium habentia obtinentes, cum prædictis pariter conueniri.

Clericus autem pensionem habentes, officium B. Mariæ tantúmodo recitare debere decernit.

At quicunque pensionem, fructus, aut alias res Ecclesiasticas, vt Clericus percipit, eum modo prædicto ad dicendum officium paruum Beatæ Mariæ Virginis decernimus obligatum, & pensionum, fructuum, rerumque ipsarum amissioni obnoxium.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, declarationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo primo, duodecimo Kal. Octob. Pontificatus nostri Anno sexto.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

CXXXIX.

Declaratio facultatis Ordinariorum visitandi, & corrigendi loca, & personas Militiæ, & Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani, in his dumtaxat, quæ concernunt curam animarum, & administrationem Sacramentorum.

Similem declarationem fecit Greg. 13. in eius const. 88. Consueuit sedes, & vide etiam Greg. const. 67. Circumspecta in omnibus.

De materia autem Priuilegiorum istius Militiæ, & Hospitalis posui concord. sup. in Pij 4. const. 14. Circumspecta, fol. 663.

PIVS Papa quintus, Ad futuram rei memoriam.

Orta erant lites inter Episcopos multos, & Militiam istā, super iure visitādi Ecclesias, & Militiæ personas, quod illi habere prætendebāt vigore Cōc. Trid. sess. 21. cap. 6 de reformat.

EXPOSCIT pastoralis officij debitum, cui disponente Domino præsidemus, vt ad ea sollicite intendamus, per quæ discordiarum, & litium, ac controuersiarum quarumlibet materia tollatur. Sanè cum nonnulli ex Venerabilibus fratribus Episcopis dilectos filios Magistrum, Baliuos, Castellanum, Empolte, Priores, Donatos, Capellanos, Fratres, Milites, & alias quascunque personas, Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani ratione Ecclesiarum curam animarum habentium, illarumque Rectores, & Ministros ad ipsum Magistrum spectan. & pertinen. iuxta Sacri œcumenici Concilij Tridentini visitare, dictus vero Magister, & alij prædicti ipsos, illorumque Ecclesias, capellanos, & Ministros dictis decretis minimè comprehendi, sed ab illis exemptos esse prætenderent, materia quæstionis orta. Nos igitur eorum paci, & quieti consulere volentes omnes lites, & controuersias huiusmodi tam in Romana Curia, quam alibi coram quibuscunque Iudicibus in quacunque instantia penden. illarumque status, & merita pro sufficienter expressis habē. ad nos auocantes, eas cassamus, extinguimus, & super illis perpetuum silentium imponimus, ac omnes dictæ Militiæ personas à quibusuis censuris harum controuersiarum occasione, contra eas per quoscunque latis, & incursis absoluimus: Et ne in futurum aliqua amplius controuersia oriri possit decernimus, declaramus, statuimus, omnes, & singulos locorum Episcopos, & alios Superiores tanquam Apostolicæ Sedis delegatos omnes, & quascunque Parochiales Ecclesias, cæteraque beneficia Ecclesiastica suarum Ciuitatum, & diœc. quibus animarum cura imminet, ad dictam Religionem, eiusque Milites, Capellanos, Ministros, Rectores quomodolibet

Pont. ideo lites omnes extinguit.

modolibet pertinen. etiam quod in eis Episcopalem, & temporalem iurisdictionem Religio, & Milites prędicti haberent, eorumque Ecclesias, Rectores, Vicarios, & Ministros quoscunque (in his tamen dumtaxat quæ animarum curam illiusque exercitium, & Sacramentorum administrationem respiciunt) visitare, omnesque actus visitationem concernentes exercere posse, & debere, ac Rectores, cæterosque huiusmodi Ministros curam animarum exercentes minus idoneos repertos, siquidem ad nutum amouibiles sint statim amouere, sin vero titulares sint illico suspendere, ac Superiores eorum monere, vt intra aliquem breuem terminum in locum amotorum subrogent alios idoneos, prius tamen per ipsos Episcopos, & alios Superiores examinatos, & approbatos, titularibus vero suspensis deputent alios idoneos pariter examinatos, & approbatos, vt supra in coadiutores, seu Vicarios iuxta decretum Concilij, sessione vigesimaprima, capite sexto. Interea vero dum hæc subrogatio, seu deputatio fiat, ipsi Episcopi, & alij Superiores pro necessitate curæ animarum prouideant arbitrio suo: quod si Superiores dictorum Rectorum, & Ministrorum intra tempus præfixum non subrogauerint, aut deputauerint vt supra, tunc dicto termino elapso ipsi Episcopi, & alij Superiores alios præuio examine iuxta eiusdem Concilij formam idoneos repertos in locum amotorum subrogent. Titularibus vero suspēsis coadiutores deputent iuxta dictum capitulum sextum, sessione vigesimaprima, qui tamen in dictis parochialibus perinde inseruiant, ac si subrogati, aut deputati ab ipsis Superioribus Religionis, & Militum prædictorum fuissent. Volumus autem, quod Episcopi, & alij Superiores prædicti visitationem huiusmodi, & prædicta omnia solum tanquam delegati Apostolicæ Sedis, & gratis, & absque vllis dictæ Religionis Rectorum, & Ministrorum impensa, & onere faciant, in collatione item ordinum, necnon consecratione Ecclesiarum, & sacrorum vasorum, ac benedictionibus, & alijs actibus spiritualitatem concernentibus, ac institutione præsentatorum ab eisdem Militibus ad beneficia, aut approbatione, seu confirmatione, quas ab eisdem fieri harum præsentium vigore contigerit, gratis omnia faciant, & diligenter attendant, vt nullos admittant, qui qualitates à Concilio requisitas non habeant, ac præuio examine iuxta eiusdem Concilij decreta idonei non existant. Nolumus autem Episcopi, & alios Superiores locorum suprascriptā facultate visitandi vti, qui cum eadem Religione, & Militibus super iurisdictione Episcopali in locis visitan. coram quibuscunque Iudicibus litigant, nisi ipsi Episcopi, & alij Superiores in quasi possessione antiqua exercitij iurisdictionis huiusmodi existerent, saluo tunc iure vtrique illæso in petitorio, sed quod Episcopi, & alij Superiores viciniores ius aliquod in iurisdictione huiusmodi non habentes nullumque interesse prorsus prætendentes, facultate prædicta vtantur. Nolumus item per præsentes vllum afferri præiudicium iuri visitandi dictas parochiales Ecclesias, & alia beneficia curam animarum habentia, quoad antea Religioni, & Militibus prædictis competebat, Inhibentes usque expresse dictis Episcopis, & alijs Superioribus ne hac facultate visitan. eis per præsentes concessa alio vtantur modo, quam præscripto. Sicque per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungen. sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Non obstan. præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis in Prouincialibusque, & synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus, necnon quibusuis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, vsibus, & naturis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium forsan quomodolibet concessis, & confirmatis, quibus omnibus, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis haben. illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat ad effectum præsentium specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, quod præsentium transumptis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum sub Annulo piscatoris, die vigesimosecundo Septembris, millesimo quingentesimo septuagesimo primo, Pontificatus nostri Anno sexto.

Cæ. Glorierius.

CXXXX.

Declaratio Priuilegiorum Fratrum ordinis Prædicatorum.

Hæc constitutio reducta fuit ad terminos iuris, & Concilij Trid. vt infra in Greg. 13 const. 15. In tanta.

PIVS PP. V. vniuersis, & singulis Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filijs Abbatibus, & alijs personis in dignitate Ecclesiastica constitutis, necnon Metropolitan. & aliarum Cathedralium Ecclesiarum, Canonicis, ac eorundem Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, officialibus, seu Vicarijs, in spiritualibus, generalibus, vbilibet constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem.

AD HOC NOS DEVS prætulit in familiā domus suæ, vt singulis opportuna prouisionis auxilia fidelis seruitutis, iniuncta prouidentia, pro tempore dispensantes Religiosorū, quorumlibet, præsertim Fratrum ordinis Prædicatorum, in humilitatis spiritu, sub Religionis iugo, Deo seruientium, necessitatibus intendamus, dispendijs, & oppressionibus, diuina cooperante clementia salubriter occurramus. Sanè licet, Nos, & quamplures Romani Pontifices prædecessores nostri, propter vberes fructus, quos dictus ordo fratrum Prædicatorum, multa præfulgens gloria meritorum, & gratia sanctitatis in agro militantis Ecclesiæ in propagationem fidei Orthodoxæ, hactenus produxerat, ac in futurum producturum fore, firma spe sperabatur, & vt Fratres ipsi quietius eorum sanctis officijs, vitæque regulari, ac verbi Dei prædicationibus libentius, & alacrius ad ipsius fidei Christianæ propagationem incumbere valerent, & incumberent, cum effectu, quamplura priuilegia, indulta, gratias, exemptiones, & immunitates eis concesserint.

Hic Pont. & prædecessores concesserunt multa priuilegia, ordini prædicatorū, vt habes sup. in const. 94. Dum ad vberes, fol. 944.

Et inter cætera, per quasdam alias nostras literas declarauerimus, Canonem, sessione 24 cap. 4. Tridentini Concilij, per quem omnibus regularibus, etiam in suorum ordinum Ecclesijs, contradicente Episco-

Declaratque iurisdictionem Episcoporum, & aliorū superiorū super iure visitandi.

po, prædicationis officiom interdicitur, fratres huiusmodi. Quando à suis Generalibus, vel eorum Ministris, Prouincialibus, ad id deputati fueriot, non comprehendere, oeque eos afficere; immo voluerimus, quòd in eorum Ecclesijs, quando eis placeret licitè, etiam absque vllo impedimento, vel contradictione, etiam Episcopi, nisi ipsæ prædicaret, licet io Cathedrali Ecclesia, tuoc prædicaretur, prædicare possent.

Et etiam Conc. Trid. sess. 25. cap. 13. circa Quartã funeralium vt s d. c. 38.

Circa autem quartam funeralium, de qua in session. 25. cap. 13. eiusdem Concilij, Nequaquam domos, seu Conuentus, & Mooasteria, quæ à quadraginta annis citra, tunc fundata existebant, postquam Concilium ipsum loquitur tantum de Monasterijs, seu domibus ante quadragiota annos fundatis, & quæ ipsam quartam soluere cosueueruot, & tantum ceræ, & aliorum, quæ tempore, quo defunctorum corpora ad sepulturam deferuntur, noo autem de Missis, seu Legatis, vel alijs fratribus ipsia, seu Monialibus relictis, aut alias quomodolibet dooatis solui debere, sicque decretum Concilij huiusmodi, quoad dictam quartam funeralium soluendam intelligendum esse decreuerimus. Vbi vero noo est consuetudo soluendi quartam funeralium huiusmodi, de oullo suprascriptorum solui debere declarauerimus. Nec ad quartam, seu aliam partem eorum, quæ etiam pro ornamento Ecclesiæ palliorum, plaoetarum, cottinarum, pannorum, & aliorum, quæ dictis Ecclesijs, seu fratribus, etiam pro eorum victu, aut aliàs relinqui, vel dari contingeret, aliquid contribuere tenerentur, ac curatis, seu parochialium Ecclesiarum Rectoribus ius tantum sepulturæ eis solui consuetum, nec aliquid aliud, quamuis partes ad earum libitum Ecclesijs ipsorum fratrum, seu eisdemmet Fratribus aliaquæcuoque tribuissent, seu elargiti fuisseot, quando io eorum Ecclesijs corpora mortuorum sepelliuntur eis soluere, seu ad aliquorum oocrum cootributionem eisdem curatis faciendam teneri, oec propterea impedisi posse fratres ipsos, quio possent defunctorum corpora præfata, ad eorum Ecclesias tumulanda deferri facere.

Exemptioneq; à cõtributione pro Seminarijs, & decimis, ac iurisdictione Ordinariorũ vt in d. cõst. 38.

Et ab omni iurisdictione, & Superioritate Ordinariorum.

Neque dictos fratres, illorumque loca, etiam si curam animarum baberent, aut quæcuoque beneficia eis vnita ad aliquam contributionem pro Seminario, aut decimarum aliquarum solutionem pariter reneri, oec cogi posse, immn illos, & eorum domos, Monasteria, beneficia, & loca ab illis quomodolibet dependentia, eorumque bona quæcunque, tam ad eos, quam ad Moniales præfatas quomodolibet pertinentia, à quibuscunque decimis, primitijs, quartis, medijs, & alijs fructuum partibus, oecnoo subsidijs charitatiuis, etiam per nos, ex quacuoque causa concessis, ac alijs quibuscunque ooeribus, tam ordinarijs, quàm extraordinarijs. Necnoo ab omni iurisdictione, & superioritate ordinariorum locorum, ita vt ordinarij ipsi aliquam iurisdictionem, siue potestatem io eos exercere, siue eos eorum iurisdictioni subijcere, vel aliquid contra eos facere minime possent exemerimus, & liberauerimus.

Nihilomious, sicut accepimus, nonnulli Episcopi, siue alij locorum ordioarij, alijque Ecclesiarum Prælati, oecnon Canonici, siue capitulares personæ, ac parochialium Ecclesiarum, Rectores, & alia tam Ecclesiasticæ, quam sæculares personæ, qui ooo cessant dictos fratres, & Moniales, eorumque personas, siue œcooomos, & procuratores, super præmissis diuersimode molestare, & ipsos in eorundem quiete, & spiritualibus muneribus turbare.

Nonnulli tamẽ Episcopi & alij molestabant fratres, & Moniales super præmissis ex causis hic expressis.

Alij enim prætendeotes quòd cum Canon Concilij huiusmodi super quo, vt præfertur, oostra emananit declaratio, loquatur nisi de vna quarta Cathedrali, seu parochiali Ecclesiæ solui consueta, nec dictum Concilium, oec oos cogitauerimus de duabus quartis, scilicet vbi consueuit solui, & Cathedrali, ac parochiali Ecclesijs, & ideo dictis in locis cessare dispositionem dictæ declaratioois nostræ, & Caoonis Concilij.

Alij vero etiam prætendentes (quod dictis oostris declarationibus non obstantibus) fratres prædictos quantumcunque ab eorundem Superioribus approbatos in eorum Ecclesiis, & locis prædicare oon posse, nisi primo se coram ordinariis ipsis, siue eorum Vicariis, & licentiam suorum Superiorum muneris dictæ prędicationis præsentauerint, & ab eisdem ordinariis, seu dictis eorum Vicariis benedictionem obtinuerint.

Alii etiam locorum ordinarii, oecnon Caoooici, & capitulares personæ tam Metropolitanarum, & Cathedralium, quàm Collegiatarum, oecnon parochialium Ecclesiarum Rectores, siue aliæ personæ Ecclesiasticæ etiam prætendentes dictos fratres alienas parochias cum eorum Cruce eleuata ad leuanda cadauera eorum, qui in Ecclesiis domorum, & locorum eorundem fratrum elegerint sepulturam, intrare, & dicta cadauera ad ipsorum fratrum Ecclesias pro eis inibi tumulandis, recusaote ipso loci ordinario, siue capitulo, vel Rectore, deferre, seu deferri facere non posse.

Alii autem ex consuetudine prætendentes, quod fratres ipsi cum eorum Cruce non possint leuare cadauera defunctorum ex eorundem domibus, & eorum funus exequi, sed capitulis, siue capitularibus personis, seu Rectoribus ipsis id tantum licere, & primo ad ipsorum Capitulorum, siue presbyterorum Ecclesias dicta corpora deferri debere, & in eisdem Ecclesiis funus, siue funeris officium peragi, postea vero per ipsos presbyteros retentis funeralibus vniuersis, siue solutis sibi certis pecuniis per hæredes defuncti pro suoere, & exequiis, siue missis in eorundem Ecclesiis celebrandis, tuoc, & non aliàs licere Fratribus corpus, siue cadauer defuncti ad eorum Ecclesiam deferre.

Alii etiam prætextu diuersarum consuetudinum, & concordatorum, etiam cum dictis fratribus initorum, prætendeotes à dictis fratribus, & Monialibus velle habere, & sibi exigere licere, quartam, seu aliam portionem, etiam quorumconque Legatorum, & seu aliarum piarum largitionum, ipsis Fratribus, & Monialibus, siue eorundem domibus, Ecclesijs, & locis quoquomodo factarum.

Alij etiam prætendeotes iurisdictionem, & superioritatem io dictos fratres, & Moniales, eorundemque domos, Cooueutus, Monasteria, & loca exercere posse, & propterea ipsos fratres, & Moniales ad solutionem diuersorum onerum, & impositionum, dictorumque subsidij, & decimarum cogunt, & compellunt.

Alijque in erectione, siue iostitutione, & acquisitione nouorum locorum, siue domorum, Conuentuum, & Ecclesiarum dicti ordinis, & aliàs præmissorum occasione eosdem fratres, & Moniales molestant, & perturbant, cootra nostrarum, & dictorum prædecessorum nostrorum literarum formam, & tenorem.

Nos præmissis, & alijs similibus grauaminibus, perturbationibus, & molestijs fratribus, & Mooialibus præfatis illatis eoruodemque fratrum, & Monialium quieti, & traoquillitati consulere, & vt fratres ipsi facilius & promptius eorundem officia, & vitam regularem, ae munus prædicationis eis iniunctum, ad summi Dei laudem, & fidei Catholicæ propagationem, exequi, & adimplere, illisque incumbere possiot, & ad illa promptiores reddantur, opportune prouidere, ac omnem ambiguitatem, etiam nostræ amplioris declarationis ministerio

nisterio remouere volentes, Ipsosque fratres, & Moniales, & eorum singulos à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis, sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, & ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, Necnon literarum præfatarum, ac cuiusuis litis, & causæ, desuper inter quoscunque, & in quauis instantia penden. status, & merita, nominaque, & cognomina Iudicum, & collitigantium, eorumque iura, & titulos, ac sententiarum desuper forsan latarum, Necnon transactionum, siue conuentionum inter eos initarum, ac instrumentorum, aliarumque scripturarum desuper quomodolibet confectorum, & inde secutorum quorumcunque tenores, præsentibus pro expressis habentes. Motuproprio, non ad alicuius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera deliberatione, & ex certa scientia nostris, omnes lites, causas, controuersias, & quæstionum materias, super præmissis, & eorum occasione, inter fratres, & seu etiam Moniales præfatos ex vna, Necnon Episcopos, & locorum ordinarios, ac Canonicos, siue capitulares personas, parochialium Ecclesiarum, Rectores, & alias quascunque personas Ecclesiasticas, & sæculares præfatas, partibus ex altera, coram quocunque Iudice, seu quibusuis Iudicibus Ecclesiasticis, & sæcularibus, etiam Sedis Apostolicæ de Latere legatis, ac Vicelegatis, ac etiam ab eadem sede delegatis, & subdelegatis, ac alijs quibusuis, etiam S. R. E. Cardinalibus, & Sacri Palatij Apostolici causarum Auditoribus, quomodolibet in prima, seu alia quacunque etiam forsan vlteriori instantia introductaa, & adhuc forsan pendenies, etism forsan si super illis, etiam contra dictos fratres, & Moniales, per vnam, vel plures sententias iudicatum, & inter ipsas partes concordatum, siue transactum desuper fuerit, Apostolica auctoritate, tenore præsentium ad nos auocamus, eaque omnia, & singula cassamus, & extinguimus, ac pro cassis, & penitus extinctis baberi volumus, & declaramus, eisdemque Episcopis, locorum ordinarijs, Vicarijs, Canonicis, Capitularibus personis, necnon parochialium Ecclesiarum Rectoribus, & cæteris personis Ecclesiasticis, & sæcularibus, desuper perpetuum silentium imponimus.

Ideo hic Pont. ad se aduocat omnes controuersias ipsis Fratribus desuper illatas.

Necnon omnia, & singula priuilegia, indulta, concessiones, suppressiones, extinctiones, vniones, incorporationes, applicationes, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, fauores, communicationes, indulgentias, & alias quascunque gratias dicto ordini fratrum Prædicatorum, & eiusdem pro tempore existentibus Magistro Generali, Prouincialibus, Superioribus, fratribus, & Monialibus præfatis eorundemque domibus, Conuentibus, Monasterijs, Ecclesijs, & locis, ac membris, colonis, seruitoribus, Procuratoribus, œconomis, ac alijs personis quibuscunque dicti ordinis regulam profitentibus, etiam oblatis, & tertij habitus Monialibus nuncupatis, per quoscunque Romanos Pontifices, prædecessores nostros, ac nos, & Sedem præfatam, ac dictæ Sedis Legatos, Vicelegatos, Episcopos, locorum ordinarios, & quascunque alias personas, sub quibuscunq; tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; quibusuis clausulis, statutis, & etiam irritantibus, decretis, hactenus quomodolibet concessa, approbata, & innouata, literasque desuper, tam sub plumbo, quam in forma Breuis, & aliàs quomodolibet confectas, & expeditas, ac prout ea omnia, & singula per eosdem prædecessores, ac nos, & Sedem præfatam, aliosque prædictos concessa, approbata, & innouata fuerunt. Quorum omnium, & singulorum tenores, formas, & datas, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus haberi volumus pro expressis, eisdem auctoritate, & tenore approbamus, confirmamus, & innouamus, illaque omnia, & singula efficacia existere, & perpetuam roboris firmitatem obtinere, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri: Necnon ab omnibus, & singulis, quauis etiam de Latere legati, Vicelegati, Necnon Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, & quauis alia Ecclesiastica, siue sæculari, & temporali præfulgeant dignitate, & præeminentia, etiam sub sententijs, censuris, & pœnis in eisdem contentis, perpetuo inuiolabiliter obseruari debere decernimus.

Confirmatque omnia priuilegia eisdem Fratribus concessa.

Et insuper quod fratres dicti ordinis (ab eorum Superioribus tamen approbati) in eorum Ecclesijs, quãdo eis placuerit, etism quod in Cathedrali Ecclesia (non tamen ab Episcopomet) prædicetur, liberè, & licitè absque aliquo impedimento, siue etiam ipsius Episcopi contradictione, & absque eo, quòd coram dicto Episcopo, se non præsentauerint, nec eidem licentiam muneris prædicationis huiusmodi exhibuerint, & ab eodem Episcopo benedictionem, vt præfertur, non obtinuerint prædicare, & munus prædicationis huiusmodi exequi.

Declarat etiam eorundem priuilegia circa prædicationes.

Necnon fratres ipsi quæcunque corpora defunctorum, qui se in eorum Ecclesijs sepeliri ordinauerint, vel si à defunctorum hæredibus, siue curam funeris habentibus, vocati fuerint, ipsorum fratrum Cruce eleuata, etiam sine dictorum Canonicorum, ac Capitularium personarum, necnon curatorum, vel aliorum præsbyterorum interuentu ex ipsorum defunctorum domibus leuare, eaque accipere, & associare, ac ad ipsorum fratrũ Ecclesias directè deferri, & in eorum Ecclesijs (non tamen tempore interdicti) sepeliri facere, saluo dumtaxat iure parochiali, Nec fratres ipsi ad alterius cuiusuis contrariæ consuetudinis, vsus, siue moris, obseruationem teneri, vel super præmissis à quoquam quauis auctoritate, molestari, seu perturbari possint, vel debeant.

Mortuosque sepelliendos.

Quartam autem funeralium, quoad domos, siue Conuentus, & Monasteria ipsius ordinis, tempore dicti Concilij Tridentini, ante quadraginta annos fundata, & erecta, & ratione illorum vbi consuetudo illam soluendi tantum extitit, ac de ceris, & alijs, quæ deferuntur iuxta cadauer, dum ad sepulturam defertur, non autem de alijs quibusuis eisdem fratribus, seu Monialibus, aut eorum domibus, Conuentibus, Monasterijs, Ecclesijs, & locis, etiam pro funeris, siue anniuersarij, aut Missarum celebratione donatis, legatis, siue aliàs quomodolibet largitis, & vbi duæ quartæ forsan solui consueuerint, vna scilicet parochiali Ecclesiæ, alia vero Episcopo, siue Cathedrali, aut Collegiatæ Ecclesiæ, siue Canonicis, & Capitulo eiusdem, vna tantum, scilicet Episcopo, vbi vero consuetudo illam soluendi non fuit, siue domus, Conuentus, & Monasteria dictorum fratrum, & Monialium, post quadraginta annos erecta, siue fundata fuerint, nequaquam nec vllo modo soluere, seu tradere, omnem aliam præmissis contrariam consuetudinem, siue morem, harum serie cassantes, & extinguentes, ac omnibus, & singulis quorum interest desuper perpetuum silentium imponentes.

Et quartam funeralium.

Muniusq; fratres, & Moniales ipsi, ad aliquorũ onerũ Realiũ, vel personaliũ, etiã ratione eorũdẽ domorum, seu Conuentuũ, Monasteriorum, Ecclesiarum, & locorũ, ac quorũcũq; beneficiorum, eisdẽ vnitorũ, etiã si, vt præfertur cu-

Et eos exemptionem à decimis, & constitutionibu

tor curam animarum habeant contributiooem, fioe folutionem etiam pro Seminario,& decimarum, quarumcunqne, aut cuiufcunque fubfidii, etiam charitatiui, & Triennalis nuncupati, nunc, & pro tempore per nos, & quofcunque Romanos Pontifices, aut Sedem præfatam impofitorum, & imponendorum ex quauis canfa, quantumcunque vrgentifsima teneantur, vel defuper aliter moleftari pofsint, feu debeant.

Et ædificatioñ nouorum locorũ

Quodque fratres, & Moniales præfati, vbique locorum nouas domos, fiue Conuentua, & Monafteria, ac Ecclefias, dictorum ordinis, cum clauftris, cellulis, refectuariis, dormitorijs, aliifque officijs neceffariis, ordinarii loci, fiue cuiufuis alterius licentia, defuper minimè requifita, conftruere, ædificare, erigere, & inftituere, nec pariter fuper his moleftare pofsint, fiue debeant, eisdem auctoritate,& tenore, etiam perpetuo, ftatuimus, ordinamus, & declaramus, eifque fratribus, & Monialibus, fupet præmifsis omnibus, & fingulis licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur.

Exemptionemq; à iurisdictione ordinariorum.

Ac etiam ipfos fratres, & Moniales, eorumque domoa, Monafteria, beneficia, & ab illis quomodolibet dependentia loca, ac bona quæcunque cuiufcunque qualiratis, & quantitatis exiftant, dictorumque bonorum colonos, laboratores,& conductnres, ac oblatos,& tertii habitus Moniales, aliafque perfonas præfatas, à quibufuis decimis, etiam prædialibus, & primitiis, quartis, mediis, & aliis partibus fructuum, ac fubfidiis, etiam charitatiuis præfatis, ac ab omni iurisdictione,& Superiorirate quorumcunque locorum ordinariorum, etiam de nouo, quatenus opus fit auctoritate, & tenore fimilibus eximimus, & liberamus, ac exemptos, liberos, & immunes penitus effe volumus, Necnon, quatenus opus fit, illos eorumque fingulos, in ius, & proprietatem Beati Petri, & Sedis Apoftolicæ, ac fub eorum fpeciali, & immediata protectione fufcipimus, ac eos folum, & dumtaxat immediate Sedi præfatæ, & oobis, ac pro tempore exiftenti Romano Pontifici, fubiacere decernimus, & declaramus.

Facultatem ediã eisdem Fratribus & Monialibus cõcedit, eligẽdi quascũque personas, in Ecclesiastica dignitate constitutas, in eorum Cõseruatores, & Iudices, qui hoc munus recusare non possint.

Et vt fratres & Moniales à præmifsis moleftiis, & perturbationibus fubleuati, quietius Altifsimo famulari, & vberiores fructus quotidie in agro Domini, pro Chriftianæ Religionis defenfione, & ampliatione perferre pofsint, tam vos omnes & fingulos fupradictos, quam quafcunque alias perfonas in dignitate Ecclefiaftica vbilibet, & in quibufuis Mundi partibus conftitutas, & quofcunque locorum ordinarios, ac eorum Vicarios, & officiales, Necnon Canooicos Metropolitanarum,& aliarum Cathedralium Ecclefiarum, pee eosdem fratres, & feu Moniales, ac dicti ordinis Fratrum Prædicatorum, Superiores, & domorum Priores, ac eorum fingulos pro tempore eligendos, in eorum, & dictorum eorundem priuilegiorum, indultorum, concefsionum,& gratiarum, & fingulorum aliorum præmifforum Conferuatores, & Iudices vnicos, qui, quamdiu dictum officium exercueritis, & ipfi exercuerint, à nemine, quo minus illud exerceatis,& exerceant, fub aliquo prætextu, ac fub excommunicationis, fiue fufpenfionis à diuinis latæ fententiæ, qnam eo ipfo incurrere volumus, & declaramus refpectiuè pœna impediri, vel moleftari pofsitis,& pofsint, dicta auctoritate deputamus. Ita quòd vos, feu alij quicunque fic electi, fub excommunicationis, & feu fufpenfionis latæ fententiæ pœna huiufmodi, quam ftatim, quod munus, fiue officium Conferuatoris huiufmodi acceptare,& debitè ac plenariè exequi neglexeritis, & neglexerint, abfque alterius declarationis minifterio incurrere volumus, Nec ab aliquo qnam à nobis, & pro tempore exiftente Romano Pontifice(præterquam in mortia articulo) abfolui poffe, eosdem Priores, Superiores,& fratres, ac Moniales, etiam tertij habitus oblatos & alios præfatos, ac eorum fingulos, aduerfus ioferentes eis, aut eorum Procuratoribus, Agentibus, Seruitoribus,& familiaribus in præmifsis,& eorundem aliquo, moleftias, fiue perturbationes aliquas, feu iniurias, grauamina, vel damna, in perfonis, rebus,& bonis, feu exigendo ab eis vectigalia, datia, pedagia, gabellas, collectas, aut alia onera defendere, perfeuerare, ac omnem eorum iurisdictionem exercere, Necnon fententias, cenfuras, & pœnas Ecclefiafticas, contra rebelles, & inobedientes cum effectu promulgare, ac omoibus facultatibus Conferuatoribus dicti ordinis fratrum Prædicatorum, illiufque fratribus,& perfonis per quafcunque literas Apoftolicas quomodolibet concefsis vti, ac priuilegia Superioribus, Prioribus,& fratribus, ac Monialibus præfatis pro tempore conceffa, eis obferuari facere debeatis, & debeant.

Declarat etiam eosdem Fratres, & alias personas eiusdem ord. alibi quam corã eorum Conseruatoribus conuenire nec cõueniri posse.

Neqne Superiores, Priores, Moniales, oblati,& cæteræ perfonæ ordinis huinfmodi,& ab eis dependen. præfatæ coram alijs quam vobis,& dictis Conferuatoribus, etiam vigore, feu prætextu quarumcunque conftitutionũ & ordinatiooum, aliquorum Regnorum, etiam quòd non habentes Superiorem in illis Regnis, coram fæcularibus Iudicibus refpondere debeant, ac teneantur in iudicium vocari, vel aliàs moleftari, quauis occafione, vel caufa, pofsint, vel debeant. Quodque ipfi fratres,& Moniales oblati,& aliæ perfonę præfatæ, fiue actores, fiue rei exiftant, coram aliquo alio Iudice ordinario, vel delegato, quàm prædicto fuo Conferuatore(coram quo primo vnam feotentiam diffinitiuam, antequam ipfi ad aliud iudicium euocentur, feu caufa cómittatur, vel transferatur, obtinere debeant,& teneantur) vt præfertur, etiam quauis occafione, vel caufa moleftari, vel in iudicium trahi, fiue ad iudicinm euocari, vel agere minimè pofsint, fiue debeant eisdem auctoritate, & tenore, etiam ftatuimus, ordinamus, & decernimus.

Conseruatorũ iurisdictio,& facultates.

Et infuper aduerfus moleftatores, inquietatores,& alios iniuriatores huinfmodi, volentes eisdem ordini, Magiftro Generali, Prioribus, Superioribus, fratribus, Monialibus, oblaris, feruitoribus, œconomis, Procuratoribus,& alijs eorum perfonis præfatis illo remedio prouidere, per quod ipforum compefcatur temeritas, & alijs aditus, & voluntas committendi fimilia præcludatur. Difcretioni veftræ per præfentes mandamus, Quatenus vos, vel duo, aut vnus veftrum, per uos, vel alium, feu alios, etiam fi fint extra loca, in quibus eftis deputati Conferuatores, & Iudices ordini fratrum Prædicatorum, ac illius pro tempore exiftentibus Magiftro Generali, Prioribus, Superioribus, fratribus, Monialibus, oblatis præfentibus,& futuris, quibufuis alijs perfonis præfatis, efficacis defenfioois præfidio afsiftentes, non permittatis eos fuper ija, ac eorum priuilegijs, immunitatibus, gratijs, concefsionibus, facultatibus, exemptionibus, indultis, ac alijs quibufuis eisdem concefsis per quofcunque Patriarchas, Archiepifcopos, Epifcopos, aliofque Ecclefiarum Prælatos, necnon eorum Vicarios, officiales, Capitula, Collegia, & Clericos, ac Ecclefiafticas perfonas, tam fæculares, quam Sancti Benedicti, Sancti Auguftini Ciftercien. Carthufien. Cluniacen. Præmonftraten. & aliorum quorumcunque ordinum,& Congregationum, ac Hofpitalis S. Ioannis Hierofolymitani,& S. Iacobi de Spata, ac Iefu Chrifti,& quarumcunq; aliarum Militiarum Religiofos, & Milites, exemptos,& non exéptos, necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, Milites,& laicos, Cõmunitates, Ciuitatum, Vniuerfitates, Oppidorum, Caftrorum, Villa-

Villarum, & aliorum locorum, ac alias singulares personas, Ciuitatum, & diœcesum, ac quarumcunque aliarũ partium, super præmissis. & eorum aliquo, quouis prætextu, & quæsito colore, & contra præmissorum singulorum tenorem, & formam indebitè molestari, aut eis, vel eorum alicui, molestias grauamina, damna, seu iniurias, & iacturas, irrogari, facturi dictis Prioribus, Superioribus, Fratribus, Monialibus, oblatis, alijsque personis prædictis, cum ab eis, aut eorum aliquo fueritis requisiti, super dictorum priuilegiorum, indultorum, exemptionum, libertatum, facultatum, & aliarum, gratiarum, præfatarum obseruatione. Necnon super quibusuis molestijs, damnis, iniurijs, atque iacturis sibi pro tempore illatis, seu inferri cõminatis, in illis videlicet, quæ iudicialem requirunt indaginem summariè, simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, in alijs vero, prout qualitas eorum exegerit iustitiæ complementum, Molestatores, & iniuriatores huiusmodi, Necnon contradictores, quoslibet. & rebelles, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis. & conditionis extiterint, quandocunque, & quotiescunque expedierit, auctoritate nostra, per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis: & nihilominus legitimis super his, per vos habendis seruatis processibus, illos, quos censuras, & pœnas præfatas, ac aliàs per vos pro tempore latas incurrisse vobis constiterit, eas incurrisse declaretis, ac censuris, & pœnis prædictis, quoties opus fuerit, etiam iteratis vicibus aggrauare curetis. Cæterum si per summariam informationem, per vos super iis habendam, etiam vobis constiterit, quod ad loca, in quibus molestatores, & iniuriatores huiusmodi, Necnon cæteros, quos præsentes literæ concernunt, pro tẽpore morari contigerit, pro monitionibus, requisitionibus, & inhibitionibus ipsis, ac citationibus de eis faciẽdis tutus non pateat accessus. Nos vobis, monitiones, requisitiones, & citationes, ac inhibitiones quaslibet, tam contra in iudicio præsentes, quam alios quoscunque sua quomodolibet interesse putantes, & quacunque auctoritate, siue dignitate præfulgentes, in decreto, siue executione dictæ citationis, siue inhibitionis nominandos, etiam sub eisdem censuris, ac aliis arbitrio vestro imponendis, & applicandis pœnis, etiam pecuniariis, etiam per edicta publica locis affigenda publicis, & partibus illis vicinis, de quibus sit verisimilis coniectura, quo ad ipsorum monitorum, requisitorũ, & citatorum notitiam peruenire valeãt, faciendi, & decernendi, eosque citandi, ac eisdem molestatoribus, iniuriatoribus, contradictoribus, & rebellibus, ac aliis quibus opus fuerit, etiam sub censuris Ecclesiasticis, ac aliis pœnis, etiam pecuniariis, suo arbitrio moderandis, inhibendi, easque incurrisse modo præmisso declarandi, aggrauandi, & auxilium brachij sæcularis inuocandi: Necnon causas, & controuersias quascunque dictorum fratrum Monialium, & dicti ordinis Superiorum oblatorum, ac aliarum personarum præfatarum, super quibusuis rebus, & negocijs, motas, & mouendas, actiue, & passiue, cum omnibus, & singulis earum incidentibus, dependentibus, & emergentibus, annexis, & connexis, modo præmisso, & tam coniunctim, quàm diuisim, arbitrio vestro, audiendi, cognoscendi, decidendi, & in suis statu, & terminis reassumendi, & fine debito finiendi, & terminandi, & earundem. Necnõ sententias per uos ferendas postquam transierint in rem iudicatam, vel aliàs de iure executioni locus fuerit, debite exequendi, & executioni demandandi, plenam, & liberam, earundem tenore præsentium concedimus facultatem, & potestatem. Ac volumus, & eadem Apostolica auctoritate decernimus. Quòd monitiones, requisitiones, citationes, & inhibitiones, sic factæ huiusmodi, ipsos monitos, requisitos, citatos, & inhibitos arctent, perinde, ac si eis factæ, insinuatæ, & intimatæ personaliter extitissent.

Sicque in præmissis omnibus, & singulis, per quoscunque Iudices, & Commissarios, quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere. Ac irritum, & inane, quicquid secus super his, à quoquam quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Clausula decretatoria.

Non obstantibus tam fœ. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, qua cauetur, ne quis extra suam Ciuitatem, vel diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis, vltra vnam dietam, à fine suæ diœcesis ad iudicium euocetur, seu ne Iudices à Sede prædicta deputati extra Ciuitatem, & diœcesim in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, aut alij, vel alijs vices suas committere præsumant, & de duabus dietis in cõcilio generali edita, dummodo vltra tres dietas aliquis vigore Præsentiũ ad iudicium non trahatur. Seu quod de alijs quàm manifestis iniurijs, & violentijs, ac alijs, quæ iudicialem non requirunt indaginem, pœnis in eos, qui secus egerint, & in id procurantes adiectis, Conseruatores, se nullatenus intromittant, quàm alijs quibuscunque constitutionibus à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, tam de iudicibus delegatis, quam personis vltra certum numerum ad iudicium non vocandis, aut aliàs editis, quæ vestræ in hac parte possent iurisdictioni, aut potestati, eiusque libero exercitio quomodolibet obuiare. Quodque vos filij Canonici officiales, & Vicarij non sitis de personis quæ deputari possunt in Conseruatores. Priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis, ac exemptionibus, facultatibus, & alijs cõseruatorijs, per nos, ante eosdem prædecessores nostros Romanos Pontifices, quibusuis Ecclesijs, Monasterijs, Hospitalibus, & alijs pijs locis. Necnon ordinibus, Congregationibus Militijs, Communitatibus, & alijs Collegijs, ac vniuersitatibus etiam studiorum generalium, Ciuitatibus, Castris, Terris, & locis, ac personis tam Ecclesiasticis, quàm sæcularibus, cuiuscunque dignitatis, etiam Patriarchali, Episcopali, Archiepiscopali, & alia maiori dignitate, seu auctoritate fungentibus, ac Capitulis, Conuentibus, Ducibus, & alijs Dominis temporalibus, etiam per modum statuti perpetui, etiam Motu, & scientia similibus, ac quibusuis alijs personis, cuiuscunque qualitatis, conditionis, gradus, præeminentiæ, seu dignitatis, ac Vniuersitatibus, etiam studiorum generalium, seu Collegijs, etiam exemptis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, aliijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, etiam de non trahendis, irritantibusque, & alijs decretis, etiam Maremagnum, seu Bulla aurea nuncupatis, aut aliàs quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo, ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressa habenda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc seruanda foret tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse pari motu derogamus, contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari, seu extra, vel vltra certa loca ad iudicium euocari, Decretum irritans.

 cari,

cari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo adverbum de indulto huiusmodi, & eorum personis, locis, ordinibus, & nominibus proprijs mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua eiusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis.

Cæterum etiam volumus, & dicta Apostolica auctoritate decernimus, quòd quilibet vestrum prosequi valeat articulũ, etiam per alium inchoatũ, quãuis idem inchoans nullo fuerit impedimento Canonico impeditus.

Declaratio facultatum, & iurisdictionis dictorum Conseruatorum.

Quodque à data præsentium sit vobis, & vnicuique vestrum in præmissis, & eorum singulis cœptis, & non cœptis præsentibus, & futuris perpetuata potestas, & iurisdictio attributa, vt eo vigore, eaque firmitate possitis in præmissis omnibus cœptis, & non cœptis, præsentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia, & singula coram vobis cœpta fuissent, & iurisdictio vestra, & cuiuslibet vestrum in prædictis omnibus, & singulis per citationem, vel modum alium legitimum perpetuata extitisset, constitutione prædicta super Conseruatoribus, & alia qualibet in contrarium edita non obstante.

Et quia difficile foret præsentes literas ad singula, in quibus de eis fides forsan facienda fuerit loca deferre, etiam volumus, & eadem auctoritate Apostolica decernimus.

Quod præsentium transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Prælati, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, aut Curiæ Ecclesiasticæ munitis, in iudicio, & alibi, vbi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die xxiij. Septembris. 1571. Pontificatus nostri Anno sexto.

CXXXXI.

Facultas concessa Congregationi Casinen. alienandi eius bona vsque ad summam quinquaginta millium scutorum.

Alias facultates alienandi pro summa cccc. millium scutorum, habes sup. in const. Decet, & expedit, fol. 1215.

PIVS Papa V. Ad futuram rei memoriam.

DECET ex benigno Apostolicæ Sedis prouenire subsidio, vt personæ regulares, ac sub Religionis iugo Christo Saluatori in castitatis holocausto famulantes, in suis necessitatibus aliquod suscipiant releuamen. Cum itaque sicut nobis nuper exponi fecit dilectus filius modernus Præsidens Generalis Congregationis Casinensis, alias Sanctæ Iustinæ de Padua, ordinis Sancti Benedicti, ob malas temporum conditiones, atque plura, & diuersa subsidia, quæ pro subleuandis oneribus Sedi præfatæ, & alijs Catholicis, etiam sæcularibus principibus, incumbentibus, à certis annis per nos, & alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, Congregationibus ordinum regularium Italiæ imposita fuerunt, Dilecti filij Congregatio Casinen. præfata, seu illius particulares Abbates, Monasteria, & Conuentus, adeo ære alieno grauata sint, vt nequaquam ad illud debito tempore persoluendum ordinarij Congregationis, Monasteriorumque, & Conuentuum huiusmodi redditus sufficiant, dictus modernus Præsidens generalis nobis humiliter supplicari fecit, quatenus sibi dictæque Congregationi, de alicuius subuentionis auxilio succurrere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos qui fidelium quorumcunque, & præsertim Religiosarum personarum votis libenter annuimus, Præsidentem, ac Congregationem huiusmodi specialibus fauoribus, & gratijs prosequi, ac eorum indigentijs paterna pietate consulere volentes, ipsosque, & dictæ Congregationis singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, eidem moderno, ac pro tempore existenti eiusdem Congregationis Præsidenti generali, ac cuicunque alteri, vel alijs quem, seu quos dictus modernus, & pro tempore existens Præsidens generalis, etiam solus absque aliquorum aliorum consilio, interuentu, vel consensu, sed pro eorum cuiuslibet libito voluntatis, & totiens, quotiens duxerit constituendos, & remouendos, quod vltra summas, quantitates, pretia, & valorem, ad quæ vigore, quorumcunque priuilegiorum, & indultorum Apostolicorum in specie, vel genere ipsi Congregationi, illiusque pro tempore Præsidenti generali, Diffinitoribus, Visitatoribus, Abbatibus, Conuentibus, Prælatis, alijsque Superioribus, & præsertim literarum nostrarum pro faciliori præstatione subsidij vltimo per nos ipsis Congregationibus indicti editarum licentia, & facultas similes, vel dissimiles infra dicendas alienationes faciendi concessa reperitur, super quibusuis, etiam immobilibus bonis, & rebus ad eandem Congregationem Casinen. seu vnum, duo, plura, vel omnia, & singula illius particularia Monasteria, Prioratus, mensas, tam Abbatiales, quam Conuentuales, & alia regularia loca, etiam ære alieno huiusmodi nequaquam grauata, quocunque iure, vel titulo spectantibus, & pertinentibus, vbicunque consistentibus, & cuiusuis naturæ, & qualitatis existentibus, coniunctim, vel diuisim, ac in vna pluribusue, & diuersis vicibus, ac temporibus, nulla alia in id nostra, & Sedis Apostolicæ, seu ordinariorum locorum, aut capituli generalis, Visitatorum, Diffinitorum, vel aliorum Prælatorum, & Superiorum dictæ Congregationis, aut Abbatum, Conuentuum, Monasteriorum, Prioratuum, & aliorum locorum regularium huiusmodi requisita licentia, aut consensu, immo illis expresse contradicentibus, & inuitis, etiam absque tractatibus, omnibusq; solẽnitatibus, & alijs de iure, vsu, consuetudine, priuilegio, seu iuxta statuta, & ordinationes dictæ Cõgregationis & regulæ B. patris Benedicti, illiusue particularium, Monasteriorum, Prioratuũ, & aliorũ locorũ, etiam in illorum fundatione, vel à testatoribus, & alijs pijs benefactoribus Imperiali, Regali, Ducali, aut alia maiori dignitate, & præeminentia, dum in humanis fuerunt pollentibus, à quibus bona ipsa peruenerunt, in eorum vltimis vo-

luntatibus

lunctatibus, seu alijs dispositionibus requisitis & appositis, in similibus quomodolibet necessarijs, penitus omissis quoscunque annuos etiam perpetuos census, redditus, canones, liuellos, fictus, vsus, feuda, & alias responsiones vsque ad summam quinquaginta millium scutorum auri in auro imponere, & constituere, illosque & illa immo ipsa quoque bona & res etiam si castra, vassallagia, & iurisdictiones existant, quibusuis personis ecclesiasticis vel secularibus communitatibus, & vniuersitatibus, collegijs, capitulis, conuentibus, vel alijs locis in emphyteosim, liuellum, vsum, censum, precariam, locationem, aliove quouismodo, titulo & causa similibus aut dissimilibus ad vnam vel plures generationes, seu perpetuo vel ad tempus quantumuis diuturnum, etiam ad meram, nudam, omnimodam & perpetuam hæreditatem, ac proprietatem pro se hæredibusque & successoribus quibuscunque pro pretio seu pretijs reperibilibus, quod dictam quinquaginta millium scutorum auri in auro summam non excedat concedere, vendere, distrahere, locare, pignorare, atque alienationis vocabulo latissime sumpto, etiam nullo penitus vsu, iure, vel actione desuper ipsis congregationi, vel monasterijs, prioratibus, conuentibus, mensis, & alijs regularibus locis ad quæ spectant, illorumue pro tempore Abbatibus, Prioribus Conuentibus, Prælatis, aut alijs Superioribus & personis reseruatis alienare, necnon bona & res huiusmodi si quæ in feudum, emphyteosim, liuellum, censum, vsum, precariam, locationem, seu alias perpetuo, vel ad tempus, ac ad vnam vel plures generationes, aut nominationes iam concessa sint, & annui canonis, liuelli, pensionis, fictus, vsus, census, responsionis, alteriusue recognitionis perpetua vel temporali solutione vel præstatione etiam per modum tituli honorarij ipsi Congregationi Casinen. aut alicui ex eius monasterijs, prioratibus, conuentibus, & mensis, ac alijs regularibus locis, quomodolibet obnoxia sint plurium annorum pensione, seu alia quauis præstatione pro illis anticipata, aut alterius pretij quãtitate propterea recepta, liberare, & affrancare, francaque, & libera perpetuo apud illorum feudatarios emphyteotas, liuellarios, censuarios, vsuarios, precarios, conductores, omnesque alios & singulos illa pro tempore obtinentes quocunque modo nuncupatos, ac eorum hæredes & successores quoscunque dimittere, necnon pretium & pretia ex concessionibus, locationibus, distractionibus, alienationibus, alijsque omnibus & singulis suprascriptis prouenientia exigere, recipere, seu recepisse cõfiteri, de exactis, receptis seu confessatis in forma iuris valida quietare, & absoluere, & liberare, ac pro euictione atque legitima defensione impositionis, & constitutionis, censuum, canonum, liuellorũ, fictuum, vsuũ, feudorum, & aliarum responsionum bonorumque, & rerum huiusmodi etiam perpetuo vt præfertur locandorũ, vendendorum, alienandorum, seu liberandorum euictione & legitima defensione, necnon fructuum, & emolumẽtorum inter modernum præfatum & Præsidentem generalem pro tempore eiusdem Congregationis, seu illum vel illos quem seu quos ad id vt præfertur constituet, ex vna, atque præmissorum emptores partibus altera conueniendorum solutione, loco, & tempore congruis faciẽda, ac perpetua, & inuiolabili obseruatione omnium, & singulorum aliorũ in instrumento, seu instrumentis desuper conficiendis promittẽdorum dictæ Congregationis, ac singulorum etiam omnium illius monasteriorum, prioratuum, conuentuum, mensarum, & aliorum quorumcunque locorum regularium vbilibet existentium bona quæcunque præsentia, & futura, particularia, & vniuersalia vbicunque existentia, necnon ipsam Congregationem, ac illius pro tempore Præsidentem generalem, Visitatores, Diffinitores, Abbates, Priores, Conuentus aliosque prælatos superiores, & personas etiam in ampliori forma Cameræ Apostolicæ cum iuramento procuratorum, constitutionibus, renunciationibus, & alijs de stylo Notariorum, vsu & consuetudine Rom. Cur. in similibus apponi solitis & necessarijs obligare, & solẽniter hypotecare: personis vero ipsis, Cõitatibus, Vniuersitatibus, Collegijs, Capitulis, Cõuentibus, locis & alijs supradictis vt census ipsos etiã a quibusuis grauaminibus & oneribus, liberos, & penitus immunes, aliaque omnia & singula supra dicta etiam in perpetuũ emere, acquirere, liberare, affrancare, fructusque & emolumenta quæcunque inde præsertim ex censuum, fructuum, vsuum & liuellorum huiusmodi constitutione, & impositione, in sortem principalem nequaquam computando, vt est moris exigere, percipere, ac in suos & alios sibi bene visos vsus & vtilitatem conuertere, ac de illis quæ sic acquisiuerint, emerint, & affrancauerint, prout de alijs eorum bonis proprijs liberis, franchis, & allodialibus disponere, necnon scripturas & quæcunque instrumenta publica, vel priuata desuper opportuna cautelis, pactis, promissionibus, renunciationibus, iuramento & alijs in id necessarijs, vallata & firmata celebrare, libere, ac licite possint, & valeant, licentiam, facultatem, & auctoritatem omnimodas Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus & indulgemus, constitutionesque, impositiones, concessiones, locationes, venditiones, alienationes, etiam perpetuas liberationes, promissiones, obligationes, hypothecas, renunciationes, ac alia præmissa, & quicquid vigore præsentium fiet, & inde pro tempore sequetur, ex nunc prout ex tunc, & econtra auctoritate, & tenore præmissis approbamus, & confirmamus, illisque perpetuæ, ac inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, omnesque & singulos tam iuris quàm facti & omissarum quarumcunque solemnitatum etiam substantialium defectus, si qui in illis interuenient, etiam si tales fuerint, qui non generali sermone comprehendantur, sed nota & expressione speciali indigeant, supplemus, necnon restitutionis in integrum, aut enormis, aut enormissimæ læsionis siue alio quouis remedio, beneficio, aut prætextu nullo vnquam tempore in toto vel in parte rescindi, reuocari, annullari, infringi, limitari, moderari, ad terminos iuris reduci posse, sed valida & efficacia fore & esse, & perpetuo subsistere, eosdemque prorsus operari effectus, ac vniuersam congregationem antedictam atque illius pro tempore Præsidentem generalem, Visitatores, Diffinitores, Abbates, Priores, Prælatos, Superiores, Monasteria, & Conuentus ad illorum inuiolabilem obseruantiam perpetuo teneri, & obligatos esse, ad idque etiam censuris, & alijs pœnis Ecclesiasticis cogi & compelli posse, necnon eam, eos & illa ac illorum, & cuiuslibet eorum vniuersalia, & particularia loca, & bona quæcunque præsentia & futura, æque afficere, ac illis omnibus, & singulis cum quibus contraxerint eorumque hæredibus & successoribus quibuscunque perpetuo suffragari, & suos plenarios & integros effectus sortiri debere, perinde ac si iusta vrgens & a iure approbata, præmissaque alienandi causa vere subesset, & in capitulo generali eiusdem Congregationis cum interuentu, ac de consensu non solum pro tempore illius Præsidentis generalis, Visitatorum, Diffinitorum, necnon omnium & singulorum aliorum in eodem Capitulo quomodolibet de iure, priuilegio, consuetudine, seu alias vocem habentium, sed singulorum Abbatum, Priorum & Conuentuum, Monasteriorum, Prioratuum, et aliorum locorum regularium, Congregationis huiusmodi capitulatiter præuia licentia apostolica ac debitis tractatibus, alijsque solemnitatibus in id de iure & iuxta formam Statutorum seu constitutionum eiusdem Congregationis & ordinis aut alias requisitis seruatis & adhibitis peracta fuissent

Facultas Congregationis Casin. alienandi bona vsque ad 50 millia scut. , vltra alias alienandi facultates eidem concessas, vt sup. I. côll. 127. f. 2515

Confirmatio Pôtificis huiusmodi alienationum a Congregatione fien.

sent

sent statnimus. Ad hæc Præsidentem pro tempore generalem dictæ Congregationis ac illum vel illos quem seu quos ad præmissa deputabunt & constituent eosue cum quibus contraxerint ac illorum hæredes & successores quoscunque nullo vnquam tempore teneri aut obbligaros esse ad docendum seu aliquo pacto iustificandum quod æs alienum & necessitas huiusmodi vel aliæ causæ probabiles alieoandi subsint vel adfuerint aut pretium & pecunias inde pro tempore redigeodas in eatinctionem dicti æris alieni coouersas seu vsque ad summam & quaotitatem supradictorum quinquaginta millium scutorum auri in auro duntaxat, & non vltra de bonis & rebus suprascripteis alienatum fuisse, præseotiumque solam narratiuam ad plenam omnium & singulorum præmissorum, in iudicio & extra probationem ita vt nulla alia in contrarium probatio admitti possit vel debeat, sufficere, quinimo etiam quod de cõtrario quouis modo vnquam appareret, præmissaque superius oarrata veritate noo subsisterent, vel plus aut minus earuodem præsentium vigore de bonis & rebus voius tantum seu duorum vel plurium ac aliorum omnium eiusdem Congregationis monasteriorum & locorum regularium etiam ære alieno non grauatorum, æqualiter vel inæqualiter quã fieri debuisse vedeatur alienatum & distractũ fuisse constaret præseotes literas & quicquid illarum vigore pro tempore sequetur & fiet de surreptionis vel obreptionis vitio aut intentionis nostræ seu alio nullitatis defectu notari argui & impugnari non posse: Sicque in præmisfis omoibus & singulis per quolcunque Iudices & Commissarios quauis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & diffiniri debere & si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Irritum & inane decernimus. Quocirca venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis ac dilectis filijs eorum Vicarijs in spiritualibus generalibus, & Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, necnon Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Canonicis, & Capitulis alijsque quarũcunque Ecclesiarum Prælatis & personis vbilibet existen. ac alijs ad quos id quomodolibet spectat & spectabit per præsentes committimus & mandamus quatenus ipsi vel duo aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunque vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte nunc & pro tempore existentia Præsidentis generalis dictæ Congregationis, & ab eo deputandorum, aut personarnm cum illis contrahentium vel alicuius eorum fuerint requisiti solemniter publicantes, ac illis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra easdem præsentes & omnia in eis contenta ab omnibus quos illa concernunt integre & inuiolabiliter obseruari, ac Præsidentem præfatum illosque ab eo deputandos, & personas prædictas & eorum quemlibet præmissis omnibus iuxta præsentium continentiam & tenorem pacifice frui & gaudere, Non permittentes illum seu illos, aut eorum aliquem desuper a quoquam quomodolibet indebite molestari, perturbari, & inquietari, contradictores quoslibet & rebelles ac præmissis non parentes per censuras & pœnas ecclesiasticas aliaque opportuna iuris remedia appellatione postposita compescendo, necnon legitimis super his habendis seruatis processibus illos censuras, & pœnas ipsas incurrisse declaraodo, necnon eas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus, præmissis, ac fe. re. Symmachi, quæ incipit Nõ liceat Papæ, & Pauli Secundi, ac Pauli Quarti, & aliorũ Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, ac etiam nostris de rebus Ecclesiæ non alienandis & male alienatis recuperandis necnon quatenus opus sit, alia nostra de non tollendo iure quæsito, ac alijs Apostolicis, & in quibusuis generalibus, prouincialibus, vel Synodalibus Concilijs editis generalibus vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, ac Congregationis & ordinis prædictorum & illius particularium Monasteriorum, Prioratuum, & aliorum locorum etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, necnon testamentis, codicillis, donationibus, legatis, fideicommissis, alijsque dispositionibus, & contractibus etiam laicorum causa mortis seu inter viuos de bonis & rebus supradictis in fauorem dictæ Congregationis, & ordinis eiusque Monasteriorum, Prioratuum, mensarum, & aliorum regularium locorum quomodocunque factis, illorumque alienationis, immutationes, aut alias conditiones fieri specialiter & expresse prohibentibus, & in euentum alienationis, immutationis, aut alterius dispositionis, pia aut alia loca etiam plura ordine successiuo ipso facto substituentibus, vel illa ad hæredes redire omnino volentibus, ac alias in contrarium quomodolibet conditis supradictisque iuramentis & confirmatioois Apostolicæ, seu quocuoque alio vinculo roboratis, & firmatis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium quomodolibet per quoscunque Roman. Pontifices prædecessores oostros, ac etiam per nos Motu proprio, consistorialiter, seu alias etiam iteratis vicibus concessis, confirmatis, & innouatis quibus omnibus & singulis etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica, & expressa non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorumque teoores præsentibus pro expressis habentes, illis alias io suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, contrarijs quibuscuoque. Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum quod interdici suspendi, vel excommunicari oon possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod earundem præsentium transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica cõstitutæ, aut Curiæ Ecclesiasticæ obsignatis eadẽ illis prorsus fides in iudicio & extra illud vbique adhibeatur quæ ipsis præsentibus adhiberetur si essent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, Die quinta Octob. millesimo quingentesimo septuagesimoprimo, Pontificatus nostri Anno Sexto.

Marginal notes: Contrahẽtes cũ dicta Congregatione, non teneãtur probare alienationes huiusmodi factas fuisse vrgẽte aliqua necessitate, vel causa, &c. — Decretum irritans. — Executorum deputatio, & facultatem. — Clausulæ derogatoriæ.

CXLII.

Montis Sacri Fœderis vacabilis erectio, cum emolumentis scutorum decem cum dimidio pro centenario.

PIUS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CUM perturbatissima Pontificatus nostri tempora, in quibus perniciosis de Religione discordijs, atque dissidijs, per cunctas ferè Christiani Orbis Prouincias excitatis, perditissimorum hæreticorum nefaria conspiratione teterrimum ac periculosissimum bellum exarsit, nostrum exhausissent ærarium; eo bello nondum sublato atque extincto, nouus repente calamitatis cumulus accessit; Cum immanissimus Turcarum tyrannus maxima parata classe, ac Cypro opulentissimo Christianorum Regno iam in suam potestatem redacto, Christianum nomen si posset delere contendebat: Cuius tollendæ Christianæ Religionis horribiles scelestosque impetus, dum pro iniuncto nobis summi Pontificatus munere ab eo, cuius est terra, & plenitudo eius orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo, reprimere, ac frangere contendimus; eaque propterea adiuuante fœdus cum charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Rege Catholico, & dilectis filijs nobilibus viris Duce & Republica Venetiarum a nobis ictum fuisset, nouos alios maximosque sumptus in paranda, instituendaque fortissimorum Militum qua Christiana Respublica staret classe, Ducibus ad pugnandum excitandis principibus fœdere coniunctis in amicitia conseruandis, & alijs ad hoc bellũ impellendis, facere coacti fuimus.

Hic Pont. fœdus contraxit cum Rege Hispaniarum, ac Venetis, contra Turchas.

Dumque tot, tantisque difficultatibus affecti nobis & Christianæ Religionis afflictis rebus antequam malũ longius serperet, vtque imminere conspiciebantur pericula, ne propius appropinquarent consulere studebamus, interea que ille ferus atque arrogans, passim toto mari, cum ingentibus minis, & barbaro atque immani terrore vagaretur erectus, repẽte Dominus Deus exercituum, ac Pater misericordiarum nobis, & Christiano orbi, quã ab eo multis precibus efflagitabamus, naualem victoriam diuinitus concessit, eo Duce cuius adolescentia, atque iuuentus ad scientiam rei militaris, non alienis præceptis, sed suis imperijs, non offensionibus belli, sed victorijs aduersus Christianæ Religionis hostes est traducta: quæ victoria etsi necessaria fuit, atque adeo gloriosa est, vt lætitia atque alacritate, vniuersos Christifideles cumulatissime impleuerit, atque illius memoriam, & iocunditatem, nulla vnquam ætas tollere, aut delere possit; non tamen stipendiorum finem facit, cum immanis ille cõmunis hostis, nõ penitus, sed classe & nauali prælio victus sit: & propterea vt in illius possessione permanere, ac diuturna victoria Christiana Resp. vti possit, ne ve ita nostri cum eo contendisse Imperatores dicãtur, vt ab illo insignia victoriæ non victoriã reportasse videantur; nunc magis atque magis admittendum sit, cũ præsertim talis sit hostis, quo cum nec fida, nec vlla pax alicui Christianorum esse possit, eo quòd Dei inimicus est, & quo minus a nobis lacessitus fuerit, eo maiora vulnera Reipublicæ Christianæ infligere, atque imponere consueuerit.

Victoriãque reportauit.

Ne igitur pecunijs exhausti tantam, ac tam necessariam Christiani gregis susceptam defensionem deserere cogeremur: Considerantes quòd Romano Pontifici, qui ad gubernacula Christianæ Religionis sedet, & clauum Imperij tenet, rerum temporalium administratio diuino consilio idcirco commissa fuit, vt quæ sibi pro cõmuni Ecclesiæ vtilitate, onera a Domino imposita sunt ferre, & substinere possit, ac Rempublicam Christianam, non solum a calamitate defendere, verum etiam feliciter regere, atque illius fines propagare valeat; quando ratio alia æquior non succurrit, ad prouentus & emolumenta quædam, ad nos sedemque prædictam spectantia cõfugiendũ, & per prouidam eorum dispensationem, Christianæ Religionis rebus consulendum esse duximus; vt si tandẽ nobis, ac Christianis Principibus illa iam diu ab omnibus bonis optata felicitas dabitur a Domino, possemus antiquissimos Christianorũ populos, ac nobilissima illorũ Regna, in quibus Dominus & Deus noster Iesus Christus natus est, & pro nobis pretiosissimum eius sanguinem profudit, innumerabilesque alios Christianos in seruitutem adductos, a tam acerbissimo seruitutis iugo in libertatem vendicare.

Et modo intẽdit vlterius contra Turchas procedere ex causis hic expressis, & propterea pecunias exquirere.

Cum itaque nuper ex contractu inter Cameram Apostolicam & dilectum filium Gulielmum Dei mercatorem Florentinum, de mandato nostro inito, cuius tenorem, ac si de verbo ad verbum insertus foret, præsentibus haberi volumus pro expresso & quem, quatenus opus sit, harum serie confirmamus & approbamus, supplentes omnes & singulos tam iuris quàm facti defectus, si qui forsan interuenerint in eodem redditus annuos Cameræ nostræ apostolicæ ad summã viginti millium scutorum, iulijs decem pro quolibet scuto computatis, auxerimus: Et insuper ex reductione mensibus superioribus Montis pij non vacabilis, qui antea in redditibus annuis scuta septem cum dimidio pro quolibet centenario habebat, ad septem pro eodem cẽtenario facta, annuum etiam redditum similium scutorum quorum millium trecentorum quinquaginta acquisiuerimus: Attendentes quod si ex huiusmodi redditibus auctis & acquisitis, vnus Mons ducentorum millium scutorum similium modo tamen infrascripto erigeretur, ex receptione ducentorum millium scutorum huiusmodi satis opportune necessitatibus prædictis aliqua ex parte consuleretur. Hac itaq; consideratione moti, Habita super his cum Venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus matura deliberatione, de fratrum eorundẽ consilio, vnanimiq; assensu erigimus, & instituimus in alma Vrbe nostra vnum Montem per obitum vacabilem, quem merito Sacri Fœderis appellari volumus, cum præcipue pro adimplẽdis his, quæ in percussione dicti fœderis sunt promissa, erigatur, cuius loca seu portiones resignabilia seu resignabiles, ad instar Romanæ Curiæ officiorum, & aliorum Montium vacabilium, nec centũ scutis similibus inferiores, seu inferiora existant; pro omnibus vtriusq; sexus laicis, necnon presbyteris, & alijs clericis, & ecclesiarum prælatis, ac sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ac cæteris cuiuscunq; dignitatis, status, & conditionis secularib. etiam quæcunq; quotcunque & qualiacunq; beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura obtinentibus, & expectantibus, & alijs quibuscunq; personis omnis ætatis, etiã illegitimis, incapacibus, & inhabilibus qui pecunias etiam de fructibus, pẽsionibus & alijs redditibus ecclesiasticis, qualitercunq; confectas in ipsum Montem vsq; ad summam ducẽtorum millium scutorũ huiusmodi posuerint, Quæ quidem personæ Collegium inter se, cum sigillo, & cæteris insignibus constituere defensores idoneos ordinare, & destituere stipendia præscribere; statuta condere; condita reformare, pœnas decernere; delinquentes & contumaces mulctare, & quæcunq; alia facere & exequi possint ad stabilimẽtum directionem, & conseruationem dicti Mõtis necessaria, & etiam opportuna. Ipsi autem Monti sic erecto, & instituto pro eius perpetua dote applicamus, & appropriamus

Et ideo erigit Mõtem Sacri Fœderis vacabilem scutorum ducentorum millium.

Et Montistis authoritatem concedit, erigendi Collegium cum facultatibus hic expressis.

Monti que assignat, annuũ red ditum 21. millis scutorum.

mus eiq; titulo venditionis perpetuo concedimus, & assignamus,& io ipsum transferimus , redditom annuum vigiotiunius millium scutorum , iulijs decem pro quolibet scuto,computatis ea dictis vigintiduobus millibus et trecentis quinquaginta,vigore contractus inter dictum Gulielmum & dictam Cameram vt præfertur initi,ac ex reductione prædicta ad Cameram Apostolicam spectantibus ; ipsumque reddirum prædictorum scutorũ viginti vnius millium ab omnibus & singulis decimis,impositionibus,& oneribus etiam Mesata ouncupata, & alijs im-

Exemptionesque hi expressis cõcedit.

positionibus per oos, & pro tempore existentem Romanum Pontificem, ac pro defensione fidei, & augumento cultus diuini,necnõ pauperum subuentione,& seminarij,seu Collegij pauperum Clericorum, &scholarium institutione,ac eiusdem sanctæ Rom.Ecclesiæ statua conseruatione,ac reparatione,seu ædificatione Pontium, Portarum,Menium,Viarum,Arcium,Vrbium,& locorum refectione,aut alias qoomodolibet,impositis liberum,immunem,& exemptum,nec super annuis redditibus, summis, & emolumentis eia quomodolibet assignatis , illorumque libera perceptione,& eaactione etiam per nos,& successores nostros Rom. Pont. seu Sedem prædictam quouismodo perturbari,molestari,veaari,impediri,vel inquietari,seu aliquo grauamine vel onere, etiam si euidens vtilitas,& vigens & vrgens oecessitas,etiam pro eiusdem fidei tuitione panperum sustentatione,seminarij institutione,& expeditione contra infideles,id suaserinr,onerari ; seu grauari nequeant,minusque ad probandũ quod pecuniæ,io Monte per præsentes erectn positæ,vel aliquæ earum in expeditione cõtra Turcas, vel aliaa in nostram & sedis præfatæ vtilitatem conuersæ fuerint,minime teneãtur. Quodqne præsentes literæ vim,& robur veri & validi contractus,& obligationis inter Nos & Sedem prædictam, & qui pecunias posuerint legitime initi obtineant, statuimus, ponimusq; & substituimua,ac surrogamus, in nostrũ & Cameræ prædictæ locum ius, &

Montis emolumenta ad decem cũ dimidio esse declarat.

actionem,quo ad redditum hmõi,eiusque liberam exactiooem & perceptionem,eundem Montem,Collegiũ, loca,& personas ipsius,quæ illum sic liberum & eapeditum perpetuo habeant,& de eo omni fructus, & emolumẽta omnium locorum prædictorum, ad rationem decem scutorum cũ dimidio alterius similia scuti anouatim pro singulis locis,Romæ,in singula bimeslria pro rata temporum,& locorum absque conscientiæ scrupulo, absq; reductionis,aut in sortem principalem deductionis onere,libere,& integre percipiãt,& in quos volnerint vsus cõuertere,ac prorsus de illis disponere,& ordinare libere & licite valeant,ac si ex bonis hæreditarijs ab initio pro

Obligat etiã omnia bona Sedis & Cameræ Apostol pro affecuratione Montis.

fecta fuissent.Insuper quoque illorum omnium securitati plenius consulere volentes,vltra redditum prædictum vigintiunius millium scutorum assignatum,omnia & singula alia einsdem Sedis & Cameræ prædictarum bona mobilia & immobilia,Ecclesiastica & temporalia,præsentia & futura vbilibet consistentia , etiam si regalia vel alias talia sint,quæ in obligatione geneeali bonorum non compreheodantur, & signãter annuum redditum scutorum mille & trecentorum quinquaginta,qui ex supradicta rednctione ad Cameram spectat,& alia assignamẽta in dicto contractu eapressa,dicto Monti,ac personis in eo pecunias ponentib.tam generaliter,quàm spãliter, & eapresse ac insolidum obligamus,& hypothecamus,obligataq; & hypothecata esse decernimua Vt aũt Mons ipse Sacri Fœderis cõmodis facultatib. instructus promptiores effectus sortiarur , nulla omnino loca prædicta,

Loca Montis & emolumenta nõ confiscari decernit.

nulliue eorum fructus & emolumenta, etiam causa rèbellionia, proditionis, assassinij,sacrilegij,læsæ maiestatis, aut aliorum criminum quantumcunque grauium & enormium per loca ipsa obtinentes, non tamen in personam Rom. Pont. aut S. R. E. Cardin. commissorum, etiam confessorum & probatorum vspiã publicari,nec aliàa fisco applicari,aut publicata,fiscoue applicata declarari,seu deliberari,oec sub vllis generalibua,vel specialibus omnium bonorum, rerum,& iurium confiscationibus, profcriptionibus,& alijs adiudicatiooib. pro tempore factis & decietis,seu alijs etiam ipso iure deuolutionibus, etiam si sententia capitalis, & mors secuta esset, com-

Nec sequestrari posse declarat.

prehendantur ; sed semper ab illis eacepta sint,& esse renseantur,minusue ad instantiam quorumcunque creditorum suorum,vel aliàs modo aliqun sequestrari,aut impediri posse, sed illa omni prorsua impedimento cessante per eos haberi,& retineri posse. Ac loca,seu portiones,aut pecunias huiusmodi,corpore tamen sano,& alias

Resignariq; posse statuit in manibus Præsidentis.

prout in resignationibus officiorum Romanæ Curiæ huiusmodi obseruatur,in unius,vel plurium prout eia placuerit,etiam suorum filiorum illegitimorum,& alias quomodocunque inhabilium & incapacium personarũ vt præfertur fauorem , in manibus Dilecti filij nostri Honofrij Camaiani moderni , & pro tempore existentis Cameræ Apostolicæ Præsidentia resignare : ac de locis seu portionibus ipsis(dummodo in personam vnius de minori quam centum scutorum similium summa , ac in fauorem illegitimorum , de acquisitis ex bonis ecclesiasticia non disponatur)nulla alia desuper obtenta dispensatione in toto vel in parte simul,vel successiue aut separarim per viam resignationis hmõi libete disponere possint : ita vt ipsi resignatarij in pecunijs per eos , vel a quibus cãm habuerint positis,ac locis seu portionib.& fructib.ac emolumentis prædictis per eandẽ resignationẽ succe-

Priuilegiaq; aliorum Montium vacabiliũ, huic Monti concedit. Quæ requirat i Iudice in V. Mõtis,quia longum esset omnia hic indicare.

dere,& ad illa admitti debeant.Concedimus quoque Mõti & futuro Collegio Sacri Fœderis oibusq; illius personis supradictis tam coniunctim,quam diuisim,& in perpetuũ,vt omnibus & singulia alijs priuilegijs, eaeptionibus,facultatibus,gratijs,fauoribus,& indultis,quibus cærera quorumcunque Vrbis prædictæ Montium varabilium Collegia vtuntur,potiuntur,& gaudent,ac vti potiri & gaudere poterunt quomodolibet in futurum,itidẽ vti potiri & gaudere. Pro faciliori quoq; Montis sacri fœderis huiusmodi,effectu præsarum Gulielmum fide omnibus probatum,& facultatibus idoncum,qui totam & integram dictorum durentorum millium scutorum summam nobis,& Cameræ apostolicæ infra reitos conuentoa termiuos , medianre traditione & assignatione dicti Montis sub certis pactis & conuentionibus in instrumento desuper celebrato latius contentis soluere etiã cum

Depositarij deputatio.

præstatione cedulæ bancariæ se obligauit : quiq; etiam Collegiorum Montis , & Militum Piorum Depositariua eaistit,& dictas Depositarias laudabiliter, & fideliter per plures annos exercuit ; annuorũ reddituũ & introituũ & emolumentorum ipsi Monti vt præfertur applicatorum,ar eiusdem Montis & illius Collegij Depositatiũ irreuocabilem,quoad viaerit facimus,cõstituimus,creamus,& deputamus : qui reddirus & introirus & emolumenta quæcunque dicti Montis,ac summam prædictam eidem & emptoribus eiusdem applicatam exigere & recuperare,necnon emptoribus illius pro tempore existenribus soluere,ac redditum & summam huiusmodi inter personas ipsius Montis pro rata pecuniarum,& locorũ,seu portionum quas personæ ipsæ in illo pro tẽpore habuerint

Secretarij deputatio.

pro quolibet bimestri distribuere,& diuidere,prout aliorũ Montium Deposirarij facere consueuerunt, possit, valeat , & debeat. Eiusdem vero montis & Collegij secretarium dilectum filium Ioannem Antonium Piscinam clericum Romanũ,dilecti filij Ioannis Bernardini piscinæ Cameræ apostolicæ Commissarij natũ,similiter quoad vixerit adscribimus,facimus,constituimus,& deputamus; ipsique adscripto,constituto,& deputato,dicto officio Secretariatus per substitutũ ad eiusdem Ioannis Antonij seu patris sui nutum amouibilem,deseruiendi facultatẽ concedimus;

concedimus:Necnon eidem Ioanni Antonio tam per se,quàm per substitutũ vt præfertur personis pecunias suas in hoc Monte,tam à primæua eius erectione huiusmodi,quàm alias ponentibus,vt præfertur,pro earum securitate literas patentes concessionum,& resignationum locorum,seu portionum huiusmodi,sub eiusdem Præsidentis pro tempore existentis nomine,& quæ illius manu subscriptæ,ac sigillo eiusdem Montis munitæ sint,tã hac prima vice quam quoties loca seu portiones huiusmodi per resignationem,vel obitũ,aut alias vacare contigerit,soluto tamen eidem secretario per easdem personas pro quolibet locorum seu portionum in ipsis patentibus literis comprehensarum, quinque iulijs : ex quibus etiã merces dicti montis Computatoris,cuius pro tempore electionem ipsi Gulielmo eiusdem vita durante committimus , iuxta conuentionem inter eos faciendam detrahĩ debeat,absque alia mercede,vel impensa conficiendi,& tradendi curam iniungimus. Decernentes literis prædictis sic expeditis Collegium Mõtis huiusmodi,seu illius officiales,& ministros qui pro tempore fuerint, ac ad quos id spectabit,statim personas ipsas,pro quibus literæ patentes huiusmodi emanauerint , nulla alia ab eis ratione admissionis earum, vel alterius cuiuscunque repetita, vel recepta solutione, in numerum participantium personarum dicti Collegij recipere,ac ad fructuum , & emolumentorum pro rata locorum , seu portionum huiusmodi eis debitorum perceptionem admittere teneri,ac computatorem prædictum emolumenta sua prædicta non nisi a dicto secretario percipere debere : Eidemque insuper Gulielmo computatorem prædictum & capellanum ad eius libitum voluntatis deputandi, & constituendi , ac ipsi capellano salarium solitum & consuetum constituendi facultatem concedimus. Ac ea nunc propterea eidem Præsidenti curam præcipuam venditionis locorum seu portionum Montis hmôi,cum illa,vel illas per obitum,aut aliàs quàm per resignationem vacare contigerit,quæ nullatenus pignorari seu sine periculo vacationis vẽdi,sed iterum ita vt per obitum ac alias,vt præfertur vacent vendi,& concedi omnino debeant,imponimus . *Facultas Præsidentis Cameræ concedendi loca vacantia per obitũ & resignationem.* Præterea vt personæ pecunias suas in huiusmodi Monte in illius primæua erectione & institutione huiusmodi ponentes,vberius ea liberalitate nostra commodũ consequantur , volumus & dicta auctoritate statuimus , eisdemque indulgemus , quod loca seu portiones ipsius Montis quæ personæ ipsæ emerint,per triginta menses à Kal. Ianuarij proxime venturi computandos, per obitũ personarum ipsarum,vel ab eis causam eisdem triginta mensibus durantibus habentium non vacent, sed illa ad hæredes decedẽtium deueniant.ipsiq; hæredes loca,seu portiones huiusmodi retinere,vel resignare, ac pretium inde prouenienens recipere libere possint,& resignationes sic per eos factæ admitti debeant. *Indultũ, quod loca ponentiũ pecunias in hac prima erectione Mõtis per obitũ nõ vacẽt, per triginta menses.* Necnõ personæ ipsæ quascunque alias personas sub quarum nominibus loca,seu portiones huiusmodi sint & esse debeant nominare,& sibijpsis quoad ipsæ personæ nominandæ vixerint,tam locorum,seu portionum , quàm eorum fructuum & emolumentorum omnimodam dispositionem , illa interim personis sic nominatis penitus interdicta , ac cum aliis sibi beneuisis,alias tamen licitis & honestis pactis,& conditionibus reseruare possint , ita tamen quod per obitum sic nominatarum personarum post dictos triginta menses,nisi prius resignauerint,omnino vacent.Decernentes præmiss. omnia & singula inuiolabiliter obseruari: Ac in euentum in quem diligentia ministrorũ aliquos appaltus augeri , seu alios de nouo prouentus Cameræ prædictæ quauis occasione acquiri contingat, in huius Montis augmentum transferri , ita quod singulorum redditum noua superueniente auctione, etiam pro illarũ rata ipsius Montis loca absque alia erectione constituta esse intelligantur,& ita in præmissis omnibus per quoscunque Iudices,& Commissarios quauis auctoritate fungentes,etiam causarum Palatij Auditores,seu eorum locatenentes,ac eiusdem Sanctæ Rom.Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate,& auctoritate iudicari,& diffiniri debere : irritum quoque & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter,vel ignoranter contigerit attentari.Non obstantibus præmissis ac fe.re. Symmachi Papæ,& Pauli II. de rebus Ecclesiæ non alienãdis,ac Pauli Quarti Romanorum Pont. prædecessorũ *Clausulæ derogatoriæ.* nostrorum de alienatis recuperandis,necnon Capitulis in Cõclaui, in quo nos diuina fauẽte clementia ad summi apostolatus apicem assumpti fuimus editis,& per nos post coronationem nostram confirmatis,ac alijs constitutionibus & ordinationibus apostolicis,necnon dictæ Cameræ etiam iuramento,confirmatione apostolica,vel quauis firmitate alia roboratis,statutis,& consuetudinibus,priuilegijs quoque,indultis,& literis apostolicis Camerario.Thesaurario,Clericis,Præsidentibus,ac personis alijs & ministris dictæ Cameræ,ac alijs quibusuis tam per nos quàm per præfatos , ac alios quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros etiam consistorialiter,ac apostolicæ potestatis plenitudine, & scientia, necnon auctoritate similibus, ac alias quomodolibet etiã per viam generalis legis,& statuti perpetui,necnon cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs,alijsque efficacioribus & insolitis clausulis,necnõ irritantibus,& alijs decretis cõcessis,approbatis,& innouatis.Quibus omnibus(etiam si pro illorũ sufficienti derogatione,de illis eorumque totis tenoribus specialis,specifica,indiuidua & expressa,ac de verbo ad verbum , non autem per clausulas generales idẽ importantes mentio seu quæuis alia expressio habenda,aut aliqua alia forma ad hoc seruanda foret,tenores huiusmodi pro sufficienter expressis habẽtes,illis alias in suo robore permansuris)hac vice dumtaxat specialiter,& expresse derogamus,cæterisq; contrarijs quibuscunque . Volumus autem quod præsentium literarum transumptis manu secretarij eiusdem Montis seu illius substituti subscriptis,& sigillo Collegij Montis per easdem præsentes erecti huiusmodi munitis ea prorsus fides in iudicio & extra adhibeatur,quæ eisdem præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Ac vt illa ad omnium,quorum interest,intererit,aut interesse poterit quomodolibet in futurum,notitiã perueniant,per aliquem ex nostris Cursoribus in acie Campi Floræ affigãtur,ac alias more solito publicẽtur:quarũ affixio & publicatio eos quos illæ concernunt ita arctet , ac si literæ ipsæ eisdem personaliter intimatæ forent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis,approbationis,obligationis, hypothecæ,suppletionis,erectionis,institutionis,applicationis, appropriationis, assignationis, translationis, statuti, positionis,substitutionis,surrogationis,facti,constitutionum,creationis, deputationum , adscriptionis , concessionum , commissionis , iniunctionis , impositionis , indulti, decretorum, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire . Si quis autem hoc attentare præsumpserit,indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum .

Datum Romæ , apud Sanctum Petrum , Anno Incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo primo,sextodecimo Kal. Ianuarij,Pontificatus Nostri Anno Sexto .

FF Ego Pius

Ego Pius V. Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.

Locus Signi.

Ioan. Card. Moronus Episc. Ostiensis.

Otho Card. Augustanus Episc. Prænestin.
Ego A. Card. Farnesius Episc. Tusc. Vicecancel.
Ego Iu. Card. Vrbin. Episc. Sabinen.
Io. Card. Politianus Episc. Albanen.
Scipio Card. Pisarum.
Ego I. Card. Sabellus.
Ego Io. Ant. Card S Georgij.
Stan. Card. Vuarmien.
Ego F. Card. Pacecco.
Ego M. Ant. Card. Amulius.

Franciscus Card. de Gambara.
M. S. Cardinalis ab Altaemps.
Ego A. Card. Gesualdus.

Ego M. Ant Card. Columna.
Ego Pt. Cardinalis Comensis.
E. Cardinalis de sancta Cruce.
Ego Hu. Boncompagnus Card. S. Sixti.
Ego Fla. Cardinalis Vrsinus.

Ego Alexander Card. Cribellus.
Ego Benedictus Card. Lomellinus.
Ego Gul. Cardinalis Sirletus.
Ego Ludouicus Card. Madrucius.
F. Cardinalis Alciatus.
Ego Io. Paulus Card. ab Ecclesia.
Ego M. Ant. Card. Maffæus.

Ego Iul. Ant. Card. S. Seuerinæ.
Ego P. Donatus Card. Cæsius.

Ego F. Ca rdin Theanen.
Ego F Felix Card. de Montealto.
Ego Paulus Card. Placentinus.

Ego F. Vincentius Card. Iustinianus.
Ego Hier. Card. Rusticuccius.
Ego Io. Hier. Card. Albanus.
Ego Hiero. Card. Simoncellus.
Ego Ferd. de Medicis.
Ego Ant. Card. Caraffa.
Iul. Card. de Aquauiua.

Cæ. Glorierius.
A. de Alexis.

Publicatio. Anno a Natiuitate Domini nostri Iesu Christi millesimo quingentesimo septuagesimosecũdo, Indictione decimaquinta, Die vero secunda mensis Ianuarij, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quinti Anno Sexto, Suprascriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Ioannem Andream Panizzam, & Ioannem Guerardi Cursores Apostolicos.

Alexan. Astancollus Magister Curs.

CXLIII.

Appellationum causæ in criminalibus infra sex menses expediri debeant per appellantes, alioquin Iudex à quo sententia exequi debet.

De materia huiusmodi appellationum, vide supra Pij Quarti, const. 68. Et si cuncta, fol. 742. & const. 80. Cum nos dudum, 766. cum ibi notatis.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

LICET iuri maxime consentaneum, nobisque præcipue cordi sit, vt delinquentes condignis pœnis afficiantur, tamen re ipsa experiendoq; cognouimus quamplures subterfugijs & cauillationibus ægrè disciplinam euitare. Siquidem compertum est eos, qui tam in alma Vrbe nostra, quàm in prouincijs ditionis Ecclesiæ in pœnis pecuniarijs condemnantur, clypeo appellationum suffultos, ab alijs Iudicibus inhibitiones obtinere. Cumq; tam dicti Iudices appellationum, quàm qui coram eis iura Fisci & Cameræ sunt promoturi, de rei & causæ qualitate minus informati existant, ac ipsi appellantes non modo appellationem suam prosequi non curant, quinimmo illius expeditionem totis viribus satagunt retardare, quo fit, vt modo officialium mutatione, quæ interim contingit, modo alio quouis prætextu condemnatio obliuioni tradatur, & sic delictum impunitatem, & exinde ditionis nostræ tranquillitas perturbationem, ac ipsa etiam Camera apostolica detrimentum non modicum consequatur. Quibus malis prouidere volentes cum remedium appellationis contra Iudicum iniuriam a legibus introductum minime tollere intendamus, saltem cum eo hominibus abuti, & illud in calumniam versum prospiciamus, illius tempus limitandum & restringendum duximus, vt eo magis hominum malitijs occurratur, & bene viuere volentium quieti & securitati consulatur. Hac igitur perpetuo valitura constitutione decernimus, vt lata in causis criminalibus sententia continente pœnam pecuniariam Fisco nostro applicandam, appellantes ab ea (in casibus tamen, quibus aliàs de iure communi permissa est appellatio, & seruatis ijs, quæ ex forma constitutionum apostolicarum circa depositum facien. seu cautionem præstan. sunt seruanda) teneantur infra sex menses a die ipsius interpositæ appellationis computandos, ita coram Iudice appellationis causam suam prosequi, vt etiam expeditionem reportent, quibus elapsis

Causa constitutionis.

Appellationum causæ in criminalibus, infra sex menses expediri debent, alio quin Iudex a quo exequi potest.

elapsis & expeditione coram Iudice a quo, non reproducta, teneatur præfatus Iudex a quo, ad quamcunque Fisci instantiam, etiam si acta fuerint transportata, sententiam præfatã debitæ executioni omni mora postposita demandare, ita vt effectualis incameratio subsequatur. Verum ne malitia Iudicis ius litigatorum efficiatur deterius, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis nostræ ac priuationis officiorum, etiam si illa ex causa onerosa obtineant, ac refectionis omnium damnorum & interesse, quibuscunque Iudicibus totius status nostri ecclesiastici quacumque dignitate & præeminentia fulgentibus, etiam si Legati, Vicelegati, ac prouinciarum Gubernatores existant, committimus & mandamus, vt appellantibus sine mora acta & processus quoscumque effectualiter tradi curent & faciant, & ipsi Iudices ad quos respectiue, bona fide & omni versutia semota ad causarum legitimam expeditionem procedant, scituri nos acriter vindicaturos, si per eorum quempiam in præmissis fuerit appellantibus ipsis præiudicium generatum. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac quibusuis legibus, & statutis, cæterisque in contrarium facientibus quibuscunque.

Iudices tradi faciant acta appellantibus.

Clausulæ derogatoriæ.

Placet Motu proprio M.

Anno a Natiuitate Domini nostri Iesu Christi millesimo quingentesimo septuagesimo primo, indictione decimaquarta, die vero decimasexta mensis Octobris, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri, Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quinti Anno Sexto, Supra scriptæ literæ affixæ fuerunt ad valuas Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, per me Ioannem de Soya Cursorem.

Publicatio.

Antonius Clerici Magister Cursorum.

C X L I I I I.

Facultates ad annum duraturæ Cardinalium deputatorum, super affrancationibus, & liberationibus bonorum Ecclesiasticorum in Italia consistentium.

Hoc tempus pluries prorogatum fuit, vt infra in Greg. 13. const. 57. Cum ab initio.

Similes constitutiones fecerunt alij Pontifices, vt in Clemen. 7. constitu. 18. Si pro pauperum, fol. 317.

PIUS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Venerabilibus fratribus Ioanni Hostien. Morono, & Ioan. Albanen. Episcopis de Montepolitiano, & dilectis filijs Aloysio Sancti Marci Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario Cornelio, F. Michaeli. Sanctæ Mariæ supra Mineruam Alexandrino, Ioanni Paulo S. Pancratij ab Ecclesia, Marcoantonio S. Callisti Maffæo, Petro Donato S. Vitalis Cæsio, Hieronymo S. Susannæ, Rusticuccio, & Ioanni Hieronymo S. Ioannis ante portã Latinam titulorum Albano nuncupatis presbyteris Cardinalibus, seu maiori parti vestrum in curia nunc & pro tempore existentium salutem & apostolicam benedictionem.

ETSI Benedictus DEUS & Dominus Pater misericordiarũ, & totius cõsolationis, qui seruos suos sperantes in se non derelinquit, nos misericorditer est consolatus, tradendo partem inimicorum suorum in manus seruorum suorum dum tamen de gregis Dominici salute ita exactam curam gerimus, vt illius non solum præsentibus, verum etiam futuris periculis occurrendum esse iudicemus, animaduertimus plane nobis omnino necesse esse, hanc victoriam ea qua possumus ratione prosequi, cum si perfido Christiani nominis hosti, quiescendi, & vires instaurandi, nouamque classem instruendi, terrestremq; exercitum cõparandi spatium dederimus, fructus qui ex nuper parta victoria vberrimi sperantur inanes & vacui prorsus redderentur, quod ne fiat omni prorsus ope enitendum est, ut nouis copijs terra mariq; instructis qui nuper nobis ipsi atimebamus, & ipsius hostis terrestres, quos maximos, vt accepimus, parat, impetus reprimere, & eiusdem loca inuadere, & durum seruitutis iugum quam pluribus Christifidelibus impositum excutere, & Christi nomen propagare studeamus. Verum cum in hoc opere adimplendo multa, ac ea, quam ærarium nostrum retroactis subsidijs labefactatum non habet pecuniarum summa sit expedienda, mirum nemini videri debet, si pecunias vndequaque licite tamen exquirimus, quibus præmissa exequi valeamus. Habita igitur super ijs cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus in Consistorio nostro secreto discussione, & deliberatione matura, de ipsorum fratrum consilio, & vnanimi assensu ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aliorum Rom. Pont. prædecessorum nostrorum, qui similibus vel alijs tunc vrgentibus necessitatibus nonnulla bona ecclesiastica vendiderunt vestigijs inhærendo: Circumspectioni vestræ quorum integritas, in rebus gerendis dexteritas, necnon fides & prudentia, ac cum rerum experientia coniuncta solertia, nobis iamdudum perspectæ & cognitæ sunt, quosque propterea ad infrascripta omnia nostros & Apostol. Sedis Commissarios & executores facimus & deputamus, quod infra annum a die publicationis præsentium computandum, per vos vel alium seu alios a vobis per vestras patentes literas deputandos, quoscunque canones, liuellos, responsiones, recognitiones, & census perpetuos vel temporales precariæ perpetuæ, seu emphyteosis vel vsus, & quocunque alio etiam feudi (iurisdictione tamen temporali carentis) nomine nuncupatos sub quibusuis caducitatis, & alijs pactis & cõuentionibus, ac obligationibus, necnon modis etiam in recognitionem directi dominij & proprietatis seu etiam causa honoris, alioue iure occasione vel aliter quõlibet constitutos, super quibusuis Casalibus, possessionibus, terris, vineis, domibus, prædijs, pratis, nemoribus, syluis, vallibus, paludibus, tenimentis, & alijs bonis immobilibus, cuiuscunque quantitatis, valoris ac extimationis etiam speciali nota dignis, existentibus, & quorum omnium & singulorum bonorum corpora pro expressis hic haberi volumus, perinde ac si singula ipsa corpora, cum suis cohærẽtijs & qualitatibus descripta essent: quarumcunq; Ecclesiarũ etiam Cathedralium, & metropolitanarum, ac Patriarchaliũ, necnon basilicarum, & monasteriorum, congregationum, ordinum, Hospitalium, etiã actu hospitalitatem seruãtium, militiarum, & aliorum religiosorum, & piorum locorum etiam quantumcunque priuilegiatorum, & exem-

Hic Pont. fœdus contraxit cũ Rege Hispaniarum, & Venetis, contra Turcas, vt supra prox. in const. 142.

Et propterea magnas fecit expensas, vt ibidem, & in cõsti. 130.

Nũc autem pro vlteriori persecutione Turcharum, pecunias exquirit; & ideo deputat Card. ad alienandum infra annum, census, &c. impositos super bonis Ecclesiasticis Italiæ, nõ tamen super Castris & fortalitijs.

ptorum, ac habentium quod in speciali vel generali expresſione niſi certis mod o & forma ſeruatis non veniant neque comprehendantur, in vrbe primum, necnon extra illius muros ac quibuſcun que Ciuitatibus, terris, & locis per totam Italiam conſtitutis conſiſtentium, exceptis tamen dumtaxat Canonibus, liuellis, reſponſionibus, recognitionibus, & cenſibus ſuper caſtris, fortelitijs, villis & oppidis conſtitutis, & aſsignatis, ad quæcunque loca ſupradicta ſpectan. per quoſcunque tam collegia, capitula, conuentus, communitates, vniuerſitates quaſcumcunque Ciuitatum, oppidorum, terrarum, caſtrorum, villarum, & locorum, quam particulares perſonas etiam Epiſcopali, vel alia maiori Eccleſiaſtica vel mundana dignitate & excellentia præditos ſoluen. ſeu debitos vel debendos pro pretio, ſeu pretijs quod ſeu quæ vobis, vel maiori parti veſtrum, videbitur, ſeu videbuntur etiam per interpellatas vices, nobis & Cameræ Apoſtolicæ in actu extinctionis, ſeu liberationis infraſcriptarum, ſeu infra tẽpus per vos ſtatuen. perſoluendo, ſeu perſoluẽdis: etiam ſine aliqua cauſæ cognitione, & nullis tractatibus, nullisue ſollemnitatibus deſuper habitis, & ſeruatis, & ſine requiſitione, & conſenſu eorum qui de iure vel aliter requiri deberent: ac illis etiam inuitis & reclamantibus extinguere, Necnon & cum quibuſcunque dictorum Canonum, liuellorum, reſponſionum, & quouis alio nomine nuncupatorum cenſuum debitoribus tranſigere, & Caſalia, poſſeſsiones, vineas, domos, prædia, prata, ac terras, nemora, ſyluas, valles, paludes, tenimenta, & alia bona prædicta etiam ſi minus legitime, aut alias nulliter a principio alienata fuerint, illaue, ſeu illorum aliqua adueniente fine certarum linearum, & generationum, quibus, ſeu temporis ad quod conceſſa ſunt, vel concedi conſueuerunt, ex forma & pactis in inueſtituris deſuper factis expreſſe appoſitis, ſeu ob canones, cenſus, vſus, reſponſiones, debitos ac loco & tempore conſuetis non ſolutos, aut inueſtituras legitimo tempore non acceptas, alienationeſue de rebus ipſis tam iure proprio, quàm etiam ratione vtilis dominij, Eccleſia tamẽ irrequiſita, aut etiam contradicente factas, aliaue quauis occaſione & cauſa etiam ſpeciali mentione digna, ad Eccleſias, Monaſteria, Prioratus, Plebanias, Archipresbyteratus, Præceptorias, Domos, Collegia, Capitula, Conuentus, Cógregationes, Hoſpitalia, Militias, illorumue menſas quaſcunque, necnon cætera alia cũ cura vel ſine cura ſæcularia, & quorũuis ordinũ regularia beneficia Eccleſiaſtica qualitercũq; qualificata, & alia loca religioſa & pia huiuſmodi ſpectent, aut eo ipſo & pleno iure reuerti & deuolui deberent, tanquam forſan propterea, ſeu alias quomodolibet inter quoſcunque in quauis inſtantia litigioſa exiſterent, & pro tempore fuerint, aut inueſtituræ & conceſsiones de caſalibus, poſſeſsionibus, vineis, domibus, prædijs, pratis, nemoribus, ſyluis, vallibus, paludibus, tenimentis, & alijs bonis huiuſmodi etiam ab antiquiſsimo tempore factæ, pactaque, conuentiones & promiſsiones inter dantes & recipientes in id etiam iteratis & multiplicatis vicibus appoſita inita, & iurata aliquo modo tacite vel expreſſe repugnarent, ſeu obſtarent, illorumque feudatarios, vſuarios, emphyteotas, precarios, cenſuarios, liuellarios, locatarios, conductores, ac vtiles dominos (à feudi vt præfertur a iuriſdictione vacui) vſuum, cenſuum, canonum, liuellorum, precariæ reſponſionum, & recognitionum huiuſmodi, ac etiam laudemiorũ, ſeu capoſoldorum in pecunia numerata, vel alia ſpecie debitorum præſtatione, onereque nexu & obligatione, reuerſione, & deuolutione prædictis, ac renouatione inueſtiturarum, conſenſu directorum dominorũ in alienationib. & tranſlationib de illis in quoſcunq; etiã penitus extraneos pro tẽpore factis adhibendo, necnon omni ſuperioritate & iure eccleſiaſtico atq; vexatione litium quarũcunque. quæ forſan ſuperinde etiã inter ipſos directos dominos ex vna, & poſſeſſores bonorum hmõi parte altera nunc & in futurum motæ extiterint, & indeciſæ quolibet in quacunque inſtantia pendeant, quarum ſtatum & merita, nominaq; & cognomina Iudicum & Commiſſariorum & delegatorum coram quibus, & collitigantium inter quos forſan ſic indeciſæ pendent, ſimulque eorum titulos & iura, etiam nulla, & infecta pro expreſsis hic haberi volumus, perpetuo in toto vel parte affrancare & liberare: illiſque poſſeſsiones, & alia bona huiuſmodi etiam ſi in commiſſum, quia directum dominium & proprietatem eorum quorum iuris ſunt aut eſſe prætẽdũtur in iudicio vel extra, expreſſe etiã & pluries negauerint recognitionemue de directis dominio, & proprietate huiuſmodi etiam requiſiti facere neglexerint, ſeu recuſauerint: vel ob canonis non ſolutionem, aut extinctam lineã aut alienationes vt ſupra factas, ſiue quouis alio prætextu cecidiſsẽt, ad eccleſiaſq; Monaſteria, Prioratus, Præpoſituras, Præpoſitatus, Plebanias, Archipresbyteratus, Præceptorias, Domos, Collegia, Capitula, Conuentus, Congregationes, Hoſpitalia, Militias, Menſas, cæteraq; beneficia & loca prædicta quomodolibet deuoluta & pleno iure iam reuerſa eſſent: ab omni & quacunque etiã caducitatis, deuolutionis, reuerſionis, renouationis, conſenſuſque adhibitionis huiuſmodi moleſtia libera & franca dimittere & perpetuo concedere: necnon quæcunq; inſtrumenta & ſcripturas, pactis, promiſsionibus, cautelis, & alijs in ſimilibus apponi ſolitis & neceſſarijs vallata & firmata conficere & celebrare: ac quemcunque ſeu quoſcunq; Cõmiſſarios tam ſpeciales quàm generales, qui præmiſſa aut eorũ aliqua vice noſtra ſuppleant, cum ſimili vel limitata, ac vobis beneuiſa poteſtate deputare, & ſubdelegare, cæteraque in id quomodolibet neceſſaria, & opportuna facere & exequi libere & licite poſsitis & valeatis plenam & liberam licentiam, & facultatem, ac auctoritatem Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus. Necnon ſecuta liberatione hac lites & cauſas huiuſmodi, & tam pendentes, quàm inchoandas ex nunc prout ex tunc & econtra harum ſerie auocamus, & penitus extinguimus, atque perpetuum ſilentium ſuper illis, alijſque præmiſsis, Præſulibus, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Plebanis, Archipresbyteris, Præceptoribus, Commendatarijs, Collegijs, Capitulis, Conuentibus, Congregationibus, Rectoribus, Adminiſtratoribuſque ſupradictis, & alijs quibuſcunque cuiuſuis ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ exiſtentibus, quorum id quomodolibet directe, vel indirecte intereſt, vel in futurum intereſſe poterit imponimus. Inſuper ne vllo vnquam temporis dubitari contingat ſi liberatione, & affrancatione huiuſmodi ſecutis, priuilegia, immunitates, libertates, & exemptiones, quæ tam Eccleſia ipſa quàm poſſeſsiones, & alia bona ſupradicta, illaſque ſic pro tempore titulo feudi, vſus, emphyteoſis, liuelli, precariæ ſeu alias quomodolibet obtinentes habuerunt, & habẽr perierint & expirauerint: quod eatenus quatenus vobis viſum fuerit exemptiones, immunitates, priuilegia, libertates de quibus ſupra, & præſertim quod in publicatione & cõfiſcatione bonorum, particulari vel vniuerſali etiam ob quodcunq; delictum & crimen pro tempore commiſſa, Caſalia, poſſeſsiones, terræ, vineæ, domus, prædia, prata, nemora, ſyluæ, valles, paludes, tenimẽta, & alia quæcunq; bona feudalia, emphyteotica, liuellaria præcariata, cẽſualia, ſeu alias quomodolibet Eccleſijs, Monaſterijs, Prioratibus, Præpoſituris, Præpoſitatib. plebanijs, archipresbyteratibus, præceptorijs, domibus, collegijs, capitulis, conuentibus, congregationibus, hoſpitalibus, militijs illorũue mẽſis cæteriſq; beneficijs & locis pijs hmõi obnoxia nequaquã veniant, aut cõprehendantur,

Bona hæc liberata & affrancata, gaudere poſſunt priuilegiis hic expreſſis arbitrio ipſorum Deputatorum.

aut vllo

Nec ullo modo publicari, seu Curiæ cuiusuis Domini Ecclesiastici, vel temporalis confiscari possint, vel debeant, quæ tam Ecclesiæ, quàm eisdem possessionibus, Terris, vineis, domibus, prædijs, pratis, nemoribus, siluis, vallibus, paludibus, tenimentis, & alijs huiusmodi bonis, illisque sic es in feudum, liuellum, emphyteosim, precariam, vsum, censum, aut alias quomodolibet pro tempore obtinentibus retroactis temporibus de iure, priuilegio, consuetudine, seu alias concessa fuerunt, & competere dignoscuntur; ac durante Superioritate, nexu, obligatione, & onere præstationis canonis liuelli, census, precarie, responsionis, reuersionis, deuolutionis, directique dominij, & proprietatis supradictorum vtebantur, potiebantur, & gaudebant; vtiue, potiri, & gaudere poterant, & debeant nequaquam ob liberationem, & affrancationem huiusmodi aliaue harum nostrarum vigore quomodolibet pro tempore secura expirent, aut cessent, sed in suo pristino robore, & vigore permaneant, eisque obtinentibus pro tempore Terras, Vineas, Domos, Prædia, Prata, nemora, siluas, valles, paludes, tenimenta, & alia bona huiusmodi, etiam, vt præfertur affrancata, & liberata, vt prius non solum pariformiter, sed æque principaliter, & absque vlla prorsus differentia, ac vere, & non per fictionem perpetuo gaudeant, potiantur, & fruantur in omnibus, & per omnia, sibique suffragentur, & suffragari debeant, perinde, ac si Superioritas, onera, nexus, & obligationes canonum, feudi vsuum emphyteosis, liuellorum, precariæ, censuum, responsionum, reuersionum, deuolutionum, inuestiturarum, directi dominij, ac proprietatis huiusmodi durarent, & nullatenus extincta essent, si & prout vobis concedere videbitur concedimus, statuimus, & indulgemus. Ita tamen, vt priuilegia, & exemptiones huiusmodi per vos concedi, & reseruari nequeant reis criminum læsæ Maiestatis diuinæ, vel humanæ, & assassinij, & offensionis Cardinalium, vel Episcoporum, his enim casibus si aliàs de iure locus futurus sit confiscationi, priuilegia huiusmodi concedi, aut suffragari nullo modo posse volumus. Decernentes affrancationes, liberationes, inuestituras, & concessiones, ac alia præmissa per vos, seu maiorem partem vestrum, aut à vobis respectiue deputandum, vel deputandos ab eis, & singulo eorum, vt præfertur facienda, & exequenda perpetuæ firmitatis robur obtinere debere, ac Feudatarios, Vsuarios, Emphyteotas, liuellarios, precarios, censuarios, & vtiles dominos, ac alios prædictos eorumque hæredes, & successores quoscunque, ac alios quorum interest, vel interesse poterit modo aliquo contra præsentium tenorem, desuper molestari, inquietari, vel impediri non posse: sed illos, ac possessiones, vineas, domos, prædia, prata, nemora, siluas, valles, paludes, tenimenta, bona, ac iura huiusmodi franca, libera, & allodialia perpetuo fore, & esse: & vt talia, ac prout alia bona mere laicalia, & prophana in quoscunque etiam penitus estraneos, & incapaces tam ex dispositione inter viuos, quam causa mortis, & ab intestato transferre, ac transferri, & alienari liberè, & licite posse, & debere. Et insuper non modo Ecclesias, Monasteria, Prioratus, Præpositur as, Præpositatus, Plebanias, Præceptorias, Archipresbyteratus, domos, Collegia, Capitula, Conuentus, Congregationes, Hospitalia, Militias, mensas, cæteraque beneficia, & loca prædicta eorumque præsules, Abbates, Priores, Præpositos, Plebanos, Archipresbyteros, Præceptores, Commendatarios, Rectores, & Administratores quocunque nomine nuncupatos, sed neque nos, aut successores nostros Romanos Pontifices, aut Cameram Apostolicam vllo vnquam tempore præmissis se opponere, aut ab illis reclamare, vel beneficium restitutionis in integrum sub læsionis etiam enormis enormissimæ, aut etiam totalis, aut alio quocunque prætextu petere, vel impetrare, aut ab alio impetratis, seu etiam motu simili concessis vti. Minusque præsentes literas sub quibusuis similium, vel dissimilium alienationum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, & alijs contrarijs dispositionibus comprehendi nullatenus posse: sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum repositas, & plenarie etiam sub quacunque data per ipsos eligenda concessas: vimque validi, & efficacis, ac onerosi contractus inter nos, & Sedem Apostolicam, & dictos liberatos, etiam cum iuramento initi, & stipulati sortiri; & ita ab omnibus censeri, atque incommutabilis voluntatis, & intentionis nostræ esse: sicque in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, & locorum ordinarios, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales vbique decidi, cognosci, & iudicari debere. Irritum quoque si secus super ijs à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Cæterum, vt indemnitati Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratuum, Præpositurarum, Præpositatuum, Plebaniarum, Archipresbyteratuum, Præceptoriatuum, domorum, Collegiorum, Capitulorum, Conuentuum, Congregationum, Hospitalium, Militiarum, illorumque Mensarum cæterorumque beneficiorum, & locorum huiusmodi aliqua saltem ex parte consulatur, volumus quod eisdem Ecclesijs, Monasterijs, Prioratibus, Præposituris, Præpositatibus, plebanijs, Archipresbyteratibus, Præceptorijs, domibus, Collegijs, Capitulis, Conuentibus, Congregationibus, Hospitalibus, Militijs illarumque mensis cæterisque beneficijs, & locis prædictis, quorum canones, liuellos, responsiones, recognitiones, census, precarias, emphyteoses, seu alia quæcunque iura per vos, seu maiorem partem vestrum liberari, affrancari, alienari, & transigi contigerit, aliqua recompensa non quidem fundo super quo canones impositi sunt correspectiua: sed respectu annui redditus, per ipsas Ecclesias, Monasteria, Prioratus, Præposituras, Præpositatus, plebanias, Archipresbyteratus, Præceptorias, domos, Collegia, Capitula, Conuentus, Congregationes, Hospitalis, Militias, illorumque mensas cæteraque beneficia, & loca huiusmodi percipi soliti æqui valens, aut minor, si vobis aliquando visum fuerit, super alijs bonis stabilibus, seu tot locis Montium non vacabilium, etiam Pietatis nuncupatorum, & per singulas Vniuersitates, Ciuitatum, oppidorum, Terrarum, & locorum huiusmodi pro tempore erectorum, & instituendorum: vel facto partis pecuniarum, ex dicta affrancatione, liberatione, & transactione redigendarum vobis beneuisa actuali deposito, ad effectum illam ad Ecclesiarum, & locorum prædictorum commodum inuestiendi assignetur; ipsaque assignata recompensa perpetuo pro euictione iurium affrancatorum huiusmodi remaneat, & exinde amoueri nullatenus possit. Atque vt eo magis securitate eorum, qui vobiscum, aut deputandis à vobis sunt contractari prouideatur, statuimus, quoad ipsos affrancantes, & liberantes, facultatem hanc affrancandi, liberandi, & transigendi, & alienandi vobis concessam, nullatenus conditionalem, aut ad certam formam, & modum restrictam, sed quoad validitatem contractuum celebrandorum ipsorumque affrancantium, & acquirentium securitatem puram, & liberam censeri, nullamque recompensæ assignandæ rationem haberi; affrancationesque, & liberationes faciendas sic valere, ac tenere, ac si prædicta omnia sine aliqua recompensæ mentione concessa essent: Ac insuper affrancationes, liberationes, & transactiones præ-

Affrancationes feudi, ex nunc ab isto Pont. confirmantur.

Et de bonis affrancandis liberè disponi posse conceditur, prout de bonis profanis.

Clausula præseruatiua.

Decretũ irritans. Recõpẽsa detur locis pijs, quorũ bona alienabuntur.

Recompensa assignanda, obligata remaneat pro euictione bonorũ affrancatorum.

Affrancationes sint validæ remaneant, etiam si recompensæ tuiantur.

aa 3

nes præ-

nes præfatas perpetuo effectum sortiri; ipsosque affrancantes, liberantes, & transigentes securos esse; etiam si contingeret recompensationes per vos eisdem Ecclesijs, Monasterijs, Prioratibus, Præposituris, præpositatibus, plebanijs, Archipresbyteratibus, Præceptorijs, domibus, Collegijs, Capitulis, Conuentibus, Congregationibus, Hospitalibus, Militijs, illorumque mensis cæterisque beneficijs, & locis huiusmodi, vel nullo modo dari, vel dandas, & assignandas ab eisdem de facto, vel de iure, in totum, vel pro parte euinci. Eosdemque affrancantes, liberantes, & transigentes nullo vnquam tempore in perpetuum teneri ad probandum actualem pecuniarum numerationem, aut pecunias per eos erogatas in Sedis Apostolicæ vtilitatem versas, minusue recompensam esse assignatam; cum pro eorum perpetua securitate sufficere velimus exhibitionem vestrarum literarum patentium, quibus affrancatio huiusmodi concedatur, etiam si contingeret, vllo vnquam tempore contrarium probari. Et nihilominus vniuersis, & singulis personis in dignitate Ecclesiastica constitutis in dictis locis consistentibus, Motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunque vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte alicuius fuerint requisiti faciant auctoritate nostra extinctiones, affrancationes, liberationes, & alia præsentium vigore facienda ab omnibus, quos illa concernunt inuiolabiliter obseruari, illisque, ac bonis affrancatis, & liberatis huiusmodi dominos, & possessores, ac omnes, & singulos, quos quomodolibet concernunt, eorumque hæredes, & successores quoscunque pacificè frui, & gaudere, nec permittant quemquam contra præsentium, aut ipsorum instrumentorum, seu literarum patentium tenores modo aliquo molestari, impediri, aut inquietari: Contradictores, quoslibet, & rebelles per sententias censuras, & pœnas Ecclesiasticas aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione postposita compescendo; legitimisque super his habendis seruatis processibus, sententias, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus fœl. rec. Bonifacij VIII. de vna, & Concilij generalis de duabus dietis; & Symmachi, quæ incipit, Non liceat Papæ: necnon Benedicti XII. & Pauli II. & Pauli IIII. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, necnon de non tollendo cuiquam ius quæsitum, ac alijs Apostolicis, necnon in quibusuis generalibus, Prouincialibus, & synodalibus Concilijs edictis, specialibus, vel generalibus, Constitutionibus, & ordinationibus, ac quarumuis Ecclesiarum, Monasteriorum, ordinumque Militiarum, Hospitalium, & locorum præfatorum, ac aliorum quorumcunque etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, vsibus, naturis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis, per præfatos, & quoscunque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedem Apostolicam, etiam per viam Generalis legis, & statuti perpetui, necnon Motu proprio, ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam Consistorialiter, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, etiam in vim contractus, & pluries concessis, confirmatis, & innouatis; quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, seu quæuis alia exquisita forma, ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque: aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et ne vllo vnquam tempore de viribus in huiusmodi negocio per vos gerendorum dubitari contingat, ex eo quod ab initio non omnes in vnum conueneritis, aut ex vobis præsentibus aliqui recesserint, & ea absentibus negocio iam inchoato, alij redierint, decernimus inspiciendum numerum maioris partis vestrum præsentium in Curia tempore conclusionis, ita, vt quod aliqui ex vobis cœperint, alij liberè illud prosequi valeant, & finire; & toties quoties redierint, reassumere, & quod circa præfatum numerum maioris partis præsentium in Curia stetur plenè assertioni Secretarij, vel Notarij vestri; sic in literis, patentibus, vel instrumentis asserentis. Vt autem eo facilius præsentes nostræ literæ ad omnium notitiam deducantur, illas in Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ valuis, ac in acie Campi Floræ per vnum ex Cursoribus nostris, vt moris est publicari, & affigi volumus, & mandamus, Quodque harum exemplis, etiam impressis, ac insertis manu Secretarij vestræ Congregationis subscriptis, & sigillo paruo alicuius ex vobis munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra vbique locorum adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum facti, deputationis, concessionum, auocationis, extinctionis, impositionis, statutorum, indulti, voluntatum, decretorum, mandatorum, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo primo. Tertio Non. Decembris, Pontificatus nostri Anno sexto.

Affrancantes, nō tenentur probare pecunias, erogatas fuisse versas in vtilitatē Sedis Apost.

Executorum deputatio & facultates.

Clausula derogatorium.

Forma & effectus publ.

Ego Pius V. Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.

Ego Io. Card. Moronus Episcopus Ostien.
Ego Otho Card. Augustanus Epis. Prænestin.
Ego A. Card. Farnesius Episc. Tuscul. Vicecancel.
Ego Io. Card. Vrbin. Episc. Sabinen.
Ego Io. Card. Politianus Episc. Albanen.
Ego S. Card. Pisarum.
Ego Io. Ant. Card. S. Georgij.

Ego Stan. Card. Vuarmien.
Ego F. Card. Pacecho.
Ego M. Ant. Card. Amulius.
Ego I. Franciscus Card. de Gambara.
Ego M. S. Cardinalis ab Altaemps.
Ego A. Card. Gesualdus.
Ego N. Card. de Sermoneta.
Ego M. Antonius Car. Columna.
Ego Pt. Car. Comensis.

Ego

Ego P. Cardinalis de Sancta Cruce.

Ego Fla. Cardinalis Vrsinus.
Ego Alexander Card. Cribellus.

Ego Gul. Cardinalis Sirletus.

F. Cardinalis Alciatus.
Ego Io. Paulus Card. ab Ecclesia.
Ego M. Ant. Card. Maffæus.

Iul. Ant. Card. S. Seuerinæ.

Ego P. Donatus Card. Cæfius.

Ego F. A. Card. Theanen.
Ego F. Fœlix Card. de Montealto.
Ego Paulus Card. Placentinus.
Ego Ioannes Cardinalis Aldobrandinus.
F. Vincentius Card. Iustinianus.
Hieronymus Card. Rusticuccius.
Ego Io. Hier. Card Albanus.
Ego Fer. Card. de Medicis.
Ego Ant. Card. Caraffa.
Iul. Card. de Aquauiua.

Cæ. Glorierius.
A. de Alexijs.

Anno à Natiuitate Domini, Millesimo quingentesimo septuagesimo primo, Indictione decimaquarta, die vero Martis decimaoctaua mensis Decembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo patris & Domini Nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno eius sexto, supraſcriptæ literæ Apostolicæ, affixæ, & publicatæ fuerūt ad valuas Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ & in acie Campi Floræ, per nos Scipionem de Octauianis, & Ioan. de Soya Apostolicos Curs.

Io. Andreas Panizza Magister Curs.

CXXXXV.

De ambientibus dignitates, & officia iurisdictionis administrationem habentia, eaque pretio, seu promissione, procurantibus, vel assequentibus, aut assecuta manutenentibus.

Hæc constitutio declaratur, & ampliatur infra in const. 150. Cum nuper, ne ordo.

PIVS Papa V. Motuproprio, &c.
ET si Romani Pontificis continua, indefessaque meditatio circa subditorum suorum commodum, & vtilitatem continue implicatur, ac quæ ijs, quos vt filios tenere diligit, obesse posse credit, de medio tollit; negociorum tamen multitudine pressa singula indies singulos considerans illorum executionem, etiam dietim disponit, vt & negocia ipsa salubrius dirigantur, ac ipsi subditi paulatim suis in eos amoris cognoscant indicia. Sanè licet alias ne ordo iustitiæ præuerteretur, & ex certis alijs inibi expresſis causis per ciuiles constitutiones salubriter fuerit statutum, vt Iudices, & alij iustitiæ Administratores sine quoquo suffragio fieri debeant, grauissimis etiam iniunctis pœnis, qui præmissam constitutionem transgredi ausi quoquomodo fuissent: accepimus tamen nuper, non sine animi nostri displicentia, nonnullos pro consequendis officijs, & dignitatibus iurisdictionis exercitium habentibus pecunias, & alias res soluere, & promittere aliquibus Curialibus, quorum intercessionibus, & fauoribus talia officia, & dignitates obtinent. Licetque nos pro nostri Pastoralis officij debito præmissa conniuentibus oculis pertransire nequeuntes, omnem adhibuerimus diligentiam, vt tam ambitiosi huiusmodi, quàm pecuniarum huiusmodi receptores, & stipulatores, tam publicè, quàm secretè reperirentur; nihilominus exinde nihil certi expiscari hactenus potuimus. Cupientes igitur præmissis modum aliquem imponere, ac eos, quos ciuilium pœnarum timor à similibus non coercet, per Canonicas sanctiones auctoritate Apostolica omnino deterreri, & auaritiæ huiusmodi genus turi, & iustitiæ huiusmodi tam obnoxium de medio tollere, constitutionis ciuilis, ac pœnarum per illas statutarum tenorem, & formam præsentibus pro expresſis habentes, Motu simili, &c. & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & singulas leges, constitutiones, statuta, & decreta contra delinquentes huiusmodi, tam à iure ciuili, quàm à sacris Canonibus facta, ac in illis contenta, punitiones, & pœnas quascunque in tales inflictas harum serie innouamus, easque idem robur, eandemque vim obtinere volumus, atque statuimus, quod, & quam habuissent, & haberent, si hactenus ad vnguem obseruatæ fuissent, vel à nobis per præsentes emanarent. Insuper quoque, vt earum vius pœnarum multiplicatione stabilior efficiatur, hac nostra perpetuo valitura constitutione, quamque vim legis, etiam inuiolabilis habere sancimus, legibus, constitutionibus, statutis, & decretis prædictis præiudicium non inferendo, quinimo illis addendo, decernimus, & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus nemini cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis fuerit, liceat mediante pecunia, vel solutione, & traditione, ac promissione aliarum rerum, etiam per interpositas personas, aut alias quouis modo faciendas, aliquas dignitates, & officia, exercitium, & administrationem iurisdictionis habentia procurare, assequi, vel obtinere, ac si quis his præsentibus contrauenisse quoquomodo dici, aut censeri potuerit, ipsum contrauenientem, eo ipso confiscationis omnium bonorum, degradationis, & amissionis, tam priuilegij doctoratus, quam quorumcunque per eum obtentorum officiorum, tam secularium, quàm Ecclesiasticorum, ac demum vltimi supplicij pœnas irremissibiliter incurrere volumus. Cæterum, vt fraudibus, quæ circa præmissa exoriri possent facilius occurratur, pari modo statuimus, quòd vbicunque, & quandocunque compertum fuerit per interpositam personam aliquas pecunias, seu alias res traditas, seu promissas fuisse alicui Curiali familiari, vel cuicunque alteri personæ pro officijs, & dignitatibus iurisdictionis administrationem habentibus, is qui officium huiusmodi obtinuerit se à præmissis, attenta interpositione personæ huiusmodi nullatenus excusare queat: quinimo nulla admissa ignorantiæ excusatione ipso iure præsumatur solutionem, & promissionem huiusmodi de eorum qui officia, & dignitates simi-

Iure ciuili cauetur, Iudices, & alios iustitiæ ministros sine quoquam suffragio debere, vt in auth. vt Iudices sine, &c.

Hic autem Pontif. pœnas omnes in transgressores inflictas innouat, & confirmat.

Quinimo alias pœnas hic expressas imponit procurantibus vel obtinentibus medio pecuniæ, &c. dignitates & officia.

Et exceptionem ignorantiæ, ne admitti decernit.

ſia obtinuerunt conſenſu, & mandato penitus eſſe facta, ijsdemque propterea pœnis ſubiacere omnino intel-
ligatur. Poſtremo ne ij qui in præteritum talia officia, ſeu dignitates ſolutionibus, ſeu promiſsionibus median-
tibus impetrauerint, credant ſe per præſentes abſolutos eſſe; eisdem Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudi-
Soluentibusque aliquid ex cauſa manutentionis; officiorum iam obtentorum, eaſdem pœnas infligit.
ne perpetuo declaramus eos pœnas in tales à iure communi inflictas incurriſſe, & contra eos ad pœnarum hu-
iuſmodi proſecutionem procedi poſſe. Eos vero qui ſimilibus medijs aliqua officia, & dignitates ſimiliter iu-
risdictionis adminiſtrationem habentia obtinent, ſi in futurum quippiam vnquam vigore præcedentium pro-
miſsionum in aſſecutione officij huiuſmodi factarum ſoluerint, ipſo iure, & facto pœnas in hac noſtra conſti-
tutione contentas incurrere, præſenteſque noſtras, tam eos qui in futurum officia ſimilia, & dignitates ſolu-
tionibus, & promiſsionibus præcedentibus obtinebunt, quàm eos qui iam obtinuerunt, ſi in futurum aliquid
Promiſsionesq; deſuper factas annullat.
manutentionis in eis, aut alia cauſa ſoluerint ligare volumus. Decernentes contra præmiſſa quoduis pactum,
etiam iuramento vallatum, ac inſtrumenta, & aliàs forſan deſuper editas ſcripturas minimè in cauſa eſſe poſſe
quominus ſoluere habentes, ſi pro præmiſsis ſoluerint, pœnas præſentibus contentas incurrant. Nos enim pa-
cta, conuentiones, promiſsiones, & ſcripturas, ac alia quæcunque quomodolibet vt præfertur inita exinde caſ-
ſamus, irritamus, & annullamus, eoſque à iuramentis, & alijs nexibus prædictis abſoluimus, necnon præſen-
Clauſulæ præſeruatiuæ.
tes, & deſuper forſan conficiendas literas perpetuis futuris temporibus durare, ac omnes, & ſingulos à data
præſentium irremiſsibiliter ligare volumus, illaſque nullo vnquam tempore de ſurreptionis, vel obreptionis
vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, aut ſub quibuſuis reuocationibus, & derogatio-
Decretum irritans.
nibus comprehendi nullatenus poſſe, Sicque per quoſcunque Iudices, &c. & cauſarum Palatij Apoſtolici Au-
ditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata, &c. iudicari debere, irritum quoque, &c. decer-
Clauſulæ derog.
nimus. Non obſtantibus præmiſsis, ac quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſuis
etiam Almæ Vrbis, & aliarum Ciuitatum, Oppidorum, Terrarum, & locorum, etiam iuramento, &c. ro-
boratis, ac Prouincialibus, municipalibus, & particularibus ſtatutis, ac legibus, etiam Imperialibus, & in
Forma publ. huius conſt.
corpore iuris ſcriptis, priuilegijs quoque, &c. ſub quibuſcunque tenoribus, &c. etiam motu ſimili, &c. etiam
Quam publ. hic habes infra.
Conſiſtorialiter, &c. quibus omnibus illorum tenores, &c. hac vice latiſsime derogamus, cæteriſque contra-
rijs quibuſcunque. Vt autem præſentium tenor omnibus innoteſcat, nulluſque earum ignorantiam allegare queat,
eas in valuis Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ac Sancti Ioannis Lateranenſis, & in acie Campi Floræ de Vrbe
publicari mandamus, ipſaſque ſic publicatas, omnes, & ſingulos quos illæ concernunt ita afficere volumus,
ac ſi eſſent omnibus perſonaliter intimatæ. Decernentes quoque præſentium earundem ſolam ſignaturam ſuffi-
cere, & vbique fidem facere in iudicio, & extra, regula quacunque contraria non obſtante, ac illarum tran-
ſumptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo Almæ Vrbis Gubernatoris, aut alicuius alterius iu-
dicis munitis, eandem prorſus fidem adhiberi, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel
oſtenſæ.

Placet Motuproprio M.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Non. Decembris Anno ſexto.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo, indictione de-
cimaquarta, Pontificatus vero Sanctiſsimi in Chriſto patris & D.N.D. Pij diuina prouidẽtia Papæ V. Anno ſexto,
die vero octaua menſis Decembris, ſupradictæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Baſilicarum Prin-
cipis Apoſtolorum de Vrbe, Sancti Ioannis Lateranen. & in acie Campi Floræ, per nos Scipionem de Octauia-
nis, & Alamanum de Alamannis prælibati Sanctiſsimi S.D.N. Papæ Curſores.

Io. And. Panizza Magiſter Curſorum.

CXLVI.

Facultates conceſſæ ad ſex menſes Cardinalibus Sanctæ Crucis, & Aldobrandino, ac Vrbis Gubernatori, & Theſaurario generali, abſoluendi bannitos, &c. cum interuentu Procuratoris Fiſcalis.

Aliam ſimilem conſt. huius Pont. habes ſup. ſol. 1081. num. 107. Licet primum, & aliam fecit Greg. 13. infra nu. 97. Cui Regis.

De materia autem Bannitorum, vide infra in Greg. 13. conſt. *66.* Tanta; cum ibi not.

PIVS Papa V. Motuproprio, &c.

DVM mente indefeſſa recolimus, quantam nobiſcum Deus operari dignatus ſit miſericordiam tra-
dendo in manus ſeruorum ſuorum inimicum noſtrum, facere nullo modo poſſumus, quin dum Chri-
ſtifideles Deo debitas agere cupimus gratias, vt id purius per eos fiat, eorum conſcientiæ ſecuritati,
etiam quantum in nobis eſt proſpiciamus, & ad id eo promptius impellimur, quando exinde etiam aliqua no-
bis prouenire poſſe cernimus ſubſidia, per quæ ſubſequentis anni neceſſarias expenſas perferre facilius valea-
mus. Animaduertentes itaque facile eſſe poſſe, vt multi peccatis inuoluti, dum de remiſsionis, & abſolutionis
beneficio diffidunt, in eisdem peccatis perſeuerent, non ſine eorum ſalutis tam hoc, quàm futuro ſæculo in-
Cauſa huius conſtitutionis.
genti periculo, quodque deterius eſt, Omnipotentis Dei iram, eorum ſic promerentibus peccatis, in vniuer-
ſum Chriſtianum Populum prouocent, ac commoueant: ſique eis abſolutionis, & remiſsionis beneficium con-
cederetur, facile eſſe poſſet, quod veteri fermento abolito, de ſomno ſurgerent, & nouum hominem induerent,
ſperantes etiam id ad Dei Clementiam nobis conciliandam, maioremque ab infidelibus victoriam reportan-
dam proficuum foret. Ac propterea volentes, tam præmiſsis opportune occurrere, quàm fidelium ſaluti pro-
ſpicere, necnon ærarij noſtri penuriæ qua in ijs noſtris neceſsitatibus præmimur, dum hoc graue, & diuturnum

bellum

bellum pro Catholicæ fidei defensione sustinere cogimur, prospicere, Motu simili, &c. Dilectis filijs nostris Prospero de Sancta Cruce, & Ioanni Aldobrandino nuncupatis S. R. E. Cardinalibus Magistro Monti de Valentibus, Almæ Vrbis Gubernatori, Notario, & Prælato nostro domestico, ac dilecto filio Bartholomæo Bussotto Thesaurario nostro generali, de quorum probitate morum, vitæ integritate, intentionis probitate, alijsque virtutum donis, plurimum in Domino confidimus, quosque hac nostra facultate non nisi cum ea qua decet modestia, ac læsæ partis satisfactione, necnon delinquentium conscientiarum securitate, ac ærarij nostri respectu functuros, certo scimus, cum assistentia tamen etiam dilecti filij nostri Procuratoris Fiscalis, harum serie committimus, & mandamus, vt habita consideratione ad præmissa omnia, necnon delictorum grauitatem, & perhorrescentiam, omnes, & singulas vtriusque sexus personas, tam in hac Alma Vrbe nostra, quàm alijs quibuscunque Ciuitatibus, Terris, Oppidis, & locis, nobis, & Sedi Apostolicæ, tam mediate, quam immediate subiectis consistentes, etiam si eorum incolæ non sint, & ab illa quoquomodo declinauerint, qui id humiliter tam præsentes, quàm per Procuratorem infra sex menses à præsentium dat. computandos petierint, iniuncta sibi pro modo culpæ eorum arbitrio pœnitentia salutari, à quibuscunque criminibus, excessibus, & delictis, tam publicis, quàm occultis, etiam si talia forent, quæ sub generali delictorum nomine non venirent, sed speciali expressione indigerent, ac ad Fiscum nostrum delata fuerint, & in illis processus formatus extiterit, etiam quod super eis iam pronunciatum fuerit, & huiusmodi delinquentes iam carceribus ad præsens detineantur (dummodo hæresis, & læsæ Maiestatis crimina non fuerint) in vtroque foro misericorditer absoluere, & totaliter liberare, ac eos, & eorum singulos ad patriam, honores, bona, & eum, in quo ante præmissa quomodolibet erant statum, restituere, reponere, & plenarie reintegrare, omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam, siue notam abolere, omnemque pœnam, etiam corporalem, ac bonorum confiscationis eis ratione delictorum suorum occasione prouenientem, seu debitam condonare, & remittere, necnon processus quoscunque contra eos in contumaciam, aut aliàs quomodolibet formatos (non tamen executioni hactenus demandatos) cassare, annullare, & abolere, ac ab omnibus, quos illa concernunt, aboleri, cassari, & annullari facere: Cum ijs vero qui Clerici, aut alias ad ordines, etiam sacros promoti fuerit, aut beneficia Ecclesiastica quomodocunque obtinuerint, vt præmissis, & irregularitate per eos exinde quomodolibet contracta non obstante, suis Clericali charactere, & illius priuilegijs vti, necnon in suis ordinibus remanere, ac in illis etiam in Altaris ministerio ministrare, ac quæcunque per eos obtenta, & in posterum obtinenda beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura quomodocunque, & qualitercunque qualificata, etiam si Ecclesiæ, etiam Cathedrales, & Metropolitanæ, Monasteria, Prioratus, & Præpositura, etiam Conuentuales, ac dignitates, etiam maiores, & principales fuerint, recipere, & retinere, ac quoscunque fructus, & loco pensionum annuarum, necnon pensiones annuas super similibus fructibus, &c. impositas, vt prius percipere, exigere, & leuare, libere, & licitè possint, & valeant dispensare auctoritate nostra curent. Nos enim eis præmissa omnia, & singula, ac alia quæcunque, quæ in præmissis, & circa ea necessaria quomodolibet, & opportuna duxerint, agendi, faciendi, & gerendi, Necnon omnibus, & singulis iudicibus, tam ordinarijs, quàm extraordinarijs, & quarumcunque Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, locorum, & Oppidorum, Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Potestatibus, Capitaneis, Prætoribus, & alijs personis cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, & quacunque auctoritate fungentibus in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis, &c. pœnis districtius inhibendi, nec sic absolutos huiusmodi quouis quæsito colore molestare, inquietare, vel perturbare audeant, vel præsumant, illisque sub eisdem pœnis mandandi quatenus processus, & alias scripturas præfatas superinde confectas esse, & annullent, perpetuumque super præmissis silentium imponendi plenam, & liberam per præsentes facultatem concedimus, & auctoritatem. Decernentes omnes, & singulas absolutiones, & alia per eos vigore præsentium facienda nullo vnquam tempore de surreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ defectu notari, impugnari, inualidari, ad terminos iuris reduci, in ius, vel controuersiam vocari nullatenus posse, minusque sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, & alijs contrarijs dispositionibus comprehendi nullatenus posse: Sicque ab omnibus censeri, & ita per quoscunque Iudices, &c. etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, sublata eis, &c. iudicari debere, irritum quoque, &c. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis Apostolicis, necnon in Prouincialibus, & synodalibus Concilijs editis specialibus vel generalibus constitutionibus, ac quibusuis etiam Ecclesiarum, & Monasteriorum, etiam forsan in quibus beneficia ipsa extiterint iuramento, &c. roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, &c. sub quibuscunque tenoribus, &c. etiam Motu simili, &c. etiam Consistorialiter, &c. concessis, &c. quibus omnibus, etiam si de illis, &c. illorum tenores, &c. hac vice latissime derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem præsentium solam signaturam sufficere, & vbique fidem facere in iudicio, & extra, regula quacunque contraria non obstante. Ac quoniam difficile foret præsentes has nostras ad singula quæque loca deferri, præsentium transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Placet Motuproprio M.

Facultas Card. de Sancta Cruce, & Card. Aldobrandini & Gubernatoris Vrbis, ac Thesaurarij generalis, absoluendi bannitos, &c.

Officiales nō molestent sic absolutos.

Clausulę præseruatiuæ.

Decretum irritans.

Clausula derogatoria.

Sola signatura sufficit.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Non. Decembris, Anno sexto.

CXLVII.

Captiui effecti in bello contra Turcas, non relaxentur per Christianos durante bello, sed Pontifici, siue officialibus notificentur.

Pont. ipse, cū Philippo Rege Hispaniarū, & Republica Venetorum bellum fecit contra Turcas, & victoriam reportauit, & ex classe Turcarum captiui multi effecti sunt.

PIVS Papa V. Motuproprio.

POSTQVAM nuper inter nos, & Sedem Apostolicam, ac charissimum in Christo filiū nostrum Philippū Hispaniarū Regē Catholicū, necnō dilectū filiū nobilē virū Aloysiū Mocenicū Vene. Ducē, & eius Reip. dominiū, inito fœdere, & classe cōmunib' viribus cōparata, dilecto filio nobili viro Io. ab Aust. eius generali

ſali Præfecto, & ductore, commiſſum fuit prælium omni poſteritati commemorandum, initio illud quidem quatenus poteramus nobis ab humanis viribus polliceri periculoſiſsimum, ipſo autem exitu fœliciſsimum, hoſtibus maximam partem cæſis, fugatis, reliquis captiuis factis, cauſam nimirum ſuam Domino Deo noſtro iuuante, proque ſuo Iſraele pugnante, perlatum fuit ad nos pleroſque Chriſtianorum partim captiuos illos ſibi ipſis retinuiſſe, partim vendidiſſe, alios donaſſe, nonnullos etiam pacta pecunia in ſpem redemptionis adduxiſſe. Quod ſane grauiter, vt debuimus, accepimus: ab ipſa enim Superiorum temporum experientia edocti ſumus, quanto ſemper hæc cum Chriſtianorum damna facta fuerint: pleroſque enim ipſorum captiuorum eſſe nauigandi peritiſsimos, ad claſſem adornandam, inſtruendam, ducendam, propter multam Maria tempeſtatum orarumque peritiam, atque ad bellandum vtiliſsimos, & ſi vnquam aliàs, certe hoc tempore cæteris ſuis ſimilibus cæſis eſſe hoſtibus perneceſſarios, ex quorum miſsione, vt magna deceſsio, cum etiam ab omni ratione, & iure belli alieniſsimum ſit, vt ipſo bello durante mittantur illi qui poſſunt aliquando ipſis mittentibus bellum inſtaurare, & contra eos venire. Quod quidem malum tametſi dilectum filiũ nobilem virum Ioannem ab Auſtria pro eius ſingulari prudentia præuidiſſe, eique prouidiſſe non dubitamus, tamen, vt ad eius cautionem Apoſtolicæ etiam auctoritatis robur accedat, præcipimus, & mandamus omnibus, & ſingulis quocunque ſint gradu, conditione, ſtatu, nomine, honore, apud quos captiui aliqui ex claſſe Turcarum, vel nunc ſunt, vel in poſterum erunt, ſiue ipſi eos receperint, ſiue ab alijs emptione, donatione, permutatione, vel alia quacunque ratione acceperint, ne illos hoc fœdere, & bello durante quocunque nomine, ratione, colore, mittere, alienare, liberare, fugere, atque abire permittere audeant, ſed eos debeant omni cura, & diligentia cuſtodire, & eorum numerum, nomina, patriam, parentes, ætatem, dignitatem, ſiue conditionem, & aliàs ſi quæ extant magis certæ, & particulares demonſtrationes, nobis, aut noſtris Nuncijs ſi ibi præſentes fuerint, ſi vero abſentes, ipſarum Ciuitatum, & locorum in quibus dictos captiuos habentes reperiuntur, Rectoribus, Gubernatoribus, Iudicibus, Locatenentibus, aut alio nomine nuncupatis, in ipſa vero claſſe exiſtentes noſtris, aut noſtrorum fœderatorum ductoribus, præfectis, Iudicibus, quamprimum a publicatione præſentium indicare. Illi autem quibus captiui prædicti fuerint indicati, debeant ſimiliter eorum numerum & cæteras omnes circunſtantias ſupradictas, prout eas acceperint nobis, quantocitius ſignificare.

Idem Pont. modo prohibet captiuos huiuſmodi relaxari durante bello, & mandat officialibus notificari. Officialeſque ſibi nunciare debere decreuit.

Si qui vero ex prædictis contrauenerint, eos excommunicationis maioris latæ ſententiæ, à qua niſi à nobis, ac ſucceſſoribus noſtris Canonicè intrantibus abſolui nequeant, necnõ amiſsionis omnium, & ſingulorum feudorum dominiorum, & aliorum quorumcunque bonorum, tam mobilium, quam immobilium, quoad eos qui Eccleſiaſticæ iuriſdictionis fuerint, nobis, & Fiſco noſtro, qui vero aliarum ditionum ſuę cuinſque ditionis Fiſco applicandorum, & læſæ etiam Maieſtatis criminis pœnas eo ipſo incurriſſe declaramus: ſperantes etiam quod dicti noſtri fœderati huiuſmodi noſtrum præceptum in ſuis quiſque locis inuiolabiliter obſeruari curabunt.

Et contrauenientibus pœnas hic deſcriptas imponit.

Et propterea omnibus, & ſingulis locorum ordinarijs illorumque Vicarijs in ſpiritualibus generalibus, ac Gubernatoribus, Iudicibus, Locatenentibus, Bariſellis, & alijs executoribus quarumcunque Ciuitatum, Oppidorum, Terrarum, & locorum contra præcepti, & mandati noſtri huiuſmodi tranſgreſſores ad executionem pœnarum prædictarum irremiſsibiliter, etiam executine, & ſine figura iudicij, ac abſque alio à nobis vel confœderatis noſtris expectato mandato procedendi, plenam, & liberam licentiam auctoritatem, & facultatem concedimus, & impartimur.

Executorũ deputatio, & facultatem.

Volumus autem vt præſentis noſtri Motusproprij ſola ſignatura ſufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, quacunque regula, ſeu conſtitutione Apoſtolica contraria non obſtante; quodque illius exẽpla, etiam impreſſa edantur, eaque Notarij publici manu, & cuiuſcunque Curiæ Eccleſiaſticæ, aut Prælati ſigillo obſignata eandem prorſus fidem vbique faciant, quam ipſe præſens Motusproprius faceret ſi eſſet exhibitus vel oſtenſus.

Sola ſignatura ſufficit.

Clauſulæ derog.

Non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ac etiam legibus, etiam Caſtrenſibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis quibuſuis Communitatibus, Vniuerſitatibus, alijſque particularibus perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam Motuproprio, &c. & alias quomodolibet cõceſsis, quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro expreſsis habẽtes ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunq;. Fiat Motuproprio M.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, duodecimo Kal. Ianuarij, Anno ſexto.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo, indictione quarta, die vero vigeſima ſecunda Decembris, Pontificatus Sanctiſsimi in Chriſto patris & D.N.D. Pij diuina prouidẽtia Papæ V. Anno ſexto, ſupradictæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt in valuis Principis Apoſtolorum de Vrbe, necnon in valuis Cancellariæ Apoſtolicæ, & acie Campi Floræ, vt moris eſt, per nos Camillum Cherubinum, & Ioannem Sprengerium prælibati S.D.N. Papæ Curſores.

CXLVIII.

Cambiorum illicitorum declaratio, & prohibitio.

Mercatorum autem cambia illicita contrahentium pœnas vide etiã ſup. in Pij 4. conſt. 154. Cum ſuę, f. 910.

Mercatorum exactiones, ſub prætextu vſurariæ prauitatis, ad inſtantiam Fiſci retardari non poſſe decreuit, Pius 4. in eius conſt. 74. Inter multiplices, fol. 755.

Mercatorum cauſæ circa cambia coram A.C. cognoſci voluit Greg. 13. infra in eius conſt. 55. Ad generis.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

IN eam pro noſtro Paſtorali officio curam diligenter incumbimus, vt Domini Noſtri ouibus opportuna pro animarum ſalute remedia adhibere minime differamus. Cum itaque ad aures noſtras peruenerit, legitimum cambiorum vſum, quem neceſsitas, publicaque vtilitas induxit, ſæpenumero

ro ob illiciti quæstus cupiditatem sic deprauari, vt sub illius prætextu, vsuraria prauitas à nonnullis exerceatur: Nos petitionibus, quæ super his nuper nobis factæ sunt, hac perpetuo valitura decretali respondendum esse duximus, vt neque dolosis sua fraus suffragetur, neque ignaros perdat inscitia: sic enim Pastoris officium exequimur, dum gregem nobis commissum ab æternæ damnationis periculo eripere modis omnibus studemus. *Causa constitutionis.*

Primum igitur damnamus ea omnia cambia, quæ sicca nominantur, & ita confinguntur, vt contrahentes ad certas nundinas, seu ad alia loca cambia celebrare simulant, ad quæ loca ij, qui pecuniam recipiunt, literas quidem suas cambij tradunt, sed non mittuntur, vel ita mittuntur, vt transacto tempore vnde processerant, inanes referantur, aut etiam nullis huiusmodi literis traditis pecunia ibi denique cum interesse reposcitur, vbi contractus fuerat celebraturus, nam inter dantes, & recipientes vsque à principio ita conuenerat, vel certe talis intentio erat, neque quisquam est, qui in nundinis, aut locis supradictis huiusmodi literis receptis solutionem faciat. Cui malo simile etiam illud est, cum pecuniæ, siue depositi, siue alio nomine ficti cambij traduntur, vt postea eodem in loco, vel alibi cum lucro restituantur. Sed, & in ipsis cambijs, quæ realia appellantur, interdum (vt ad nos perfertur) Campsores præstitutum solutionis terminum lucro ea tacita, vel expressa conuentione recepto, seu etiam tantummodo promisso, differunt. Quæ omnia nos vsuraria esse declaramus, & ne fiant districtius prohibemus. Porrò ad tollendas quoque in cambijs, quantum cum Deo possumus, occasiones peccandi, fraudesque fœneratorum, statuimus, ne deinceps quisquam audeat siue à principio, siue alias certum, & determinatum interesse, etiam in casum non solutionis pacisci, neque Realia cambia aliter quam pro primis nundinis, vbi illæ celebrantur, vbi vero non celebrantur, pro primis terminis iuxta receptum locorum vsum exercere, abusu illo prorsus reiecto, cambia pro secundis, & deinceps nundinis, siue terminis exercendi. Curandum autem erit in terminis, vt ratio habeatur longinquitatis, & vicinitatis locorum, in quibus solutio destinatur, ne dum longiores præfiguntur, quam loca destinatæ solutionis desiderant, fœnerandi detur occasio. Quicunque contra hanc nostram constitutionem commiserit, pœnis à sacris Canonibus contra vsurarios inflictis, se nouerit subiacere. Eos vero, qui conspirationes fecerint, vel congestam, vndique pecuniam ita ad se redegerint, vt quasi monopolium pecuniæ facere videantur pœnis, quæ à iure contra exercentes monopolia, constitutæ sunt, teneri sancimus. Volumus autem quod præsentes literæ in Camera Apostolica, & ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ, etiam Apostolicæ publicentur, & in ipsa Camera describantur. Et quia difficile foret eas ad singula quæque loca deferri, quod earum transumptis, etiam impressis, manu alicuius eiusdem Cameræ, vel alterius Notarij subscriptis, & sigillo dictæ Cameræ, vel Prælati Ecclesiastici munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ damnationis, declarationis, prohibitionis, statuti, sanctionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Cambiorum illicitorum declaratio, & prohibitio.

Contrauenientium pœna.

Forma publicationis. Quæ est hic i6.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo, quinto Kal. Februarij, Pontificatus nostri Anno sexto.

Ferd. Card. de Medicis Summator.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

Anno à Natiuitate Domini, Millesimo quingentesimo septuagesimo primo, Indictione decimaquarta, die vero septima Februarij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & Domini Nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno sexto, Retroscriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Cameræ Apostolicæ, Principis Apostolorum Basilicæ de Vrbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, vt moris est per nos Bartholomæum Soncasa, & M. Ant. Brutum, præfati S. D. Papæ Curs. *Publicatio.*

Scipio de Octanianis Mag. Cursorum.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

CXLIX.

Facultates Prosperi de Sancta Cruce, & Ioannis Aldobrandini Cardinalium deputatorum, vnà cum Vrbis Gubernatore, Thesaurario, & Procuratore Fiscali, super absolutione eorum, qui pro venia delictorum commissorum contra Turcas militabunt, aut stipendia militantibus subministrabunt.

Indulgentiæ etiam concessæ fuerunt eisdem, vt infra in const. 254.
Cum nos pro Pastoralis.

PIVS Papa V. Motuproprio, &c.

QVONIAM pro paternæ nostræ ergo subditos nostros charitatis affectu, nihil sanè iã inde à Põt. nostri initio potius, aut antiquius habuimus, quàm subditos nostros, à nouis, & extraordinarijs oneribꝰ liberos sẽper, & ĩmunes cõseruare. Idcirco cũ in laudabili hoc animi proposito firmiter nobis insistẽdũ esse statuerimus, mirũ certe nemini videri debet, si dũ impendentibus, & vrgẽtibus Christiani populi periculis, & necessitatibus, & ijs, per quæ cõuentionibus sacris fœderis, per nos cũ charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Rege Catholico, & dilectis filijs nobilibus viris, Duce, & Senatu Venetorum inuiti, satisfacere *Hic Pont. fœdus contraxit, cum Rege Hisp. & Venetis contra Turcas, & victoriam reportauit, vt supra in const. 142 fol. 1143.*

tenemur, occurrere studemus (quandoquidem ærarium nostrum anteactarum impensarum mole penitus sit exhaustum) belli, quod contra perfidissimos Turcas gerimus, subsidia ab illis personis, qui corporalibus pœnis, ob patrata per eos delicta, essent submittendi licite tamen, & honeste recipienda esse censemus, in hoc præsertim fœlicissimæ victoriæ contra eosdem perfidissimos Turcas admirabili Dei beneficio nobis concessæ, tempore quo ij qui nostra clementia egent, illam à nobis quasi quodam publicæ lætitiæ iure expetere videntur. Quod etiam facilius efficimus, dum cupimus, & Deum enixe rogamus, vt qui de præsenti delictis irretiti, ac forsan de absolutionis beneficio diffidentes in eisdem perseuerant, hoc nostræ indulgentiæ munere allecti, veteri fermento abolito, nouum induant hominem. Motu igitur simili, & de Apostolicæ potestatis plenitudine dilectis filijs nostris, Prospero de Sancta Cruce, & Ioanni Aldobrandino nuncupatis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, de quorum integritate, circumspectione, probitate, & intentionis sinceritate, alijsque virtutum donis, plurimum in Domino confidimus, quosque in præmissis non nisi delictorum circumstantijs rectè examinatis, & læsarum partium habita ratione, & in omnibus iuxta mentis nostræ intentionem processuros esse certo scimus, facultatem per præsentes concedimus, & impartimur, vt cum interuentu dilectorum filiorum Magistri Montis de Valentibus, Almæ Vrbis Gubernatoris, Notarij, & Prælati nostri domestici, ac Bartholomæi Bussotti Thesaurarij nostri generalis, necnon Procuratoris Fiscalis, de quorum etiam experientia, & in commissis fide, & diligentia plurimum in Domino confidimus, habitoque ad delictorum grauitatem debito respectu, cum omnibus, & singulis vtriusque sexus personis, tam laicis, quam Ecclesiasticis sæcularibus, vel regularibus, nobis ratione loci, vel personæ in temporalibus, vel spiritualibus mediate, vel immediate subiectis vbique locorum existentibus, in expeditione contra dictos Turcas pro instituenda classe nostra, aduersus Sanctæ fidei hostes, in auxilium Religionis, & Reipublicæ Christianæ pro suorum delictorum venia militare, vel remigare, aut alios pro eis ad militandum, seu remigandum mittere, seu pro modo culpæ, & facultatum de bonis sibi à Deo collatis stipendia subministrare volentibus, dicta stipendia, & belli subsidia taxare, ac omnes, & singulas supradictas personas vbicunque existentes, tam præsentes, quam absentes, infra annum à præsentium data computandum, à quibuscunque criminibus, excessibus, & delictis, etiam reiteratis, tam publicis, quàm occultis, nomine etiam si videbitur absoluendi tacito, ante nonas mensis Decembris proxime elapsi commissis, etiam si talia forent, quæ sub generali delictorum nomine non venirent, sed speciali expressione indigerent, & ad Fiscum nostrum delata fuerint, & in illis processus formatus, ac desuper pronunciatum fuerit, & huiusmodi delinquentes in carceribus ad præsens detineantur (dummodo hæresis, & læsæ Maiestatis crimina non fuerint) in foro fori absoluere, & totaliter liberare, ac eos, & eorum singulos ad patriam, honores, bona, & eum, in quo ante præmissa quomodolibet erant, statum restituere, reponere, & plenarie reintegrare, omnemque infamiæ maculam, & inhabilitatis notam abolere, omnemque pœnam, etiam corporalem, ac bonorum confiscationis eis ratione delictorum suorum occasione prouenientem, seu debitam condonare, & remittere, necnon processus quoscunque contra eos in contumaciam, aut aliàs quomodolibet formatos, non tamen executioni hactenus demandatos, cassare, annullare, & abolere, ac omnibus, quos illa concernunt, aboleri, cassari, & annullari facere. Necnon, si ita delictorum qualitas suaserit, & eisdem Cardinalibus videbitur, ipsi soli delinquentes prædictos sic absolutos, etiam in vtroque foro absoluere, Ac cum ijs, qui Clerici, aut aliàs ad ordines etiam sacros promoti fuerint, aut beneficia Ecclesiastica quomodocunque obtinuerint, super irregularitate per eos exinde quomodolibet contracta, quodque illa, & alijs præmissis non obstantibus, suis Clericali charactere, & illius priuilegijs vti, necnon in suis ordinibus remanere, ac in illis, etiam in Altaris ministerio ministrare, ac quæcunque per eos obtenta, & in posterum obtinenda beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura quomodocunque, & qualitercunque qualificata, etiam si Ecclesiæ, etiam Cathedrales, & Metropolitanæ, Monasteria, Prioratus, Præposituræ, etiam Conuentuales, ac dignitates, etiam maiores, & principales fuerint, recipere, & retinere, ac quoscunque fructus, &c. loco pensionum annuarum, necnon pensiones, annuas super similibus fructibus, &c. impositis, vt prius percipere, exigere, & leuare libere, & licitè possint, & valeant, dispensare: Necnon omnibus, & singulis Iudicibus, tam ordinarijs, quam extraordinarijs, & quarumcunque Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, locorum, & Oppidorum Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Potestatibus, Capitaneis, Prætoribus, & alijs personis cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, & quacunque auctoritate fungentibus, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis, &c. pœnis districtius inhibere, ne sic absolutos huiusmodi quouis quæsito colore molestare, inquietare, vel perturbare audeant, vel præsumant, illisque sub eisdem pœnis mandare, quatenus processus, & alias scripturas prædictas superinde confectas cassent, & annullent, perpetuumque super præmissis silentium imponere, & quæcunque alia in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, vel opportuna facere, exequi, & exercere, libere, & licitè possint, & valeant. Decernentes omnes, & singulas absolutiones, & alia per eos vigore præsentium facienda nullo vnquam tempore de surreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ defectu notari, impugnari, inualidari, ad terminos iuris reduci, in ius, vel controuersiam vocari nullatenus posse, minusque sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, & alijs contrarijs dispositionibus comprehendi nullatenus posse, Sicque ab omnibus censeri, & ita per quoscunque Iudices, &c. etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, &c. iudicari debere, irritum quoque, &c. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis Apostolicis, necnon in Prouincialibus, & synodalibus Concilijs editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, ac quibusuis etiam Ecclesiarum, & Monasteriorũ, etiã forsan, in quibus beneficia ipsa extiterint iuramento, &c. roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, &c. sub quibuscunque tenoribus, &c. etiam Consistorialiter, &c. concessis, &c. Quibus omnibus, etiam si de illis, &c. illorum tenores, &c. hac vice latissimè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque, Volumus autem præsentium solam signaturam sufficere, & vbique fidem facere in iudicio, & extra, regula quacunque contraria non obstante: Ac quoniam difficile foret præsentes has nostras ad singula quæque loca deferri, præsentium transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Cæterum delinquentes huiusmodi, quos præsentium vigore absolui contigerit,

Remodo dat facultatem duobus Cardinalibus, & alijs deputatis absoluendi delinquentes, qui contra Turcas militare, ac militantibus stipendia subministrare voluerint.

Facultates deputatorum.

Clausula præseruatiua.

Decretũ irritãs.

Clausula derogatoria.

tigerie, hortamur, & monemus in Domino, vt sciant hae gratia nostra ita in eorum conscientiam vtilitatem vti, vt deinceps viam veritatis agnoscant, sique aliquando eorum peccatis iram Dei prouocarunt, in futurum misericordiam illius sibi, & alijs propitiam facere studeant.

Placet Motu proprio. M.

Datum Romæ, Apud Sanctum Petrum, tertio Kal. Februarij. Anno Septimo.

C L.

Declaratio, & Ampliatio constitutionis editæ contra ambientes, & pretio vel promissione impetrantes officia Iurisdictionis administrationem habentia, vt liget etiam pretium, & promissionem recipientes, & mediatores.

Quam constitutionem habes supra, fol. 1151. nume. 145. Et si Rom. Pontificis.

PIVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

CVM nuper ne ordo iustitiæ peruerteretur, & ex certis alijs causis animum nostrum mouentibus fuerint confirmatæ omnes & singulæ leges, constitutiones, statuta, & decreta contra ambientes officia iurisdictionis administrationem habentia, eaque pretio, seu promissionibus acquirendi tam a iure ciuili, quam a sacris canonibus facta, ac in illis contenta punitiones & pœnas quascunque in tales inflictas innouauerimus, easque idem robur eandemque vim obtinere voluerimus atque statuerimus, quod & quam habuissent & haberent si hactenus ad vnguem obseruatæ fuissent, vel a nobis emanassent: Insuperque vt earum vlius pœnarum multiplicatione stabilior efficeretur, per nostram constitutionem perpetuo valituram, quam vim legis etiam inuiolabilis habere voluimus, decreuerimus inter cætera, quod perpetuis futuris temporibus nemini cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis fuerit, liceat mediaote pecunia, vel solutione, & traditione, ac promissione aliarum rerum etiam per interpositas personas, aut alias quouis modo faciendis, aliquas dignitates, & officia exercitium & administrationem iurisdictionis habentia procurare, assequi, vel obtinere sub grauissimis pœnis in dicta nostra constitutione, quam hic de verbo ad verbum pro expressa haberi volumus, & mandamus, expressis: Attendentesque quod forte probabiliter dubitari contingat, an dicta nostra constitutio comprehendat recipientes huiusmodi pecunias, ac res, ac promissiones sibi factas stipulantes vt officia prædicta exercitium ac iurisdictionis administrationem habentia conferri faciant, ac mediatores & interpositas personas: Propterea nos motu simili & ea certa scientia: & de potestatis plenitudine hac nostra perpetuo valitura constitutione declaramus, & quatenus opus sit addendo prædictæ nostræ constitutioni decernimus, quod dicta nostra constitutio, ac omnes & singulæ pœnæ in ea expressæ perinde ligent & afficiant omnes & quoscunque cuiusuis dignitatis, gradus, conditionis, ac præeminentiæ existant qui pro huiusmodi officijs iurisdictionis administrationem habentibus conferendis, ac mediatores & interpositas personas quascunque pecunias vel alias res vt supra receperint, ac si supradicti in dicta nostra constitutione comprehensi essent, & de illis in ea expressa mentio facta esset. Necnon præsentes, & desuper conficiendas forsan literas perpetuis futuris temporibus durare, ac omnes & singulos a data præsentium irremissibiliter ligare volumus, illasque nullo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, aut sub quibusuis reuocationibus & derogationibus comprehendi nullatenus posse: Sicque per quoscunque Iudices, &c. & causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardin. sublata, &c. iudicari debere, irritum quoque, &c. decernimus. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac quibusuis etiam almæ Vrbis, & aliarum Ciuitatum, oppidorum, terrarum, & locorum etiam iuramento, &c. roboratis, ac prouincialibus, municipalibus, ac particularibus statutis, ac legibus, etiam imperialibus, & in corpore iuris scriptis, priuilegijs quoque, &c. etiam motu simili, &c. etiam consistorialiter, &c. quibus omnibus illorum tenores, &c. hac vice latissime derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Vt autem præsentium tenor omnibus innotescat, nullusque earum ignorantiam allegare queat. eas in valuis Basilicæ Principis Apostolorum ac sancti Ioannis Lateranen. & in acie Campi Floræ de Vrbe publicari mandamus, ipsasque sic publicatas omnes & singulos quos illæ concernunt ita afficere volumus, ac si essent omnibus personaliter intimatæ. Decernentes quoque præsentium earundem solam signaturam sufficere, & vbique fidem facere in iudicio & extra, regula quacunque contraria non obstante, Ac illarum transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo almæ Vrbis Gubernatoris, aut alterius alij Iudicis sigillatis eandem prorsus fidem adhiberi, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Tenor cōst. 145. quam habes sup. fol. 1151.

Declaratio, quod dicta const. 145. ligat, etiam recipientes pecunias, pro impetratione officiorū, ac mediatores.

Clausulæ præseruatiuæ.

Decretum irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

Forma public. hanc constit. Quam habes hic in fine.

Placet Motu prprio M.

Datum Romæ apud sanctum Petrum pridie idus Februarij Anno Septimo.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, indictione decimaquinta, die vero decimatertia mensis Februarij, Pontificatus Sanctissimi D. N. D. Pij Papæ Quinti Anno Septimo, retroscriptæ literæ apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt Romæ in locis retroscriptis per me P. Paulum de Mathæis præfati Sanctissimi D. N. Papæ Cursores.

Publicatio.

Philibertus Magister Cursorum.

Prohibitio

CLI.

Prohibitio deferendi pugiones, cultellos, & aliud genus armorum breuius mensuræ trium palmorum. Et contrauenientium pœnæ.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

CVM vices eius licet immeriti geramus in terris, qui de cœlo ad ima descendens, pro salute humani generis seipsum ad crucis patibulum obtulit, omni quo possumus studio inuigilare debemus, vt omnis prorsus occasio homicidia tanquam in eiusdem humani generis perniciem tendentia committendi, quantũ in nobis est, submoueatur. Et quia experientia cognouimus quamplura ex armis breuioribus, quæ occulto deferri possint, & ad necem inferendam aptiora, & fere ineuitabilia esse videntur, in dies committi, & perpetrari, inhærentes vestigijs fe. me. Pij Papæ IV. prædecessoris nostri, qui volens proditorium, & abominabile, & detestandũ armorũ genus huiusmodi penitus & omnino destruere, & ab Alma Vrbe, alijsque terris status nostri ecclesiastici in totum eliminare, Motu suo proprio, & in perpetuũ valitura constitutione sanciuit, nemini cuiuscunque dignitatis, gradus, ordinis, conditionis, aut præeminentiæ licere tormenta ignea archibusetta vulgariter nuncupata breuioris mensuræ duorum palmorum, modo & forma, & sub grauissimis pœnis etiã quæ pro crimine læsæ maiestatis a iure inflictæ sunt, & prout latius in dicta constitutione edita pridie nonas Martij, Anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo primo, quam, & eius totum tenoré hic pro inserto haberi volumus, continetur. Nos propterea attendentes quòd eadem ratio militat etiam in alijs armis veluti pugionibus, & alijs armorum generibus, quæ occulte deferri possunt: cupientes quod metu eiusdem pœnæ a similium armorum delatione, & eorum vsu quilibet abstineat, Motu nostro proprio, & ex certa nostra scientia & potestatis plenitudine, dictæ constitutioni fe. me. Pij Papæ IV. prædecessoris nostri addentes, hac nostra in perpetuum valitura constitutione sancimus, nemini cuiuscunque dignitatis, gradus, ordinis, conditionis, aut præeminentiæ existat, licere pugiones, cultellos, nec aliud quoduis genus armorum breuioris mensuræ trium palmorum, exceptis tamen cultellis aptis ad incidendum panem, qui tamen esse non possint maioris longitudinis vnius palmi, & sine cuspide, & vt vulgo dicitur spõtati, in Vrbe nostra, Ciuitatib. & locis Status nostri ecclesiastici, & suburbijs quouis modo, aut etiam quouis militiæ, aut executionis iustitiæ prætextu deferre. Qui vero contrafecerint, dictumque genus armorum detulerint, pœnas in constitutione prædicta expressas incurrant. Inhibentes prout tenore præsentium inhibemus omnibus & singulis, etiam de Latere nostro Legatis, ne sub indignationis nostræ & quibuscunque Vicelegatis, Gubernatoribus, Rectoribus, Præsidentibus, ac alijs ministris, & sedis apostolicæ, seu ciuitatum, & terrarum præfatarum officialibus, ne sub suspensionis a diuinis, ac excõmunicationis latæ sententiæ, alijsque arbitrio nostro pœnis cuiquam tale genus armorum sub quouis colore deferendi licentiam, & facultatem ad quodcumque etiam breuissimum tempus concedere audeant, vel præsumant. Decernentes nihilominus licentias, ac facultates sic concedendas, nullas penitus & inualidas existere, ac illis non obstantibus, eos qui sub illarum clypeo dictum genus armorum detulerint, pœnam præfatã omnino incursuros, illosque irremisibiliter puniendos fore, & contra omnes, & singulos huic nostræ constitutioni contrauenientes ad fisci nostri instantiam, & etiam ex officio procedi, & inquiri posse, ac ad pœnarum præfatarum executionem deueniri omnino debere. Vt autem præmissa ad omnium notitiã deducantur, nec aliquis prætextu ignorantiæ excusari possit, volumus quòd præsentes nostræ per aliquos nostros curiæ nostræ Cursores ad basilicæ Principis Apostolorũ de Vrbe, & Ecclesiæ Lateranensis, necnon Cancellariæ apostolicæ valuas, ac in acie Campi Floræ affigantur, & publicentur, quodque earum transumptis manu Notarij publici, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, certa & indubitata fides adhibeatur, prout ipsis literis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ: Et transumpta huiusmodi Legati, Vicelegati, Rectores, vel Præsidentes, aut Gubernatores, seu alii superiores prouinciarum, ciuitatum, terrarum, oppidorum, locorum prædictorum per publicum præconem publicari, & valuis cathedralis seu matricis ecclesiæ, loci, ac palatij eorum residẽtiæ affigi faciãt, publicationemque, & affixionem præfatas lapsis viginti diebus perinde omnes arctare, ac si personaliter intimatæ forent. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, priuilegijs quoque & indultis quibuscunque personis forsan concessis, & innouatis, assertis consuetudinibus, quas si quæ forent per præsentes improbamus, nullasque, & inualidas esse declaramus, & quæ omnia, illorũ tenores pro sufficienter expressis habentes reuocamus, & annullamus, nullaque & irrita esse decernimus, cæterisque contrarijs quibuscũque. Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginam nostræ sanctionis, inhibitionis, decreti, voluntatis, improbationis, declarationis, reuocationis, & annullationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Pius 4 prohibuit delationem, & retentionem Archibusettorum breuiorum mensuræ duorum palmorũ, vt in eius const. 63. Cum vices eius. fol. 740.

Hic Pont. extendit eandem const. ad pugiones cultellos, &c. breuiores mẽsuræ duorũ palmorum, & easdem pœnas imponit.

Inhibetque officialibus ne desuper licentias concedat.

Licentias autem dãdas annullat.

Forma & effectus public. Q. 24 mox seq.

Clausulæ derogat.

Placet Motu proprio M.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, pridie Idus Februarij Anno Septimo.

Publicatio. Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, indictione decimaquinta, die vero decimatertia mensis Februarij, Pontificatus Sanctissimi Domini nostri, Domini Pij Papæ Quinti Anno Septimo, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt Romæ in locis retroscriptis per me Petrum Paulum de Matthæis præfati Sanctissimi Domini nostri Papæ Cursorem.

Philibertus Magister Cursorum.

Declaratio

CLII.

Declaratio Constitutionis editæ, circa Illegitimorum inhabilitatem, ad succeden. in bonis acquisitis ex rebus Ecclesiasticis, & in alijs bonis. Quam const. edidit istemet Pont. & habes supra fol. 1102. nu. 120. Quæ ordini, & ibi notaui de materia.

PIVS Papa Quintus, Ad futuram rei memoriam.

AD Roman. spectat Pont. sua sollicitudine indefessa, diligenter prouidere, vt ea quæ ab eo emanata sunt, ita suæ declarationis adminiculo dilucidentur, quod nulla desuper dubirandi occasio cuiquam relinquatur. Licet etenim nos alias postquam fel. re. Pius Papa Quartus prædecessor noster per eum accepto, nonnullos Romanos Pontifices prædecess. nostros tunc suos, ac prætextu quarumdam sibi concessarum facultatum Comites Palatinos, & alios multos spurios naturales, & forsan incestuosos etiam in præiudicium venientium ab intestato, & vocatos ex testamento ad fideicōmissa, ac hæreditates, & legata, vel donationes, ita legitimasse, vt in huiusmodi fideicommissis, hæreditatibus, aut legatis, vel donationibus, nō obstan. testatorum voluntatibus, succederent, vnde variæ contentiones, & scandala in graue multorum præiudicium exorta erant, & tunc exoriebantur, illa vtpote contra ius, & æquum existentia de cætero ne fierēt, opportune prouidere, necnon eorum, quos hoc ipsum tangebat, vel tangere posset quomodolibet in futurum indemnitati cōsulere volens, per quasdam sub Dat. Cal. Ianuarij Pont. sui Anno Tertio, omnes & singulas legitimationes de quibuscunque naturalibus spurijs per Romanos Pont. prædecessores prædictos, & Comites Palatinos huiusmodi, & quoscunq; alios ad id facultatem habentes in præiudicium vocatorum ex fideicommisso, aut testamento, vel quauis alia valida dispositione sub quibusuis tenoribus & formis, & alias quomodolibet factas (nondum tamen adhuc viuentibus vltimis bonorum huiusmodi possessoribus, per quorum obitum ad prædictos deuolui deberent, effectum sortitas, nec ius in re consecutas.) Necnon eorundem Comitum Palatinorum, & aliorum facultates legitimandi habentium ad hoc tantum, vt deinceps tales legitimationes, in præiudicium fideicommissorum, & aliarum dispositionem huiusmodi facere non possent, Apostolica auctoritate perpetuo reuocauerat, cassauerat, & annullauerat. Nos deinde per quasdam nostras sub Dat. sexto Calen. Februarij, Pontificatus nostri anno sexto confectas in forma Motus proprij literas, de nobis attributæ potestatis plenitudine, reuocauerimus, & aboleuerimus omnia & quæcūq; priuilegia, licentias, dispensationes, & indulta, faciendi testamenta, donationes siue inter viuos, siue causa mortis, legata, & quascunque alias dispositiones, de dominijs, terris, castris, domibus, & quibuslibet alijs bonis, & rebus immobilibus, mobilibus, & se mouentibus, necnon pecunijs iuribus & actionibus, ex beneficijs, fructibus, pensionibus, & alijs rebus Ecclesiasticis qualibuscunque confectis acquisitis, & alijs quomodocunque prouenientibus, necnon de peculio, & alijs etiam sola industriæ labore muneribus, ac quocunque alio modo partis, cuiuscunque qualitatis, quantitatis speciei naturæ, & valoris existentibus, in quoscunque illegitimos siue suos, siue extraneos etiam legitimatos, eosdemque in toto vel in parte hæredes instituen. vel substituen. seu quod ipsi in prædictis ab intestato succederent, cæterasque huiusmodi facultates & permissiones, ac etiam habilitationes & capacitates succedēdi, in bonis & rebus feudalibus emphyteoticis ab Ecclesijs, Monasterijs, & pijs locis, profectis, quibuscunque personis sæcularibus, & regularibus tam per quoscunque Romanos Pōtifices prædecessores nostros, quam etiam nosipsos, & Sedem Apost. eiusque Legatos etiam de latere Nuncios, Notarios, Comites, Collegia, Officia, & loca, etiam per modum statuti perpetui, generalis legis, finiti & stipulati contractus, & alias sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis, etiam Motu proprio & potestate similibus, & alias quomodolibet concessa, & multiplicatis vicibus confirmata, innouata, extensa, & moderata, & quantocunque tempore pacifice obseruata, quo ad eam partem, quæ omnes prædictos tangebat dumtaxat: ac pariter sustulerimus, & abrogauerimus, omnes & quascunque facultates similia conceden. Legatis, Nuncijs, Notarijs, Collegijs, Officijs, & alijs supradictis, ita vt priuilegiorum dispensationum, facultatum, habilitationum, capacitatum, indultorum, & aliorum supradictorum sic reuocatorum, aut etiam literarum legitimationis prætextu, nullus de huiusmodi bonis rebus pertinentijs iuribus iurisdictionibus, & actionibus, in commodum & fauorem illegitimorum vtriusque sexus, siue eorum filiorum, siue consanguineorum, affiniumque, siue extraneorum etiam in statu sæculari procreatorum, ac legitimitati quacunque auctoritate donatorum, & ad huiusmodi res & bona eorumque successionem idoneorum & capacium effectorum, siue testamēto, donatione, legato, eleemosyna, siue alio quocunque titulo, & pia opera (exceptis in communi, ac omni fraude, conuentione, seu compositione cessante Hospitalibus expositorum, & orphanorum) disponere, nec illegitimi ipsi in eis ab intestato, siue protinus, siue per interpositas personas, aut quomodocunque succedere, aut illa alias ad eos etiā per quemcūque circuitum multiplicatarum in alios capaces successionum, vllo tempore deuenire possent. Ac insuper nulla esse, ac pro infectis haberi voluimus, omnia & quæcunque facta eo vsque testamenta, legata, donationes, & alia disposita huiusmodi, quæ viuētibus adhuc testatoribus, aut alias locum non habuerint, & pariter ab intestato successiones non tamen litigiosas, quæ plenarium non erant effectum sortitæ. Deinde vero districtius prohibuerimus, ne talia in prædictos illegitimos vtriuslibet sexus, siue illorum coniuges, siue ipsorum parentes, filios, descendentes, ascendentes, vel alios cognatos, siue viuentibus, siue defunctis ipsis illegitimis, etiam paupertatis, dotis, aut alterius cuiuscunque pij operis intuitu fierent. Ne ve ipsi vnquam in rebus bonis, pecunijs, iuribus, iurisdictionibus, & actionibus prædictis, siue in toto, siue in parte succederent, vel illa ad ipsos quauis dispēsatione suffultos, & per prædictum circuitum deuenirent, ne ve de eis vlla in alium, seu alios concessio, donatio, aliaue dispositio fieret, vt alia bona similia, vel dissimilia illegitimis, aut alijs supradictis concederentur, & alias prout in dicti Pij prædecessoris, & nostris literis prædictis continetur. Quia tamen sicut postea accepimus, lite & causa in partibus coram dilecto filio Guber. Ciuitatis nostræ Fauentinæ inter dilectum filium Bartholomæum de Lanzonibus laicum Fauentinum ex vna, & quendam Sanctum filium spurium q. Barnabæ etiam de Lanzonibus presbyteri, ipsius Bartholomæi proximioris, de & super hæreditate, & bonis dicti Barnabæ presbyteri defuncti, quam & quæ Bartholomæus tanquam proximior, seu alias quomo-

dolibet

Pius 4. annullauit legitimationes de naturalibus spurijs factas in præiudicium vocatorum ex testamento &c. dū modo nō sint sortitæ effectum, vt sup. in eius cōst. 86. Quāus. f. 781.

Reuocauitq; facultatem legitimandi in præiudicium vocatorum ex testamento, &c. vt ibid.

Hic Pont. reuocauit etiā facultates testandi, & disponēdi de acquisitis ex bonis, & redditibus Ecclesiasticis, & alijs rebus, in fauorē illegitimorum (non tamen Hospitalibus expositorum & Orphanorum) vt supra in cōsti. 120. Quamordi. f. 781.

Reuocauit etiā quoscunque illegitimorū habilitationes, ad eadē bona succedēdi vt ibidem.

Reuocauitq; Legatorum, Nunciorum, & aliorum facultates, similia concedēdi, vt ibidem.

Et testamenta, ac alias dispositiones in cōtrarium factas, & effectum non sortitas, ac similiter ab intestato successiones, vt ibidem.

Prohibuit etiam modo aliquo disponi, aut etiam cum alijs contrahi, ad effectum, vt aliquid ad illegitimos deueniat, vt ibidem.

dolibet de iure, Sanctus vero præfatus tanquam assertus hæres testamentarius, & prius legitimatus eiusdẽ Barnabæ, ad se spectare respectiue contendunr, ac dictus Sanctus de eodem Barnaba tunc presbytero illegitime natus fuit, & defectum natalium patitur, rebusque alijs in actis causæ, & causarum huiusmodi deductis, & illorum occasione deducendis in Rom. Curia pendentibus, partibus ex altera, contingit dubitari, an contra tales illegitimos dictæ nostræ literæ editæ, loquantur, & intelligantur etiam de bonis patrimonialibus, ipsæque Bartholomæus sit pauper, & eius facultates ad sustinendum litem non suppetat, ac propterea dictus Bartholomæus cupiat mentem, & intentionem nostram super præmissis expresse declarari. Nos huiusmodi dubium elucidare & voluntatem nostram patefacere volentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apost. potestatis plenitudine, tenore præsentium, declaramus, dictas literas nostras loqui, & intelligi, etiam de quibuscunque bonis patrimonialibus, tam mobilibus, quàm immobilibus, & se mouẽtibus, iuribus, & actionibus quibuscunque, sicque etiam ab initin intentionis, & incommutabilis mentis nostræ fuisse, & esse, attestamur. Ac ita in præmissis ab omnibus censeri, ac per præfatos, & quoscunque alios Iudices etiã Curiæ, & Palatij Apost. Auditores, & S. R. E. Cardinales, & de latere Legatos, sublata ipsis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudican. & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, & si secus super ijs a quoquam quauis auctoritate sciẽter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Non obstantibus præmissis, & quacunque alia litis pẽdentia, necnon constitutionibus, & ordinationibus Apost. ac regula nostra de non tollendo iure quæsito in Cancell. Apost edita, ac legibus, & statutis, iuramento, confirmatione Apost. vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apost. in contrarium quomodolibet concessis, necnon omnibus alijs, quæ in dictis literis nostris voluimus non obstare, cæterisque contrarijs non obstan. quibuscunque.

Dubitatum postea fuit, an ipsa constitutio intelligatur etiã quo ad bona patrimonialia.

Declarat modo idem Pont. eandem constitutionem procedere etiam quo ad bona patrimonialia.

Decretum irritans.

Clausula derogatoria.

Dat. Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die v. Martij 1571. Pont. nostri Anno Septimo.

CLIII.

Hortatur Christifideles ad subueniendum Hospitali Corcyrensi, in quo curabuntur infirmi classis Christianæ durante bello contra Turcas.

Hoc idem fecit Grego. 13. vt infra in eius const. 4. Cum sicut. Sed finito bello eleemosynas applicauit Hospitali Hierosolymitano, vt in eiusdem const. 16. Cum dilecti.

PIVS Papa V. Vniuersis & singulis Christifidelibus præsentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem.

CVM præsenti anno classis, quæ maxima & instructissima a fœderatis Principibus Christianis contra immanissimum Turcarum Tyrannum fauente Domino sit emittenda, euenireque vt plurimum soleat quod multi ea classe tum ob morbos, in quos incidunt, tum ob vulnera, quibus in prælijs afficiuntur, hospitali, domo, vbi curari, sanarique possint, non parum indigeant: Nos pro nostri pastoralis officij solicitudine volentes quantum cum Deo possumus in præmissis opportune prouidere, attendẽtesq; si hospitale in ciuitate Corcyrẽsi existens augeretur & ampliaretur, subsidia quæ illi necessaria subministrarẽtur, profecto infirmis & saucijs ipsis magnopere consuleretur: quod quidem nos libenter præstaremus, nisi ob graues expensas, quas assidue in sustinenda belli parte facimus, ærarium nostrum vehementer esset exaustum. Itaque non valentes per nos ipsos tã pio operi succurrere, Christifideli auxilia cogimur implorare. Omnes igitur & singulos vtriusq; sexus Christifideles, ad quos præsentes, seu earum transumpta peruenerint, hortamur, & per viscera misericordiæ Dei nostri qui ad centuplum pias elargitiones remunerat, requirimus, vt pro ampliatione, & subuentione hospitalis Corcyrensis prædicti, in quo totius Christianæ classis infirmi, & vulnerati recipientur, & curabuntur, aliquod subsidiũ de bonis sibi a Deo collatis, iuxta vniuscuiusque deuotionem prompte & libenter erogare velint, statutũ habitari, se copiosum a Redemptore nostro retributionis præmiũ consequuturos. Mandantes omnibus & singulis patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, alijsque locorũ ordinarijs, vt præsentes literas in suis quisque ciuitatibus & diœcesibus statim publicari faciant, personasque ecclesiasticas fide & facultatibus idoneas ad colligendum & recipiendum eleemosynas in manibus Metropolitanorum consignandas, deputent. Qui quidem Metropolitani videlicet in Regno Neapolitano existentes ad Archiepiscopum Hydruntinum, alij vero ad Patriarcham Venetiarum, vel ad nostrum in eodem Dominio Nuncium, seu ad Patriarcham Hierosolymitanum in alma Vrbe nostra commorantem, prout vnicuique magis commodum fuerit, easdem eleemosynas perferri curabunt, vt ad Bailum pro Repub. Veneta Corcyræ existentem, qui pecunias huiusmodi in ampliationem, aliasque dicti Hospitalis & infirmorum necessitates, & non in alios vsus bona fide expendere omnino debeat, quamprimum transmitti possint. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Præsentibus (quarum transumptis etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eandem fidem adhiberi volumus, quæ ipsis originalibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ) donec classis sacri fœderis circa illa maria fuerit, duraturis.

Hic Pont. fœdus contraxit cũ Rege Hisp. & Vene. contra Turchas, & maximũ bellum gessit, vt supra in cõsti. 142. fol. 1141.

Et modo hortatur omnes vt subueniant Hospitali infirmorum Christianæ classis.

Exemptorum, & Collectorum eleemosynarum deputatio.

Clausulæ derogatoriæ.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, die duodecima Martij, millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, Anno Septimo.

Cæ. Glorierius.

CLIIII.

Indulgentiæ, & gratiæ pro adiuuantibus bellum contra Turcas.

Ad quod habes etiam supra const. 149. Quoniam pro paternæ.

PIVS Papa V. Vniuersis, & singulis Christifidelibus præsentes literas inspecturis, salutem, & apostolicam benedictionem.

CVM nos pro pastoralis officij diuinitus nobis iniuncti cura, ac solicitudine diuino auxilio adiuti pro vniuersæ Christianæ Reipublicæ bono, ac tutela, cum charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Rege Catholico, ac dilectis filijs nobile viro Duce, & Senatu Venetorum aduersus perfidissimũ, importunissimumque Turcarum Tyrannum efferata rabie cuncta Christianæ ditionis regna, prouincias, & alia loca incẽdijs, ferro, cædibus expugnantem, atque vastantem, non minus salutare, quam necessariũ fœdus iniuerimus, iãque admirabili Dei clementia, & beneficio naualem gloriosissimamque victoriam felicissime consecuti fuerimus, modoque a nobis Principibus fœderatis copiæ tam maritimæ, quàm terrestres, vt cœptam contra teterrimum hostem expeditionem monstrante Deo, persequamur, summis uiribus, summo studio, summa diligentia comparẽtur, atque instruantur: Attamen considerantes immanem Turcarum potentiam, infinitamque multitudinem, qua potissimum res Christianorũ omni tempore miserabiliter perculisse, atque afflixisse nõ ignoramus, magnopere idoneum & opportunum esse censemus, si Christiani maiori quo fieri poterit militum numero, bellicoque apparatu contra hostilem ferociam insurgere conabuntur, sic enim facilius sperandum est felicia nostra cœpta adiuuãte Domino fore in dies feliciora, atque optatum exitum graui cũ hostiũ formidine, ac pernicie habitura. Itaq; decreuimus omnes, & singulos fideles ad pijssimum, iustissimumque bellum, vbi de Iesu Christi Domini, & Saluatoris nostri causa, & gloria, Christianique nominis salute (sicut omnes aperte vident) in primis agitur, monere, requirere, & enixe hortari, prout monemus, requirimus, & hortamur per præsentes, vt vnusquisque sanctissimum hoc bellum vel personis, vel facultatibus adiuuare velit. Negabit enim seruus Domino opes temporales largiter exhibere, cum Dominus seruum viuere faciat, & habere, ipsique demum diuitias largiatur æternas; & si Deus subijt mortem pro homine, dubitabit homo mortem subire pro Deo? Quod vt eo libentius, & alacrius cuncti facere studeant, quo ex hoc spiritualibus muneribus, & temporalibus quoque gratijs a nobis se refectos pariter & munitos esse cognouerint: De omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Apostolorum Petri & Pauli auctoritate confisi, ex illa, quam nobis Deus licet indignis ligandi, & soluendi contulit potestate, omnibus, qui ad subueniendum huic sacro bello in personis proprijs, & expensis se se contulerint: Necnon eis, qui non in personis proprijs illuc accesserint, sed suis tantum expensis iuxta facultatem, & qualitatem suam viros idoneos destinauerint, donec milites nostri ibi fuerint, commoraturos: Et illis similiter, qui licet alienis expensis proprijs tamen personis belli laborem, & pericula sustinuerint: Ac demum eis, qui de bonis sibi a Deo collatis congruam ad id portionem benigne erogauerint, plenissimam, & amplissimam omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, & eandemmet, quam Romani Pontifices prædecessores nostri Crucesignatis proficiscentibus ad subsidium Terræ Sanctæ concedere soliti fuerunt, veniam, remissionem, & absolutionem tenore præsentium indulgemus, & elargimur. Bona insuper proficiscentium ad bellum huiusmodi, ex quo profecti fuerint, sub beati Petri, & nostra protectione suscipimus, necnon vt talia sub Archiepiscoporum, & omnium Prælatorum Ecclesiæ Dei tutela consistant, & nullam de ijs, quæ dum fuerint in dicto bello quiete possident, sustineant quæstionem, sed integra maneant, & quieta, Quinimmo in quibusuis eorum causis, & litibus a iudicibus, coram quibus vertuntur, omnino supersederi debere, donec de eorum obitu, vel reditu certissime cognoscatur, statuimus, & mandamus. Ad vsuras quoque si iuramento teneantur alicui, non cogantur, verum absoluti maneant, & quieti. Quod si quisquã contra attentare præsumpserit, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescatur. Si quis autem creditorum contra tenorem præsentium ipsos ad solutionem coegerit vsurarum, eum ad illarum restitutionem appellatione etiam remota simili censura compelli volumus. Iudæos vero ad remittendas ipsis vt præfertur vsuras etiam per Principes, & sæcularem compelli præcipimus potestatem, & donec eis remiserint, tam in mercimonijs, quàm alijs rebus, & commercijs sub excommunicationis sententia per ordinarios promulganda vniuersis Christifidelibus iubemus communionem omnimodam ipsis hebræis denegari. Mandantes quibuscunque locorum Ordinarijs in virtute sanctæ obedientiæ, vt statim præsentes literas, vel earum transumpta per suas quisque diœceses publicari, & etiam per Prædicatores ad populi notitiam absque vllo quæstu deuenire quam primum curent, & faciant. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quòd præsentium transumptis etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur originalibus literis, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die duodecima Martij, millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, Pontificatus nostri Anno Septimo.

Cæ. Glorierius.

Hic Pont. fœdus contraxit cũ Rege Hispaniarum & Venetis cõtra Turcas, & victoriam reportauit, vt sup. in const. 149.

Et modo pro felicitori prosecutione hortat oẽs, vt hoc sanctissimũ bellum personis vel facultatibus adiuuent.

Plenissimam que peccatorum indulgentiam concedit.

Supersessoriamque etiam concedit in eorũ causis.

Et ab vsurarum solutiõe liberat.

Clausulæ derogatoriæ.

CLV.

Contra scribentes, dictantes, retinentes, transmittentes, & non lacerantes libellos famosos, & literas nuncupatas de Auisi, continentes alicuius famæ læsionem, futurorumque successuum, & eorum quæ pro regimine status Ecclesiastici secreto tractantur reuelationem.

Consonat Gregorij 13. const. 7. Ea est rerum.

Imperatores in l. 1. C. de libel. fam. imposuerat pœnam capitis componentib. libellos famosos, & sacri Canones eosdem flagellari, & excommunicari decreuerunt vt in causa v. q. 1. C. qui in alte rius, & seq.

PIVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.
ROMANI Pontificis prouidentia circumspecta ad ea solicitudinis suæ partis potissimum conuertit, per quæ inter singulos gregis eiusdem fideles, præsertim vero nobis, & Romanæ Ecclesiæ subditos pax, & concordia confouentur, seditiones euitantur, scandalis obuiatur, & animarum salus procuratur. Cum itaque iracundia sit perturbatio immanis, affectione dura, violents potentia, cædium causa, calamitatis socia, iacturam concilians & dedecus, pecuniarum pernicies, atque perditionis origo, eaque potissimum ex iniurijs verbo, vel scriptis, vel facto illatis nascatur: Nos qui non sine maxima mentis nostræ perturbatione sæpenumero accepimus, quod licet tam per Sacras Leges, quàm Canonicas Sanctiones, sub certis etiam grauissimis pœnis prohibitum fuerit, ne quis famosum libellum componere audeat, & repertum siue domi, siue in publico, vel in quocunque loco, aut corrumpere, vel igne consumere teneatur prius quàm alter inueniat, & nulli fateatur inuentum, & qui secus fecerit quasi auctor huiusmodi delicti eisdem pœnis subiaceat: Nihilominus considerantes, quod in dies, crescente malitia, quam plures iniquitatis filij, perditionis alumni, & pœnas prædictas paruipendentes easque varijs fraudibus euitare satagentes, ausu temerario non erubescunt varijs modis nonnullos Principes, Prælatos, nobiles, publicas & priuatas personas varijs iniurijs, & conuitijs afficere, eorumque famæ, & honori detrahere, sub quodam ficto colore quarundam literarum incerto auctore scriptarum, nedum ab Vrbe nostra, sed etiam ex diuersis prouincijs in quibus nedum ea quæ in vnaquaque regione successerunt narrantur, sed ea etiam quæ in futurum quodam eorum temerario iudicio fore opinantur, adeo vt plerunque odia, inimicitiæ, seditiones, rixæ, & homicidia permulta oriantur, in diuinæ maiestatis offensam, animarum periculum, & perniciosum quoque exemplum, & scandalum plurimorum. Volentes præmissis quantum possumus obuiare, considerantes attentius quod plures pœnarum grauitas quam Dei timor arcere solet a voluntate delinquendi, & propterea tanto periculo occurrere volentes, ac tam nefarios præsumptores, & facinorosos homines atrocibus pœnis torpescere, vt metus pœnæ meta huiusmodi præsumptionis existat: huius perpetuæ, & irrefragabilis constitutionis edicto pœnas omnes tam temporales, quàm Ecclesiasticas in talia præsumentes per Sacras Leges, & Canonicas Sanctiones latas, & promulgatas auctoritate Apostolica approbantes & innouantes, ac ad omnes, & singulos prædictos, qui forsan sub illis comprehensi non essent, extendentes & ampliantes, statuimus & ordinamus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus nemo cuiusuis qualitatis, dignitatis etiam Ecclesiasticæ, status, gradus, ordinis, & præeminentiæ fuerit, audeat, nec præsumat libellos famosos, nec literas monitorum vulgo appellatas Lettere d'Auisi, continentes conuicia, iniurias, vel famæ & honoris alicuius læsionem, nec aliquam scripturam in qua de futuris successibus disseratur, vel ea quæ coram nobis, vel alijs ad vniuersalis Ecclesiæ status regimen deputatis secreto tractantur, reuelentur, componere, dictare, scribere, exemplari, retinere, nec ad aliquem transmittere, etiam si aliunde ab alijs prouincijs, ciuitatibus, terris, & locis, ad eorum manus peruenerint, sed statim quod aliqui similes libelli, literæ, siue scripturæ, alicui delatæ fuerint, statim quod illos, seu illas habuerit, ad aequam vim earum manifestauerit, corrumpere, seu igni tradere, vel dilecto filio nostro Cardinali Rusticucio cõsignare teneatur, sub pœnis prædictis quas hic pro expressis haberi volumus, ac alijs etiam grauioribus, etiam vltimi supplicij, & confiscationis bonorum, secundum qualitatem facti, & personarum, arbitrio nostro irremissibiliter infligendis, quibus pœnis etiam eos ligari volumus, qui in huiusmodi libellis literis seu scripturis de aliquo oblocuti fuerint, alicuiusque famæ & honori, vera etiam exprimendo, detraxerint, ac ea quæ coram nobis, vel alijs vt supra secreto tractantur, reuelauerint: ex hoc equidem animus deprehenditur prauus iniuriandi, & nocendi, atque ideo eos eadem pœna teneri conuenit. Necnon præsentes, & desuper conficiendas forsan literas perpetuis futuris temporibus durare, ac omnes, & singulos a data præsentium irremissibiliter ligari volumus, illasque nullo vnquam tempore de subreptionis vel obreptionis vitio aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, aut sub quibusuis reuocationibus, & derogationibus cõprehendi nullatenus posse, Sicque per quoscunque iudices, &c etiam causarum palatij apostolici Auditores, ac sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sublata, &c. iudicari debere, &c. irritum quoque, &c. decernimus. Non obstantibus præmissis ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac quibusuis etiam almæ Vrbis, & illarum ciuitatum, oppidorum, terrarum, & locorum etiam iuramento, &c. roboratis, ac prouincialibus, municipalibus, ac particularibus statutis, ac legibus etiam imperialibus, & in corpore iuris scriptis, priuilegijs quoque, &c. etiam Motu simili, &c. etiam consistorialiter, &c. quibus omnibus illorum tenores, &c. hac vice latissime derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Vt autem præsentium tenor omnibus innotescat, nullusque earum ignorantiam allegare queat, eas in valuis Principis apostolorum, ac sancti Ioannis Lateranensis, & in acie Campi Floræ de Vrbe publicari mandamus, ipsasque sic publicatas omnes, & singulos quos illæ concernunt ita afficere volumus, ac si essent omnibus personaliter intimatæ. Decernentes quoque præsentium earundem solam signaturam sufficere, & vbique fidem facere in iudicio & extra, regula quacunque contraria non obstante, Ac illarum transumptis manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo almæ Vrbis Gubernatoris, aut alterius

Et hic Pont. easdem pœnas confirmat, & extendit ad scribentes, &c. literas nuncupatas d'Auisi.

Aliasque pœnas hic expressas imponit.

Clausulæ præseruatiuæ.

Decretum irritans.

Clausula derogatoria.

Forma & effectus publicationis. Quæ mox seq.

alij

alij iudicis sigillatis eandem prorsus fidem adhiberi, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Placet Motu proprio M.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, sextodecimo Kalen. Aprilis, Anno Septimo.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, indictione decimaquinta, die vero decimanona, mensis Martij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ Quinti Anno Septimo, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarum Principis Apostolorum, ac sancti Ioannis Lateranensis & in acie Campi Floræ de Vrbe, per me Antonium Clerici Sanctissimi Domini nostri Papæ Cursorem. Publicatio.

Michaelangelus Piraurus Magister Cursorum.

C L V I.

De Confraternitatibus Doctrinæ Christianæ in singulis Ciuitatibus, & Diœcesibus erigendis, & earum Indulgentijs.

Indulgentias istaaampliauit, & alias concessit Grego. 13. vt infra in eius const. 11. Illius qui, & const. seq.

PIUS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

EX debito pastoralis officij, nobis, meritis licet imparibus, ex alto commissi, ad ea libenter intendimus, per quæ diuinus cultus fideliumque deuotio vbique suscipiat incrementum, ac ipsos fideles ad id indulgentijs, & remissionibus inuitamus, vt Christifideles ipsi per temporalia quæ egerent cõsequi valeant præmia felicitatis æternæ. Nos igitur attendentes, quod infantes & pueri bonis moribus & exercitijs educati quasi semper vitam pudicam, honestam, & exemplarem ac aliquando sanctam agunt, è conuerso autẽ qui parentum carentia, seu paupertate, aut incuria, vel ignauia, non sic educati, persæpe ducuntur in exitiũ, & quod peius est, secum ducunt plures in interitũ, vnde si diligenter educati, & in doctrina Christiana instructi fuerint, a vitijs, & multis alijs erroribus retraherentur: Considerantes etiam, prout ex fide dignis relatibus intelleximus, quod nõnulli approbatæ vitæ Christifideles, charitate omnium suprema virtute, circa hoc tam pium, tamque Reipublicæ saluberrimum opus accensi, in singulis festiuitatibus & Dominicis diebus in diuersis Ecclesijs & locis hoc opus sanctissimum amplexi sunt, & ibi eosdem infantes & pueros ac alias miserabiles personas Christianæ veritatis ignaras congregari faciunt, & eos bonis moribus, & sana doctrina instruunt, ac diligenter in via mandatorum Domini dirigunt, ex quo salutiferi fructus hactenus prouenerunt, & in dies magis auxiliante Domino prouenire speramus: Et quod si ad hoc opus sanctissimum vbique locorum exercendum, præfatos Christifideles paternis fauoribus & indulgentiarum muneribus inuitaremus, proculdubio non solum eorundem infantium & puerorum ac personarum aliarum saluti consuleretur, verum etiam deuotio Christifidelium omnium ad præfatum opus amplectendum multo magis augeretur: Cupientes igitur tam pio tamque laudabili operi viribus totis fauere, & animas lucrifacere Creatori, ex certa nostra scientia vniuersos & singulos Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, cæterosque ecclesiarum Prælatos, & locorum quorumcunque ordinarios, vbilibet constitutos præsentes & futuros rogamus & hortamur attente, eis ac eorum in spiritualibus & temporalibus vicarijs seu Officialibus generalibus per Apostolica scripta mandantes, quatenus hoc opus sanctissimum toto pectore amplectentes, aliquas ecclesias in suis ciuitatibus, & diœcesibus respectiue, seu loca honesta, in quibus præfati infantes & pueri ad audiendum doctrinam Christianam conuenire possint, deputent, & viros ad id idoneos vita & moribus approbatos, qui diebus saltem Dominicis eosdem infantes & pueros ac alias personas diuinæ legis expertes in articulis fidei, & præceptis sanctæ matris Ecclesiæ instruant, confirment, & eligant atque tot societates, seu confraternitates quot ad hoc tam sanctissimum opus exercendum eis opportunæ videbuntur, inibi auctoritate nostra erigant & instituant. Nos enim vt promptius & alacrius ad hanc curam subeundam omnes Christifideles alliciantur, & eo libentius curam ipsam suscipiant, quo ex hoc dono cælestis gratiæ conspexerint se vberius refectos: De omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus & singulis vtriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus & confessis, seu statutis a iure temporibus firmum confitendi propositum habentibus, qui in aliqua dictarum Societatum, seu Confraternitatum vbilibet constitutarum intrauerint, & adscripti fuerint, illis videlicet tam qui alios docuerint, quã qui ab alijs in articulis fidei & præceptis Ecclesiæ huiusmodi instructi fuerint, quotiescunque in præfato sanctissimo exercitio se occupauerint, quadraginta dies de iniunctis eis pœnitentijs auctoritate Apostolica tenore præsentium misericorditer in domino relaxamus præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Cæterum quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca, in quibus de eis fides forsan facienda foret deferri, volumus quod ipsarum transumptis manu publici Notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, in iudicio & extra vbi opus fuerit eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ.

Causa huius const.

Cõfraternitates doctrinæ Christianæ instituantur ab ordinarijs in eorũ Diœcesibus.

Indulgentię pro confratrib. tam i doctrina alios instruẽtib. quàm instruendis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die sexta Octobris, millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Cæ. Glorierius.

HH a Reductio

CLVII.

Reductio emolumentorum Montis Iulij, ad decem pro centenario.

Hic Pont. volēs pecuniariū præsidium dare Regi Francorum.

PIUS Papa V. Motu proprio, &c. AD pastoralis officij curam nobis licet immeritis diuina prouidentia demandatam, in primis pertinere censemus, vt charissimo in Christo filio nostro Carolo Francorum Regi Christianissimo aduersus eius rebelles, & hæreticos, in tantis tamque periculosis tumultibus in Regno suo excitatis, quibus possumus modis, ac rationibus auxilium feramus, & licet magnum pecuniarium numerum antea in eius subsidium miserimus, tamen nunc etiam copias militares pro vrgenti rei necessitate in Galliam in eiusdem Regis, Regnique defensionem mittere decernimus. Verum cum ad stipendia militibus ipsis persoluenda non exiguo auri, argentiue pondere opus sit, & ab impositionibus onerum subditis nostris faciendis quantum possibile fuerit abstinere decreuerimus, videamusque omnes Sanctæ Romanæ Ecclesiæ reditus aut alienatos, aut pignoratos esse, ita vt ærarium nostrum Apostolicum penitus attritum sit & exhaustum, cogimur maxime huic necessitati leuiori quo fieri potest remedio, aliquem opem afferre. Itaque cum fe. rec. Iulius Papa III. prædecessor noster vnum Montem vacabilem, Iulium nuncupatum, de scutis ducentis millibus in alma Vrbe nostra erexerit, & Montistis montis huiusmodi fructus super introitibus Dohanarum eiusdem Vrbis ad rationem duodecim pro centenario assignauerit, & omnia loca per obitum Montistarum huiusmodi exinde pro tempore vacantia extinxerit, prout in literis ipsius Iulij prædecessoris sub plumbo de anno millesimo quingentesimo quinquagesimo desuper confectis, & eius motu proprio eodem anno expedito plenius continetur: cumque Cameræ Apostolicæ ministri, qui pro tempore deinceps fuerunt circa Montis præfati extinctionem nullam, vel saltem modicam curam habuerint, ita vt in literis, & motu proprio dicti Iulij contenta nequaquam obseruata fuisse, quinimo loca quæ ex tunc de cætero vacauerunt pignorata fuisse reperiantur: Nos superioribus diebus considerantes minori quo fieri potest dictorum Montistarum incommodo, ac detrimento, & honesta quoque ratione aliquod subsidium vrgentissimis præsentibus ærarij nostri necessitatibus afferre, Dilecto filio nostro Michaeli Cardinali Alexandrino Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, ac secundum carnem pronepoti nostro dedimus in mandatis, vt per edictum publicum Montistis præfatis notum faceret, statuisse nos fructus dicti Montis Iulij de Vrbe vacabilis eis vt præfertur assignatos de duodecim ad decem cum dimidio pro cētenario quolibet anno reducere, quodque si qui eorundem Montistarum nollent sic reductis huiusmodi fructibus in ipso monte remanere, scuta centum pro quolibet loco dicti Montis eis restituerentur, & propterea in Banco dilecti filij Bartholomæi Bonamici collegij Montistarum huiusmodi depositarij, pecuniæ ad hunc effectum deponerentur, deinde edictum hoc publicari, & per vrbem affigi, pecuniarumque depositum per ministros nostros fieri iussimus. Volentes igitur reductionem huiusmodi suum debitum, & totalem effectum, prout necessitas postulat, quamprimum habere, & executioni per nos designatæ realiter, & omnino demandari, Motu proprio, & ex certa scientia, maturaque deliberatione habita, & de Apostolicæ potestatis plenitudine fructus, & redditus quoscunque omnium locorum dicti Montis Iulij, qui hodie vacabiles reperiuntur, de duodecim ad rationem decem cum dimidio pro vnoquoque loco Scutorum centum quolibet anno (saluis tamen firmis, & inuiolatis in cæteris remanentibus, & in suo robore persistentibus dicti Iulij prædecessoris literis, & motu proprio præfatis, quibus per nos in nullo alio præiudicatum, innouatum, seu alteratum, aut immutatum existere, sed in illis contenta quæcunque prorsus intacta & illibata permanere, & prout hactenus etiam in posterum perpetuo obseruari debere declaramus) auctoritate Apostolica, per præsentes reducimus atque reductos nunc & in perpetuum fore, & esse, & reductionem huiusmodi ab omnibus, quos illa concernunt, inconcusse, & inuiolabiliter seruari. sicque per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam Præsidentes, & Cameræ Apostolicæ Clericos, ac eius Camerarium, & alios S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, interpretandi, & diffiniendi facultate, & auctoritate, iudicari, interpretari, & decidi debere, irritum quoque & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Mandantes propterea dicto Michaeli Cardinali Camerario, & dilecto Bartholomæo Thesaurario generali nostro, modernis, & pro tempore existentibus, vt deinceps loca Montis Iulij huiusmodi vacabilia, quæ posthac vacauerint, nullatenus pignorare seu vendere debeant, nec audeant, neque etiam possint sine speciali rescripto manu nostra propria signato. Volumus autem quod omnia loca quæ occasione reductionis huiusmodi supererunt, cum effectu tradantur, & consignentur dicto Bartholomæo Bonamico, pro eo seu illo vel illis qui ab ipso nominatus seu nominati fuerint, ita vt pro quolibet loco centum scuta monetæ in manibus personæ per nos ad hoc deputandæ soluere debeat, & teneatur. Patentes vero concessionum eorundem locorum per ipsum Michaelem Cardinalem Camerarium subscribi, & dictorum locorum distributionem ab eo in dies, & non aliter fieri mandamus, ipsique super his plenam, & liberam facultatem concedimus. Non obstantibus dicti Iulij prædecessoris literis, & motu proprio huiusmodi, ac regula nostra de non tollendo Iure quæsito, & quibusuis alijs constitutionibus apostolicis, necnon quibusuis indultis & literis Apostolicis Monti Iulij præfato, & illius Montistis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alisque efficacioribus efficacissimis, & insolitis clausulis & etiam irritan. & alijs decretis, etiam quod fructus eiusdem Montis ad minorem summam reduci nullo modo possint, & alias quomodolibet concessis, confirmatis & innouatis. Quibus omnibus, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua mentio, seu quæuis expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, eorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & totaliter de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat ad effectum præsentium specialiter & expresse ac latissime derogamus, totaliterque derogatum esse volumus & decernimus,

Reducit emolumenta Mōtis Iulij ad decem pro centenario.

Decretum irritans.

Clausulę derogat.

cernimus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Et cum alijs clausulis necessarijs, & opportunis, & præsentis sola signatura sufficiat, seu si videbitur, literæ sub plumbo, seu in forma Breuis desuper expediri possint.

Placet Motuproprio, & ita reducimus M.

Registrata in Camera Apost.

Die septima Martij, millesimo quingentesimo sexagesimo nono, suprascripta cedula Motusproprij registrata fuit in Camera Apostolica.

CLVIII.

Deputatio Iudicis causarum confidentiarum beneficialium, & eius facultates.

Declaratio, & extensio facultatum habetur in const. seq.

PIVS Papa V. Motuproprio, &c.

CVM sicut accepimus, postquam nuper omnes confidentiarum Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum quorumcunque beneficiorum causas coram quibusuis Iudicibus, etiam sacri Palatij Apostolici causarum Auditoribus pendentes, ac in futurum mouendas earum cognitionem, & literarum Apostolicarum à fœ. rec. Pio quarto prædecessore nostro super eiusmodi confidentijs emanatarum executioné nobis, & successoribus nostris reseruando per nos cognoscendas, decidendas, & fine debito terminandas, ac totaliter exequendas ad nos auocauimus, decisioni, & terminationi per nos fiendæ appellatione remota stari debere decernendo, & statuendo, & aliàs prout in nostris literis manu nostra signatis, quarum tenorem hic pro expresso haberi volumus plenius continetur, quamplurimi Prælati, & aliæ personæ de iuribus sibi respectiue ex capite earundem confidentiarum iuxta, & secundum dictarum nostrarum literarum formam agere, & experiri intendant, nosque attendamus ea quæ causarum huiusmodi instructionem concernunt corá nobis hisce turbulentis præcipue temporibus, quibus grauissimis arduissimisque totius Reipublicæ Christianæ negocijs assidue intenti sumus, fieri, vel seruari non ità commode posse, nonnullos ad instructionem huiusmodi sumendum processusque causarum confidentiarum earundem formandum, & fabricandum delegare, & deputare decreuimus. Idcirco, vt superfluis laboribus obuietur, & partium indemnitati, atque commoditatibus consulatur de dilecti filij Honuphrij Cameræ nostræ Apostolicæ præsidentis prudentia, integritate, legũ, & literarum scientia, necnon rerum agendarum experientia, & dexteritate, ac Andreæ de Grassis Clerici Montis Regalis causarum præfatarum Notarij, seu scribæ nuper à nobis deputati fide, & legalitate confisi, Motu simili, &c. Honuphrium præfatum ad omnes, & singulas dictarum confidentiarum causas, vna cum earum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, audiendum, cognoscendum, deque eis plenam, & sufficientem instructionem sumendum, & pro earundem causarum instructione quascunque literas, scripturas, instrumenta, seu documenta publica, vel priuata, positiones, articulos, interrogatoria, testes, ad perhibendum testimonium veritatis, & aliàs cuiusuis generis probationes hinc inde inter quascunque personas, & collitigantes coniunctim, vel diuisim faciendas, omniaque alia acta, & actitata necessaria, & requisita, etiam singulis diebus, & horis, ac manu Regia, ac terminis substantialibus de stylo Palatij nostri seruari solitis penitus omissis quibusuis etiam appellationibus, nullitatibus, & alijs diffugijs prorsus semotis procedendo admittendum, & recipiendum delegamus. Andream vero per nos, vt præmittitur, deputatum ad eadem acta, & actitanda similiter recipiendum, illaque in scriptis redigendum, & publicandum, seu per eius substitutum, vel substitutos ipsius arbitrio assumendum, vel assumendos recipi, conscribi in scriptis redigi, & publicari faciendum confirmamus, Præfatoque sic delegato omnes, & singulas dictarum confidentiarum auctores, machinatores, conscios, complices, & alios quos opus fuerit, ac sua quomodolibet interesse putantes, & in decretis, vel executionibus, citationum præsentium vigore decernendarum citandi, ac constito quantum ipsi sufficere videbitur de indicijs, ad personaliter comparendum sub excommunicationis, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & priuationis omnium, & singulorum beneficiorum, & officiorum per eos obtentorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia quæcunque in posterum obtinenda, necnon pecuniarijs, alijsque eius arbitrio, etiam iuxta demeritorum exigentiam corporum afflictiuis pœnis monendi, eisdemque, ac quibusuis Iudic. tam ordinarijs, quam Commissarijs, & quacunque auctoritate fungentibus, & functuris sub similibus sententijs, censuris, & respectiue pœnis inhibendi, detinentes quoscunque libros, scripturas, computa, instrumenta, & alia documenta publica, vel priuata dictarum cofidentiarum causas quomodolibet concernentes, & concernendo ad illa exhibendum, necnon quoslibet testes ad se examini subijciendum, ac veritatis testimonium perhibendum, etiam ex officio, vel aliàs prout ei videbitur per similes censuras, & pœnas cogendi, & compellendi, contradictores, &c. censuras, & pœnas, & priuationis huiusmodi incidisse declarandi, aggrauandi, reaggrauandi, auxiliumque brachij sæcularis inuocandi, & exerceri faciendi, præmissaque omnia, & singula, ac alia in præmissis, & circa præmissa quomodolibet necessaria, & opportuna tam in Romana Curia, quam extra eam vsque ad sententias diffinititas exclusiue, quarum sententiarum prolationes nobis reseruamus, dicendi, gerendi, & exercendi, & exequendi, ac exequi mandandi, & faciendi auctoritatem, & omnimodam facultatem damus, & concedimus. Volumus autem quod sola præsentium signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra. Non obstantibus præmissis, stylo Palatij, quibusuis Cancellariæ nostræ regulis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & præsertim fœ. rec. Bonifacij Papæ octaui, etiam prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo non vltra tres, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis scriptorum Archiuij Romanæ Curiæ Collegio, etiam quod nullus nisi scriptor Archiuij in causis Commissarijs scribere possit, ac iuramento de non scribendo, vel se intromittendo per Andream præfatum forsan præstito, quod ei ad effectum præsentium relaxamus, & alijs quibuscunque, etiam iteratis vicibus, ac Motu simili, &c. etiam

Hic Pont. auocauit ad se omnes causas cõfidentiarum beneficialium, & earũ cognitioné sibi, & successoribus suis reseruauit sup. in const. 52. licet.

Modo autem ad easdé causas audié vsque ad diffinitiuam sentẽtiã exclusiue Honofrium Camerarium delegat. Immo inclusiue vt in seq. const.

Et Andream de Grassis Notariũ deputatum cõfirmat. Nunc autem notarius est Prosper Vacca.

Facultatesque hic expressas eidem Honofrio delegato cõcedit. Ad quod vide const. seq.

Sola signatura sufficiat.

Clausulæ derog.

in vim

in vim contractus per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam per nos concessis, &c. quibus omnibus, & singulis, etiam si de ipsis, &c. tenores, &c. latissime derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Placet Motuproprio M.

Andreas de Grassis Not.

CLIX.

Declaratio, & ampliatio facultatum Iudicis causarum Confidentiarum beneficialium.

De facultatibus istis, vide in const. præced. & etiam sup. in const. 87. Vbi not. fol. 1051.

Hic Pont. causas confidentiarum vsque ad sententias exclusiue audiendas commisit Camaiano, vt in const. præced. & etiam Petrosancto Humano. Nunc autem extendit eorundem facultates, ad terminã. causas huiusmodi coniunctim vsque ad sententias inclusiue non tamen contra Card. Patriarchas, Archiep. & Episcopos. Sufficit signatura.

Clausulæ derog.

PIVS Papa V. Motuproprio, &c. CVM aliàs omnes, & singulas causas confidentiarum beneficialium, tam motas, quam in futurum mouendas ad nos auocauerimus, ipsarumque causarum cognitionem, & earundem processuum formationem, citra tamen sententiarum diffinitiuarum prolationem, quam nobis reseruauimus, Dilectis filijs Honuphrio Camaiano Cameræ nostræ præsidi, & successiue Petrosancti Humano in solidum commiserimus, prout in nostris desuper confectis in forma Motusproprij literis plenius continetur; Nunc autem cum tot, & tam arduis vrgeamur negocijs, vt difficulter causarum ipsarum expeditioni vacare valeamus, Ne propterea partes ipsas causas agentes dispendia patiantur, Motu simili, &c. eisdem Honuphrio, & Petrosancti dictas omnes, & singulas causas confidentiarum beneficialium, tam nunc pendentes, quam in futurum quomodolibet mouendas, vna cum omnibus, & singulis earum incidentibus, dependen. emergen. annexis, & connexis, inter, & contra quasuis personas (præterquam Cardinalatus honore, ac Patriarchali, Archiepiscopali, & Episcopali dignitatibus fungentes, circa quorum causas per præsentes nihil innouatum censeatur) summarie simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta, manu regia, quacunque appellatione remota, & cuilibet earum insolidum audien. & cognoscen. coniunctim vero decidendas, & fine debito terminandas, ipsarumque sententiarum per eos ferendarum finalem, & totalem executionem committimus, & mandamus, Cum potestate citan. & inhiben. etiam sub censuris, & poenis, & alijs facultatibus, tam in dictis alijs nostris desuper confectis literis contentis, quam alijs desuper quomodolibet necessarijs, & opportunis, & mandata executiua quæcunque desuper necessaria & opportuna, simili appellatione remota, decernen. & relaxan. & suæ debitæ executioni demandandi, & demandari faciendi. Volumus autem quòd sola præsentium signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra. Non obstantibus omnibus, quæ in prænarratis literis volumus non obstare, quibus omnibus & singulis, etiam si de ipsis, &c. tenores, &c. latissime derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Placet Motuproprio M.

CLX.

Eleemosynæ pro Carceratis in Vrbe colligendæ, exponantur pro soluendis debitis pauperum Carceratorum. Et pro debito mere ciuili, & infra septem aureos, nemo carceretur.

De materia istorum Carceratorum vide infra in const. vltima.

Præfector Societatis Charitatis est Illustriss. Car. S. Seuerinæ solo cũ Illust. Card. Moroni defuncto.

PIVS Papa V. VOLVMVS, vt omnes eleemosynæ Carceratorum, tam quæ per Quæstores colliguntur, quàm quæ in capsis reponuntur, expendantur pro soluendis debitis pauperum Carceratorum arbitrio R. D. Cardinalis Moroni, quem confidimus præ oculis habiturum miserabiliores personas, & iustiores causas.

Eundem rogamus, vt in carceribus Turris Nonæ erigi faciat Hospitale aliquod sumptibus Charitatis, in quo curentur pauperes infirmi, donec adhibeatur diligentia, quam celerem esse volumus, pro illis liberandis, iuxta Motumproprium fel. rec. Pauli Papæ III. quem seruari prorsus volumus.

Insuper iubemus, ne infra septem aureos carcerari quis possit pro debito, præterquam cum debitum habet annexam criminalem causam.

Placet, & ita mandamus M.

Reseruatio

CLXI.

Reseruatio beneficiorum vacantium, Sede Episcopali vacante.

Aliàs reseruationes, vide infra in vlt. const. Sanctissimi Domini Nostri Syxti V,

De materia beneficiorum reseruatorum, vide sup. Pauli 2. const. 4. Ad Romani, fol. 89.
& Pij 4. const. 36. Cupientes, fol. 700. & const. 142. Sanctissimus,
fol. 896. & habes etiam sup. in huius Pont. const. 29.
Cum ex Apostolatus, fol. 968.

SANCTISSIMVS in Christo pater, & Dominus noster, Dominus Pius diuina prouidẽtia Papa Quintus, Cupiens pauperibus Clericis, & alijs benemeritis personis, de beneficijs Ecclesiasticis prouidere, omnia & singula beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura, sæcularia, & quorumuis ordinum regularia qualitercunque qualificata, & vbilibet existentia, Sede Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, & primitiali quarumcunque Ecclesiarum Cathedralium, etiam Metropolitanarum, Patriarchalium, & Primitialium, pro tempore Pastoribus destitutarum vacante, quomodolibet vacantia, & vacatura, tam in prædictis, quàm alijs Ecclesijs, necnon Ciuitatibus, & dioecesibus quibuscunque, ad eorundem Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, & Primatum collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem quomodolibet pertinentia, dispositioni suæ reseruauit. Sicque in præmissis per quoscunque, &c. sublata, &c. iudicari debere, irritum quoque, &c. decreuit. Reseruatio beneficiorum vacantium Episcopali sede vacante. Decretum irritans.

Placet publicetur, & describatur M.

Lecta, & publicata fuit suprascripta regula Romæ in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, Die vero nona Mensis Martij, Pontificatus prælibati Sanctissimi Domini Nostri Papæ Anno tertio. Publicatio in Cãcellaria Apo.

A. Lomellinus Custos.

CLXII.

Forma obseruanda in confectione, & expeditione literarum Apostolicarum super gratijs resignat. beneficiorum.

PIVS Papa V. Motuproprio, &c.

COGIT nos necessitas, vt nouam futuris aliquot huius Curiæ negocijs formam imponere curemus. Quocirca dilectis filijs S. R. E. Vicecancellario, literarum Apostolicarum Abbreuiatoribus, & in illarum expeditione dicto Vicecancellario assistentibus, Summatori, cæterisque omnibus id expeditionis munus in Curia, & Camera Apostolica, & vbicunque gerentibus, tenore præsentium auctoritate Apostolica mandamus, vt deinceps super omnibus gratijs, & concessionibus Apostolicis de quibusuis beneficijs cum cura, & sine cura, sæcularibus, & quorumuis ordinum regularibus, etiam apud Sedem Apostolicam vacantibus, & dispositioni Apostolicæ reseruatis, in quibus addita fuerit clausula. Et in forma dignum, literas Apostolicas expediãt in eadem forma quæ aut ad Episcopum diœcesanum, aut ad Vicarium generalem, aut ad officiales eiusdem Episcopi disiunctiue, ad electionem impetrantis dirigantur, cum limitationibus, & clausulis infrascriptis, videlicet de parochialib. Ecclesijs, vel earũ parochialibus Ecclesijs dũtaxat, & per resignationẽ vacantibus in dictis literis post verbum mandamus, vt si sibi constiterit, quod dictus N. resignans, si in sacris ordinibus constitutus existat aliunde commode viuere possit, ac per diligentem examinationem per te adhibitis examinatoribus ad hoc à Concilio Tridentino designatis, si illic sint vbi esse debent in diœcesana synodo deputati, sin autem absque illis faciendam dictum I. resignatarium ad hoc idoneum esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, Ecclesiam prædictam, cuius, &c. & inferius post verba. Cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis eidem Ioanni, quibuscunque alijs sese ad examen prædictum, etiam per mutuum concursũ admitti, & sibi de dicta Ecclesia prouideri petentibus penitus exclusis, infra triginta dies postquam præsentes literæ tibi præsentatæ fuerint, auctoritate nostra conferas, & assignes, &c.

In cæteris vero literis de quibusuis alijs beneficijs per eandem resignationem vacantibus similiter post verbum mandamus, inseratur, vt si sibi constiterit, quod si dictus N. quatenus in sacris ordinibus constitutus existat, aliunde commode viuere possit, ac per diligentem examinationem dictum I. idoneum esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, Canonicatum, & prabendam prædictam, quorum, &c. Et inferius post verbum, pertinentijs suis, eidem I. intra 30. dies postquam præsentes literæ tibi præsentatæ fuerint, auctoritate nostra conferas, &c.

Propterea in omnibus mandatis prouisionum, seu commendis de quibuscunque beneficijs, & Monasterijs per similem resignationem, seu cessum vacantibus, ad finem ante clausulam decreti irritantis, addatur hæc clausula, videlicet. Cæterum ne dum prodesse studemus, aliqua forte irrepat iniquitas in exitium animarum, tu attẽte his circumspicias, an ex prædictæ N. & I. prædictorum super dicta resignatione, vel cessione, vt fuerit, quàm nos nullo hucusque vitio laborare deprehendimus, intercesserit simoniæ labes, aut alia illicita pactio, vel etiam corruptela, nos eum, &c.

In reliquis autem prouisionibus, & commendis quarumcunque curatorum, & simplicium beneficiorum sæcularium, & regularium prædictorum, etiam reseruatorum aliter quàm per resignationem quouis modo vacantibus, videlicet quoad parochiales Ecclesias, vel earum perpetuas vicarias duntaxat, post verbum mandamus.

camus, vt si per diligentem examinationem per te adhibitis examinatoribus ad hoc, vt supra vsque oneramus, Ecclesiam prædictam cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis eidem Io. intra triginta dies, &c. conferas.

Et similiter in omnibus alijs eadem forma seruetur omissa clausula adhibitis examinatoribus.

Et deinde super omnibus huiusmodi literis, etiam aliæ literæ executoriæ dari debeant directè, vel ad Metropolitanum, vel vni ex propinquioribus Episcopis, siue eorum Vicario, vel officiali disiunctiue, aut nomine dignitatis Episcopi expresse quando alij executores super hoc à nobis dati pro tempore adfuerint, videlicet pro parochialibus Ecclesijs per resignationem vacantibus in hunc modum, videlicet, Fratri Archiepiscopo N. salutem, &c. Hodie cum dilectus filius N. nuper parochialis Ecclesiæ Rector de N. & N. diœcesis dictam Ecclesiam quam tunc obtinebat, per certum Procuratorem suum ad id ab eo specialiter constitutum, in manibus nostris sponte, & libere resignasset, nosque resignationem huiusmodi duxissemus admittendam, venerabili fratri nostro Episcopo N. per alias nostras literas dedimus in mandatis, vt si constaret, quod N. in sacris ordinibus constitutus existeret aliunde commode viuere posset, ac per diligentem examinationem per eundem Episcopum adhibitis examinatoribus ad id à Concilio Tridentino designatis, si isthic sint, vt esse debent in diœcesana synodo deputati, sin autem sine illis faciendam dilectum filium N. Clericum dictæ diœcesis ad id idoneum esse repetiret, clausulam prædictam per resignationem eandem tunc vacantem, & antea dispositioni Apostolicæ reseruatam, etiam si illa alias quouismodo, aut ea alterius cuiuscunque personæ vacaret cum illis forsan annexis, ac omnibus iuribus, & pertinentijs suis prædicto Io. quibuscunque alijs sese ad examen prædictum, & per mutuum concursum admitti, & sibi de dicta Ecclesia prouideri petentibus penitus exclusis, intra triginta dies postquam dictæ literæ præsentatæ fuerint, auctoritate nostra conferret, & assignaret, prout in dictis literis plenius continetur. Quocirca fraternitati tuæ, &c. mandamus, vt si dictus Episcopus eandem Ecclesiam intra prædictos 30. dies ipsi Io. non contulerit, & assignauerit, tu illis elapsis postquam tibi constiterit, quod dicto Io. si in sacris ordinibus constitutus existit, aliunde commode viuere posit, vt præfertur, ac solertem examinationem à te etiam adhibitis tribus, vel pluribus alijs probis, & peritis viris quam primum facien. prædictum N. idoneum esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, prædictam Ecclesiam cum annexis, ac iuribus, & pertinentijs supradictis eidem N. quibuscunque alijs huiusmodi concurrentibus prorsus exclusis, dicta auctoritate conferre, & de illa etiam prouidere procures, inducens per te, vel alium, seu alios ipsum N. vel Procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem Ecclesiæ, ac annexorum iurium, & pertinentiarum prædictarum, & defendens inductum amoto exinde quolibet detentore, ac faciens illi de Ecclesiæ & annexorum eorundem fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuersis integre responderi, contradictores, &c. Non obstantibus omnibus, quæ in dictis literis volumus non obstare, aut si pro tempore existenti Episcopo N. vel quibusuis alijs communiter, vel diuisim Apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possit per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Cæterum tu attente istic circumspicias, an ex parte N. & I. prædictorum supradictæ resignationi, vt fieret intercesserit simoniæ labes, aut alia illicita pactio, vel alia corruptela. Dat. &c.

In cæteris vero beneficijs prædictis per similem resignationem vacantibus, vt supra. Venerabili Archiep. N. salutem, Hodie cum dilectus filius F. nuper Canonicus B. Canonicatum, & præbendam Ecclesiæ B. quos tunc obtinebat per certum Procuratorem suum, &c. vt supra duxissemus admittendum, venerabili fratri nostro Episcopo N. per alias nostras literas dedimus in mandatis, vt si ei constaret, quod dictus F. si in sacris ordinibus constitutus esset, aliunde cōmode viuere posset, ac per diligentem examinationem dilectum filium N. Clericum N. diœcesis ad id idoneum esse reperiret, Canonicatum, & præbendam præfatos per resignationem eandem tunc vacantes, & antea Apostolicæ dispositioni reseruatos, etiam si illi alio quouis modo, aut ex alterius cuiuscunque persona vacaret, cum illis forsan annexis, & plenitudine iuris canonici, & omnibus iuribus, & pertinentijs suis prædicto Io. intra triginta dies postquam dictę literæ deputatæ forent auctoritate nostra conferret, & assignaret, prout in dictis literis plenius continetur. Quocirca fraternitati tuæ, &c. mandamus, vt si dictus Episcopus eosdem Canonicatum, & præbendam intra prædictos triginta dies ipsi Io. non contulerit, & assignauerit, tu illis elapsis postquam tibi constiterit, quod dictus F. si in sacris ordinibus constitutus sit aliunde commode viuere posit, vt præfertur, & per similem examinationem quam primum faciendam præfatum Io. idoneum esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, Canonicatum, & præbendam prædictos cum omnibus annexis de plenitudine iuris Canonici, ac omnibus iuribus, & pertinentijs prædictis eidem Io. conferre, & de illis, etiam prouidere dicta auctoritate procures, vel inducens per te, alium, seu alios ipsum Io. vel Procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem Canonicatus, & præbendæ, ac annexorum, iuriumque, & pertinentiarum prædictarum, & defendens inductum amoto exinde quolibet detentore, ac faciens illum, vel pro eo Procuratorem prædictum ad præbendam huiusmodi in dicta Ecclesia in Canonicũ recipi, & in fratrem stallo in Choro, & loco, in Capitulo dictæ Ecclesię cum iuris Canonici plenitudine assignatis, sibique de Canonicatus, & præbendæ, ac annexorum eorundem fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuersis integre responderi. Contradictores, &c. Non obstantibus omnibus, quæ in dictis literis volumus non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque, aut si pro tempore existente Episcopo, & dilectis filijs Capitulo B. vel quibusuis, &c. mentionem. Cæterum tu attentè isthic circumspicias, &c. Dat. &c.

Alijs autem prouisionibus, seu commendis huiusmodi beneficiorum alias vacantibus, alia forma executoria concipiatur, quæ literę congruunt principali.

Similiter quando Vicario, vel officiali prædicto huiusmodi literas, tam pro principali, quam pro executoria dirigi contigerit communi eis formula seruatis alijs omnibus supradictis ordinetur.

Cæterum omnibus mandatis de præbendis, vel commendæ Monasteriorum, etiam reseruata, tam virorum, quæ extra Consistorium expediuntur, quam etiam mulierum, vetus forma commissaria sicubi desuevit, restituatur, ac literæ desuper expediantur cum clausula, quod delegatus de meritis, & idoneitate promouendi se informet, & si eum ad regimen, & administrationem Monasterij repererit idoneum conscientiam illius onerando prouideat, vel commendet intra triginta dies, vt supra, & desuper forma executorialium, etiam concipiatur.

piatur, quæ suis prouisionibus correspondeant, Denique in ipsis commendis post verbum idoneum repereris, interserantur verba ad Monasterium, vel beneficium in commendam obtinendum.

Volentes præsentes tam in dicto Cancellariæ libro quinterno nuncupato, quam etiam Camera prædicta registrari, & ab omnibus inuiolabiliter custodiri.

Decretum irritans. Clausula derogatoria.

Ac decernentes irritum, &c. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, stylo Cancellariæ, & Cameræ Apostolicę quantocunque temporum seruato, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Placet, & ita Motuproprio mandamus M.

CLXIII.

Facultas Iudicum Curiæ Capitolij restituendi in integrum litigantes, ad fatalia decursa à die Sedis vacantis Pij 4. vsque ad diem Coronationis huius Pont. Pij 5.

Similem constitutionem fecit Iul. 3. quam habes sup. fol. 524. num. 23. & Greg. 13. infra in const. 17.

PIVS Papa V. Motuproprio, &c.

Facultas Iudicij Capit. *Clausula derog.* *Sola signatura sufficit.*

CVPIENTES litium compendijs, litigatorumque dispendijs quantum possumus, salubriter consulere, scientes per obitum fæ. rec. Pij IIIJ. prædecessoris nostri, iustitium in Curia Capitolij à die obitus præfati Pij, vsque in crastinum nostræ coronationis indictum fuisse, & durasse, propterea que de lapsu, & cursu instantiarum, & fatalium quæstiones, & dubia exoriri posse: Motuproprio, &c. committimus, & mandamus Senatori, & Collateralibus, alijsque Iudicibus dictæ Cu. tam ordinarijs, quam delegatis, & subdelegatis, vt in causis coram eis pendentibus indecisis, partes ipsas ad prosequendum causas huiusmodi ad candem temporis spacium, quantum suprascriptum durauit impedimentum eorum arbitrio in integrum restituant. Non obstan. præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, stylo Palatij, & Curiæ prædictæ, statutisque, & nouis reformationibus Vrbis in contrarium quomodolibet disponen. quibus pro hac vice dumtaxat, & ad huiusmodi effectum, & non alias derogamus, &c. cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, quod præsentis nostri Motusproprij sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, & quod copiæ impressæ subscriptæ manu alterius ex dictæ Curiæ correctoris, in iudicio fides adhibeatur, Cancellariæ regula contraria non obstante.

Placet M.

CLXIIII.

Reseruatio mensium Apostolicorum, & alternatiua pro Episcopis residentibus.

Alia similis constitutio est, quæ sequitur, & alia in Greg. 13. nu. 6. Sanctissimus, & alia in Six. V. in fi.

Alia vero priuilegia Episcoporum residentium, vide sup. in Pij 4. const. 17. De salute, fol. 678.

Reseruatio mensium Apost.

SANCTISSIMVS in Christo pater, & Dominus Noster, Dominus Pius diuina prouidentia Papa V. (qui antea quascunque gratias præuentiuas ad vacatura beneficia, à prædecessoribus suis emanatas, certis tunc expressis modo, & forma, reuocauerat) Cupiens pauperibus Clericis, & alijs benemeritis personis, de beneficijs Ecclesiasticis prouidere: Omnia, & singula beneficia Ecclesiastica, cum cura, & sine cura, sæcularia, & quorumuis ordinum regularia, qualitercunque qualificata, & vbilibet existentia, inantea vsque ad quinquennium à die præsentis constitutionis computandum, in singulis, Ianuarij, Februarij, Aprilis, Maij, Iulij, Augusti, Octobris, & Nouembris mensibus, aliàs quam per resignationem, extra Romanam Curiam quomodolibet vacatura, ad collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem quorumcunque Collatorum, & Collatricum, sæcularium, & regularium (non tamen Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, aut aliorum, sub concordatis inter Sedem Apostolicam, & quoscunque alios initis, & per eos, qui illa acceptare, & obseruare debuerunt, acceptatis, & obseruatis, quæ lædere non intendit, comprehensorum) quomodolibet pertinentia, dispositioni suæ generaliter reseruauit. Et voluit, quod in supplicationibus, seu concessionibus gratiarum, quæ de dictis beneficijs tunc vacantibus, etiam Motuproprio fient, de mense, in quo vacauerint, dispositiue mentio fiat: Alioquin gratiæ prædictæ sint nullæ. Et quod priuilegia, & indulta Apostolica de disponendo de huiusmodi beneficijs, etiam cum clausulis derogatoriarum derogatorijs, ac fortioribus, efficacioribus, & insolitis, irritantibusque, & alijs decretis, quibusuis personis, & Collegijs, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, quomodolibet concessa, aduersus reseruationem huiusmodi nullatenus suffragentur: Sicque in præmissis per quoscunque &c. iudicari debere, ac irritum, &c. decreuit.

Alternatiua pro Episcopis resid.

Et insuper Sanctitas sua volens Episcopis, Archiepiscopis, & Patriarchis apud eorum Ecclesiam, seu in illorum diœcesi pro tempore residentibus gratificari eis, quòd quotiescunque, & quandiu, apud eorum Ecclesias, seu in eorum diœc. resederint dumtaxat, de quibusuis dignitatibus, personatibus, Administrationibus officijs,

Canonicatibus, & præbendis, ac alijs beneficijs Ecclesiasticis cum cura, & sine cura sæcularibus, & quorumuis ordinum regularibus, ad eorum collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem (non tamen simplicem institutionem) pertinentibus, quæ inantea in singulis Februarij, Aprilis, Iunij Augusti, Octobris, & Decembris mensibus vacare contigerit, dummodo aliàs dispositioni Apostolicæ generaliter reseruata, vel ex generali reseruatione Apostolica affecta non fuerint, liberè disponendi facultatem concessit, Ac etiam voluit, quod dicti Episcopi, Archiepiscopi, & Patriarchæ de collatione, & prouisione, seu aliâ dispositione beneficiorum, in reliquis mensibus videlicet, Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembris, & Nouembris, pro tempore vacantium, quæ ex tunc, prout ex ea die, & è contra dispositioni suæ (vt præfertur) reseruauit, se non intromittant: Et si quomodolibet se intromiserint, collationes, & prouisiones, ac aliæ dispositiones beneficiorum per eos in vim præsentis concessionis pro tempore faciendæ, nullæ, & inanes, nulliusque roboris, vel momenti, ipsique beneficio alternatiua huiusmodi eo ipso priuati existant, Ac Episcopi, Archiepiscopi, & Patriarchæ præfati infra tres menses à die publicationis præsentis constitutionis computan. se alternatiuam hujusmodi acceptare, vel recusare coram Notario publico, & testibus declarare teneantur, alioquin lapso trimestri, alternatiua huiusmodi illis nullatenus suffragetur. Decernens irritum, &c.

Placet, publicetur, & describatur M.

Publicatio in Cācellaria Apost. in cuiusquinterno ego Laertius vidi eā registratā

Lecta, & publicata fuit suprascripta regula Romæ in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, Die vero Iouis vigesimaquarta mensis Ianuarij, Pontificatus Sanctissimi Domini Nostri Papæ, Anno primo. A. Lomellinus Custos.

CLXV.

Reseruatio mensium Apostolicorum, & alternatiua pro Episcopis residentibus.

Ad quod vide const. præced. cum ibi notatis.

SANCTISSIMVS in Christo pater, & Dominus noster, Dominus Pius diuina prouidentia Papa Quintus, Excursu pridem quinquennij tempore, quo Sanctitas sua, vt pauperibus Clericis, & alijs benemeritis prouideret, constitutionem suam omnium beneficiorum Ecclesiasticorum in octo mensibus, & quo ad Episcopos, & alios Superiores, Prælatos, residentes in sex dumtaxat alternatis, tunc expressis extra Romanam Curiam aliàs quam per resignationem, prædicto durante tempore vacaturorum, reseruatorum ediderat. Rursus eadem causa omnia beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura, sæcularia, & quorumuis ordinum regularia qualitercunque qualificata, & vbicunque existentia, in mensibus, Aprilis, Maij, Iulij, Augusti, Octobris, Nouembris, Ianuarij, & Februarij, vsque ad aliud quinquennium à die publicationis præsentis constitutionis computandum, extra dictam Curiam, aliàs quam per resignationem quoquo modo vacatura, ad collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, & quamuis aliam dispositionem, quorumcunque collatorum, & collatricum, sæcularium, & regularium, (non tamen S. R. E. Cardinalium) aut aliorum sub concordatis, inter Sedem Apostolicam, & quoscunque alios initis, & per eos qui ea acceptare, & obseruare debuerunt, acceptatis, & obseruatis, quæ lædere non intendit, comprehensorum, quomodolibet pertinentia, dispositioni suæ generaliter reseruauit. Volens in supplicationibus, seu concessionibus gratiarum, quæ de dictis beneficijs tunc vacantibus, etiam Motuproprio fient, de mense in quo vacauerint dispositiue mentionem fieri, alioquin gratias nullas esse, Ac priuilegia, & indulta disponendi de huiusmodi beneficijs, aut quod illa sub huiusmodi reseruationibus nunquam comprehendantur, etiam cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs ac fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, quibusuis personis, & Collegijs cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus quomodolibet concessa, aduersus reuocationem, huiusmodi minime suffragari.

Reseruatio mensium Apost.

Alternatiua pro Episcopis resid.

Insuper Sanctitas ipsa ad gratificandum supradictis Prælatis denuo intenta, omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis apud Ecclesias, aut diœc. suas iuxta Concilij Tridentini dispositionem residentibus dumtaxat, de omnibus, & quibuscunque beneficijs Ecclesiasticis, cum cura, & sine cura, sæcularibus, & regularibus, ad liberam ipsorum dispositionem, seu præsentationem, vel electionem pertinentibus, quæ inantea in mensibus Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, Decembris, & Februarij, extra Curiam ipsam vacare contigerit (dummodo alias dispositioni Apostolicæ reseruata, vel affecta non fuerint) liberè disponendi facultatem concessit, Ac etiam voluit, vt ipsi in collatione, aut alia dispositione beneficiorum, in alijs sex mensibus videlicet Martij, Maij, Iulij, Septembris, Nouembris, & Ianuarij vacaturorum, quæ etiam dispositioni suæ (vt præfertur) reseruauit, sese intromiserint, aut quo minus prouisiones, & gratiæ Sanctitatis suæ, de illis debitum effectum consequantur, impedimentum quocunque modo præstiterint, seu qui à residentia prædicta nisi in casibus à dicto Concilio permissis defecerint, vsu, & beneficio prædictæ facultatis, eo ipso priuati existant, & Collationes, & aliæ dispositiones de beneficijs illius prætextu deinceps faciendæ, nullius sint roboris, vel momenti. Illi vero qui gratiam alternatiuæ prædictæ acceptare voluerint, acceptationem huiusmodi per patentes literas suo sigillo munitas, declarare, & literas ipsas, hic ad Datarium Sanctitatis suæ transmittere teneantur, quibus ab eo receptis, & recognitis, tunc demum, & non antea vti incipiant gratia supradicta. Decernens in prædictis omnibus per quoscunque, &c. iudicari debere, ac irritum, &c.

Placet publicetur, & describatur M.

Publicatio in Cācell. Apostolica, In cuius quinterno ego Laertius vidi eam registratam.

Lecta, & publicata fuit supradicta regula Romæ in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo, Die vero Iouis prima mensis Martij, Pontificatus præfati Sanctissimi Domini Nostri Anno sexto. Io. Lomellinus Custos.

Declaratio,

CLXVI.

Declaratio, quod omnes Ciuitates, & loca teneantur soluere taxas impositionum, pro fortificatione, & munimine cuiuscunque loci S. R. E. subiecti, non obstantibus exemptionibus, etiam ex causa onerosa concessis.

Tu vide, quoad exemptionem Mendicantium sup. const. 14. Dudum ad vberes, fol. 944.

PIVS Papa V. Motuproprio, &c.

ET si ea quæ ob communem populorum vtilitatem, defensionem, & securitatem conficiuntur, ab omnibus deberent summo studio confoueri, sunt tamen aliqui quærentes tantum quæ sua sunt, qui non attendentes, etiam ipsorum causa huiusmodi publicas defensiones præparari, ab eis debita, & sibi assignata contributione se subtrahere conantur. Sanè fœ. rec. Pius Papa IV. prædecessor noster prouidere prospiciens, quantum Prouincijs, Marchiæ, & patrimonij, Vrbi, ac toti denique statui Ecclesiastico expediret Anconam, Ciuitatem vetulam, & illarum arces, & portus munitissimos ab omnibus infidelium incursibus reddere, quo propugnaculis huiusmodi, & antemuralibus omnia finitima loca in pace, & tranquillitate quiescerent, certum subsidium pro opere huiusmodi prosequendo, in ipsis Prouincijs Marchiæ, & Patrimonij, ac forsan alijs circumuicinis Prouincijs, & locis imposuit, quod si alacriter, vt par erat, ab omnibus persolutum fuisset, facile iam forsan operi huiusmodi satis necessario suprema manus imposita foret. Cupientes igitur ad illius consummationem deueniri, & ne his qui maiora à Sede Apostolica beneficia reportarunt, se à contributione ex tam pia, & rationabili causa imposita excusare valeant, ad omne dubium tollendum, Declaramus vsque ab initio nostri Pontificatus intentionis nostræ semper fuisse, vt omnes Ciuitates, Terræ, ac loca, tam pro contributione huiusmodi, quam omnia alia pro alicuius loci nobis subiecti munimine taxata, & in futurum taxanda intra situs dictarum Prouinciarum, & aliàs vbilibet consistentia nullo penitus colore se ab illa excusare valeât. Quocirca dilectis filijs Vitellotio S. R. E. Diacono Cardinali Camerario, ac Bartholomæo Bussotto Thesaurario Apostolico generali, & eorum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis nostræ pœna tenore præsentium committimus, & mandamus, vt quoscunque, tam homines, quam Ciuitates, Terras, & loca iuxta taxas sibi tam pro prædictis, quas enixe confouere cupimus, quam alijs quibusuis fortificationibus impositas, omni penitus tergiuersatione remota, etiam sub prætextu cuiusuis exemptionis quantumlibet ex causa onerosa concessæ, cuiusuis status, gradus, ordinis, & conditionis existant, etiam si Ducali dignitate, vel Cardinalatus honore præfulgeant, ad integram solutionem taxæ huiusmodi pro tempore tam à die nostræ assumptionis decursæ, quam in futurum vsque ad operis consummationem decurrendam, iuris, & facti remedijs opportunis, etiam per censuras Ecclesiasticas, ac interdicti appositione omni mora postposita cogat, & compellat, Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, exemptionibus à quibuscunque contributionibus sub quibusuis verborum formis, etiam in vim contractus, ac etiam alia ex quauis causa onerosa concessis, cæterisque contrarijs, illorum tenores pro sufficienter expressis habentes, non obstantibus quibuscunque.

Declaratio, quod impositiones pro fortificationibus locorum S. R. E. ab omnibus solui debeant.

Executorum deputatio, & fac.

Clausulæ derog.

Placet Motuproprio M.

CLXVII.

Deputatio Cardinalium Hæreticæ prauitatis generalium Inquisitorum, & declaratio, quod, quæ maior pars eorundem in Congregatione interuenientium facit valeat, ac si omnes interuenirent.

Similem constitutionem habes sup. in Pij 4. const. 147. Cum nos, fol. 900. & ibi notaui.

PIVS Papa V. Motuproprio, &c.

CVM fœ. rec. Pius IV. prædecessor noster per suum specialem Motuproprium sub data Romæ apud Sanctum Marcum, quarto nonas Augusti, Anno quinto sui Pontificatus, Ioannem Michaelem Sanctæ Anastasiæ Saracenum, & Ioannem Baptistam Sancti Clementis Cicadam, ac Ioannem Sanctæ Priscæ Reomanum, necnon Clementem Sanctæ Mariæ in Aracæli monelium, & Ludouicum Sancti Cyriaci in Thermis Simonetam, & Carolum Sancti Martini in Montibus Borrhomæum presbyteros, ac Vitellotium Vitellium Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconum, & successiue per aliâs literas in forma breuis, Franciscum Alciatum Sanctæ Susannæ titulorum miseratione diuina Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, cum facultatibus, iurisdictionibus, & auctoritatibus, prout in eisdem literis in forma Motusproprij, & forsan alijs antea, vel postea concessis latius continetur, in officio supremo in Alma Vrbe, & Curia Romana, ac tota Republica Christiana Sanctæ Inquisitionis hæreticæ prauitatis Inquisitores, eiusque causarum audientia cognitioni, expeditioni, & terminationi præfecit, & deputauit: Nos postquam diuina prouidentia ad summi Apostolatus apicem assumpti fuimus, considerantes eosdem præfectos Cardinales in varijs, ac diuersis publicis negocijs ob eorum experientiam, & doctrinam implicitos, & occupatos esse, vt dictum officium concernentes ea celerius expediri possint, quo illi præpositi alijs negocijs fuerint minus impliciti, loco ipsorum, quibus etiam aliorum quorundam negociorum ad Sedem Apostolicam spectantium curam dedimus, in eodem sacro officio Inquisitionis hæreticæ prauitatis deputauimus Inquisitores dilectos filios nostros Bernardinum Scotum tituli Sancti Matthæi, Scipionem tituli Sanctæ Anastasiæ Rebibam, Franciscum tituli Sanctæ Crucis in Hierusalem Paciechum, Ioan-

Pius 4. deputauit Cardinales hic nominatos.

Inquisitores. Hic Pont. alios deputauit, vt hic

nem Franciscum de Gambara tituli Sanctæ Pudentianæ S. R. E. Cardinales. Ne tamen in posterum, de eorum iurisdictione hæsitari contingat, Motu simili, & ex certa nostra scientia deputationem huiusmodi tenore præsentium approbamus, & confirmamus, & quatenus opus sit de nouo eosdem quatuor Cardinales generales hæreticæ prauitatis in eisdem Alma Vrbe, Curia Romana, ac tota Republica Christiana creamus, confirmamus, & deputamus. Et insuper pro faciliori earum expeditione statuimus, decernimus, & ordinamus, vt quicquid per maiorem partem præsentium, vel aliquibus absentibus per duos ex prædictis Cardinalibus deputatis, qui in Congregatione pro dicto officio interuenerint, seu conuenerint, dictum, gestum, statutum, ordinatum, decretum, terminatum, seu sententiatum extiterit, sit validum, & firmum ita, & taliter, quod nullo modo impugnari possit, perinde, ac si omnes, & singuli Cardinales prædicti in dicta Congregatione interuenissent, & conuenissent, & maior pars eorum consensisset: cum plena, & omnimoda iurisdictione auctoritate, & potestate dicto officio, ac omnibus prædictis Cardinalibus, & eorum prædecessoribus per nos, vel alios summos Pontifices aliàs quomodolibet concessis, & attributis. Irritum, &c. decernentes. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & omnibus illis, quæ nos, & prædecessores nostri voluerunt, & volumus non obstare; cæterisque contrarijs quibuscunque. Decernentes solam præsentis nostri Motusproprij signaturam sufficere, & vbique in iudicio, & extra fidem facere, regula contraria non obstante.

Præmodo talē deputationem confirmat.

Facultatesq; hic expressas eisdem concedit.

Decretū irritās. Clausulæ derogatoriæ.

Placet Motuproprio M.

CLXVIII.

Deputatio, & facultates quatuor Cardinalium, & vnius Clerici Cameræ Apost. ac Magistrorum viarum, & duorum Deputatorum à Populo Romano, instaurandi, &c. vias publicas, Vrbis & flumina, ac portus Tiberis.

Tu ad hoc vide noua Statuta Vrbis lib. 3. cap. 39.

Deputatorum autem facultates, circa fontes Vrbis, vide sup. in const. 112. Exigit, fol. 1087.

Magistrorumque viarum, & Camerarij facultates super Inrecongrui, vide infra in Greg. 13. const. 25. Quæ publicæ.

PIVS Papa V. Motuproprio, &c.

CVM Vrbes, & oppida frequentia incolarum insignia annona fere semper laborare contingat, nisi vltra camporum fertilitatem, etiam fluminum, portuum, & viarum publicarum commoditate natura, vel arte subleuentur: Et cum Almæ Vrbis nostræ non solum portus destructi, alueus Tiberis repletus, verumetiam extra mœnia ipsius Vrbis viæ publicæ adeo ruinosæ, & impeditæ existant, vt expeditum hominibus difficile iter præbeant. Nos de ipsius Vrbis Annona pro commoditate in ea degentium solliciti, in quantum possumus prouidere volentes, & sperantes opera, industria, & dexteritate dilectorum filiorum Ioannis, tt. S. Mariæ in Transtiberim Montis Politiani, & Ioannis Francisci tt. S. Cyriaci in Thermis Commendoni nuncupati, ac Marci Antonij tt. S. Siluestri Bobba nuncupati, & Alexandri tt. S. Mariæ in via, Sfortia nuncupati Presbyterorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium (duos ex quibus videlicet Io. de Monte Politiano, & Alexandrum Cardinales, etiam aliàs vigore alterius nostri specialis Motusproprij, cuius tenorem hic pro sufficienter expresso haberi, & si videbitur de verbo ad verbum inseri posse volumus, Magistrorum viarum eiusdem Vrbis superintenden. cum facultatibus in eodem nostro Motuproprio expressis elegimus, & deputauimus) præmissa cum interuentu dilectorum filiorum Magistrorum viarum, ac duorum Nobilium virorum Romanorum à populo Romano in eorum Consilio iuxta formam Motusproprij à fe. rec. Pio Papa IIII. prædecessore nostro, vt accepimus emanati deputatorum, & deputandorum de facili fieri, eisdemque præmissis de aliquo opportuno remedio succurri, & prouideri posse, ex propter Motu simili, &c. ipsos Ioannem, & Ioannem Franciscum, ac Marcum Antonium, & Alexandrum Cardinales, & quemlibet eorum insolidum, & etiam alterum in alterius absentia, seu alio impedimento impeditum supplere possit, & valeat, fluminum, portuum, Tyberis, ac extra mœnia eiusdem Vrbis viarum, & aliorum præmissorum superintendentes Protectores, & defensores, ita vt nostro nomine, & pro nobis cum interuentu vnius ex Cameræ Apostolicæ Clericis pro tempore annis singulis in eadem Camera eligendi, seu deputandi, ipsorum viarum Magistrorum, & dictorum Nobilium virorum omnia quæ eis vtilia, & necessaria pro præmissis quomodolibet videbuntur facere, & ea omnia exequi & executioni demandare, seu demandari facere possint, harum serie constituimus, & deputamus, cum plena, & omnimoda potestate, & auctoritate Ministros, & executores pro executione eorum, quæ ipsi Cardinales cū interuentu prædicto fecerint, & ordinauerint deputandi, ac contra eorundem Cardinalium præcepta, seu mandata ab eis emananda non parētes, manu Regia, via executiua, ac tam in persona, quàm in bonis, & aliàs prout eis videbitur, omni, & quacunque appellatione remota, procedendi vsque ad omnimodam paritionem, ac omnia pro fluminum, ac portuū, ac extra mœnia Vrbis, &c. illarum commoditate, & vtilitate eis visa, prout nos facere possemus, faciēdi, statuēdi decernēdi, & ordinādi, ac totaliter exequēdi, & exequi faciendi. Nos enim omnia ea perpetuo rata & grata habebimus, & ab omnibus ac si à nobis decreta, & ordinata fuissent, obseruari volumus, & mandamus, ac omnibus quæ Cardinales prædicti circa præmissa, cum dicto interuentu statuerint, decreuerint & ordinauerint, necnon etiam taxis viarum, tam intra, quàm extra mœnia Vrbis cum Nobilium manu subscriptis, & non aliter stari debere, & per Magistros viarum prædictarum, & quoscunque alios ea omnia obseruāda esse Sicque in præmissis per quoscunque Iudices, tam Ecclesiasticos, quàm sæculares, quauis auctoritate fungentes iudicari, &c. debere, sublata, &c. ac irritum, &c. si secus fieri, vel attentari contigerit, decernimus, & declaramus, & ita mentis, ac voluntatis nostræ esse dicimus, & attestamur. Mandantes in virtute S. obedientiæ, & sub

Causa const.

Deputatio, & facultates deputatorum.

De istorum Nobilium Romanorum deputatione vide sup. Pii 4. const. 156. f. 913.

De taxis huiusmodi impositione vide su. Pauli 3. const. 56. f. 478. & Statutū indicatū hic in rub.

Decretū irritans

& sub indignationis nostræ pœna Magistris viarum, & alijs quibuscunque cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, eisque inhibentes, ne quicquam in præmissis absque decreto, & voluntate dictorũ Cardinalium, ac etiam circa dictas taxas tam in Vrbe, quàm extra factas & faciendas, absq; dictorum Nobilium Romanorum virorum assensu, & eorum subscriptione facere audeant vel præsumant. Præmissis, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Vrbis statutis, reformationibus, & decretis, necnon priuilegijs, & indultis, & literis Apostolicis eidem Vrbi, ac Populo Romano, ac Senatui, Conseruatoribus, & viarum Magistris, alijsque personis, communitatibus, & locis in contrarium præmissorum sub quibuscunque tenoribus, & formis, & cum quibusuis clausulis, & decretis concessis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus ad effectum validitatis præsentium specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs non obstan. quibuscunque, Et dummodo dicti Nobiles viri gratis officium exerceant & interueniant. Volumus autem quòd sola præsentis nostræ per placet signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio & extra, quacunque regula contraria non obstante.

Clausulæ derogat.

Pœnitij Romani gratis interueniant.

Sola signatura sufficit.

Placet Motu proprio M.

CLXIX.

De ædificandis Turribus in oris maritimis Vrbis, pro securitate Nauigantium, ac de ædificanda Turre in ore Tiberis pro securitate ingressus, & egressus barcarum, & de emolumentis eidem Turri eiusque fabricæ applicatis.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

CVM nostræ intentionis, & mentis semper fuerit, & sit publicæ quieti, & securitati quantum cum Deo possumus consulere, & ea, quæ male, & perperam reformare, quæ vero bene ordinata sunt conseruare, occasionibus, quæ publicam quietem lædunt sublatis, quo exinde Deus omnipotens purius colatur, & laudetur, ac comercia inter homines faciliorem sortiãtur successum, præcipue in Terris nobis, & S. R. E. subiectis. Exposito siquidem fel. recor. Pio Papæ Quarto prædecessori nostro, & nobis ab initio Pontificatus nostri, non sine magna animi nostri displicentia a nonnullis personis fide dignis, & præsertim dilecto filio Martino Ayala Consule, & Protectore Nautarum, & mercium conductorum, abunde informati fuerimus Nautas & contractantes, in plagis siue oris maritimis nostræ Vrbis Romæ, a Monte scilicet Argentario ad Montem Circellum vsque, & vltra sæpissimè in personis, mercibus, & nauibus ipsorum grauissima damna detrimenta, & oppressiones a Piratis Christiani nominis hostibus pati, idque ex inhabitatorum locorum defecẽ suum aliorumque reductionibus, & occultationibus idoneorum locorum prouenire. Vnde ipsi Piratæ statim comparentes infelices Nautas, & contractantes incautos, ex improuiso inuadunt, eosque libertate, mercibus, & nauibus in maximum ipsorum contractantium, & Nautarum damnum, & non modicum Sedis Apostolicæ, ac Populi Romani totiusque status Ecclesiastici detrimentum, & præiudicium priuant, ac viam abundantiæ, siue vt vocant grassiæ præcludunt, Quodque si in dictis inhabitatis, & ipsorum Piratarum reductionibus & occultationibus subiecti locos Turres cum nonnullis tormentis bellicis, quibus inimici illinc repelli, & vicini defendi, & magis longinquis quo se se ad loca tutiora recipiant per ignem, & fumum ipsorum Piratarum appulsus, & conatus innotescat construerentur, multo fore consultius, & non parum circa expensarum onera, quæ iugiter subimus subleuamen nos sensuros cognouerimus: & propterea cupientes his tam euidentibus damnis expensarumque subleuamini prouidere, ac considerantes ex huiusmodi Turrium constructione nonnisi maxima commoda, & beneficia huic nostræ Vrbi, ac toto Populo Romano prouentura, maxime cum non solum Nautis, & contractantibus nauigatio breuior, & securior redderetur, ac eisdem a Piratis insequutis ad proximiorẽ Turrim confugiendi, ac sub eiusdem Turris protectione suas personas, merces, & naues saluandi commoditas daretur, verum etiam piscatores, agricultores, & pastores, alijque circumuicini tantorum commodorum, & beneficiorum participes efficientur, & istis de causis dictus prædecessor motus, nõnullas Turres in certis locis pro Nautarum, & contractantium securitate fabricari, muniri, & custodiri mandauit. Nos autem eius vestigijs inhærẽdo ex certis rationabilibus causis animum nostrum mouentibus, volentes in huiusmodi tam communi, & necessario negocio intentionem prosequi, Motu simili, & ex certa nostra scientia de nouo volumus, & mandamus in omnibus locis præfatis, & alijs, in quibus huiusmodi Turres confectæ non fuerint, per dilectos filios Episcopum Narnien. Cameræ Apostolicæ Clericum, & Bartholomæum Bussottum generalem Thesaurarium nostrum declarandis, Turres omni sollicitudine, & diligentia fabricari, muniri, & per personas per nos & successores nostros, & seu Cameram Apostolicam deputan. custodiri, ac ipsorum locorum patronorum & conuicinorum expensis dictas Turres ædificari debere, & iam factas, ac præ nimia vetustate, seu alias præsenti reparatione, ac restauratione indigentes reparari, & restaurari eorundem locorum patronorum expensis pariter debere decernimus, & quia præfatus Martinus Protector Nautarum, & mercium conductorum nomine ipsorum in ore Tiberis per quod aqua in mare prolabitur. Turrim fortem, & munitam, quæ introitum, & exitum dicti fluminis a periculis propter defectum alicuius defensionis imminentibus, vel ex hoc quod ipsi Nautæ ratione incapacitatis fluminis anchoras iacere pro alleuatione, & exoneratione mercium in ipso ore, siue foce fluminis coguntur, defendat, & ibidem mediante huiusmodi Turri, quæ non solum nauigantibus, sed & locis circumuicinis securitatem promittit, stare, & introire tute liceat, ac vt noctu eisdem nauigantibus signo luminis præuio facilior appulsus concedatur, necessario requiri & dicto prædecessori, & nobis etiam exposuit, & nos, & dictus prædecessor illa non solum rationi, & æquitati conuenire verum neccessarium esse. & vniuersale commodum tangere inuenimus) per præsentes committimus, & mandamus præfatis Episcopo, & Thesaurario, quatenus statim omni cura opera & sollicitudine vnam Turrim in ore dicti Tiberis in dextro, vel sinistro latere, vel vbi commodius videbitur, cum ipsius Martini interuentu fabricari, muniri, & custodiri faciant, & procurent, Et quia præfati Nautæ ipsi Rocchæ, siue Arci antiquæ Hostiæ Anchorsgium, videlicet vnum bologninum pro quolibet vase, siue vegete deportata ad rationem barilium nouem pro vegete, & alijs mercibus prout

Pius 4. (cuius est[illegible] hic non habes) iussit ædificari in oris maritimis Vrbis Turres pro securitate nauigantium.

Hic Pont. idem hoc præcipit, ex pensis dominorũ locorum, ac conuicinorum.

Et aliam Turrim fabricari mãdat i ore Tiberis pro securitate ingressus, & egressus barcarum.

bus prout in noua tabula desuper per nos ordinanda latius apparebit, præterea omnes, & singulæ naues, siue barchæ vino onustæ pro foglietta bol. vigintiquinque, vt vel hoc pacto vasa vini remanerent intacta. & integra soluere consueuerunt, ac modo stante huiusmodi ruptura, & noua via iam per Tiberim procul a dicta Roccha Hostiæ intentata Arcem huiusmodi omnino inutilem reddi nec in aliquo Nautis seruire, ac propterea vnũ, & alterum emolumentum huiusmodi nouæ huic Turri, siue Rocchæ pro ipsius fabricæ munitione, & præsidio merito, & de iure attribui debere prout ipse prædecessor, etiam compererat, comperimus, & simili motu ac ea certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, ac præfatis, ac alijs legitimis, & vrgentissimis caussis animum nostrum ad id mouentibus modernum, & pro tempore existentem Castellanum Arcis Hostiæ destituimus, & priuamus singulis præfatis iuribus sibi per Nautas, & naues, vt supra solui consuetis, ac volumus, & declaramus eundem a die præsentationis præsentium non posse, neque debere a dictis Nautis, & nauibus Ancoragium, neque fogliettam exigere, aut exigi facere, Mandantes eidem Castellano, & alijs quibuscunque, etiam Cardinalatus honore fungentibus sub infrascriptis pœnis ne dictos Nautas, & mercium conductores in exactionibus huiusmodi hinc in posterum molestent, perturbent, seu impediant, sed modeste, absque strepitu, & violentia quantum pro dictæ Rocchæ vsu sufficere videbitur pro pretio, quo in dicta nostra Vrbe deducta gabella a qua eundem Castellanum liberum, & immunem esse volumus, & declaramus habere, & petere libere possint, & valeant, Dicta vero Ancoragium, & fogliettam, & iura per Nautas, & mercium Conductores, vt supra solui solita, damus, cedimus, concedimus, transferimus, & appropriamus dictæ nouæ Turri, cuius pro tempore Castellani deputationem nobis, & Roman. Pont. pro tempore existenti reseruamus. Et cum æquum, & honestum sit, vt quando beneficium vniuersale sit, omnes sub vna, & eadem lege consistant, volumus, & declaramus omnes, & singulæ naues, siue barchæ cuiuscunque nationis & tam alijs mercibus quàm vino onustæ, quæ capiant, seu habeant bottas, seu vegetes quindecim in vltra Ancoragium expen. patroni nauis. & soliti, foglietta vero expensis mercium cuiuscunque personæ in quocunque, gradu, statu, conditione, & dignitate constitutæ cuius illæ fuerint, & quod fregatæ, seu leuiores naues, seu barchæ, quæ quindecim vegetes, & infra habeant, vnum iulium pro Ancoragio, & alium iulium expensis mercium pro foglietta soluant, etiam si vinũ portent, nec debeant seu teneantur aliud quidpiam soluere, neque in bonis, neque in pecunijs. Et quia sicut accepimus bo. me. Cardinalis Tranen. Episcopus dum viueret Hostien. tractu Nauium Via bubalorum ab Hostia vsque ad Vrbem indebite, ac violenter sibi vsurpabat, & appropriabat in non modicam dictæ Sedis offensam, ac graue damnum ipsorum contractantium, & præiudicium libertatis publicæ, maxime cum primo liber & communis esset huiusmodi tractus, nec possit, aut debeat quispiam in sui priuati commodi, & particularis interesse conuertere liberum transitum fluminis præsertim illis ad Vrbem abundantiam conducentibus præcludere. Iccirco nos huiusmodi incommoditatibus opportuno remedio obuiare volentes, modernum, & pro tempore existen. Episcopum Hostien. tractu siue tirata nauium, siue barcarum modo, & forma, vt præmittitur, vsurpato, in perpetuum priuamus, spoliamus, & destituimus, ac priuatum, spoliatum & destitutum fore, & esse decernimus, & pronunciamus, ac illum, vel illam nobis, & Cameræ Apostolicæ reseruamus, & applicamus. Et quia in maximum ipsorum nauigantium, & contractantium, ac totius Curiæ, necnon Populi Romani beneficium, & vtilitatem tendit ex huiusmodi, & alijs iustissimis caussis animum nostrum mouentibus fructus ex dicta tractu quomodolibet prouenientes dictæ nouæ Turri ad os Tiberis constructioni, & ædificationi, ac iam constructæ, & ædificatæ præsidio, & custodiæ appropriamus, & attribuimus. Volentes, ac expresse declarantes, quod tam Ancoragium, & fogliettam, quàm fructus ea dicta tirata prouenientes, Romæ in Dohana Ripæ per Cameram Apostolicam deputan. seu deputao. siue Thesaurarium generalem, & non alijs pro conseruatione publicæ quietis, & ad euitandum scandala, rixas, & differentias, quæ inter Castellanum nouæ Rocchæ, siue Turris, ac inter ipsos nauigantes occasione exactionum huiusmodi verisimiliter exoriri possint exigi debeãt ex quibus dicta Turris construi, & muniri, ac præsidium in eadem sustentari, ac debita stipendia persolui debeant. Decernentes tamen quod de dictis fructibus moderno, & pro tempore existenti Episcopo Hostien. præfato id quod iustum, & honestum foret singulis annis pro herbaticis, & pasculis bubalorum per nos, & Cameram præfatam ad effectum tiratæ nauium, siue barcarum deputanda. dari debeat, & consignari, ita tamen quod dictus, & pro tempore existens Episcopus teneatur, & obligatus sit propterea dare herbatica, & pascua sufficientia bubalis pro dicta tirata, vt præmittitur deputandis, Et ne bonum publicum maxime circa negociationes, & contractationes huiusmodi in aliqua parte lædatur deputatus, seu deputandus per Cameram præfatam teneatur, & obligatus sit, prout teneri, & obligari, ac obligatum fore, & esse per præsentes decernimus, & declaramus, habere tot bubalos, vt quam primum naues appulerint, illæ statim ex ordine attrahantur, & bubalis deficientibus, & infra vigintiquatuor horarum spatium ex quo iam flumen intrarint non trahentibus, liberum sit, & licitum dictis nauigantibus expensis ipsius deputati, seu deputandi aliunde bubalos, siue equos, vel homines, qui naues, siue barchas huiusmodi ad Vrbem omni mora, & dilatione cessantibus trahant, conducere, ita quod vsque ad Ripam dictæ Vrbis in loco, ac modo, & forma quibus naues sale, & lignis onustæ trahũtur trahi debeant, nec possit, aut debeat dictus deputatus, aut deputandus eas in via relinquere sub pœna damni & interesse propterea quomodolibet passorum per ipsum deputatum, seu deputan. incurren: Et ne aliquod obstaculum, siue impedimentum vel periculum foret in trahendis nauibus, siue barchis, mandamus omnibus, & singulis patronis locorum Tiberi circumuicinorum, per quæ dictæ naues debent, & veniunt trahendæ quatenus pontes neccessarios faciant, & viam accommodent, & impedimentis euacuent etiam vsque ad arborum viam impedientium sectionem, seu amputationem, vt commodius, & securius merces, & abundantiæ ad Ripam dictæ Vrbis conducantur. Mandantes omnibus, & singulis Castellanis præsentibus & futuris tam Hostiæ Portus Ciuitatis Vetulæ, Asturæ, & aliorum locorum circumuicinorum quàm Turris nouæ, & quibuscunque alijs officialibus, & priuatis personis, ne dictis Nautis, & contractantibus dent molestiam, siue impedimentum, neue illos ad vlteriorem solutionem quouis prætextu, & colore cogant, seu constringant, immo illis efficacis defensionis præsidio assistant, quo ea hoc suas merces, ad Almam Vrbem conducendas reddantur promptiores, & securiores. Et quia ipse Consul, & Protector nauigantium in construendarum Turrium in plagis Romanis introducendo modo cum magna satisfactione nostra, ac non solum in contractantium, & nauigantium, ac in locis vicinis maris habitantium, ac agricolarum, pastorum, & piscatorum beneficium, & securitatem, sed vniuersorum,

Fabricæq; dictæ Turris applicat emolumenta soli ut soliti Castellano Hostiæ.

Emolumenta et tractus siue Tiratæ Nauiu. & Barcarum eidẽ Turri applicat.

Pontesq; à dominis locorum Tiberi vicinorum fieri, & viam accommodari mãdat.

uersorum, & singulorum maritimorum vtilitatem primus inuentor extitit, propterea volentes dictum consulem in hac parte de tam bona, ac laudabili opera, quam præstitit, & adhuc præstare intendit nauigantibus, & contractantibus valde gratam recognoscere, damus, & concedimus curam sollicitandi, et suprastandi fabricæ dictæ nouæ Turris ad os Tiberis, ac facimus, et constituimus ipsum Custodem Turris donec et quousque ad bonum, et laudabilem ordinem reducta fuerit, sperantes quod ea quæ sibi committenda duxerimus diligenter exequetur in beneficium maximum nautarum, et nauigantium, quibus promptiori animo, quàm quispiam alius in ipsis contractationibus, et rebus assistet, et talem ordinem in vsu ponet, quo seruato nunquam cuiquam erit causa iusta lamentandi, assignantes eidem Martino Consuli pro præmio suorum laborum, id quod per dictos Thesaurarium generalem, et Episcopum declarabitur, concedentes etiam potestatem, et facultatem in territorijs, et districtibus Hostiæ, et Portus, ac in alijs locis circumuicinis lapides cuiuscunque generis effodiendi, siue cauandi, et quæcunque lignamina faciendi prout dictæ nouæ Turris constructioni, et manutentioni necessarium fuerit absque aliqua molestia, impedimento, siue contradictione. Et nihilominus dilectis filijs Vitellotio Vitellio S. R. E. Camerario, ac dictæ Cameræ Præsidentibus, et clericis, necnon Almæ Vrbis Gubernatori, & quibuscunque alijs Commissarijs, Iudicibus, officialibus, & quibuscunque alijs personis in quacunque dignitate constitutis, etiam Cardinalatus honore fungen. & quibuscunque alijs ad quos spectat, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis alijsque etiam excommunicationis in subsidium iuris, decem millium ducatorum auri de Camera ipso facto Cameræ nostræ applican. pœnis districte præcipiendo mandamus, quatenus in præmissis fauorabiliter assistentes faciant, & quilibet eorum faciat præsentem hunc nostrum Motum proprium, ac in eo contenta quæcunque suum plenum effectum sortiri, ac inuiolabiliter obseruari, nec permittant, aut aliquis eorum permittat dicto nostro Motu proprio, & in eo contentis, & desuper conficiendis literis per quascunque personas quacunque dignitate, & præeminentia, ac honore fungentes in toto vel in parte vigore quarumcunque literarum Apostolicarum contrauenire, quo minus debitæ executioni demandetur, contradictores, &c. compescendo. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, & quibuscunque priuilegijs indultis, & literis Apostolicis præfatæ Rocchæ, & illius pro tempore Castellano, necnon Episcopo Hostien. & quibuscunque alijs quomodolibet concessis, &c. necnon regula de non tollen. iure quæsito, quibus omnibus, &c. illorum tenores, &c. pro expressis habentes, hac vice tantum derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque, quodque sola præsentis nostri Motus proprij signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in Iudicio, & extra, regula contraria non obstan. seu si videbitur literæ desuper per Breue nostrum, aut aliàs expediri possint.

Deputat etiã Custodem eiusdẽ Turris, cum facultate effodiendi lapides, & faciendi lignamina in locis conuicinis pro constructione, & manutentione eiusdẽ Turris.

Executorum deputatio.

Clausula derogatoria.

Placet Motu Proprio. M.

Registratæ in libris Cam. Apost. die 9. Maij. M. D. LXVII.

Andreas Martini Not.

C L X X.

Reductio fructuum Montis Gabellæ Farinæ Vrbis ad septem pro centenario, & forma extinguendi dictum Montem, & Gabellam.

Hanc Gabellam duorum carlenorum pro molitura cuiuslibet rubij frumenti imposuit Iulius 3. & extinxit Grego. 13. vt infra in eius consti. 81. Dilectos.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

CVM alias (sicut accepimus) Pius papa IV. prædecessor noster per suas desuper confectas literas inter cætera statuerit, ac declarauerit, Quod Mons Farinæ huius almæ vrbis, & eius Collegium nullo vnquam tempore quocunque prætextu quæsitoue colore ratione vectigalis duorum carlenorum, qui pro singulo rubio persoluuntur, augebitur, reducetur aut extinguetur, vel alias quomodolibet alterabitur, vel illius personæ à possessione administrationis eiusdem Montis quomodolibet amouebuntur, nisi illis precio 213. millium 333. cum vno tertio, ac decem millibus scutis pro fructibus ex antiquis emolumentis deficientibus, & illis per Cameram debitis, primitus, & ante omnia restitutis, prout in eisdem literis sub datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo primo Cal. Aprilis, Pontificatus sui Anno Secundo latius continetur, Quas literas, & earum seriem, & tenorem hic pro sufficienter expressis, & insertis, ac si de verbo ad verbum expressæ essent, haberi volumus. Nosque vectigal huiusmodi tanquam publicæ vtilitati, & præsertim pauperibus damnosum delere, ac extinguere pluries cogitauerimus, idque tum propter ærarij nostri iam pridem pro vrgentissimis notorijsque Sedis Apost. necessitatibus exhausti tenuitatem, tũ propter ingentem pecuniarum summam præfatam, quæ Collegio, & Montistis præfatis esset idcirco restituẽda, exequi, & ad effectum perducere hactenus nequiuerimus: nunc autem dilecti filij Populus Romanus eandem vectigalis huiusmodi adeo damnosi extinctionem, & abolitionem, ad publicam, & præsertim pauperum vtilitatem similiter cupientes, re sæpius tractata ac in publicis Consilijs inter eos discussa, modum tamen inierit, viamq; inuenerit, qua & Montistis ipsis suæ ipsorum pecuniæ absque vlla diminutione restituerentur, & intra certum temporis spatium vectigal penitus aboleretur, nobisq; proposuerit id fieri posse, si idem Populus Romanus qui prædictam summam pecuniarum Collegio, & Montistis ipsis restituendam paratam habet, & vult restituere, ac nostro nomine Montem ipsum redimere, in eorundem Montistarum, & Collegij ius, ac locum in omnibus, & per omnia substitueretur, ac subrogaretur, fructusque Montis prædicti ad minorem summam videlicet septem tantum pro quolibet centenario annis singulis reduceretur: ac etiam depositaria venderetur, & impensæ quæ fiunt pro congregationibus Montistarum, & pro salarijs Casserij, & Capellani, ac prouisionibus Defensorum

Pius 4. (cuius const. istam hic nõ habes) decreuit Montem Farinæ nec extingui, nec alterari, neque ab administratione amoueri posse Montistas, & fructus Montis ad septẽ cum dimidio laxauit.

tanquam

tanquam inutiles, & superfluæ tollerentur atque annihilarentur: & quicquid tam ex fructibus eiusdem vectigalis, seu gabellæ ac poenis illam fraudantium (solutis fructibus Montis, & Gabellæ huiusmodi necessarijs expensis quàm etiam ex venditione dictæ depositariæ, necnon annullatione dictarum expensarum, congregationum,) prouisionum, & salariorum præmissorum, vt præfertur, sublatarum redigeretur, ae superesset, id totum in dicti Montis extinctionem conuerteretur. Nosque propositionem huiusmodi publicæ vtilitati summopere consulentem libenti animo exceperimus, ipsumque Populum Romanum nobis, ac sanctæ Sedi Apostolicæ semper deuotum merito propterea laudauerimus, & per ipsum proposita ad effectum perducere omnino deliberauerimus, Motu simili ac ex certa nostra scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium ex nunc prædictos veteres Montistas eorumque Collegium ab administratione, & gubernio Montis huiusmodi, & illius fructuum amotos esse declaramus, ac per præsentes penitus amouemus, ipsumque Populum Romanum dicti Montis Farinæ, & illius fructuum Administratorem, & Gubernatorem, cum interuentu tamen vnius ex Clericis nostræ Cameræ Apostolicæ, in omnibus, & per omnia facimus, constituimus, & deputamus, eidemq; Populo cum interuentu prædicto plenam, & omnimodam administrationem, & gubernium Montis huiusmodi & illius fructuum concedimus, ac in vniuersum ius, & locum dictorum veterum Montistarum eorumque Collegii eundem Populum substituimus, ac omnino subrogamus, restitutis tamen prædictis veteribus Montistis, & eorum Collegio supradictis scutis 213. millibus 333. cũ vno tertio ac alijs scutis decẽ millibus de quibus in literis prædictis apostolicis. Quodque ex nunc, & deinceps fructus eiusdem Montis ad rationẽ septem dumtaxat pro quolibet centenario annis singulis, quæ tamen septem omnino libera existant, persoluendã singulis Montistis futuris tantum pro scutis videlicet 213. millibus 333. cũ vno tertio solummodo de bimestri in bimestre, & in fine cuiuslibet bimestris quamdiu Mons prædictus durauerit, per dictum Populum Romanum ex fructibus dictæ Gabellæ, seu vectigalis persoluatur, & persolui debeat (ad quam quidem summam septem pro centenario annis singulis, vt præfertur, persoluendam, eosdem fructus dicti Montis ex nunc in posterum omnino reducimus & moderamur) quodque in fine cuiuslibet bimestris computa, & rationes fructuum dictæ Gabellæ omnino fiant, Et quicquid solutis fructibus Montis præfati ad rationem præfatam septem pro centenario, ac impensis pro regimine, & gubernio eiusdem Gabellæ, videlicet pro vno Computista, vno Computorum collatore reteontrõ nuncupato, item pro exploratoribus fraudium in Vrbe quatuor, & vno extra Vrbem, necnon pro pensione domus, & carta pro scriptura, quæ omnia non excedant summam annuam quadringentorum scutorum monetæ, tam ex fructibus eiusdem vectigalis ac pœnis illud fraudantium, necnon venditione depositariæ annullatione præfatarum expensarum inutilium, & non necessariarum, congregationum, salarij Casserii, Capellani, prouisionumque defensorum, sic vt supra sublatarum, redactum fuerit atque supererit, in eiusdem Gabellæ, & dicti Montis extinctionem prorsus conuertatur. Quæ extinctio forte fieri debeat per extractionem ex bussula prout in Monte vel censu Gabellæ quattreni carnis obseruari consueuit. Qui quidem Montistæ sicut supra sorte extracti pro vno quoque loco dicti Montis recipere debeant tantummodo scuta centum, quamuis locum illum emerint ad rationem scut. 104. b. 70. Atq; vt extinctio Gabellæ huiusmodi tutior sit, & celerius ad effectũ perducatur, Volumus, & dicta auctoritate decernimus, quòd libera, & omnimoda administratio, ac liberum regimen dictæ Gabellæ sit esseque debeat eiusdem Populi Romani, cum interuentu Clerici præfati, vt præfertur, cuius Populi præcipue interest a vectigalis prædicti onere quanto citius fieri poterit sese liberare. Vtque deinceps nec Montistæ ipsi, neque quisquam alius præter dictum Populum Romanum cum clerici interuentu, & ab eis deputandos in eiusdem Gabellæ regimine, gubernio, vel administratione nullo modo se intromittere vel ingerere possint nec debeant. Ne autem extractio Montis, & Gabellæ huiusmodi quomodolibet differri, aut impediri valeat, quòd pecuniæ omnes, quæ solutis dictis fructibus ipsius Montis ad rationem præfatam septem pro centenario, ac solutis impensis Gabellæ necessarijs vt supra quomodolibet supererunt, in nullum aliũ etiam quantumcunque necessarium vsum præterquam, in extinctionem vectigalis præfati, nec a nobis ipsis, nec etiam a successoribus nostris Rom. Pont. pro tempore existentibus, nec etiam a Sede vel Camera præfatis, quomodolibet conuerti possint, neq; nos, & successores nostri præfati de Gabellæ huiusmodi nec de illius fructibus disponere valeamus. Et restitutis dictis scutis 213. millibus 333. cũ vno tertio, siue præmisso seu alio quouis modo in totũ vel in partẽ Vectigal, & Gabellæ huiusmodi illico, & tunc, & eo ipso pro quantitate portionis sic vt supra quomodolibet restitutæ extinctum, & deletum, ac extincta, & deleta sit & esse censeatur Apostolica auctoritate statuimus, & ordinamus, ac præsentes validi & efficacis, ac rite & recte & legitime stipulati, necnon etiam iurati contractus inter nos, & successores nostros, ac sedem & Cameram præfatas ex vna, & Populum Romanum, & Collegium Montis huiusmodi omnesque & singulas eius personas ex alia omnino habere, & obtinere, ac concernere possent inuiolabiliter & præcise obseruari. Et ita etiam per quoscunque Iudices etiam Palatij Apostolici causarum Auditores Sanctæque Romanæ Ecclesiæ Cardinales sublata, &c. iudicari. &c. Debere irritumque, &c. etiam decernimus, sicque incommutabilis voluntatis nostræ existere, & esse declaramus. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis constitut. & ordin. Apostolicis, necnon etiam dictorum Montis, & Collegij, ac Cameræ statutis, &c. etiam iuramento, &c. roboratis, &c. præmissis literis respectiue, & his quæ in eis prædecessores nostri præfati voluerunt non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem præsentium solam signaturam sufficere, & vbique tam in iudicio, quàm extra fidem facere. regula contraria non obstan.

Placet Motu proprio M.

Hic vero Pont. ad effectum extinguendi dictam Gabellam concedit Populo Romano administrationem dicti Montis, & fructus illius reducit ad septẽ pro centenario.

Formamq; extinguendi dictum Montem. & Gabellã his tradit. Extinctio ista facta fuit tempore Greg. 13 vt infra in eius cõst. 81. Dilectos.

Decretum irritans.

Clausula derogatoria.

Declaratio

CLXXI.

Declaratio facultatum Correctoris, & Procuratorum literarum Contradictarum.

Reformationes Officij Contradictarum, habes supra in Pij Quarti, constit. 71. Vniuersi, fol. 750. Et Pij Quinti const. 101. Romani, fol. 1070.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

NVPER certis rationabilibus causis tunc suadentibus circa officium Correctoris literarum Cancellariæ nostræ contradictarum nuncupatarum statuimus, vt nihil omnino eorum, quæ tūc expressa sunt, quæ antea ex dicto officio concedi consueuerant, deinceps absque signatura nostra, & in literarū Apostolicarum expeditione S. R. E. Vicecancellario assistentium recognitione & censura a prædicto Correctore expediretur. Nos causis prædictis postea plenius cognitis cupientes promptiori eorum expeditioni quæ iustitiā cōcernunt, minori que partium dispendio consulere, Motu simili, &c. certaque scientia volumus, ac dilectis filijs Correctori & Procuratoribus huiusmodi literarum Contradictarum concedimus, vt rescripta & commissiones omnium causarum tam ciuilium quàm criminalium, necnon Iudicum subrogationes, mutationes, adiunctorum dationes siue ordinarijs siue delegatis faciendas, testium ad futuram rei memoriam examinandorum concessiones, & reliquas materias maiorem vel minorem nuncupatam iustitiam more concernentes, super quibus omnibus supplicationes nostras seu Romani Pontificis pro tempore existentis, aut signaturæ nostræ iustitiæ præfecti prius signatæ, & non aliaa, absque assistentium prædictorum recognitione vel censura valeant expedire. Et simili modo super supplicationibus manu nostra signatis literas ad effectum reuelandi, aut aliquid restruendi, aut testimonium veritatis perhibendi, contra occultas personas in forma Significauit, etiam priuatiue quoad omnes, quibus id (excepto duntaxat nostro in spiritualibus Vicario Vrbis, qui in Vrbe ipsa & suburbijs tantum illa expedire possit) omnino inhibemus: Et eos ac etiam Notarios qui contrafecerint, emolumentis omnibus suorum officiorum per annum integrum priuamus, locis pijs applicandis, & præterea quingentorum ducatorum auri de Camera, ac alijs pœnis arbitrarijs afficiendos decernimus. Quæ omnia (donec aliter per nos aut Sedem Apostolicam reformando fuerit constitutum) omnino volumus obseruari, reliquis omnibus in reformatione nostra super hoc edita contentis saluis remanentibus: ita tamen quod nullus alius quam prædictus vicecancellarius seu eius locumtenens literas prædictas ad bullariam transmittere possit. Cæterum volumus solam signaturam præsentibus sufficere, atque in iudicio & extra fidem facere, Regulis nostris in contrarium editis, & de non tollendo iure quæsito, & alijs constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, & in reformatione prædicta contentis, etiam specialem & expressam derogationem & mentionem requirentibus, & clausulas derogatoriarum continentibus, cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque.

Reformatio offi cij Correctoris cōtradictarū, habetur sup. in cō sti. 101. fol 1070.

Declaratio d'æ Reformationis, & facultatis Correctoris, & Procuratorum.

Sola signatura sufficit.

Clausulæ derogatoriæ.

Placet Motu proprio. M.

CLXXII.

Prorogatio expeditionis literarum quoad concessa per fe. recor. Paulum Papam Quartum.

SANCTISSIMVS in Christo pater, & Dominus Noster, Dominus Pius diuina prouidentia Papa V. Qui in crastino suæ assumptionis ad summi apostolatus apicem per certam cōstitutionem suam voluerat quod concessa per fe. re. Pium Quartum prædecessorem suum, & de eius mandato expedirentur in forma Rationi congruit, sub die Coronationis suæ (vt moris est) & idem quo ad concessa per piæ me. Paulum Papa Quartum etiam prædecessorem suum ad sex menses duntaxat ab ipsa die Coronationis incipiendos obseruari voluerat. Volens ipsorum qui literas super concessis per eundem Paulum Quartū prædecessorem nondum expediuerint indemnitati consulere, dictos sex menses ad alios sex menses a fine primodictorum sex mensium computandos prorogauit.

Prorogatio.

Placet publicetur, & describatur. M.

Lecta & publicata fuit suprascripta Regula Romæ in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, Die vero Martis 16. mensis Iulij Pontificatus prælibati Sanctissimi Domini nostri Papæ Anno primo.

Publicatio.

CLXXIII.

Alia prorogatio expeditionum Pauli Papæ Quarti.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster Dominus Pius diuina prouidentia Papa V. Qui in crastino suæ assumptionis ad summi apostolatus apicem, per certam const. voluerat quod cōcessa per fe. re. Pium Papam Quartum prædecessorem suum, & de eius mandato expedirentur in forma Rationi congruit, sub die Coronationis suæ (vt moris est) & idem quo ad concessa per piæ mem. Paulum Papam Quartum etiam prædecessorem suum ad sex menses duntaxat ab ipsa die Coronationis incipiendo obseruari voluerat: & deinde per aliam constitutionem suas in Cancellaria Apostolica successiue publicatas, dictos sex menses ad alios sex menses a fine primodictorum sex mensium computandos prorogauerat. Volens eorum

qui literas super concessis per eundem Paulum prædecessorem nondum expediuerint commoditati pariter, & indemnitati per amplius consulere vltimo dictorum sex menses ad alios sex menses a fine vltimo dictorum sex mensium huiusmodi computandos absque spe vlterioris prorogationis prorogauit.

Placet publicetur, & describatur. M.

Publicatio in Cancellaria Ap.

Lecta & publicata fuit suprascripta Regula in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, die vero Iouis sexta mensis Februarij, Pontificatus præfati Sanctissimi Domini nostri Papæ, Anno Secuodo.

CLXXIIII.

Monasteria quorum fructus reperiuntur taxati in libris R. Cameræ Apost. & quæcunque beneficia pijs locis vnita de cætero nõ vacantia, Quindennia, & alia iura eidem R. Cameræ soluere tenentur. Et Capitula Congregationes, & alia pia loca, indicare debent beneficia quæ possident, & titulum possessionis, & annuos redditus.

Hæc voluit etiam Paulus Quartus in eius const. 41. Decens esse, fol. 627. & const. 43. Apostolicæ, fol. 632. & ibi notaui.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

APOSTOLICAE sedis poscit auctoritas, vt quæ prouide per Ro. Pont. statuta fuerunt, debitæ executioni demandentur. Cum autem, sicut accepimus, vt annatarum communium, & aliorum iurium semel tantum vel de xv. in xv. annos ob perpetuas beneficiorum Ecclesiasticorum vniones persoluendorum, quæ alias fe. re. Iulius III. & Paulus IIII. Rom. Pont. prædecessores nostri per eorum literas in forma motus proprij desuper editas ex præterito dũtaxat Cameræ Apostolicæ applicauerunt, eo celerius quo poterit exactio & executio fiat, plurimum intersit: & necessarium existat vt tam Iulij iij. & Pauli iiij. prædecessorum literas prædictas, quàm alias quascunq; cõstitutiones, statuta, decreta & declarationes per recol. me. Piũ ij. Paulum etiam ij. Innocentium viij. Iulium similiter ij. ac Iulium, & Paulum præfatos, aliosq; diuersos Rom. Pont. prædecessores nostros cõtra pro tempore in Camera Apostolica aut alias ratione annatarũ communiũ, & aliorum iurium prædictorum semel tantum aut de xv. in xv. annos soluen. obligatos, aut alios quoscunq; beneficiã ecclesiastica, absq; eo quod annatas, cõmunia, & quindennia prædicta soluissent pro tempore possidentes editas & factas per nos innouentur, approbentur, & confirmentur. Nos igitur singularum literarum, & cuiuslibet motus proprij a prædictis Romanis Pont. prædecessoribus nostris, vt præfertur, quam etiam forsan a nobis hactenus emanati veriores tenores, ac si de verbo ad verbũ hic inserti essent pro plene & sufficiẽter expressis & insertis haberi volentes; illas & illos, necnon omnia & quæcunque per quoscunque iudices, executores & commissarios in illis deputatos, & ab eis subdelegatos, ac alios ministros in præmissis & circa ea quomodolibet gesta & exequuta reperiuntur, ac inde sequuta quæcunque ex certa scientia ac de Apostolicæ potestatis plenitudine approbamus & confirmamus, ac rata & grata habemus, necnon illis perpetuæ & irrefragabilis firmitatis robur adijcimus, illaque inconcusse obseruari debere decernimus & declaramus, omnesq; & singulos tam iuris quàm facti & solemnitatũ forsan omissarũ, & alios quoscunq; defectus si qui forsan interuenerint in eisdẽ & qui necessario exprimi debe-ẽt, motu sciẽtia, & potestatis plenitudine simil. supplemus, illasq; & illa, quatenus opus sit, innouamus. Et insuper quoniam sicut etiam nobis innotuit, a nõnullis nimium scrupulosis & plusquam oporteat sæpe contendentibus hesitatur, An monasteria quorum fructus, &c. in libris Cameræ Apostolicæ taxati reperiuntur; necnon Prioratus quorumuis ordinum regularia & regulares, cæteraque beneficia ecclesiastica quocunque titulo nuncupata, quorum fructus redditus & prouentus in distributiones quotidianas conuertuntur, sub literis Pauli ij. & aliorum prædecessorum huiusmodi comprehendantur. Nos considerantes quod annatarum cõmuniũ & aliorum iurium prædictorum exactio in recognitionem vniuersalis dominij introducta est antiquissima, Quindenniorumq; vsus & solutio ideo adinuenta sunt, ne Camera prædicta ex monasteriorum, prioratuum & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum vnionibus quæ amplius vacare non sperabatur, detrimentum aliquod pateretur. Volẽtes Cameræ nostræ Apostolicæ, ac venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinaliũ, nec non dil. filiorum Romanæ Curiæ officialium participãtium iure præseruare, illorumq; indemnitati cõsulere ad omne dubium omnemq; disputandi & excipiendi occasionem tollendum, Motu simili, &c. omnia & singula monasteria tam secularia quàm quorumuis ordinum regularia dummodo in libris eiusdem Cameræ taxata rẽperiantur, reliqua vero monasteria, prioratus, præposituras, præpositatus tã seculares quàm quorũuis ordinũ regulares, nec non dignitates, personatus, administrationes, officia, & alia quæcunq; beneficia ecclesiastica etiã si manualis & de iure patronatus existant, quorũ fructus, &c. summã xxiiii. ducatorũ auri de Cam. se. co. æst. val. ãnuũ excedunt, a quocunq; tẽpore citra etiam ante fel. re. Martinum Papam V. similiter prædecessorẽ nostrum, & per nos & successores nostros quibuscunque Cathedralib. etiã Metropolitanis, seu Collegiatis Ecclesijs, aut capitularibus mensis, etiam pro quotidianis distributionibus, aut alias vsibus, nec non Collegijs, vniuersitatibus, congregationibus quorumuis ordinum monasterijs, domibus hospitalibus, fabricis, ac vtriusq; sexus personarũ pijs locis quantumuis priuilegiatis, & exemptis sub quibuscunque tenoribus & formis apost. auctoritate vnita, seu alias quomodolibet & quouis titulo obtenta, & possessa sub literis Pauli II. & aliorum prædecessorũ huiusmodi comprehẽdi, & includi: Et propterea omnia & singula Cathedralium etiam Metropolitanarum, Ecclesiarumq; collegiatarum capitula, cõgregationes, vniuersitates, collegia, hospitalia & pia loca, & quiuis alij in quorũ fauorem vniones, annexiones, incorporationes, applicationes, & submissiones huiusmodi factæ reperiuntur, quãtũcunq; vt præfertur exẽptæ & priuilegiatæ existant, etiam si se superinde in Cam. Apost. non obligauerint, dummodo monasteria & beneficia ipsa possideant, ad solutionem cõmunium annatarum & aliorum iurium prædicto-

Iul. 3. & aliorum Pont. cõstitutiones circa materiã Annatarum, &c. Indicatur supra in Pauli 4. const. 43. incumbentiã, fol.

Confirmat hic Pont. const. prædecessorum, & defectus supplet.

Declarat etiam quod Monasteria quorum fructus in libris Cameræ Apost. taxati reperiuntur, & quæcunque beneficia perpetuo vnita de cætero nõ vacantia, quindennia, & alia iura soluere tenẽtur.

Ideo habẽtes dicta beneficia vnita debet se obligare ad solutionem quindenniorum, & aliorum iurium.

rum

rum eidem Cameræ pro tempore præterito (saluis collegij & officialium iuribus quoad futura remanentibus) ratione vnionum, annexionum, incorporationũ, applicationum, & submissionũ prædictorũ singulis xv. annis a die qua illæ suum sortitæ fuerunt effectum, & aliás iuxta tenorem literarũ in forma Motus proprij à Iulio iii. prædecessore prædicto super applicatione quindenniorum prædictorum eidem Cameræ facta desuper emanatarum faciendam teneri, & obligatos esse & ad id per sententias, cēsuras, & pœnas in singulis Pauli iij. & aliorũ prædecessorum huiusmodi literis contentas, cogi & cōpelli posse, Sicq; & nō aliter in præmissis omnibus & singulis per quoscunq; Iudices & Cōmissarios quauis apostolica auctoritate fungen. etiā palatij nostri apostolici causarũ Auditores, necnon S. R. E. Cardinales, ac venerabilem fratrem nostrum Hieronymũ Episcopum Maceraten. præfatæ Cameræ clericum, cui omnes & singulas causas occasione præmissorũ pendentes commisimus in quauis instantia, sublata eis et eorũ cuilibet aliter iudicandi facultate iudicari & diffiniri debere, irritũq; &c. decernimus & declaramus. Mandantes eidem Hieronymo episcopo vt omnes & singulas causas coram eo inter dil. filiũ eiusdem Cameræ Collectorem ex vna, & qualcunq; Cōgregationes, Capitula, Collegia, & quasuis alias personas ex altera partibus super solutione annatarum communium & aliorum iuriũ quindenniorum eorundem vel eorum occasione nunc, & pro tempore pendentes iuxta præsentium tenorem terminet & decidat. Et pro faciliori indagatione vnionum prædictarum omnia, & singula Cathedralium etiam Metropolitanarum & collegiatarum ecclesiarum Capitula, Collegia, necnon tā virorum quàm mulierum seculares, & quorumuis ordinũ regulares congregationes seu collegia & pia loca, eorundēq; Prælatos & procuratores ad indicandùm & profitendũ medio iuramento omnia & singula monasteria, prioratus, præposituras, præpositatus, parochiales Ecclesias & alia quæcunque beneficia ecclesiastica, quæ ipsa Capitula, Congregationes & alia pia loca prædicta possideāt, & quo titulo illa possideāt, illorumq; annuos valores sub priuationis, & alijs in literis in forma Motus proprij Pauli iiii. prædecessoris huiusmodi cōtentis sentētijs, censuris, & pœnis in Romana Curia & extra eam moneat & requirat. Nō obstan. constitution. & ordinationibus apost. nec non priuilegijs exēptionibus, indultis & literis apost. congregation. capitulis & alijs pijs locis prædictis sub quibuscunq; tenoribus & formis, ac cū quibusuis derogatoriarũ derogatorijs, alijsq; efficacioribus & insolitis clausulis, necnon irritantibus & alijs decretis etiā motu & scientia similibus, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet cōcessis ac iteratis vicibus approbatis, & innouatis, quibus omnibus etiam si pro illorũ sufficienti derogatione de illis eorũq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, nō autem per clausulas generales idem importātes mētio, seu quæuis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma seruanda esset, tenores, &c. pro expressis haben. hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, necnon omnibus illis quæ prædecessores prædicti in singulis eorum literis voluerunt nō obstare, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Volentes præsentis motus proprij solam signaturam sufficere, & vbiq; in iudicio & extra, regula contraria non obstante fidem facere. Et nihilominus illius transumpto manu publici notarij Cameræ Apostolicæ subscripto vbique locorum tam in iudicio quàm extra fidē adhiberi, ac si præsentes exhibitæ forent & ostensæ.

Decretum irritans.

Episcopus Maceraten. Iudex causarum veertentium super solutione Annatarum, &c. procedat iuxta formā huius cōstit.

Capitula Eccl. Cathedralium &c. tenentur ...

Clausulę derogat.

Sola signatura sufficit.

Placet Motu proprio M.

CLXXV.

De præeminentia Inquisitorum Generalium hæreticæ prauitatis, ac obedientia eisdem ab omnibus præstanda.

Alias autem facultates istorum, vide sup in Pij Quarti, const. 67. Pastoris æterni, fol. 741. & consti. 88. Romanus Pontifex, fol. 784. cum ibi notatis.

SANCTISS. D. N. D. Pius diuina prouidentia Papa Quintus, statuit, decreuit, & ordinauit, ac mandauit vt negotia fidei omnibus, & singulis alijs præferantur, cum fides sit substantia & fundamentorum Christianæ religionis. Idcirco omnib. & singulis almæ Vrbis eiusq; districtus Gubernatori, Senatori, Vicario, Cameræ Apostolicæ Auditori, & quibuscunque alijs Legatis, Vicelegatis Gubernatoribus prouinciarũ, & terrarum suæ Sanctitati, & S. R. E. mediate, & immediate subiectarum, ac eorum Locatenen. officialibus, barisellis, & alijs ministris, necnon alijs locorum ordinarijs cæterisq; magistratibus, & officialibus, ac cuiusuis conditionis, & status hominibus in omnibus, & singulis terris, oppidis, & ciuitatibus, ac in tota republica Christiana existen. sub excommunicationis latæ sententiæ, ac indignationis suæ Sanctitatis & alijs arbitrio suæ Sanctitatis, & Illustrissimorum, & Reuerendissimorum dominorum Cardinalium inquisitorum generalium imponendis, & exequendis pœnis, vt eisdem Cardinalibus Inquisitoribus, ac eorum præceptis, & mandatis in quibuscunque officium Sanctæ Inquisitionis huiusmodi concernen. pareant & obediant. Reges vero Duces, Comites, Barones, & quosuis alios Principes sæculares in Dei nomine rogauit, vt eisdē Cardinalibus Inquisitoribus, eorũque officialibus faueant, auxiliumq; præbeant, & à suis magistratibus subditis auxilium præberi faciant in negotijs ad dictum officium spectan. Necnon carceratos quoscunque pro quibusuis delictis, & debitis etiam atrocibus apud dictum inquisitionis officium quomodolibet delatos, vel denunciatos, suspensa aliorum criminum inferiorum cognitione, ad eosdem Cardinales, & Inquisitionis carceres, ibidemque ad criminis hæresis totaliter cognitionem, & expeditionem retinendos, & postea ad eosdem officiales pro aliorum criminum expeditione remittendos, sine mora transmittant.

Iubet omnibus vt obediant Inquisitoribus generalibus.

Hortatur que Reges & Principes vt faueant eisdē.

Carcerati pro alijs delictis, si de hæresi inquirantur, transmittantur ad Inquisitores.

CLXXVI.

Confirmatio, & ampliatio Constitutionis Pij Quarti, circa reuocationem licentiarum præterquam ex causa verè onerosa concessarum extrahendi frumenta, &c. ex Prouincijs & locis ditionis Ecclesiasticæ.

Reuocauit autem licentias, etiam ex causa onerosa concessas Greg. 13. infra in eius const 33. in fine.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.
ROMANI Pontificis prouidentia circumspecta prædecessorum suorum gesta, quæ præcipue pro annona, & ad vsum viuendi necessaria facta sunt, pensatis opportunis occasionibus confirmat, innouat, atque extendit prout conspicit in domino salubriter expedire. Dudum siquidem a fel. re. Pio Papa IIII prædecessore nostro emanarunt literæ tenoris subsequentis, videlicet Pius Papa IIII. Motu proprio, &c. Inter multiplices curas, &c.

Pij 4. est istam habes sup. f. 875

Omittitur tenor huius constitutionis quia habes supra in Pij Quarti, const. 133 fo.

Nos præmissa firmiter obseruare perpetuaque roboris firmitate subsistere sincere desiderantes affectibus, reuocationem, cassationem, annullationem, decretum, declarationem, innouationem, voluntatem, & inhibitionem præfata, ea certa nostra scientia, ac de eiusdem potestatis plenitudine auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illisque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, dictamque motus proprij cedulam innouamus, ac illam ad licentias, & facultates quodcunque genus grasciæ etiam in carnibus, ouibus, agnis, & alijs animalibus, necnon oleo, ac rebus alijs quibuscunque consistentis quomodocunque, & qualitercunque nuncupatis concernentes, quibuscunque (præterquam ex causa onerosa præfata) quomodocunque concessas, ita vt illæ similiter reuocatæ, cassæ, & irritæ sint, & esse censeantur, auctoritate, potestatis plenitudine, & motu similibus extendimus, & ampliamus, necnon eidem Vitellotio Cardinali præter ordinariam sui facultatem quoad extensionem, & ampliationem huiusmodi, eandem exequendi, publicandi, & notificandi, ac declarandi potestatem, facultatem, & auctoritatem, quæ illi quoad contenta in præinserta Motus proprij cedula ab eodem prædecessore concessa, data, & attributa extitit, damus, concedimus, & impartimur. Non obstantibus omnibus quæ dictus prædecessor voluit non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem vt deinceps perpetuis futuris temporibus nulli quarumcunque licentiarũ etiã ex causa onerosa, etiam si propria auctoritate extractio illis permissa sit, concessarum, & concedendarũ vigore extractiones granorum, bladorum, & leguminum, necnon carnium, olei, & aliorum vt supra specificatorum etiam cuiuscunque alterius generis, etiam vt præfertur specificatæ grasciæ huiusmodi absque eiusdem Camerarij Cardinalis petentibus desuper concedendis literis, aliquo pacto in toto statu Ecclesiastico facere possint aut valeant. Necnon quoscunque contrafacientes in præfatas pœnas incidisse, & incurrisse declaramus, & ab eodem Cardinale Camerario declarandos esse decernimus, &c. Quodque sola præsentis motus proprij signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, quacunque regula, seu constitutione Apostolica contraria non obstante.

Confirmatio dictæ consti. Pij 4.

Extensio ad quodcunque genus grasciæ.

Clausula derogatoriæ.

Licentiam habentes etiam non possunt absque Camerarij patentibus.

Sola signatura sufficit.

Placet Motu Proprio. M.

CLXXVII.

Facultates Deputatorum super executione Reformationum Officiorum, & Tribunalium Romanæ Curiæ.

Has Reformationes huius Pontificis indicaui hic in Apostilla.

Hic Pont. deputauit Reformatores officiorum Rom Curiæ, & edidit Reformationem Pœnitentiariorum, vt sup. in const. 79 fo. 1041. & Pœnitentiariæ vt sup. in const. 85. fol. 1048. & Contradictarum, vt sup. in const. 85 folio 1071. & Auditoris Cameræ, vt sup. in const. 117. fo. 1094.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.
POSTQVAM fauente domino id, quod de reformatione Officiorum, ac Tribunalium Romanæ Curiæ, & Vrbis iamdiu meditamur nauantibus egregie operam viris ijs, per quos singula, quæ emendatione indigent recognosci, nobisque referri mandauimus, vsque eo processit, vt multa illuc pertinentia iam ediderimus, plura etiam propediem edituri simus, ipsa re admonemur, vt quorum industria in condendis ijs vsi sumus, eorumdem vtamur in retinẽdis; ne quæ sunt longo studio, & labore a malo vendicata vsu, & ad æquitatis, & iustitiæ normam reducta, si quid de pristina solicitudine remissum fuerit, in deterius relabantur: Idcirco dilecto filio nostro Carolo tit. S. Agnetis in Agone presbytero Cardinali, & venerabili fratri Alexãdro Riario Patriarchæ Alexandrino Cameræ Apostolicæ Auditori, necnon dilectis filijs Blasio Buxeto Comiti Vrbis Senatori Francisco Sarmiento, & Alfonso Binarino Palatij Apostolici Auditoribus, Alexandro Frumento nostri in Vrbe Vicarij generalis Vicegerenti, Hnnuphrio Camaiano, eiusdem Cameræ Præsidenti ac Bernardo Carnilio Notario nostro qui nũc sũt ad huiusmodi reformationis opus a nobis deputati, præter cætera (quas saluas esse volumus) facultates eis & alijs, qui eidem operi hactenus incubuerunt attributas, per præsentes mandamus, quatenus ipsi, vel maior pars ipsorum omnia & singula, quæ vel hactenus edita sunt, vel in posterũ edentur statuta, ordinationes, & decreta ad huiusmodi reformationem Curiæ, Vrbisque Officiorum, & Tribunalium, S. R. E. Camerarij, necnon Vicarij nostri, Gubernatoris, & Senatoris Vrbis, & generalis Curiæ causarum Cameræ Apost. necnon Rotæ, & Contradictarum Auditorum, ac Cameræ Apost. Clericorum, & Præsidentis, necnon vtriusque signaturæ Referẽdariorum, dictæq; Vrbis Conseruatorum, Magistrorum Stratarũ, Magistrorũ iustitiariorum

siorum

riorũ,& Boateriorum,Consulum artium,aliorumque Populi Romani,& Curiæ Capitolinæ Officialium,& Magistratuum carcerum visitatorum, & custodum,aliorumque Tribunalium ius in dicta Vrbe dicentium, eorumque notariorum,& aliorum officialium, & magistratuum pertinentia ab omnibus,& singulis ad quos spectat visu recipi,& admitti,atq; exacte,& inuiolabiliter obseruari curent, & faciant,manu regia,atque omni prorsus,& quacunque appellatione,reclamatione,supplicatione,& recursus petitione postpositis, & etiam remotis, ac reiectis. Dantes eisdem plenam,liberam,& expeditam facultatem,potestatem, & auctoritatem prænominatos omnes,& singulos ad præmissa sic recipiendum,& admittendum,ac obseruandum cogendi, & compellendi omnibus modis,& vijs etiam facti, quæ necessaria,seu opportuna ipsis videbuntur,ac propterea ipsos citandi,vocandi,& monendi, eisque inhibendi,præcipiendi, & mandandi, etiam si visum fuerit expedire, per edicta locis publicis affigenda,quæ perinde arctent,ac si personaliter intimata forent, etiam sub sententijs, & censuris ecclesiasticis, & etiam pecuniarijs, & corpori infligendis pœnis: contumaces, aut non parentes sententias,& censuras,ac pœnas huiusmodi, & alias in reformationum literis contentas incidisse declarandi; easque etiam sæpius aggrauandi,brachium quoque seculare si opus fuerit inuocandi, seu manum militarem adhibendi: Præterea supradictorum omnium tribunalia,curias,& officia quoties ipsis visum fuerit,& tam in capite, quàm in membris visitandi: Ac quicquid quauis ratione corruptum,deprauatum, aut deformatum animaduerterint reformandi, emendandi,& corrigendi,atque ad iuris,& æqui reformationumque huiusmodi editarum normam, & regulam dirigendi, dubia quoque,& ambigua,si quæ in huiusmodi reformationis literis quandocunque occurrerint, declarandi,& interpretandi,aliaque omnia faciendi,gerendi,decernendi,statuendi,& ordinandi; quæ erunt quocunq; modo,vel eis videbuntur pro præmissis apta,vel opportuna; Ac quicquid declarauerint,decreuerint,statuerint,& ordinauerint,debitæ,ac celeri executioni demandandi,in præmissisque omnibus, & singulis summarie,simpliciter,& de plano,sine ordine,& solemnitate, strepituque,& figura iudicij, ac etiam extraiudicialiter manu regia,omnique, & quacunque (vt supra dictum est) appellatione &c. reiectis, sola veritate, ac publica vtilitate inspecta procedendi. Nos enim processus huiusmodi,ac quæcunque per ipsos decreta,vel facta fuerint, rata,& valida esse,& censeri debere; Neque a quoquam impugnari, neque de iurisdictionis defectu, aut quod præter nostram intentionem facta sint, vel aliàs etiam prætextu subreptionis, vel obreptionis, alteriusue vitij præsentium notari posse,sed sine aliqua exceptione,aut excusatione ab omnibus firmiter obseruanda: Et ita ab omnibus &c. etiam Auditoribus prædictis,& Cardinalibus etiam Legatis &c. sublata &c. iudicandum esse,irritum quoque &c. decernimus. Non obstantibus nostra de non tollendo iure quæsito,alijsque constitutionibus,& ordinationibus apostolicis,necnon etiam Vrbis, & Tribunalium, ac Curiarum,& officiorum præfatorum, eorumque collegiorum statutis,consuetudinibus,stylis,vsibus, & naturis etiam iuramento &c. roboratis, ac præscriptionibus etiam immemorabilibus,priuilegijs quoque,exemptionibus,immunitatibus,libertatibus,indultis, & literis apostolicis,eis eorumque superioribus,& personis ex quacunque causa etiam onerosa, & in vim contractus,& ad Imperatorum &c. instantiam,seu contemplationem sub quibuscunque tenoribus &c. etiam Motu proprio &c. & consistorialiter concessis &c. & quibuslibet alijs indulgentijs &c. per quæ &c. non inserta &c. concessæ per præsentes iurisdictionis, & facultatis &c. exercitium, vel explicatio possit quomodolibet impediri, vel retardari. Quibus omnibus,etiam si de illis &c. eorum tenores &c. latissime motu simili &c. hac vice derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Facultatum &c. aliàs circa reformationem ipsam prosequendam concessarum, aliorumque necessariorum continentias &c. pro expressis latissimè habentes præsentibus, quarum solam signaturam, etiam si non registrentur, & darentur, sufficere, & vbique fidem facere volumus, regula contraria non obstante.

Et modò deputatas eisdem super executione dictarum reformationum, cum facultatibus hic expressis.

Decretum irritans.

Clausula derog.

Placet Motuproprio M.

CLXXVIII.

Confirmatio facultatis Auditoris Cameræ procedendi contra Prælatos, & alios in eorum Ecclesiis non residentes.

De istorum pœnia, habes sup. in Pij 4. const. 17. De salute, fol.678.

PIVS Papa V. Motuproprio, &c.

CVM aliàs per fel. rec. Pium IIII. prædecessorem nostrum, iuxta formam Concilij Tridentini, & aliarum Bullarum emanatarum, tam ab ipso Pio prædecessore nostro, quàm alijs Rom. Pont. Motuproprio, cuius tenores pro expressis haberi volumus, ex ipsius certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine fuerit mandatum dilecto filio Alexandro Riario nostro, & Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, vt omnes Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas, & alias Ecclesiasticas personas curam animarum habentes non residentes pœnas in dicto Concilio, & bullis contentas incurrisse declaret, & ad illarum effectum executioni demandentur per eundem Alexandrum Auditorem nostrum,& vt ne de eius iurisdictione in posterum dubitari contingat,denuo eidem Auditori nostro auctoritate nostra committimus, & mandamus, quatenus statim tam contra Episcopos, quàm Archiepiscopos, & alios quoscunque Prælatos, tam in Vrbe, quàm alibi,& vbique locorum existen. & in proprijs diœcesibus non residen. constito sibi quantum sufficere videbitur, summarie simpliciter, & de plano, sola veritate inspecta,& manuregia de inobedientia propria vsque ad sententiam exclusiue procedat, & deinde nobis referat, vt nos in Consistorio nostro secreto, de fratrum nostrorum Consilio, vt moris est, ad sententiam priuationis, & depositionis Prælatorum inobedientium huiusmodi procedere valeamus, prout procedere intendimus,quo vero ad alios curam animarum habentes vsque ad sententiam inclusiue procedat, & exequatur iuxta formam, & tenorem dicti Concilij, & literarum nostrarum præfatarum, cum eisdem facultatibus, vt supra, & alia faciat, & exequatur, prout in dictis literis, siue bullis continetur, cum potestate citandi, inhibendi, excommunicandi, suspendendi a diuinis, declarandi, interdicendi, aggrauandi, reaggrauandi, carcerandi, & brachium seculare decernendi, relaxandi, &

Pius 4. facultatem dedit A. C. procedendi contra nõ residentes, vt habes sup. in eius const. 123 Cum tam pro fo. 848.

Hic autem Pōt. dictam facultatem confirmat.

di, & exequendi, aliaque faciendi necessaria quomodolibet, & opportuna, contrarijs quibuscunque non obstantibus. Et quod præsentis nostri Motusproprij sola signatura sufficiat, ac vbique fidem faciat in iudicio, & extra regula contraria, & alijs quibuscunque, quibus omnibus expresse derogamus, non obstantibus. Die 10. Iunij. 1566.

Sola signatura sufficit.

Placet Motuproprio M.

CLXXIX.

Reuocatio facultatum concessarum Legatis, & Nuncijs Apostolicis.

Similem reuocationem vide in Pij 4. const. 66. f. 741. cum ibi not.

SANCTISSIMVS in Christo pater, & Dominus noster, Dominus Pius diuina prouidentia PP. Quintus, qui nuper in Consistorio suo secreto, quoscunque suos, & Sedis Apostolicæ Legatos in Italia per prædecessores suos constitutos, de fratrum suorum S. R. E. Cardinalium consilio reuocauerat, cuique innotuit diuersos suos, & eiusdem Sedis Legatos, etiam de Latere, ac Nuncios per eosdem prædecessores creatos, & deputatos prætextu facultatum eis concessarum forsan ob Prouinciarum, & locorum, in quibus Legati, & Nuncij munere funguntur à Romana Curia distantiam, & exinde ignotam eis Sanctitatis suæ mentem eâ aliquando concedunt à quibus eadem Sanctitas sua obtinet, & obtinere decreuit, volens præmissis occurrere, ac intendens ipsorum Legatorum, & Nunciorum facultates reformare, omnia, & singula facultates, & indulta, quibusuis sint, & dictæ Sedis Legatis, & de Latere Nuncijs in quibusuis Regni, Prouincijs, Ducatibus, Dominijs, Ciuitatibus, & locis, tam citra, quàm vltra montes per quoscunque Rom. Pont. prædecessores suos ac Sedem Apostolicam, & Consistorialiter creatis, etiam deputatis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis declarationibus, attestationibus, & reuocationibus, præseruatiuis, ac derogatoriarum, derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis, etiam Motuproprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, & ex quibusuis, etiam vrgentissimis causis, ac quauis consideratione, etiam Consistorialiter concessa, quorum omnium tenores, & formas, ac decreta in illis apposita Sanctitas sua haberi voluit, pro expressis, quoad ea, in quibus nondum fuit effectum sortita, reuocauit, cassauit, & annullauit. Ac quicquid prætextu facultatum, & indultorum reuocatorum huiusmodi post publicationem præsentis Constitutionis contigerit attentari, irritum, & inane decreuit, statuto, ordinatione, & declaratione suis in crastinum assumptionis suæ editis, quibus voluit ipsos Cardinales in Constitutionibus per eandem Sanctitatem suam in posterum edendis, & publicandis non comprehendi, nisi illæ eorum fauorem concernerent, vel ipsæ Constitutiones de eorundem Cardinalium, vel maioris partis eorum Consilio editæ forent, nequaquam obstantibus.

Reuocatio facultatum Nunciorum.

Placet, publicetur, & describatur M.

Lecta, & publicata fuit suprascripta regula Romæ in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, Die vero Martis decimanona mensis Februarij, Pontificatus prælibati Sanctissimi Domini Nostri Papæ, Anno primo.

Publicatio Cancellaria.

CLXXX.

Reformatio constitutionum à Pio 4. & alijs Pont. editarum, de appellationibus non recipiendis nisi prius facto deposito. Et declaratio, quòd confessus appellare non potest.

De materia istarum appellationum, vide sup. Pij 4. const. 68. Et si cuncta: cum ibi notatis fol. 742. & const 80. Cum nos dudum, fol. 766. & const. 128. Licet dudum, fol. 869. & sup. in const. 143. Licet iuri. f. 1146.

PIVS Papa V. Motuproprio, &c.
CVM (sicut accepimus à dilecto filio Alexandro Riario Auditore nostro, & appellationum Iudice ordinatio) ex diuersis literis in forma Motusproprij, per fe. rec. Pium IIII. & alios Pontifices prædecessores nostros, & præsertim sub dat. Romæ, apud Sanctum Petrum, xij. Kal. Iunij, Anno sexto (quorum omnium tenores hic volumus pro expressis haberi) emanato, de non admittendis appellationibus, neque decernendis inhibitionibus, Monitorijs, & citationibus in causis criminalibus Fiscum nostrum quomodolibet concernentibus, in quibus reos contigerit condemnari, nisi prius facto actuali deposito pœnarum, in quibus ex delicto delinquentes ipsi, aut illi qui pro eisdem fideiussissent, vel ex contractu quocunmodo condemnandi venirent, aut estenus condemnati fuissent, contingat, quod alij, etiam optimum ius fouentes, interdum ob nimiam eorum paupertatem modum talia deposita faciendi non habentes, & sic secluso eis, ob non factum depositum, remedio appellationis, eorum bonum ius, quod prætendunt deducere in appellatione, remanet incognitum, & deperditum, & præsertim ad illos, qui non sunt confessi crimen: Nos igitur more pij Pastoris, præmissis omnibus obuiare volentes, ne appellationis remedium, eiusque prosecutio pauperibus tolli videatur: Motu simili, & ex certa nostra scientia, dictas literas mitigantes, & reformantes, tenore præsentium statuimus, decernimus, & ordinamus, ac perpetuo obseruari mandamus, quòd in similibus causis Fiscalibus, & alijs de quibus in literis, & Motuproprio huiusmodi fit mentio, omnes, & singulæ appellationes, ac quæcunque desuper pro tempore præsentatæ, ac præsentandæ commissiones, per dictum Alexandrum modernum, & pro tempore existentem Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Auditorem tanquam Iudicem talium appellationum, necnon per quemcunque alium Iudicem huiusmodi iurisdictionem habentem admittant, ac recipiant, & admitti,

Pius 4. statuit non recipi appellationes, &c. in causis criminalibus nisi prius facto deposito, vt in eius const. 128. Licet dudum, f. 869

Hic autem Pont. declarat illas recipi data cautione in forma depositi, si pars nō est diues

mitti, ac recipi liberè, & licitè possint, valeant, ac debeant, illatumque vigore quascunque inhibitiones, citationes, seu monitoria decernentes, & alia facientes in præmissis necessaria, eisdem Auditori nostro, & Iudicibus præfatis, ad id iurisdictionem habentibus, auctoritatem damus, ac licentiam impartimur, præstita tamen prius cautione idonea per partem, seu partes appellantes, non tamen confessos, in forma depositi, pro pœna, in qua condemnatus extitit, & seu respectivè de se constituendo in carcere, & ibidem remanendo in quacunque parte iudicij, & quatenus pars esset diues facto prius actuali deposito, arbitrio Iudicis ad quem: Quo vero ad confessos, liceat Iudici, à quo, non obstantibus huiusmodi appellationibus, & inhibitionibus, & absq; aliquarum pœnarum incursu, ad vlteriorem executionem pro pœnæ huiusmodi consecutione procedere, & nequoque tam ipsi, quam partes ad literarum, seu Motusproprij præfati obseruantiam, quo ad hæc, & illa quoquomodo concernentia, nisi iuxta præsentem limitationem, & moderationem, vllatenus teneantur, Et ita in præmissis omnibus, & singulis, per quoscunque Iudices; etiam Cameræ Apostolicæ Camerarium, Præsidentem, Clericos, Thesaurarios, ac Procuratores Fiscales, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, &c. sublata, &c. debere, irritum, &c. perpetuo decernimus. Non obstantibus præmissis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem præsentis nostri Motusproprij solam signaturam sufficere, & fidem facere in iudicio, & extra, regula contraria non obstante, etiam absque eo quod per Cursores præsentetur.

Confessos quo appellare non posse decernit.

Decretum irritans.

Clausulæ derog.

Sola signatura sufficit.

Placet Motuproprio M.

CLXXXI.

Restitutio, & reintegratio Officiorum antiquorum Proxenetarum Ripæ Almæ Vrbis, & Montis non vacabilis erectio super massa emolumentorum Collegijs ipsorum Proxenetarum.

De Proxenetis istis habes, etiam in Pauli 3. const. 52. Cum postquam, fol. 463. & Pij 4. const. 57. Decet Romanum, fol. 727.

PIVS Papa V. Motuproprio, &c.

CVM, sicut accepimus alias postquam fe. rec. Paulus prædecessor noster, tunc Proxenetarum Ripæ Almæ Vrbis nostræ, statuta, eorumque exercitio vtiles, & necessarias ordinationes, per Præsidentes Ripæ, & Cameræ Apostolicæ Clericos approbata, & Apostolicæ Sedis auctoritate confirmata, quæ propter direptionem Vrbis vix reperiri poterant, supplicationibus inclinatus, per eius in forma breuis literas antiquum dictorum Proxenetarum numerum ad quadraginta reductum erigendo in Collegium cum omnibus facultatibus similibus Collegijs dari solitis, ordinationes, & statuta per tunc bo. me. Guidonem Ascanium Sfortiam S. R. E. Cardinalem Camerarium subscripta Apostolica auctoritate approbando, in perpetuum obseruari mandauerat; exinde Proxenetæ dicto eorum exercitio vacantes iuxta formam statutis, & ordinationibus antedictis; Postmodum recolendæ me. Pius Quartus prædecessor noster, audito per eum, quod multi ex Proxenetis male versabantur, eorum propterea statum in meliorem conditionem reducere, abusibus fraudibus, & periculis obuiare, ac indemnitati, & securitati nautarum, & aliorum consulere volens, de fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Consilio, & assensu, & ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, per eius literas, etiam maioris partis dictorum fratrum subscriptione roboratas, omnes dictorum Proxenetarum deputationes, & concessiones, & quascunque dispositiones officiorum huiusmodi eis quomodolibet factas reuocando, & dictos Proxenetas sine vitio spolij, & attentatorum amoueri decernendo, vnum Collegium quadraginta, Proxenetarum bonæ vitæ, laudabilis conditionis, & famæ, computorumque faciendorum bene peritorum perpetuo erexit, cum capsa, sigillo, iuribus, alijsque Collegialibus insignijs, quorum officia ad instar aliorum Romanæ Curiæ officiorum resignabilia, & excepto primo triennio, vacabilia forent, triginta quatuor, videlicet per ipsum Pium eiusque successores, & reliquorum sex per supranominatum Camerarium pro tempore existentem eidem Camerario pro omni eius in dictis officijs iure competente concessorum, tam ab omni primaua erectione, quam pro tempore vacantium concedendorum, ita quod singuli Proxenetæ scuta quingenta monetæ pro quolibet officio Sedi Apostolicæ, & dicto Camerario pro tempore existenti respectiue soluere deberent, certamque solitam dictis Proxenetis, & Collegio mercedem videlicet pro medietate illi Proxenetæ, quo mediante venditio vinorum, & aliarum rerum Ripalium facta fuerit, & pro altera medietate Collegio inter ipsos quadraginta Proxenetas æqualiter in fine cuiuslibet mensis per Depositarium dicti Collegij pro tempore deputatum recipiendam, & successiue distribuendam constituerit, & assignauerit, dictasque literas nullo tempore impugnari posse; immo illas vim, & robur validi contractus, & efficacis obligationis inter ipsum Pium prædecessorem, ac Sedem, & Cameram ea vna, & Proxenetas, illorumque in dictis officijs successores, ex altera partibus initi, & in forma Cameræ obtinere, ac seipsum successoresque suos, & Cameram, eiusdemque Cameræ bona omnia pro obseruatione omnium in dictis literis contentorum specialiter, & expresse obligauit, sicque, & non aliàs, &c. irritum, &c. decernendo, cum deputatione præfati bo. me. Guidonis Ascanij, & pro tempore existentis Camerarij, vt eidem Collegio, & Proxenetis in præmissis omnibus, & singulis efficacis defensionis præsidio assistens eosdem Proxenetas, & Collegium redditibus prædictis integraliter, ac omnibus alijs præmissis potiri frui, & gaudere faceret; Successiue Cardinalis Camerarius antedictus nomine suo proprio, & in eius Camerariatus officio successorum pro suo iure, & interesse dicta sex officia sibi assignata, & insuper tam ipse Camerarius, quàm Donatus Matthæus Minalis, tunc eiusdem Pij prædecessoris nostri Thesaurarius generalis eiusdem prædecessoris, & Cameræ Apostolicæ nominibus respectiue, alia viginti septem officia totidem alijs ex antiquis Proxenetis, item alia septem officia à dicta erectione, tunc vacantia septem alijs personis in locum totidem antiquorum Proxenetarum suffectis vendiderint, pro supradicto pretio, cum pactis, modis, & formis contentis, in publico instrumento manu dilecti filij Hieronymi Ceccoli nostræ Cameræ Apostolicæ Notarij celebrato, quod instrumentum cum pactis, & capitulis in eo contentis, item quædam alia capitula per dictum Camerarium, & Notarium subscripta erectionemque, & alia ab ipso Pio prædecessore facta confectas

Paul. 3. erexit Collegium 40. Proxenetarum Ripæ, cum ordinationibus eorum exercitio necessarijs, sed const. istã hic non habes.

Pius 4. extinxit, postea dictum Collegium antiquorum Proxenetarum, & à iud. Collegium erexit 40. nouorum Proxenetarum, quorum officia resignabilia, & vacabilia essent, excepto primo triennio) & pro vno officio solue. rot quolibet Proxenet. scuta 500.

fecta literas, & instrumenta quæcunque idem prædecessor confirmauit, & forsan ad quædam alia extendendo ea omnia, & singula etiam de nouo concessit, & ordinauit, & alias decreuit cum mandato, & alijs clausulis modo, & forma tunc expressis, prout in ipsorum Pauli III. sub Annulo Piscatoris, die vigesima quinta Martij, millesimo quingentesimo quadragesimo primo, Anno septimo, & Pij prædecessorum sub datum decimatertia Kal. Maij, tertio sui Pontificatus Anno signato plenius continetur, ad quorum omnium originalia relatio habeatur, Dictique antiqui Proxenetæ post dictam nouam erectionem ad effectum soluendi pretium antedicti vltra plures pecuniarum summas in Societatem officij, & sub alijs contractibus particularibus nominibus acceptas Collegialiter scuta decem millia sub grauibus interusurijs ad triennium acceperunt, sed ingruente fine triennij non habentes pecunias restituendi, neque nisi forsan cum maxima difficultate inueniendi modum, Ideoque plerique ex eis dicta officia in dicti Pij prædecessoris, & Camerarij nouos Proxenetas admittentium manibus pro eodem pretio, de quo creditoribus satisfactum fuit resignarunt, & cesserunt, ipsi vero noui emptores exercitij præfati expertes, & aliqui exercere nolentes, substitutis appositis, medietatem laboris, & mercedis aliorum pauperum Proxenetarum actu exercentium, & aliquorum ex eisdem antiquis Proxenetis, substitutorum sudore lucrum perceperunt, & percipiunt. Vnde accidit, vt præter dicti nostri prædecessoris intentionem non solum Proxenetarum conditio, ad meliorem statum reducta, vel melioris vitæ, aut periti Proxenetæ deputati fuerint, vel mercatoribus nautis, & alijs negotiantibus, magis consultum extiterit, sed immo deterior omnium ferme conditio facta fuit, cum dicta officia paucis exceptis ad imperitos exercitij præfati, & exercere nolentes deuenerint, & dicta exercitatio per substitutos potius in publicum, & priuatum damnum resultauerit, & resultet, ac re ipsa numerus Proxenetarum propter substitutos huiusmodi auctus fuerit, contra antiquas ordinationes, & dictorum Pauli III. & Pij prædecessorum literas, dictique antiqui Proxenetæ non solum eorum quæsito iure priuati, & spoliati remanserunt, verumetiam, quod grauius est, nonnulli ex eis, vt audiuimus inutili familia, & præsertim filiarum, & quidem nubilium grauati, & senio confecti nullum aliud exercitium habentes vnde viuant, ad maximam calamitatem miseriam, & egestatem redacti sunt. Qua propter nos volentes in primis dictorum omnium antiquorum Proxenetarum, & successorum suorum indemnitati paterne consulere, ac eos, quia per tot annos notabile damnum passi fuerunt, condigna nostra Sedisque Apostolicæ munificentia, & prouisione amplecti, specialibusque gratijs prosequi, & in aliquo compensare volentes, & vt Camera Apostolica summam pecuniarum infradicendarum consequatur pro vrgentissimis, & notorijs necessitatibus Apostolicæ Sedis, his præsertim temporibus quibus nos, & Sedem præfatam ingentes pecuniarum summas erogare oportet pro defensione S.R.E. atque Catholicorum non solum Regni Franciæ, verumetiam aliarum Prouinciarum contra tot immanes hæreticos, & sacrilegos, & pro totius Christianæ Reipublicæ munimine, Motu simili non ad ipsorum antiquorum Proxenetarum nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed matura super præmissis, & infradicendis, etiam cum aliquibus ex fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus deliberatione præhabita, & ex rationabilibus causis animum nostrum mouentibus, & ex certa nostra scientia, & de Apostolicæ nostræ potestatis plenitudine, pro reintegratione dictorum antiquorum Proxenetarum omnes, & singulos modernos Proxenetas, qui post dictam nouam erectionem officia prædicta habuerunt, & in præsentiarum obtinent, ab omni administratione, exercitio, emolumentorum perceptione, & ab ipsis officijs, & Collegio, ac facultatibus eis competentibus, & accessorijs eorundem officiorum in perpetuum amouemus, & penitus amotos esse declaramus, & decernimus. Item omnia, & singula officia prædicta, eisdem modernis Proxenetis ex. millium scutorum summa restituta, videlicet singulis eorum, & pro singulo officio scutis quingentis monetæ, vel ipsis modernis Proxenetis vniuersaliter, vel quibuscunque eorum coniunctim, aut diuisim differentibus, aut recusantibus dicta pretia recipere, tunc eisdem pretijs penes mercatorem, aut campsorem facultatibus idoneum, sed periculo, & fortuna ipsorum modernorum Proxenetarum depositis, ex nunc, prout ex tunc, & è contra eo ipso harum vigore vacare decernimus. Quæ quidem omnia, & singula officia quadraginta Proxenetarum per decretum huiusmodi, & aliàs quomodolibet vacantia, omnibus, & singulis dictis antiquis Proxenetis, & loco antiquorum qui defuncti sunt personis infrascribendis, donec vixerint per eos habenda tenenda, & possidenda cum omnibus, & singulis dictorum officiorum, & Collegij honoribus, oneribus, salarijs, & emolumentis consuetis, ac omnibus priuilegijs, iuribus, iurisdictionibus, & alijs in dictis literis Pij prædecessoris nostri contentis, etiam cum officio assignationis nuncupato empto per Collegium à dilecto filio Prospero Casarello, & cum omni vtilitate, & onere debiti restantis Collegio causa emptionis eiusdem officij, quæ omnia, & singula, etiam ipsis antiquis Proxenetis, & alijs infrascribendis, eorumque in eodem Collegio perpetuis futuris temporibus successorum (excepta facultate per substitutos exercendi) concedimus, & assignamus, & eosdem antiquos Proxenetas admittimus, aggregamus, atque admissos, & aggregatos censeri, & esse volumus, in eodem Collegio vigore præsentium literarum sine alicuius ministerio, & absque vlla penitus facienda solutione. Reliquos vero vsque ad numerum quadraginta in locum antiquorũ Proxenetarum qui defuncti sunt admittendos, & inferius describendos ex nunc admissos censeri, cum fuerint ab ipsis antiquis approbati, & literas patentes Camerarij S. R. E. habuerint, vel expedierint. Cui Camerario in recognitionem pro Regalis, & pro omni eius iure sui Camerariatus officij scuta viginti quinque auri in auro, & Cameræ nostræ Apostolicæ sex ducatos auri Cameræ singuli dicti noui Proxenetæ admittendi persoluere teneantur. Quibus etiam antiquis, & infra dicendis proxenetis, & eorum vnicuique, ac successiue omnibus, & singulis alijs proxenetis pro tempore existentibus de dicto numero quadraginta perpetuis futuris temporibus, liberam facultatem ad omne ipsorum placitum dicta officia resignandi, & cedendi coram quocunque Notario, & in omni loco, duobus saltem testibus adhibitis, in fauorem cuiuscunque personæ, aut personarum pro idoneis à Collegio ipso approbatarum, vel approbandarum, quæ literas patentes S. R. E. Camerarij successiue in Camera Apostolica registrandas expedire, sed nihil aliud, quàm Regalia præfata Camerario pro tempore existenti, & Cameræ Apostolicæ respectiue, vt supra soluere teneantur, absque aliqua nostra, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum signatura, decreto, admissione, & absque alio ministerio adhibendo, & absque compositione, atque solutione facienda concedimus. Et insuper eosdem antiquos, & infrascribendos proxenetas realem, sed quasi possessionem eorundem officiorum atque exercitationis, perceptionis, emolumentorum, & aliarum facultatum,

Hic autem Pōt. remouet nouissimos Proxenetas ab ipsis officijs, & ea cum omnibus priuilegijs, & emolumentis cōcessis in concessione Pij, & Consueto antiquis Proxenetis viuentibus, & alijs loco quondam defunctorum subrogandis, cum onere restituendi [illegible] nouis Proxenetis dicta scuta 500. & absque facultate exercendi per substitutos.

Proxenetas de cetero admittendos absque alio ministerio, patentes literas Camerarij obtinentibus, solutis scu. 25. & Cameræ Apost. duc. 6. & habita approbatione Collegij.

Resignare ea possunt officia quandocunque, & corā quocunque Notario, & duobus testibus, ad fauorem cuiuscūque à Colleg. appro.

caltati, amotis dictis modernis Proxenetis a dictis officijs, & eorũ exercitio, & eorũ substitutis, omni etiã eorũ & quacunq; appellatione, reclamatione, & oppositione omnino rejectis, prout reijcimus, etiã libere propria auctoritate de facto, & absque spolij, attentatorum, nullitatis, & alio vitio apprehendere, apprehensamq; continuare, emolumenta percipere, & officia exercere posse, Dictos autem modernos Proxenetas nec se propterea spoliatos esse neque actione spolij, attentatorum, nullitatis, aut vnde vi, seu canonem reintegranda, vel aliam legem aut iuris remedium intentare aut desuper quouis modo titulo & ratione agere posse, neque concessione eis facta de dictis officijs ius ad colorandum spolium tribuere, vel eis aliter prodesse, nec dictos antiquos Proxenetas, eorumque in dictis officijs successores in perpetuum à quoquam molestari, vel perturbari posse decernimus. Item potiori pro cautela ad effectum maioris firmitatis omnium contentorum in his literis, omnes, & singulas dictis modernis Proxenetis de dictis officijs hactenus quomodolibet factas concessiones, Motu &c. similibus, restitutis, & solutis per dictos antiquos Proxenetas dictis modernis vel, vt supra dictum est, depositatis viginti millibus scutis monetæ, reuocamus, irritamus, & annullamus, ita quod nullatenus suffragentur, attento, etiam quòd dilecta creatura Michael Bonellus S. R. E. Cardinalis Camerarius, etiam pro omni suo, & sui Camerariatus officij iure, & actione, etiam quoad dispositionem dictorum sea officiorum, & alias quomodolibet sibi competente, tam suo quam suorum in officio Camerariatus successorum nominibus consentit. Et tam eundem Camerarium, quàm alios futuros Camerarios, item Præsidentes, & Clericos dictæ Cameræ nunc, & pro tempore existentes præsenti nostræ dispositioni, & ordinationi omnino stare debere in perpetuum, ac illis nunquam contrauenire neque ab eis resilire posse decernimus, & declaramus, perpetuisque futuris temporibus dictorum officiorum Proxenetarum pro tempore vacantium venditiones, alienationes, & concessiones, per successores nostros Romanos Pontifices, Cameram Apostolicam, & alios quoscunque fieri posse omnino prohibemus. Sed quia, etiam publico interest, vt dicta officia personis idoneis conferantur, ideo salua, & reseruata dictis Proxenetis facultate resignandi, vt supra concessiones, & collationes officiorum huiusmodi pro tempore vacantium personis idoneis, & pro talibus à Collegio Proxenetarum approbatis, ad Camerarium S. R. E. pro tempore existentem spectent, & pertineant, ac fieri debeant cum literarum patentium expeditione opportuna, quæ debeant in Camera Apostolica registrari, soluto eidem Cameræ pro recognitione vno iocali videlicet ducatorum sea auri Cameræ, ac solutis dūtaxat eidem Camerario scutis viginti quinque auri, & per eum nihil vltra talem summam accepto pro singulo officio in recognitionem, & pro regalijs sui Camerariatus officij, attento quod antiquitus dicta officia Camerariatus conferre, seu concedere solebat. Collationes autem, & concessiones dictorum officiorum si fiant personis non approbatis, vel approbandis a Collegio Proxenetarum, irritæ sint, & nullius roboris, vel momenti. Declaramus insuper statuta, & ordinationes, ac declarationes, & capitula quæcunque per dictos antiquos Proxenetas inferius describendos eorumque successores, & eorum Collegium sub quibuscunque modis, & formis facienda, seu facta innouanda, seu etiam antiqua, vel moderna statuta amplianda, seu limitanda, & declaranda, dummodo præfati Michaelis Camerarij pro tempore existentis auctoritate, & approbatione firmentur, vel cum eis auctoritate, & consensu fiant, perpetuo ab omnibus inuiolabiliter obseruari mandamus, & ea nunc talia statuta, & ordinationes approbamus, & confirmamus, Omni tamen exercitatione per substitutos, & quoscunque alios, quam per ipsosmet Proxenetas de dicto numero quadraginta (quem numerum, etiam confirmamus) penitus, & omnino interdicta, ac penitus alijs, & quibuscunque officialibus, etiam Dohanarum Ripæ cuiuscunque Proxenetici, & mercedis bonorum Ripalium, & sine interuentu Proxenetarum, & quomodolibet vendendorum, permutandorum, & quouis alio titulo alienandorum, præter Depositarium dicti Collegij, vel alium, seu alios per ipsum Collegium, pro tempore deputandos, exactione, & consecutione interdicta, sub pœna furti, & alijs arbitrio dicti nostri Camerarij pro tempore existentis imponendis, & applicandis pœnis. Et quamuis nostræ intentionis existat, vt antiqui Proxenetæ, ita in omnibus reintegrati sint ad officia prædicta, vt nullum dispendium, nec aliud omnino damnum, si fieri possit patiantur, nihilominus ærario nostro exhausto, & nobis propter iam dictas vrgentissimas, notorias Apostolicæ Sedis necessitates, pro subuentione Christifidelium his præsertim temporibus, ingentem pecuniam parare curantibus, intentionem præfatam exequi non valemus, ideo mature considerato, quòd per erectionem, & venditionem Montis non vacabilis redimibilis tamen, & extinguibilis super communi massa emolumentorum dicti Collegij faciendi satis opportune restitutioni pretij, modernis Proxenetis, vt supra amotis faciendæ, item commoditati antiquorum Proxenetarum, pro minori eorum dispendio, & in aliqua parte subuentioni nostræ, ac Sedis Apostolicæ prouidere posset, Motuproprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, accedente ad hoc dictorum Proxenetarum antiquorum expresso consensu, pro maiori Montistarum infrascriptorum securitate, dictum Montem, quem Proxenetarum Ripæ nuncupamus, scutorum viginti sex millium, & quingentorum monetæ, ad iulios decem pro scuto, constituentem loca ducentum sexaginta quinque, pro tot personis, quot eorum pecunias vsque ad summam præfatam in emptionem dictorum locorum exponent, quæ resignabilia fiant, & nunquam vacent ad instar aliorum Montium non vacabilium, & præsentis Montis Farinæ Almæ Vrbis, super massa communi omnium emolumentorum, & prouentuum dicti Collegij Proxenetarum Ripæ, videlicet super medietate, quæ ad ipsum Collegium secundum formã erectionis, & bullæ prædicti Pij prædecessoris nostri spectat, & pertinet erigimus, & instituimus; Et ex dictis prouentibus, & emolumentis dictæ communis massæ summam scutorum mille octingẽtorum viginti monetæ similium annuatim separamus, & dismembramus, ac dictam summam liberam, & integram annuatim eidem Monti, & Collegio Montis huiusmodi, ac dilectis filijs emptoribus dicti Montis, pro se ipsis, & quibuscunque ab eisdem emptoribus quandocunque nominandis, etiam vtriusque sexus, quos pro nominatis haberi volumus, & habemus, applicamus, appropriamus, vendimus, concedimus, & assignamus pro dicta summa, & pretio scutorũ viginti sex millium quingentorum monetæ ad rationem septem scutorum similium pro centenario in anno, & de bimestre in bimestre pro rata dictis Montistis, & Collegio soluendorum, & per ipsos Montistas percipiendorum quos Montistas, & Collegiũ eorũ, quoad annuũ redditũ, vt supra assignatũ, & venditũ, & illius proprietatẽ subrogamus, ponimus, & substituimus in vniuersũ ius, & locum nostrum, & successorũ nostrorum Summorum Pontificum Cameræ Apostolicæ, & dictorum Proxenetarum, & Collegij. Dictam autem summam scutorum viginti sex millium quingentorum monetæ pro integro pretio dicti Montis, & annui redditus, vt supra

Collationes officiorum pro tempore vacantium, spectãt ad Camerarium qui soluitur ei scuta 25 & Cameræ ducatu sex, personis idoneis, & à Collegio pro talibus approbatis conferre debet, alias collatiões nullæ sint.

Statuta per Collegium Proxenetarum facienda, & per Camerariũ confirmanda, ex nũc approbãtur.

Exercitatio per alios prohibetur.

Proxenetici exactio interdicitur officialibus Dohanarum Ripæ, & alijs.

Mons non vacabilis erigitur super emolumẽtis massæ Collegij Proxenetarũ Ripæ pro scutis viginti sex millibus & quingentorum

Montistis assignãtur scuta septem pro centenario, soluenda qualibet bimestri pro rata de scu. 1820 dictæ massæ.

De dicta summa scutorum viginti sex millium, & quingentorũ restituantur Proxenetis, vt supra remotis scuta viginti millia, & residuum extrahatur pro subuẽtione Sedis Apost.

venditi, & assignati declaramus, & volumus per emptores dicti Montis in manibus Depositarij per dictos antiquos Proxenetas, aut eorum Collegium deputandum, solui debere, & successiue de eadem summa per ipsum Depositarium solutis, seu restitutis prius iuxta mandata Collegij pretijs officiorum modernis Proxenetis, deinde scuta quinque millium auri pro nostra Sedisque Apostolicæ subuentione præfata nostro nomine Dilecto filio Ioanni Baptistæ Altouito Depositario nostro, & Cameræ Apostolicæ generali, soluere debeant, quas solutiones cum factæ fuerint ratas habemus, & ex nunc pro quando dicta scuta viginti sex millia, & quingenta dicto Depositario antiquorum Proxenetarum soluta fuerint, dictos emptores prædicti Montis, & eorum Collegium, & quodlibet eorum in particulari, & successiue cum ex illis scuta quinque millia auri in auro in manibus dicti nostri Depositarij generalis soluta sint, eosdem, & antiquos Proxenetas, quorum ad hoc expressus accedit assensus, etiam intuitu nostræ concessionis huiusmodi, & aliorum in his literis contentorum, & omnes alios, tam nostro, quàm successorum nostrorum atque Cameræ Apostolicæ nominibus quietamus, absoluimus, & liberamus in perpetuum, in qua summa scutorum quinque millium declaramus, ita quod dicta Collegia Montistarum, & antiquorum Proxenetarum, & vtriusque illorum personas ad probandum in iudicio, vel extra, quod dictæ pecuniæ S. R. E. & Cameræ prædictarum vtilitatem, & necessitatem conuersæ sint minime obligatos esse, seu ad id teneri, nec per quoscunque, etiam successores nostros, & Cameram præfatam quouis prætextu compelli posse volumus, & decernimus, Et pro faciliori huius negotij expeditione, Collegium Proxenetarum dictis Montistis videlicet personis vtriusque sexus, & cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis, etiam incapacibus existentibus pecunias in dicto Monte ponentibus, tam vniuersaliter, quam particulariter earum singulis patentes literas, vel instrumenta publica in hac primæua erectione, prout desuper conuenerint, pro securitate, & admissione ipsorum Montistarum facere, & condere possit, & debeat, & nihil aliud requiratur, sed abinde in posterum ipsi Montistæ eorumque Collegium ad instar aliorum Collegiorum Montium Almæ Vrbis, patentes literas, & alia peragere possint. Quibus etiam Montistis eorumque hæredibus, & successoribus quibuscunque vniuersalibus, & particularibus, tam respectu personarum, quàm respectu ipsius Montis, & annui redditus, vt supra assignati, ac liberæ perceptionis, & depositationis, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate, & omnium aliorum ipsos Montistas, & successores præfatos concernentium, omnes, & singulas, ac similes immunitates, libertates, prærogatiuas, priuilegia, honores, & facultates, quæ per summos Pontifices Ro. prædecessores nostros, & nos respectiue Montistis, & Collegio Montis farinæ Vrbis, tam vniuersaliter, quàm particulariter concessa, & assignata fuerunt, & aliàs quomodolibet competunt, pariter, & nos concedimus, & assignamus, hac lege adiecta, quòd Montistæ retrouendere teneantur, Dictum autem Collegium Proxenetarum ex restantibus prouentibus dictæ communis massæ, qui singulis annis deducta summa pro fructibus dicti Montis assignata supersint, annuatim, & in fine cuiuslibet anni Montem prædictum, & redditum assignatum redimere, & extinguere possit, & debeat pro pari pretio, videlicet scutorum centum similium pro quolibet loco, quæ extinctio sorte fieri debeat per extractionem ex bussula, prout in dicto Monte Farinæ fieri mandauimus, donec præfatus Mons Proxenetarum in totum redemptus, & extinctus existat. Quibus etiam Proxenetis in præmissis quascunque conuentiones, declarationes, & capitula sub quibuscunque alijs modis, & formis de quibus insimul concordauerint, & instrumenta quæcunque faciendi, & celebrandi liberam facultatem concedimus: quæ omnia ex nunc pro quando facta fuerint, Apostolica auctoritate plenissime confirmamus, Dicto autem Monte taliter extincto, ijdem antiqui Proxenetæ, ac in eorum officijs, & Collegio successores, omnibus, & singulis Proxeneticis, & emolumentis tam communis massæ, quàm particularibus solitis, & consuetis in dicta bulla Pij prædecessoris nostris stabilitis, libere, & integre, ac in perpetuum potiantur, & gaudeant, seque, & eorum officia, & Collegium numeri quadraginta prædicti secundum eorum statuta, & ordinationes regant, & exerceant. Item volentes etiam prouidere indemnitati Montistarum dicti Montis per nos, vt præfertur erecti, attento, quod primæuum pretium in ipsa erectione ad Cameram Apostolicam, & Camerarium peruenit, & successiue nunc ad Sedem Ipsam dicta scuta quinque millia peruentura sunt, propterea in euentum in quem annuus redditus assignatus diminueretur, cessaret, aut quouis modo in totum, vel pro quauis parte libera eius perceptio impediretur (salua tamen redemptione, & extinctione, vt supra facienda) tunc, Nos, & successores nostros, & Cameram prædictam, bonaque omnia ad persoluendum, & restituendum eisdem Montistis pretium per eos solutum, & in dicto Monte positum efficaciter teneri, & obligata esse decernimus, & ordinamus, modis, & formis prout creditoribus dicti Montis Farinæ obligati, & obligata existunt, Et præmissa omnia, & singula vim, ac robur validi, & stipulati contractus, & obligationis Cameralis inter nos, & Sedem, ac Cameram præfatas ex vna, & personas atque Collegium dicti Montis erecti, atque Proxenetas antiquos, vt supra restitutos, & reintegratos, & eorum Collegium ex altera partibus legitime factæ, in perpetuum obtinere. Nec præmissis in prædictorum præiudicium Collegiorum derogari posse statuimus, & in perpetuum decernimus; & ordinamus, Sicque per quoscunque, &c. iudicari, &c. sublata, &c. si secus, &c. decernimus, & declaramus, & de gratia speciali. Non obstantibus præmissis, ac fe. rec. Symmachi incipiente, Non liceat, Papæ Pauli II. de non alienandis, & Pauli IIII. de male alienatis recuperandis Ecclesiæ rebus, ac etiam nostra de non tollendo iure quæsito in quibusuis Apostolicis, ac Prouincialibus, & synodalibus constitutionibus, ordinationibus, ac statutis, &c. etiam iuramento, &c. roboratis dicti Collegij, priuilegijs quoque indultis, & præfatis, ac alijs literis Apostolicis in præiudicium, seu contrarium præmissorum, ac aliter quomodolibet factis, editis, & concessis. Quibus omnibus, etiam si de eis, &c. illorum tenores, &c. hac vice latissime derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque, cum clausulis opportunis, & consuetis.

Montistæ & Proxenetæ non tenentur vnquam probare, tales pecunias versas esse in vtilitatem Sedis Apost. vel Cam. Apost.

Montistis, & eorũ hæredibus conceduntur, priuilegia concessa Mõtistis, & Collegio Mõtis farinæ Vr.

De hoc Monte hiẽ nihil habes, quia mox extinctus est.

Proxenetarum Collegiũ, debeat quolibet anno, partem Montis extinguere, vt hic.

Monte extincto omnia emolumẽta remanentia libera pro ipsis proxenetis.

Obligatio omnium bonorum Sedis & Cameræ Apost. pro assecuratione Montistarum, in casu quolibet exactio annui redditus assignati impediuntur.

Clausula derog.

Fiat Motuproprio M.

Et cum absolutione à censuris ad effectum, &c. & quod tenores singularum literarum Pauli, & Pij aliorumque prædecessorum, necnon patentium literarum Guidonis Ascanij Cardinalis Camerarij prædictorum, & cedularum, in forma Motusproprij signatarum, eiusdem Pij prædecessoris, & instrumentorum, ac scripturarum prædictarum tenores, aliaque hic etiam de necessitate latius exprimendo habeantur pro expressis, seu in toto, vel in parte exprimi possint, & cum extensione, ampliatione, concessione, assignatione, voluntate, declaratione,

decreto

dem classis infirmi, & vulnerati benigne, & charitatiue recipientur, & curabuntur, aliquod subsidium de bonis sibi a Deo collatis, prompte erogare vellent, aliaque tunc expressa ad hoc pertinentia fecerit, & ordinauerit, prout in dictis literis plenius continetur. Nos pro nostri Pastoralis officij nobis diuinitus iniuncti sollicitudine pro animi affectu considerantes, quàm necessarium sit, ad dictorum infirmorum, & sauciorum subuentionem liberale dicto Hospitali benefaciendi Christifidelium studiorum, sperantesque bonos, & pios homines id libenter, ac alacriter, esse facturos, præsertim animaduertentes, quicquid per eos ad tam Sanctum opus erogatum fuerit, id omne, vel propinquorum, vel conterraneorum suorum, vel aliorum saltem Christianorum commodum, qui in ipsa classe sunt facile esse redundaturum. Idcirco dicti Pij prædecessoris vestigijs inhærentes, nos quoque omnes, & singulos Christifideles, tam in Italia & Sicilia, quàm alibi vbicunque locorum Christiani Orbis existentes, per immensam, & ineffabilem D. N. Iesu Christi pietatem, ac misericordiam, paternè, & ex animo, quantum possumus hortamur monemus, & enixè requirimus, vt pro dicti Hospitalis Corcirensis subuentione, pia subsidia large, & benigna manu, quamprimum præstare, & conferre velint, confidentes in eo, qui hilares dantes diligit, & remunerat se ab ipso centuplum accepturos. Quocirca in virtute Sanctæ obedientiæ mandamus omnibus, & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque locorum ordinarijs, vt has nostras literas in eorum Ciuitatibus, & diœcesibus diligenter publicari curent, & faciant, personasque primarias sæculares, vel Ecclesiasticas fide, & facultatibus idoneas, ad petendas, quærendas, & colligendas pro præmissis eleemosynas constituant, & circummittant, quæ in manibus Metropolitanorum statim tradi, & consignari debeant, vt illi eas, quàm primum, prout vnicuique magis commodum fuerit, ad Bailum Reipublicæ Venetæ Corciræ existentem trāsmittere possint, qui ipsas in Hospitalis subuentionem, & infirmorum prædictorū substentationem, & non alios vsus exponere omnino teneatur, in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunque præsentibus, quorum transumptis, etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personę in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eandem fidem adhiberi volumus, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, ad triennium proxime futurum duraturis. Datum Romæ, apud Sanctum Marcum, sub Annulo Piscatoris, die xvij. Iunij. 1572. Pont. nostri Anno primo.

Hic Pont. eandē facit exhortationem.

Executoresque, & eo lectores eleemosynarum deputat.

C. Glorierius

V.

Prorogatio expeditionum Pij 4.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Gregorius diuina prouidentia Papa xiij. Qui in crastinum suæ assumptionis ad summi Apostolatus apicem per certam constitutionem suam voluerat, quòd concessa per fel. rec. Pium Papam V. prædecessorem suum, & de eius mandato expedirentur in forma rationi congruæ sub die coronationis suæ (vt moris est), & idem quo ad concessa per piæ me. Pium Papam Quartum, etiam prædecessorem suum ad sex menses dumtaxat ab ipsa die Coronationis incipiendos, obseruari voluerat. Volens ipsorum qui literas super concessis per eundem Pium Quartum prædecessorem nondum expediuerint, indemnitati consulere, dictos sex menses ad alios sex menses a fine primo dictorum sex mensium computandos, prorogauit.

Prorogatio.

Placet publicetur, & describatur V.

Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula, Romæ in Cancellaria Apostolica, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, die vero Sabbati octaua mensis Nouembris, Pontificatus præfati Sanctissimi D. N. Papæ anno primo.

Publ. in Cancell.

Claudius Cicholinus Custos.

VI.

Reseruatio mensium Apostolicorum, & alternatiua pro Episcopis residentibus.

Similes const. fuerunt Pius V. & Six. V. vt sup. fol. 1169. et ibi notaui.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Gregorius diuina prouidentia Papa xiij. Cupiens pauperibus Clericis, & alijs benemeritis personis prouidere, omnia beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura sæcularia, & quorumuis ordinum regularia, qualitercunque qualificata, & vbicunque existentia, in mensibus Iulij, Augusti, Octobris, Nouembris, Ianuarij, Februarij, Aprilis, & Maij vsque ad quinquennium à die publicationis præsentis constitutionis computandum extra Romanam Curiam, aliàs, quàm per resignationem quocumque modo vacatura, ad collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, & quamuis aliam dispositionem quorumcunque collatorum, & collatricum sæcularium, & quorumuis ordinum regularium, (non tamen S. R. E. Cardinalium, aut illorum sub concordatis inter Sedem Apostolicam, & quoscunque alios initis, & per eos, qui illa acceptare, & obseruare debuerunt acceptatis, & obseruatis, quæ lædere non intendit comprehensorum quomodolibet pertinentia) dispositioni suæ generaliter reseruauit. Volens in supplicationibus, seu concessionibus gratiarum, quæ in dictis beneficijs tunc vacantibus etiam Motuproprio fient de mense, in quo vacauerint dispositiue mentionem fieri, alioquin gratias nullas esse, Ac priuilegia, & indulta Apostolica disponendi de huiusmodi beneficijs, aut quod illa sub huiusmodi reseruationibus nunquam comprehendantur, etiam cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs, ac fortioribus efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, quibusuis personis, & Collegijs, cuiuscunque dignitatis, gradus, ordinis, & conditionis existentibus quomodolibet concessa aduersus reseruationem huiusmodi interim suffragari.

Reseruatio mensium Apost.

Insuper Sanctitas sua ad gratificandum Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis intenta ipsis quandiu apud Ecclesias,

Alternatiua pro Episc. resid.

tis iterum ſoluere, & ab illis intruſis non ſine maximo ipſorum ſoluentium damno, & incommodo repetere coguntur, Pleruſque etiam ordinarij Collatores, ac etiam Ro. Pontifices pro tẽpore exiſtentes, beneficia huiuſmodi occulte reſignata, vel ceſſa per obitum ipſorum reſignantium, vel cedentium vacare exiſtimantes, illaque tanquam per obitum vacantia conferentes, detecta poſtea reſignatione, vel ceſsione prædicta, ſimul cum perſonis prouiſis grauiter deluduntur, & fraudantur: Ac etiam conſiderans quantum in beneficijs Eccleſiaſticis ea quæ hæreditariæ ſucceſsionis imaginem referunt, Canonicis ſanctionibus ſint odioſa, ac Sanctorum patrum decretis contraria, Quòdque propter varias, & diuerſas fraudes, & malitias, quæ in dictorum beneficiorum reſignationibus, ſeu iurium in illis, vel ad illa competentium ceſsionibus (quas maxime puritas ſimplicitaſque decet) quotidie excogitantur, & adhibentur, plerumque beneficia huiuſmodi, quaſi iure hæreditario occupata detinentur. Et propterea ne abſurda, & inconuenientia prædicta de cætero oriantur prouidere, illaque à templo, & Ssnctuario Dei, quàm longiſsime ſubmouere, ac animarum periculis, necnon fraudibus, & malitijs huiuſmodi occurrere cupiens, præſenti ſua perpetuo valitura conſtitutione voluit, ſtatuit, & ordinauit,

Forma publ. beneficiorum reſignationes, & iurium ceſsiones.

Quòd quæcunque dictorum beneficiorum reſignationes, aut iurium ceſsiones, tam in manibus ſuæ Sanctitatis quàm cuiuſcunque Romani Pontificis ſui prædeceſſoris, aut ſucceſſoris, aut cuiuſuis alterius, etiam loci ordinarij vſque in diem publicationis præſentis conſtitutionis factæ, & quas in poſterum fieri contigerit ſub infraſcriptis modo, & forma, & non aliter publicari, ac ad eorum ad quos ſpectat notitiam deduci debeant. Videlicet reſignationes, & ceſsiones iam factę (ſi illarum vigore poſſeſsio nondum fuerit per reſignatarium, vel ceſsionarium apprehenſa, etiam ſi ſuper illis conſenſus præſtiti fuerint) necnon eæ, quas infra tempus inferius deſignatum, à quo præſens conſtitutio obtinere incipiet, ſi quidem extra Romanam Curiam factæ extiterint infra vnum, ſi vero in eadem Curia infra ſex menſes à die, qua eadem conſtitutio ſic, vt præfertur obtinebit, numerandis, reliquæ vero, quas poſt dictam diem fieri contigerit, ſi quidem extra Curiam ſimiliter infra vnum; ſi vero in ipſa Curia fiant infra ſex menſes à die datæ ſupplicationis reſignationum, ſeu ceſsionum earundem, non autem à die præſtiti, ſeu præſtandi conſenſus computan. in Eccleſia ipſius beneficij, ac etiam in Cathedrali, vel Metropolitana, vel alia Superiori Eccleſia, cui beneficium ipſum reſignatum, vel ceſſum immediate ſubeſt, ſi quidem beneficium extra Cathedralem Eccleſiam ſitum eſt, vel fuerit, ſi vero beneficium huiuſmodi in Cathedrali, vel alia Superiori Eccleſia extiterit, in ipſa ſola dum inibi populi multitudo ad diuina audienda conuenerit, publice, ac alta, & intelligibili voce, ita quod ad omnium in eadem Eccleſia præſentium notitiam veriſimiliter peruenire poſsit, per ipſos reſignantes, vel cedentes, aut reſignatarios, vel ceſsionarios, vel alium, ſeu alios eorum nomine publicentur. Ipſique reſignatarij, vel ceſsionarij realem, & actualem poſſeſsionem beneficiorum huiuſmodi realiter, & cum effectu apprehendere, vel ſaltem illam infra prædictum vnius, vel ſex menſium terminum ab his, ad quos illius traditio de iure, vel de conſuetudine ſpectat, vere, & non fictè, ſeu perfunctorie congruo loco, & tempore petere debeant: Et ſi beneficia ipſa, etiam quoad poſſeſsionem tantum litigioſa, & per alios poſſeſſa fuerint, vel eorum poſſeſsio, ex quauis cauſa capi, ſeu apprehendi non poſsit, ſi litem huiuſmodi in dicta Curia nunc, aut in futurum tendere contigerit, vltra præmiſſa, literas deſuper expeditas, vel ſaltem inſtrumentum conſenſus cum data ſupplicationis, ac etiam cum deſignatione libri, & folij, in quibus ſupplicatio huiuſmodi regiſtrata fuerit, infra menſem à die eiuſdem datæ, non autem à die præſtiti conſenſus numerandam, in actis Notarij cauſæ, & litis huiuſmodi realiter, & cum effectu præſentare, illumque in eiſdem actis annotari facere:

Forma & cedendi conſenſus reſignatis, vel cedẽtis.

Et inſuper quòd in omnibus, & ſingulis caſibus ſupradictis reſignatarij, ſeu ceſsionarij, eorumque ſucceſſores, vel cauſam ab eo quomodolibet habentes conſenſum ante obitum reſignantis, vel cedentis; etiam ſi ſupplicatio per eundem reſignantem, vel cedentem, ſeu eius Procuratorem porrecta fuerit, in libris Cameræ, vel Cancellariæ (ſi quidem reſignatio, vel ceſsio huiuſmodi in ipſa Curia, aliàs ſi extra Curiam facta fuerit, vel fiat) in actis Epiſcopalis, ſeu Archiepiſcopalis, vel alterius Superioris Curiæ cui beneficium ipſum immediate ſubeſt, extenſum fuiſſe legitime docere, ſeu probare teneantur:

De hoc habes, etiam Clem. 7. conſt. 19. ſup. f. 318.

Alioquin reſignationes, & ceſsiones, ac extenſiones conſenſuum huiuſmodi aliter quàm, vt præfertur publicatæ, ſeu factæ, cum omnibus inde ſecutis, & ſequendis, etiam nouis prouiſionibus, ac alijs ceſsionibus, & retroceſsionibus, cæteriſque quibuſuis gratijs, nullas, & inualidas e nulliuſque roboris, vel momenti fore, ac fuiſſe, & eſſe ſtatuit, & ordinauit:

Reſignationes, & ceſsiones, & conſenſuum extenſiones aliter publicatæ, vel factæ nullæ ſint.

Et præmiſſa omnia, & ſingula etiam in quibuslibet beneficijs Conſiſtorialibus, & vt præfertur litigioſis, etiam ſi reſignantes, vel cedentes extra poſſeſsionem earundem beneficiorum ciuiliter, vel naturaliter deceſſerint; ac etiam ſi reſignationes, & ceſsiones præfatæ ex cauſa permutationis, vel cum reſeruatione omnium, & ſingulorum fructuum, redditum, & prouentuum, ac quotidianarum diſtributionum propria auctoritate, vel alias percipien. & cum reſeruatione tituli, adminiſtrationis ſeruitij, ac ſtalli, & aliàs quomodocunque, & qualitercunque, etiam in fauorem alicuius ex ſcriptoribus Apoſtolicis, aut alijs Romanæ Curiæ officialibus, ac etiam in fauorem alicuius ex S. R. E. Cardinalibus hactenus factę extiterint, aut etiam in futurum fieri, & reſignatarios, vel ceſsionarios ipſos infra dictum vnius, vel ſex menſium ſpatium cedere, vel retrocedere contingat, locum habere, & ſuum locum obtinere voluit, & expreſſe declarauit:

Hæc conſt. procedit, etiam in beneficijs Conſiſt. &c.

Sicque, & non aliter per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios, quauis etiam Apoſtolica auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & ipſius S. R. E. Cardinales in quauis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, &c. decreuit.

Decretum irritans.

Cæterum, vt præſens conſtitutio facilius omnibus innoteſcat, Sanctitas ſua voluit, & mandauit, quòd eadem conſtitutio non ſolum in Cancellaria Apoſtolica (vt moris eſt) ſed etiam ad valuas Bsſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ publicetur, illiuſque exempla in eiſdem locis affixa dimittantur, & inter conſtitutiones perpetuas deſcribatur, & annotetur.

Forma publ. hẽ conſt.

Quòdque omnes, & ſingulos, quos illa concernit, præſentes quidem in Curia ſtatim lapſo menſe à die dictæ publicationis numerando, Cæteros vero intra montes degentes, tribus, vltra vero ipſos montes commorantes, ſex menſibus decurſis per inde arctet, ac ſi eiſdem perſonaliter intimata fuiſſet, cum non ſit veriſimile apud eos manere incognitum, quod tam patenter fuerit publicatum.

Quam publ. hic habes in ſi. Mſſictus publ.

Placet deſcribatur, & publicetur M.

Lecta

Lecta & publicata fuit supradicta constitutio & ordinatio Romæ in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, die vero Iouis secunda mensis Septembris, Pontificatus præfati S. D. N. Pij Papæ V. Anno Tertio.

Publ. in Cancellaria Apost.

A. Lomellinus Custos.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, indictione vndecima, die vero Iouis secunda mensis Septembris, Pontificatus Sanctiss. D. N. Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno Tertio supraescripta sanctio, & constitutio apostolica affixa, & publicata fuit ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ dimissis in supradictis locis illius copijs affixis per nos Io. Freili, & Iulium Parinum prælibati Sanctiss. D. N. Papæ Cursores.

Publicatio in Vrbe.

Io. Andreas Panizza Magister Cursorum.

CLXXXIII.

Forma expediendi mandata siue excommunicationes, pro rerum subtractarum restitutione, siue reuelatione.

De materia habes sup. Pauli 3. consti. 64. licet, fol. 476. & Concil. Trid. sess. 25. cap. 3. de Reformatione, & supra proxime in const. 117. Inter illa fol. 1094. & const. 171. Nuper certis, fol. 1181.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster Dominus Pius diuina prouidentia Papa V. Volens super expeditione mandatorum, quæ fiunt in forma Significauit, pro rerum subtractarum aut deperditarum restitutione, seu illarum, & illas subtrahentium reuelatione, modum & formã statuere (manẽte in alijs reformatione officij Correctoris literarum cõtradictarum a sanctitate sua edita) præsenti, quod perpetuo obseruari vult scripto ordinat, vt mãdata pro restitutionẽ, seu reuelatione huiusmodi, dentur (modo super illis supplicationes in præsentia suæ Sanctitatis signatæ fuerint) ad eorum duntaxat instantiam, quorum ciuiliter interest. Quæ supplicationes rem ipsam de qua agitur, reique valorẽ, nominatim & specifice exprimant, nisi forte sint pro ecclesijs, locis pijs, communitatibus, vniuersitatibus, collegijs, aut vniuersalibus successoribus, quos verisimile est certam rerum notitiam non habere, tunc etenim hac ipsa personarũ qualitate expressa, ita demum ferri poterit quædam in genere designatio rerũ, si designatio neque nimis vaga, & incerta, atque adeo inuerisimilis sit, & tamen ostendat res ipsas (id quod præcipue in omnibus attendẽdum est) minime vulgares existere. Committantur autem Episcopo ordinario loci, vel eius Vicario in spiritualibus generali sub hac forma verborum, quæ est ex Concilio Tridentino, videlicet. Si causa diligenter & magna maturitate per ipsum examinata, pro, rei, loci, temporis, & personæ qualitatibus, sibi pro sua conscientia videbitur expedire. Decernẽtes irritum, &c.

Excommunicationes expediantur ad instantiam quorum ciuiliter interest.

Specificentur res deperditæ.

Committantur ordinarijs.

Decretum irritans.

Placet publicetur, & describatur. M.

Lecta & publicata fuit suprascripta Regula Romæ in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo, Die vero Martis 27. mensis Iunij, Pontificatus prælibati Sanctissimi Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno V.

Publicatio in Cãcell. Apost.

In cuius Quinterno ego Laertius vidi, registratam.

Io. Lomellinus Custos.

CLXXXIIII.

Declaratio facultatum Visitatorum carcerum Vrbis, circa relaxationes carceratorum ex criminali causa.

Consonat const. Pauli Quarti 50. Licet ex iuris, fol. 639.

De alijs facultatibus autem Visitatorum notabo infra in const. 191. Reuerendi.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

CVM sicut accepimus, Visitatores carcerũ Almæ Vrbis nostræ homicidij, aliorumque capitalium criminum reos carceratos ad illorũ absolutionem, & liberationem nimia humanitate proni atque procliues sæpe a carceribus liberari faciunt sub cautione de se præsentando, aut aliás sub alijs obligationibus, & conditionibus eis bene visis, & ita processus debilitantur, & causarũ expeditiones differuntur, vel (quod molestius ferimus) eos quãdoque liberant, aut leuiori pœna quã Iustitia exposcit, afficiunt, ac propterea delicta impunita remanent contra ius, & vtilitatem publicam. Nos considerantes impunitatem scelerum esse incentiuũ maiorum, volẽtesque in futurum reos homicidij, ac aliorũ delictorum capitalium, nisi in casibus a iure expressis ẽ carceribus liberari, & extra carceres audiri, aut leuius puniri, tenore præsentium eisdẽ Visitatoribus sub pœna indignationis nostræ inhibemus, atque interdicimus, ne posthac reos carceratos, vt præmittitur, arbitrio suo relaxent, & liberent: In leuioribus autem delictis reos confessos, aut conuictos non relaxent, neque liberent, nisi prius sententiæ, aut condemnationi, quam eis infligendam, & imponendam duxerint, paruerint, & illius executio facta fuerit. Volumus autem quotiescunque viderint æquitatẽ iuris rigori attenta facti qualitate præferendam

Causa huius constit.

Declaratio facultatum Visitatorum, circa relaxationes carceratorum ex causa criminali.

Iudices causarũ non conced. sub mãdata relaxandi carceratos, vigore ordinationis Visitatorum contra tenorem istius const.

ferendam esse, cum ad solum principem ius decernendi inter ius, & æquitatem non scriptam spectet, & pertineat, tunc facti qualitas diligenter in visita consideretur, & si quid ab eis de iure relaxandum videbitur, id nobis vnus ex visitatoribus vnà cum Iudice causæ referat, præsente Procuratore Fiscali, vel Aduocato Fiscali eiusdem Cameræ, & Fisci, ac etiam pauperum Aduocato, vt a nobis quid statuendum, & deliberandum sit, intelligant. Mandantes propterea iudicibus coram quibus causæ criminum huiusmodi pendent, aut in futurum pendere contigerit sub similis pœna indignationis nostræ, ne vigore ordinationis Visitatorum prædictorum contra, aut præter ordinationem, & mandatum nostrum quosuis carceratos relaxare, aut mandatum de relaxando decernere, vel subscribere audeant, vel præsumant. Non obstantibus præmissis, indultis, & priuilegijs, eisdem Visitatoribus quomodolibet concessis, & innouatis latissime extendendis, quibus omnibus illorum tenores pro sufficienter expressis habentes, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque.

Clausulę derogat.

Placet Motu proprio M.

Publicatio.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, Indictione vndecima, die vero vigesima nona mensis Iulij, Pontificatus Sanctissimi Domini Nostri Pij Papæ Quinti, Anno Tertio, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt ad valuas Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Philibertum Cappius, & Io. Guerardum Curs.

Camillus Cherubinus Magister Curs.

CLXXXV.

Reformatio Collegij Capranicensis, & Collegij Nardini Scholarium Studentium de Vrbe, & facultates, ac iurisdictio Gubernatorum dictorum Collegiorum.

Priuilegia autem Doctorum, & Scholarium Vrbis, vide supra in Bonifatij Octaui, const. 2. In supremæ, fol. 33. vbi notaui concord.

Cardinalis de Capranica instituit in Vrbe pro Student. Collegium Capranicense, & Card. Nardinus Collegium Nardinum, & eorum Gubernatores de putãdi Custodes S. Saluatoris.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

ACCEPIMVS quòd postquàm piæ memoriæ Dominicus, & Angelus Cardinalis de nobili familia Capranicẽsi, & Stephanus Cardinalis Nardinus Collegia Scholasticorum in Vrbe, illud Capranicense, istud Nardinũ nuncupata fundauerunt, & erexerunt, & dotauerunt, ac constitutiones pro vita & moribus, habitu, vestitu, & professione inibi studentium scolarium ediderunt, & eorundẽ Collegiorum Gubernatores dilectos filios nobiles viros Custodes pro tempore Pij Hospitalis Imaginis S. Saluatoris ad Sãcta Sanctorum de Vrbe creauerunt, & esse voluerunt: quibus omnimodam potestatem corrigendi, mulctandi, & puniendi, & aliàs prout in dictis constitutionibus latissime continetur concesserunt, dictique Custodes in præmissorum pacifica, & quieta possessione extiterunt; ijdem Scholares in prauum animum conuersi iuramenti per eos præstiti immemores contra prædictarum laudabilium constitutionum formam quærẽtes se à iurisdictione, protectione, & gubernio dilectorum filiorum Custodum prædictorum eximere, & dicto Collegio, & pio loco abiectis, diuersas in dies inhibitiones à diuersis Vrbis tribunalibus ac diuersas à signatura Iustitiæ commisiones extorquere tentabant, & extorquebant, per quas dictorum dilectorum filiorum administrationem, gubernium, & correctionem euitare tentabant.

Scholares autem dictorum Gubernatorum iurisdictionem euitare tentabant.

Ideo Pau. 3. declarauit dictos Gubernatores esse Iudices ordinarios ipsorum Scholar.

Cumq; prædicta ad notitiã felicis recordationis Pauli Papæ iij. prædecessoris nostri peruenissent, idem prædecessor quærens non minus menti, & voluntati dictorum piorum Cardinalium quàm animabus ipsorũ Scholarium consulere, suo proprio motu voluit, iussit, & mãdauit quod illuc vsque commissæ causæ ipso iure ad eosdem Custodes redirent, quos solum, & insolidum Iudices eorũdem Scholarium ordinarios, iuxta earundẽ constitutionum formam esse declarauit, reseruata solum eisdem Scholaribus facultate appellandi a diffinitiua, & tunc ad solos dilectos filios Conseruatores Vrbis, ac de cætero inhibuit commisiones aut inhibitiones contra prædicta decerni non posse; & insuper voluit, & mandauit dictas constitutiones de cætero vt iacẽt obseruari.

Et Scholares nõ substinentes cõclusiones iuxta eorum statuta à Collegijs expelli decreuit.

Et quòd qui è Scholaribus secundum statuta Conclusiones infra tempus constitutum sustinere cessarent, ipso facto sine vlla monitione priuati existerent, & a Collegijs expellerentur, & alij pro illis substituerentur, & ad restitutionẽ expensarum quibus se indignos iudicauerant, & fecerant Collegijs omnino tenerentur.

Et successiue sãctæ memoriæ Paulus Papa quartus prædecessor noster de præmissis certioratus prædicta omnia per suas in forma Motus proprij literas confirmauit, & perpetuis futuris temporibus seruari mandauit.

Paul. 4 prædicta omnia confirmauit.

Nos igitur cupientes non solum quæ pie, & sancte constituta sunt obseruari, sed etiam prolapsa ad viam salutis reuocari, & quæ ad animarum salutem, & vitæ Christianæ cultum conueniunt, augeri, & in ampliorem formam redigi, prædecessorum constitutiones, & ordinationes prædictas ac dicti Collegij constitutiones auctoritate Apostolica, & de potestatis plenitudine Motu proprio, & ex certa nostra scientia confirmamus, & approbamus.

Hic Pont. similiter confirmat.

Ac motu simili, & simili potestate ad augmentum quietis dicti Collegij, salutem animarum Scholarium prædictorum & cultum Christianæ fidei de nouo hac nostra in perpetuum constitutione valitura statuimus, decernimus, & mandamus quòd de cætero in dicto Collegio nullus Scholaris nec etiã ipsum Collegium possit retinere aut habere neque publice neq; occulte aliquod genus armorum tam defensibilium quàm offensibilium excepto solo ense quem ipsis Scholaribus in eorum Cameris retinere permittimus, & quæ erunt in dicto Collegio tam ipsorum Scholarium quàm collegij arma cuiuscuis generis, excepto solo ense, in visitatione per dilectum filium Franciscum Cardinalem Alciatum tituli sanctæ Susannæ Diaconum, & per dictos dilectos filios Custodes de

Armorũq; vsum & retentionẽ ipsis Scholaribus prohibet.

mandato

mandato nostro nuper facta reperta fuerunt, illa omnia per præfatos custodes vendi mandamus, & pretium ex eis proueniendum dominis ipsorum, siue sint Scholares siue ipsum collegium, assignari mandamus conscientiam eorundem dilectorum filiorum Custodum onerantes in hoc videlicet vt pugiones, & quos appellant pistolesios, necnon & falcatos enses, quos vulgo stortas aut alio simili nomine appellant, vendant magistris qui eos fundant & ad rudem materiam reducant. Et quia qui bonis literis operam nauare, & sacris initiari incipiunt, paci, & quieti, ac togæ, & non armis incumbere debent, volumus & mandamus quod quicunq; Scholaris de cætero de die vel de nocte, & quocunque tempore cum ense, quem his solum retinendum videlicet, vt supra relinquimus, vel alio genere armorũ per Vrbem incedere repertus fuerit, & si licentiam a quouis ad id potestatem habente, excepta sola nostra licentia, & successoris nostri legitime se habere asserant, & habeant, illico per quoscunq; executores, nullo alio expectato mandato, carcerentur, & in carceribus per sex continuos menses detineantur absq; eo quod aliquid de mensa dicti Collegij participent, & vlterius illico a loco dicti Collegij priuentur. Qui vero de cætero in eorum cameris aut alio loco dicti Collegij reperti fuerint tenere aliquod genus armorum excepto ense solum vt præfertur, pro prima vice priuentur expensis vnius mensis, pro secunda vero vice eijciantur statim de Collegio.

Non minus etiam quia non solum in Scholaribus, & viris togatis, quam in omnibus hominibus ludum aleæ seu taxillorum, & chartarum cuiuscunq; generis tanquã a legibus, & sacris canonibus ac bonis moribus abhorrẽtem detestamur, præcipimus, mãdamus, & inhibemus ne de cætero aliquis Scholarium seu familiarium, & seruientium in dicto Collegio aliquod genus chartarum seu aleæ aut taxillorum publice vel occulte retinere possit & valeat: quod si alicui chartæ aut alea seu taxilli ĩ eorum Camera, aut alio loco Collegij reperti fuerint, illico pro prima vice a mensa & victu per vnum integrum mensem arceantur, & si iterum in tale crimen inciderint a Collegio arceantur, & tanquam incorrigibiles priuentur.

Ludum quoque alearum, & taxillorum eisdẽ prohibet.

Insuper quia ex habitu mens, & animus vt plurimum, & cognoscitur, & demõstratur, inhærẽs piæ menti testatorum volumus, & mandamus quod incipiendo a proximis futuris calendis mensis Nouembris, Scholares perpetuo quando eunt extra collegium, quocunq; eant per Vrbem incedere debeant in habitu longo, & veste longa cum solito capuccio iuxta dictarum constitutionum formam. Volentes, & mandantes quod illi qui fuerint reperti extra dictum Collegium sine dicto habitu, & capuccio, prima vice per quemcunq; executorem etiam absque aliquo alio mandato carcerentur, & in carceribus per tres continuos menses detineantur, absq; eo quod de mensa dicti Collegij aliquod participent, secunda vero vice a dicto Collegio arceantur, & locis eiusdem Collegij priuentur.

Habitumque & capucium eisdẽ gestare debere precipit.

Et quia nonnunquam contrauersum accepimus circa studia, & professiones ipsorum Scholasticorum declaramus dictas constitutiones, ac etiam quando opus sit supplemus, & emendamus, volumus, & mandamus quod de cætero dictorum Collegiorũ Scholastici Logicæ, & Philosophiæ operam eo vsq; dare, quantũ, & quousq; eis sufficiat pro ingressu ad sacram Theologiam, & similiter possint iuri ciuili eo vsque operam dare, quantũ, & quousque eis sufficiet pro ingressu ad Ius canonicum, Medicinæ autem eos operam dare omnino prohibemus, & inhibemus.

Et Logicæ, Philosophiæ, ac iuri ciuili operam dare posse declarat.

Cassantes, & irritantes, ac annullantes oẽm licentiã etiam per feliciæ recordationis Pium Papã Quartũ eisdẽ concessam tanquam piæ menti fundatorũ contrariã. quibuscunq; in ea clausulis existentibus non obstantibus.

Licentiasque a Pio 4. concessas reuocat.

Et quãuis constitutiones Collegiorum prædictorum arctent Scholasticos ad se promoueri faciendum post triennium a die ingressus Collegij saltem ad sacrum subdiaconatus ordinem, nihilominus respicientes ad decreta sacri Concilij Tridentini, volumus quod dicti Scholares elapso triennio teneantur dumtaxat accipere quatuor ordines minores, & teneantur & obligati sint quotidie officium Sacratissimæ Virginis Mariæ recitare, & vlterius se taliter præparare, vt in euentum quod a nobis, & successoribus nostris illis, vt speramus, ecclesiastica beneficia conferentur, vel probaretur legitime habere eos sufficiens patrimonium, possint apparere habiles, & idonei ad suscipiendos sacros ordines, & tunc vel ad titulum beneficij quod eis conferetur, vel patrimonij quod habere eos probabitur, teneantur omnino promoueri ad dictos ordines Sacros.

Cõstitutionesque Collegiorum circa promotionem ad sacros ordines declarat.

Mandãtes propterea dilectis filijs Custodibus hospitalis prædicti, vt prædicta diligẽter attẽdant, & totis viribus auctoritate nostra inuiolabiliter obseruari faciant, prout inuiolabiliter nos Motu proprio, & de apostolicæ potestatis plenitudine obseruari volumus, & mandamus.

Executores deputat ipsos Generales.

Cõtrarijs non obstantibus quibuscũq;. Irritum quoq; & inane decernentes quicquid in contrarium a quoquã super præmissis cõtigerit attentari. Volumus autem quod præsentis nostri Motus proprij sola signatura sufficiat, & vbiq; fidem faciat in iudicio & extra, & quod registretur per secretarium dicti hospitalis in libro constitutionum dicti Collegij, vt nemo de illis ignorantiam quouis tempore prætendere possit.

Clausulæ derogatoriæ.

Decretum irritans.

Placet Motu proprio. M.

CLXXXVI.

Confirmatio gratiarum, & priuilegiorum a Pio Quarto Societati Misericordiæ de Vrbe concessorum.

Erectionem vero eiusdem Societatis, & alia priuilegia ab alijs Pontificibus ei concessa, vide in const. seq.

PIVS Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

AEQVVM censemus, & rationi congruũ, vt ea quæ de Romani Pontificis gratia processerunt, licet eius superueniente obitu, literæ super illis confectæ non fuerint, suum debitum consequantur effectũ. Dudum si quidem per fe. re. Pium Papam Quartum prædecessorem nostrum accepto quod quoniam accidebat nonnullos malefactores in carceribus Almæ Vrbis nostræ tunc suæ constitutos, ob sordida eorum delicta vltimo supplicio condemnari, sententiamque condemnationis huiusmodi, ante diem executioni demandari, dilecti filij Confratres Societatis S. Ioannis Baptistæ Decollati, Misericordiæ nuncupatæ nationis Florentinorum

Confratres Societatis Misericordiæ de Vrbe petierunt a Pio 4. facultatem celebrari faciēdi ab eorum presbytero Missam ante diem, & Sacramentum Eucharistiæ ministrari carceratis,& ante diem morituris.

norum de dicta Vrbe,ſolitam ſuam erga condemnatos, & ante diem morituros huiuſmodi charitatem atque miſericordiam eaercentes,vt illorum animarum ſaluti conſulere, eoſque ad contritionem, & pœnitentiam facilius adducere valerent, Miſſam in carceribus ante lucem celebrari, & ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum illis confeſsis & contritis,miniſtrari facere poſſe deſiderabant. Idcirco pro parte dictorum Confratrum eidem Pio prædeceſſori humiliter ſupplicato,vt in præmiſsis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaretur,idem Pius prædeceſſor eorumdem condemnatorum animarum ſaluti conſulere volens,huiuſmodi ſupplicationibus inclinatus,ſub Dat. Videlicet ſextodecimo Kal. Decembris Pont. ſui Anno Seato,eiſdem Confratribus vt quando & quoties aliquis ante diem ſic moriturus foret,ipſi per ſuum proprium,vel alium presbyterum pro tempore eaiſtentem,per dictæ Vrbis Vicarium,ſeu ab eo pro tempore deputatum, approbandum, miſſam ante diem (poſt tamen mediam noctem) & per duas horas ante auroram, ſuper altari portatili cum debitis reuerentia,& honore celebrari,ipſiſque condemnatis confeſsis, id petentibus, ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramētum miniſtrari facere, & nihilominus vt ipſi condemnati cum animo tranquilliori, maiorique ſpe veniam delictorum ſuorum conſequendi, debitum ſupplicium ſubirent, eidem presbytero per eoſdem Confratres ad id pro tempore (vt præfertur) deputando, vt eoſdem,& alios quoſcunque condemnatos, confeſsionibus eorum diligenter auditis,a quibuſuis eorum peccatis, criminibus, exceſsib.& delictis quantumcunque grauibus, & enormibus,etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis,& in Bulla in die Cœnæ Domini legi conſueta contentis,iniuncta inde eis pro modo culpæ pœnitentia ſalutari, Apoſtolica auctoritate abſoluere, necnon vota & iuramenta quæcunque relaxare,libere,& licite valeret,conceſsit & indulſit, Necnon eiſdem cōdemnatis ita confeſsis, plenariam omnium & ſingulorum peccatorum ſuorum indulgentiam & remiſsionem in forma Iubilei, eadem auctoritate miſericorditer in Domino ſimiliter conceſsit,& elargitus eſt. Ac conceſsionem, indultum, & indulgentiam huiuſmodi ſub quibuſuis ſimilium,vel diſsimilium indulgentiarum,& gratiarum ſuſpenſionibus,& reuocationibus,vel derogationibus,etiam in fauorē Fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de eadem Vrbe, ſeu Cruciatæ Sanctæ, vel redemptionis captiuorum, aut aliàs quomodolibet ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis & decretis,etiam Motu proprio factis & faciendis, nullatenus comprehenſas, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanarent,toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & de nouo conceſſas, exiſtere, ipſiſque Chriſtifidelibus condemnatis ſuffragari debere, decreuit. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis,cæteriſque contrariis quibuſcunque. Ne autem de conceſsione indulto,ac elargitione & decreto dicti Pij Prædeceſſoris,pro eo quod ſuper illis, ipſius Pij prædeceſſoris eius ſuperueniēte obitu, literæ confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæſitari, dictique Confratres illarum fruſtrentur effectu, volumus & ſimiliter Apoſtolica auctoritate decernimus, quòd conceſsio,indultum,elargitio, & decretum prædeceſſoris huiuſmodi perinde a dicta die ſeatodecimo Kal.Decembris, ſuum ſortiantur effectum,ac ſi ſuper illis prædeceſſoris literæ ſub eiuſdem diei data confectæ fuiſſent,prout ſuperius enarratur. Quòdque præſentes literæ, ad probandum plene conceſsionem,indultum,elargitionem, & decretum dicti prædeceſſoris vbique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Non obſtantibus omnibus ſupradictis.

Et Pius 4. dictā facultatem concessit.

Quinimo concedi etiam facultatem absoluendi quoscunque condemnatos a quibuscunque peccatis etiā in bulla Cœnæ Domini reseruatis.

Hāc bullam habes infra in Greg.13.const.92.

Indulgentiamq; plenariam dictis condemnatis cōfessis concessit.

Hic vero Pont. dictam concessionem Pij Quarti valere decernit, perinde, ac si literæ desuper tūc expeditæ fuissēt.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die decima ſeptima Ianuarij 1566. Pontificatus noſtri Anno Primo.

F. de Torres.
V. Macharanus.

CLXXXVII,

Confirmatio Priuilegiorum gratiarum, & Indulgentiarum Societati Miſericordiæ de Vrbe a multis Romanis Pontificibus conceſſarum.

Ad quod vide etiam conſtitutionem præcedentem.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

CVM ſicut accepimus poſtquam aliàs fel. rec. Innocentius Papa Octauus prædeceſſor noſter, Venerabilem Societatem,ſeu Confraternitatem Miſericordiæ nuncupatam nationis Florentinorum de Vrbe erexerat & inſtituerat, ac Confratribus ipſius Confraternitatis quendam locum intra Vrbem, in quo vnam Eccleſiam ædificare,& cōſtruere,in qua vnum Capellanum presbyterum ſæcularem,qui inibi Miſſas, & alia diuina officia celebrare,& omnes qui via Iuſtitiæ,vltimo ſupplicio afficiendi eſſent,confortare,& eorum confeſsionibus auditis Eccleſiaſtica Sacramenta eis miniſtrare, ac eos in ſinceritate fidei Catholicæ manutenere haberet,ad eorum diſpoſitionem deputare,& tenere,ac inibi eorumdem vltimo ſupplicio afficiendorum corpora, Eccleſiaſticæ ſepulturæ abſque aliqua particulari licentia tradere & humare libere valerent, donauerat. Quòdque Confratres Confraternitatis huiuſmodi pro tempore eaiſtentes, quæcunque ſtatuta, & ordinationes ſecundum miſericordiam,& charitatem,conuenientia,& eapedientia, condere & facere. Atque vnum confeſſorem idoneum,& ſæcularem,ac cuiuſuis ordinis regularem, qui eos in certis caſibus tunc eapreſsis abſoluere, & eorum vota etiam certis caſibus tunc eapreſsis eaceptis in alia pietatis opera commutare; Eiſdemque Confratribus vere pœnitentibus & confeſsis plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam ſemel in vita,& in mortis articulo impendere poſſet, eligere valerent. Et quod in omnibus cauſis ciuilibus non tamen criminalibus concernentibus bona ipſius Societatis, non niſi coram Auditore Cameræ conueniri poſſent. Et quòd caſu quo aliquis vltimo ſupplicio aſſiciendus vellet dictam Confraternitatem inſtituere hæredem omnium vel partis bonorum ſuorum, Confratres dictæ Confraternitatis pro tempore exiſtentes, poſſent abſque Fiſci præiudicio & nomine dictæ Confraternitatis exigere & recuperare in iudicio & extra illud, ac vbique locorum bona prædicta ſibi relicta ab omnibus illa habentibus, licet iuris ſolemnitates ſanatæ non eſſent, dummodo per inſtrumentum,vel relationem duorum,aut trium teſtium,ſiue aliàs legitime conſtaret, & appareret, talem fuiſſe voluntatem,& loquutionem vltimo ſupplicio afficiendi. Et vltimo omnibus vtriuſque ſeaus perſonis vere pœnitentibus & confeſsis,quæ dictam eorum Eccleſiam a primis veſperis vſque ad ſecundas veſperas feſtiuitatis Decollationis

Inno 8.erexit Societatem Misericordiæ in Vrbe. Et Confratribus dedit facultatem habendi in eorū Ecclesia Capellanum,ad administrationē Sacramentorum,& cōfortationem condemnandoru.

Confessorē quoque eligēdi cum potestate commutandi vota, & cōcedēdi Confratribus indulgen.

Causas ciuiles Societatis corā A. C. tāmū cognosci decreuit.

Et Confratres cōsequi posse voluit bona eis relicta ab ipsis condemnatis.

Quod ampliat ut infra.

collationis Sancti Ioannis Baptistæ deuote visitarent,& pro subuentione dictæ Confraternitatis manus porrexerint adiutrices, viginti vnius anni, & totidem quadragenarum indulgentiam & remissionem concesserat, & indulserat.

Piæ mem. Leo X. etiam prædecessor noster donationem,concessionem,& indultum Innocen.prædicti,ac alia præmissa confirmauit,& approbauit Ac ordinauit quod Confratres prædicti aliquem voluntariè acceptare,nec ab aliquibus ad acceptandum in eadem Confraternitate aliquem qui nationis Florentinæ non esset compelli & cogi non possent, Et vlterius omnibus qui dictam Ecclesiam in dicta festiuitate singulis annis,aliorum viginti, & qui omnibus diebus Dominicis eandem Ecclesiam visitarent,ac manus porrigerent adiutrices, vt supra, aliorum decem,& qui vltimo supplicio dictos condemnatos associarent,& confortarent aliorum septem annorum, & qui eorundem vltimo supplicio affectorum corpora ad sepulturam associarent, aliorum septem annorum, & totidem quadragenas, de iniunctis eis pœnitentijs indulgentiam & remissionem concessit.

Leo x. prædicta approbauit. Confratresq; cogi non posse de cætero ad reijciendum in Societatem, eos qui nō sunt nationis Florentinæ. Indulgentiasq; hic expressas concessit.

Quæ omnia per recol. mem. Clem. VII. etiam prædecessorem nostrum approbata, & confirmata fuerunt, qui etiam eidem Confraternitati, quòd illius Capellani in die Paschatis Resurrectionis, sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum,omnibus vtriusque sexus dictæ Confraternitatis Confratribus in dicta eorum Ecclesia, absq; præiudicio Rectorum in quarum parochijs degerent, ministrare atque Missas in præsentia vltimo supplicio condemnatorum etiam ante diem, dummodo circa auroram celebrare possent: Necnon omnibus vere pœnitentibus & confessis, aut firmum temporibus debitis confitendi propositum habentibus, qui dictam Ecclesiam in Paschatis Resurrectionis, & Decollationis S. Ioan. Baptistæ festiuitatibus & diebus a primis vesperis vsque ad occasum Solis,earundem festiuitatum & dierum singulis annis deuote visitarent, & pro manutentione dictæ Confraternitatis manus porrigerent adiutrices quoties id fecerint,indulgentiam plenariam, & omnium peccatorum suorum remissione,eisdemque Confratribus quod in quocunque legato summam sex ducatorum non excedenti per quemlibet condemnatum eis verbo vel in scriptis relicto,licet esset in præiudicium fisci, & in eius damnum, satisfactis prius executore, & capitaneo carceris de expensis pro victu condemnati factis, libere succedere, & omnia indumenta, & vestimenta dictorum condemnatorum cum quibus carcerati, aut ad vltimum supplicium conducti forent, a quorumcunque etiam illa auctoritate Iudicis detinentium manibus propria auctoritate, & absque alicuius personæ licentia accipere, aut accipi facere, & libere retinere, & in opera pia, aut alia sustentationi, & oneri dictæ Confraternitatis conuertere valerent, & possent similiter concessit.

Clem. 7. præmissa confirmauit. Capellanoq; dedit facultatē ministrandi Sacramentū in die Resurrectiōis, & dicendi Missā cō dēnatis ante di e. Indulgētiasq; cōcessit Visitātibus dictam Ecclesiā. Et Confratribus dedit auctoritatē consequēdi legata à condemnatis relicta, & eorum vestimēta. Ad quod vide quæ mox sequūtur.

Quodque claræ mem. Paulus Papa III. pariter prædecessor noster donationes, concessiones, ampliationes,ordinationes,gratias,& indulgentias prædecessorum confirmando & approbando, & renouando Confratribus prædictis, quod etiam cum præiudicio fisci,in legatis sibi, vt supra vsque ad summam decem ducatorum pro quolibet legato relictis,executore & capitaneo carceris, vt supra satisfactis per manus dictorum Confratrum,de his quæ habere deberent,etiam libere succedere, atque in die Decollationis S. Ioannis Baptistæ, vnum carceratum ad mortem pro quocunque excessu condemnatum, ad eorum electionem singulis annis, liberare, Omnibusque priuilegijs,quibus aliæ Confraternitates in die S.Mariæ de mense Augusti gaudeat, perpetuo gaudere possent,pariformiter concessit.

Paul. 3 prædicta omnia approbauit. Et Confratrum facultates consequendi legata à condemnatis relicta ampliauit. Liberandique vnum cōdemnatum auctoritatē concessit.

Quæ omnia per eiusdem claræ mem. Iulium Tertium etiam prædecessorem nostrum confirmata,& approbata fuerunt. Qui etiam voluit, quod dictus carceratus liberandus vt præfertur, absque aliquibus expensis tam suis quàm dictæ Confraternitatis siue Societatis tam ratione capturæ, quàm carcerationis liberari deberet. Et quilibet condemnatus ad mortem,per viam testamēti, siue donationis,aut alio quocunque modo vsque ad summam vigintiquinque ducatorum, eidem Confraternitati libere relinquere valeret, Quodque Confratres dictæ Confraternitatis,omnia priuilegia, gratias, & indulgentias sibi concessa & concedenda,omnibus Confratrib.& Societatibus mundi erectis,aut erigendis,quæ condemnatorum vltimo supplicio morti interueniunt,& in similibus operibus misericordiæ exercitantur, ac si pari modo, priuilegia, gratiæ, & indulgentiæ prædictæ eisdem proprijs Confraternitatibus, illorumque Confratribus,concessa fuissent, communicare & concedere possent, Atque quod ad processiones ire seu accedere nisi ad eorum commoditatem, non tenerentur,nec ad id compelli possent,omnibus in contrarium facientibus, derogandò.

Ad quod vide reuocationes Pij 4. in eius cōst. 116. Iul. 3 prædicta approbauit. Confratrumque facultates consequendi bona cōdemnatorū ampliauit.

Et vltimo beatæ memoriæ Pius Papa Quartus prædecessor noster,donationes,concessiones,ampliationes,gratias, indulgentias, & alia præmissa per prædictos prædecessores dictæ Confraternitati illiusque Confratribus concessas, & concessa approbando & confirmando, eisdemque Confratribus quod ipsis infirmis existentibus in eorum domibus Missam per presbyterum sæcularem vel regularem ad eorum beneplacitum eligendum,singulis diebus, dum eorum infirmitas duraret, etiam ante diem in casu necessitatis, & circa diurnam lucem celebrari facere libere possent, Necnon quod si Capellano dictæ Confraternitatis constaret,& sibi videretur dictos condemnandos ad vltimum supplicium esse dispositos ad recipiendum sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum, posset in eorum præsentia etiam de nocte in casu necessitatis Missam celebrare, & absolutionem, ac indulgentiam plenariam in forma Iubilei impendere, & dictum Eucharistiæ Sacramentum eis ministrare similiter concessit & indulsit,prout in singulis prædecessorum supplicationibus desuper signatis, seu literis desuper forsan expeditis latius & plenius contineri dicitur.

Pius 4 prædicta omnia confirmauit. Confratribusq; dedit facultatem celebrari faciendi in eorum domibus, durante infirmitate. Ad quod nota quod dicitur hic in §.

Nos igitur qui ea quæ a prædecessor nostris ita pie & charitatiue concessa, & ordinata esse noscuntur, vt firma perpetuo & illibata persistant, Apostolicæ confirmationis munimine libenter roboramus, eorum vestigijs inhærentes motu simili, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, donationem concessiones,ampliationes,priuilegia, indulta,gratias. indulgentias, & peccatorum remissiones, ac alia præmissa Confraternitati Misericordiæ illiusque Confratribus prædictis per dictos prædecessores nostros quomodolibet concessas & concessa,cum omnibus inde secutis, ac omnium & singulorum tam iuris; quàm facti si qui in præmissis interuenerunt defectuum, ac solemnitatum etiam de iure requisitarum forsan omissarum suppletione approbamus, confirmamus, & innouamus, illisque perpetuæ firmitatis robur adijcimus, & ab omnibus quos concernit, & in futurum concernet inuiolabiliter obseruari debere. Irritum quoque, &c decernimus. Non obstantibus quibuscunque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, &c. etiam iuramento, &c.

Hic Pont. mā confirmat prædicta priuilegia, gras & indulgentias & defectus supplet.

MM

hibemus, præcipimus, committimus, & mandamus, ipsa monasteria, cœnobia, domos, & alia ecclesiastica, & pia loca ex nunc ab eisdem militibus, & equitibus, ac onere illos hospitio excipiendi, Motu, & auctoritate similibus eximendo, & totaliter liberando, ac libera & immunia faciendi. Necnon dilectis filijs nostris Vitellotio Cardinali Vitellio nuncupato, & pro tempore existenti. S. R. E. Camerario, ac præsidentibus & clericis Cameræ Apostolicæ vt eisdem monasterijs, & pijs locis in præmissis efficacis defensionis præsidij assistentes, non permittant illa, seu eorum personas, à prædictis militibus, & equitibus, illorumque hospitio grauari contra præsentium tenorem, sed literas & exemptiones huiusmodi eis desuper concedant, ac fauorabiliter defendant, etiam præcipimus, & mandamus. Et sic per quoscunque Iudices sublata, &c. iudicari, &c. deberet irritumque quoque, &c. decernimus. Non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis statutis, etiam iuramento, &c. roboratis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis quibusuis etiam prædictis, ac alijs quibusuis personis sub quibuscunque tenoribus, ac aliàs in contrarium quomodolibet concessis & concedendis. Quibus omnibus illorum tenores, &c. latissime derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque cum, clausulis oppostunis.

Executorum deputatio, & facultates.

Decretum irritans.

Et cum absolutione ad effectum, &c. & de commissione, mandato, inhibitione, præcepto, exemptione, liberatione, decreto, derogatione, alijsque præmissis extendendis perpetuo in forma gratiosa, & si videbitur cum opportuna executorum deputatione qui assistant, ac sub censuris, & pœnis etiam pecuniarijs, &c. cum facultate grauandi, &c. inuocato, &c. sæcularis, cum opportuna dictarum derogatione latissime extendenda, & quod præmissorum omnium, & singulorum etiam maior, et verior specificatio, et expressio fieri possit in literis etiam ad partem pro quolibet monasterio, et pio loco si videbitur per breue nostrum expediendis, seu si videbitur præsentis nostri Motus proprij sola signatura sufficiat, et vbique fidem faciat in iudicio extraque, regula contraria non obstante.

Clausula derogatoriæ.

Repetitio clausularum.

Sola signatura sufficit.

Placet Moto Proprio, et ita mandamus. M.

CLXXXIX.

Facultates Visitatorum carcerum Vrbis.

Statuta autem à Visitatoribus obseruanda vide sup. in Paul 3 const 58. Ad onus fol. 475.

Dilationes a Visitatoribus concedendas principalis debitoribus, non prodesse fideiussoribus decreuit Iul. 3. in eius const. 53. Cum nuper. fol. 557.

Carceratos pro debitis Ripalibus an Visitatores excarcerare possint, vide sup. in Pauli 3. const. 8. Cum nobis fol. 368.

Visitationesq; quando fieri debeant, vide sup. in Pij 4. const. 85. Ad onus. fol. 471.

REVERENDI DD. Visitatores Carcerum possint relaxare debitores a carceribus ex causis infra scriptis.

Et primo concedendo dilationem, data cautione de soluendo infra tempus assignatum, & hoc præsertim, quàdo Visitatores considerant retentionem debitoris cedere non solũ in ipsius præiudiciũ, verum etiam creditoris, cum debitor in carceribus existens efficiatur deterioris conditionis, & in dies minus soluendo vbi extra carceres facilius infra tempus assignatum, modum satisfaciendi reperturus sit, & hoc, dummodo creditores sint ditiores, & ære alieno non onusti.

Secundo, Relaxare possint debitorem, qui licet non habeat pecunias in promptu, habet tamen tot bona, ex quorum venditione potest creditoribus satisfieri, & ex tunc ipse consentit eorundem bonorum subhastationi. Et Visitatores hoc faciant, data cautione de se repræsentando in eisdem statu, & terminis, in quibus carceratus reperitur: ne contingat creditorem decipi ex aliquo impedimento præstito venditioni bonorum. Et si bona non sufficiant, deferant biretum viride. Et si bona non sufficiant, nec bonis cedere velit, nec biretum viride deferre, non nisi de omnium creditorum consensu quenquam relaxare possint.

Idemque seruetur etiam si clarum debitores nullum prorsus habere modum satisfaciendi creditoribus suis, nisi ex sudore vultus sui.

Tertio, Relaxare possint, quando creditor executionem habet realem, & est in bonis captus per executionem sibi bene cautum.

Quarto, In casu infirmitatis creditores eorum sumptibus debitoribus alimenta, & medicamenta ministrent in carceribus, quibus creditoribus recusantibus, relaxentur, habita fide a medicis deputatis, & recepta cautione, si illam habent, sin autem, recepta iuratoria cautione.

Quinto, Relaxentur debitores, quando cognita eorum paupertate, ac pertinacia creditoris, ei mandatum fuit, vt carcerato debitori subministret alimenta, et ipse hoc facere recusat.

Sexto, Relaxentur a carceribus mulieres pro debito ciuili detentæ, quando sunt honestæ, etiam si captæ sint pro debito publico.

Septimo, Relaxare possint debitores, qui ex natura debiti non tenentur de iure vltra id quod facere possunt, quia tunc nec carcerari poterant, et propterea contra bona est dirigenda executio.

Octauo, Relaxentur debitores capti, vt suspecti de fuga, data cautione de se repræsentando sub pœna debiti.

Nono, Relaxentur debitores, facta cessione bonorum prout de iure, et seruata forma Motus proprij.

Decimo, Relaxentur debitores nulliter, et indebite capti, de qua nullitate manifeste constat. In quibus omnibus relaxationibus sint præsentes Iudices, qui mandata relaxarunt, et vti edocti et instructi, de meritis causæ rationem reddant.

Et in præmissis habeatur ratio paupertatis creditoris, et an debitor calumniose litem diu sustinuerit, fatigando creditorem expensis, et laboribus, et an aliam dilationem habuerit, et creditori non satisfecit, non constito de legitimo impedimento. Et in his omnibus DD. Visitatores arbitrio vtantur, qui pensatis qualitatibus tam creditoris, quàm debitoris, ac facultatibus, et natura debiti, decernant ea, quæ iuri, et æquitati, et vtilitati etiam creditorum conueniant.

Ita est. M.

CXC.

Miserabiles personæ in causis discussionum, cæteris alijs creditoribus præferuntur, pro eorum creditis, vsque ad summam scutorum quinquaginta.

De causis discussionum, vide supra in Clem. 7. const. 31. Cum ex multorum. fol. 335. & infra in Greg. 13. const. 77. Cum sicut accepimus.

De prælatione creditorum in bonis Prælatorum decedentium in Romana Curia, vide supra const. 33. Cupientes litium, fol. 977.

PIVS Papa V. Motu proprio, &c.

ACCEPIMVS multos pauperes, & personas miserabiles reperiri, qui cum alicuius sint creditores, de eorum credito volentes sibi satisfieri, comparent in causis discussionum bonorum eorum debitoris, iura sua producentes: verum ipsi aut quia non priores, potioresue, aut quia vt priores, nec potiores sunt, propterea euenit, quod dum eorum creditum in maximum ipsorum præiudicium consequi non valeot, sæpissime fiat quod eorum pauperrimæ familiæ in non modicum ipsorum earumque dedecus mendicare cogantur. Nos itaque huiusmodi personarum miserijs compatientes, eisdemque in præmissis subuenire volentes, Motu simili, & non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera voluntate & deliberatione, & ea certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine Apostolica auctoritate volumus ac perpetuo statuimus & ordinamus, quod si in causis huiusmodi in Tribunali dilecti filij Alexandri Riarij nostri & Cameræ Apostolicæ Auditoris tam motis, quàm mouendis in futurũ, comparuerint creditores vsque ad summam scutorum quinquaginta inclusiue pro quolibet, qui vere sint miserabiles personæ, ijs de eorum credito, etiam quod non sint priores aut potiores, satisfieri possit & debeat. Mandantes propterea præfato dilecto filio Alexandro Riario Auditori nostro, quatenus constito sibi prius etiam summarie, & extraiudicialiter, ac quantum sibi sufficere videbitur, de præmissis paupertate & miseria, dictos pauperes ad satisfationem eorum crediti admittat, eisque satisfieri mandet, & faciat realiter & cum effectu: plenamque & liberam ac omnimodam sibi in & super præmissis eadem Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus facultatem, Cum potestate quos, quibus, vbi, quando, & quoties opus fuerit, etiam per edictum publicum, constito summarie & extraiudicialiter de non tuto accessu, ac etiam sub ecclesiasticis sententiis, censuris, & etiam pecuniarijs pœnis, alijsque arbitrio suo imponendis, moderandis, & applicandis, citandi, monendi, & inhibendi, & in euentum non paritionis declarandi, aggrauandi, reaggrauandi, & excommunicandi, interdicendi, auxiliumque brachij secularijs, si opus fuerit, inuocandi seu adhibendi, necnon perpetuum desuper silentium omni & quacunque appellatione & recursu remotis, imponendi, omniaque & singula alia faciendi, dicendi, gerendi, mandandi, & exequendi in præmissis & circa ea necessaria seu quomodolibet opportuna, Sicque etiam in præmissis ab omnibus censeri, ac ita etiam per quoscunque alios iudices, &c. sublata. &c. iudicari, &c. debere, irritumque, &c. decernimus & declaramus de gratia speciali. Non obstantibus præmissis, ac dicta nostra de non tollendo iure quæsito, & quibusuis alijs Apostolicis, vniuersalibus, prouincialibusque, & synodalibus, ac municipalibus constitutionibus, & ordinationibus, specialibus, & generalibus, necnon etiam Vrbis & Curiæ Romanæ etiam iuramento, &c. roboratis statutis, &c. vsibus, naturis, stylis, & etiam nouis reformationibus, priuilegijs in genere vel in specie sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis, &c. etiam Motu proprio & consistorialiter, &c. ac alias in contrarium quomodolibet concessis, &c. in posterumque concedendis, necnon legibus etiam pontificijs, & imperialibus, &c. editis & edendis, quibus omnibus etiam si de eis, &c. eorum tenores, &c. pro plene & sufficienter expressis habentes, latissime hac vice derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscunque, statum, &c. & merita causarum huiusmodi, ac præmissorum omnium & aliorum necessariorum tenores, &c. etiam pro plene & sufficienter expressis habentes. Volumus autem præsentem nostrum Motum proprium perpetuis temporibus durare, ac illius solam signaturam sufficere, & vbique in iudicio & extra fidem facere, regula contraria non obstante.

Causa consistorialis. [margin]

Miserabiles personæ in causis discussionum præferendi suæ pro summa scutorũ 50. [margin]

Decretum irritans. [margin]

Clausulę derogat. [margin]

Sola signatura sufficit. [margin]

Placet Motu proprio M.

Pontifex supradictus obijt Romæ Kal. Maij. 1572. & sepultus fuit in Basilica S. Petri.

GREGORIVS

GREGORIVS XIII.

Bononiensis ex Familia Boncompagna, Coronatus Romæ viij. Kal. Iunij 1572.

I.

Confirmatio constitutionis Pij V. de non alienandis, & infeudandis Terris, & locis S. R. E.

Hanc const. Pij V. habes sup. fol. 975. nu. 35. Admonet, & ibi posui concord. materiæ.

Similem confirmationem fecit etiam Sanctiss. D. N. Six. V. vt infra in eius const. 1.



GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. INTER cætera, quæ ad Romani Pontificis curam, ac sollicitudinem pertinent, illud quoque non mediocri studio prouidendum est, vt res Ecclesiastica sarta tecta vsquequaque conseruetur, quod cum de alijs omnibus, tum præcipue de ijs, quæ specialis iurisdictionis Romanæ Ecclesiæ sunt, curare debet, ne vlla vsquam illorum imminutio fiat. Cuius rei causa fe. record. Pius Papa V. prædecessor noster vt talium distractionibus omnem viam, quantum in ipso erat, in perpetuum præcluderet, literas edidit in hæc verba. Pius Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Admonet nos suscepti. Pius V. prohibuit alienari, vel in feudari loca S.R.E. vt in eius const. 35. f. 975.

Omittitur tenor, quia habes sup. in Pii V. const. 35. fol 975.

Cum autem ex literæ ad retinēdam Sedis Apostolicæ dignitatē valde pertineāt, nobis nihil optabilius fuit cum primum ad Summi Apostolatus apicem diuina nos clementia euocauit, quàm vt ipsis primo quoque tempore præsentium nostrarum robur adiungeremus. Quocirca prædictas literas, & omnia in eis contenta auctoritate Apostolica tenore præsentium comprobamus, confirmamus, & innouamus, volumusque eas perpetuo obseruari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ comprobationis, cōfirmationis, innouationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, Sexto Kal. Iunij, Pontificatus nostri Anno primo. Hic Pont. modo cōfirmat eius cō stitutionem.

M. Dat.

Cæ. Glorierius. H. Cumyn.

II.

Prohibitio depingendi siue miniandi, &c. aut venales proponendi Agnusdei à Romano Pontifice benedictos.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. OMNI certe studio, & opera à nobis procurandum est, vt ea tollantur, quæ non conueniunt, ac nostrum, & aliorum bonorum piorumque Christifidelium animos offendunt. Itaque prouide considerantes certas formas innocentissimi Agni imagine figuratas, & per Romanos Pontifices statutis temporibus consecrari solitas, sicut Agni puri & mundi à summo Pontifice benedicuntur, ita ab omnibus postmodum Immaculatas, non autem auro, & coloribus vllis depictas, sed in sua albedinis mundicie sanctificatas congruenti cum reuerentia teneri, & conseruari debere. Causa huius prohibitionis. Statuimus, & ordinamus, ac sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda prohibemus, & interdicimus ne quisquam siue vir, siue mulier, sæcularis, aut Ecclesiastici etiam regularis ordinis ille sit, & quocunque gradu, conditione, statu, nomine, dignitate, & honore præcellat, posthac in perpetuum Agnusdei per Romanum Pontificem pro tempore existentem benedictos depingere, inficere, minio notare, vel aurum, aut colorem aliquem illis imponere, aut quidquam aliud superinducere, neque depingi, aut miniari facere, nec illos venales proponere, seu tenere quouis prætextu, qualibet de causa audeat. Prohibitio depīgendi, aut miniādi seu venales habendi Agnusdei à Pont. benedictos. Verum eos albos, & mundos Agnum illum purum, & innocentem repræsentantes, qui occisus pretiosissimo sanguine suo nos redemit, decenter, ac reuerenter à cunctis haberi, deferri, & custodiri præcipimus: & ita ab omnibus fieri, & censeri debere decernimus. Mandantes omnibus, & singulis locorum ordinarijs per vniuersum Christianum Orbem constitutis, eorumque Vicarijs in spiritualibus generalibus, vt præsentem nostram constitutionem, & prohibitionem in suis quisque Ciuitatibus, & diœcesibus statim publicare procurent, ita vt ad omnium notitiam quamprimum peruenire possit. Cōtrauenientium pœna. Quicunque vero inobedientes fuerint, præter excommunicationis pœnam, quam, vt præfertur, incurrent, etiam alijs pœnis ipsorum ordinariorum seu Vicariorum plecti, & mulctari volumus, & iubemus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Clausula derog. Volumus etiam quod præsentium literarum exemplis, etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Prælati Ecclesiastici obsignatis plena eademq; prorsus fides vbique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo secundo. Octauo Kal. Iunij, Pontificatus nostri Anno primo.

M. Dat.

Cæ. Glorierius. H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno

Publicatio. Anno à Natiuitate Domini, millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, indictione decima quinta, die verò vndecima mensis Iunij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno primo, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, per nos Scipionem de Octauianis, & Antonium Clerici Curs.

Camillus Cherubinus Magister Curs.

III.

Reualidatio decimarum, subsidiorum, & aliorum onerum à Pio V. impositorum.

Impositiones istas habes sup. in Pij V. const. 104. Christiana, fol. 1077. & const. 126. In his extremis, fol. 1113. & infra in const. 31. Quo in statu.

Ad hoc vide reg. 58. Cancellariæ Six. V. Quas ponam in fine voluminis.

GREGORIUS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

ETSI in crastinũ Assumptionis nostræ ad summi Apostolatus apicem nostrorum prædecessorum more quascunque decimarum, subsidiorum, vigesimæ, & aliorum onerum impositiones, quæ à felicis recordationis Pio Papa V. prædecessore nostro ex quauis causa etiam in subsidium expeditionis contra Turcas, & Orthodoxæ fidei hostes emanauerant, & quascunque facultates super decimarum, vigesimæ, & onerum huiusmodi exactione quibusuis fructuum, & prouentuum Cameræ Apostolicæ debitorum Collectoribus, & Apostolicæ Sedis Nuntijs ab eodem prædecessore concessas inter alia reuocauimus: In hoc tamen, in quo versamur grauissimo contra Turcas bello, cui de pecunijs, & alijs rebus propere subueniendum est, & præterea in multis impendentibus necessitatibus incommodum nobis, & Cameræ nostræ fore rati, nouas ad id rationes conquirere, quæ negocium hoc, vel difficilius redderent, vel certe in longius protraherent; de nobis attributæ potestatis plenitudine, omnes, & quascunque huiusmodi impositiones, à prædicto prædecessore quomodocunque, vbicunque, & ex quibusuis causis factas, & facultates propterea concessas, necnon Collectorum, subcollectorum, & aliorum ministrorum constitutiones, literasque desuper confectas, & processus habitos per easdem, ac inde secuta quæcunque aduersus reuocationem nostram prædictam, editamque desuper constitutionem reualidamus, & in pristinum robur, eundemque vigorem in omnibus, & per omnia restituimus, reponimus, & reintegramus, perinde, ac si constitutio nostra prædicta minime emanasset. Decernentes exactiones, & solutiones, & quæcunque alia hucusque facultatum, & literarum prædictarum vigore gesta, & deinceps quandocunque facienda valere, suosque plenarios effectus sortiri, & ab omnibus obseruari, sicque per quoscunque iudicari debere, necnon irritum, & inane quicquid secus per quoscunque scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quin etiam decimas, subsidia, & onera omnia prædicta rursus modo, quo prius indicimus, & imponimus. Non obstantibus constitutione prædicta, quam quo ad hoc penitus abrogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volentes præsentium exemplis, etiam impressis manu Notarij publici, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis, eandem illam prorsus fidem adhiberi, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, Idibus Iunij, Pontificatus nostri Anno primo.

Reualidatio impositionũ à Pio 5 factarum.

Decretum irritans.

Clausula derog.

M. Dat. Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

Registrata Apud Cæsarem Secretarium.

Publicatio. Anno à Natiuitate Domini, Millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, Indictione decimaquinta, die vero vigesimoquinto Iunij, Pontificatus vero Sanctissimi in Christo patris & Domini Nostri Domini Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ per nos Scipionem de Octauianis, & Ioannem Guerard. præfati S.D.N. Papæ Curs.

Io. Freile Magister Curs.

IIII.

Hortatur Christifideles ad subueniendum Hospitali Corciren. in quo curantur infirmi Christianæ Classis militantes contra Turcas.

Hoc idem fecit Pius V. vt supra in eius const. 153. Cum præsenti, fol. 1160. Sed finito bello idem Greg. has eleemosynas applicauit Hospitali Hierosolymitano, vt infra in const. 16. Cum dilecti.

Pius 5. hortatus fuit omnes Christifideles ad subueniendum Hospit. Corciren. vbi infirmi classis Christianæ recipiuntur durante bello contra Turcas, vt in eius cõst. 153. f. 1160.

GREGORIUS Papa XIII. Vniuersis, & singulis Christifidelibus, ad quos præsentes nostræ literæ peruenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem.

CVM sicut accepimus, fe. rec. Pius Papa V. prædecessor noster, cupiens, vt omnes milites, & aliæ personæ Classis confœderatorum Principum Christianorum contra Turcas instruendæ, ob morbos, & vulnera curatione indigentes, commode iuuarentur, ac sanarentur, opportune prouidere, per suas in forma breuis literas omnes Christifideles hortatus fuerit, vt pro subuentione Hospitalis Corcirensis, in quo eiusdem

dem classis infirmi, & vulnerati benigne, & charitatiue recipientur, & curabuntur, aliquod subsidium de bonis sibi a Deo collatis, prompte erogare vellent, aliaque tunc expressa ad hoc pertinentia fecerit, & ordinauerit, prout in dictis literis plenius continetur. Nos pro nostri Pastoralis officij nobis diuinitus iniuncti sollicitudine pro animi affectu considerantes, quàm necessarium sit, ad dictorum infirmorum, & sauciorum subuentionem liberale dicto Hospitali benefaciendi Christifidelium studiorum, sperantesque bonos, & pios homines id libenter, ac alacriter, esse facturos, præsertim animaduertentes, quicquid per eos ad tam Sanctum opus erogatum fuerit, id omne, vel propinquorum, vel conterraneorum suorum, vel aliorum saltem Christianorum commodum, qui in ipsa classe sunt facile esse redundaturum. Idcirco dicti Pij prædecessoris vestigijs inhærentes, nos quoque omnes, & singulos Christifideles, tam in Italia & Sicilia, quàm alibi vbicunque locorum Christiani Orbis existentes, per immensam, & ineffabilem D. N. Iesu Christi pietatem, ac misericordiam, paternè, & ex animo, quantum possumus hortamur monemus, & enixè requirimus, vt pro dicti Hospitalis Corcirensis subuentione, pia subsidia large, & benigna manu, quamprimum præstare, & conferre velint, confidentes in eo, qui hilares dantes diligit, & remunerat se ab ipso centuplum accepturos. Quocirca in virtute Sanctæ obedientiæ mandamus omnibus, & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque locorum ordinarijs, vt has nostras literas in eorum Ciuitatibus, & diœcesibus diligenter publicari curent, & faciant, personasque primarias sæculares, vel Ecclesiasticas fide, & facultatibus idoneas, ad petendas, quærendas, & colligendas pro præmissis eleemosynas constituant, & circummittant, quæ in manibus Metropolitanorum statim tradi, & consignari debeant, vt illi eas, quàm primum, prout vnicuique magis commodum fuerit, ad Bailum Reipublicæ Venetæ Corciræ existentem trasmittere possint, qui ipsas in Hospitalis subuentionem, & infirmorum prædictorũ substentationem, & non alios vsus earonere omnino teneatur, in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunque præsentibus, quorum transumptis, etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personę in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eandem fidem adhiberi volumus, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, ad triennium proxime futurum duraturis. Datum Romæ, apud Sanctum Marcum, sub Annulo Piscatoris, die xvij. Iunij. 1572. Pont. nostri Anno primo.

Hic Pont. candē facit exhortationem.

Executoresque, & collectores eleemosynarum deputat.

C. Glorierius

V.

Prorogatio expeditionum Pij 4.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Gregorius diuina prouidentia Papa xiij. Qui in crastinum suæ assumptionis ad summi Apostolatus apicem per certam constitutionem suam voluerat, quòd concessa per fel. rec. Pium Papam V. prædecessorem suum, & de eius mandato expedirentur in formæ rationi congruit sub die coronationis suæ (vt moris est), & idem quo ad concessa per piæ me. Pium Papam Quartum, etiam prædecessorem suum ad sex menses dumtaxat ab ipsa die Coronationis incipiendos, obseruari voluerat. Volens ipsorum qui literas super concessis per eundem Pium Quartum prædecessorem nondum expediuerint, indemnitati consulere, dictos sex menses ad alios sex menses a fine primo dictorum sex mensium computandos, prorogauit.

Prorogatio.

Placet publicetur, & describatur V.

Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula, Romæ in Cancellaria Apostolica, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, die vero Sabbati octaua mensis Nouembris, Pontificatus præfati Sanctissimi D. N. Papæ anno primo.

Publ. in Canc.

Claudius Cicholinus Custos.

VI.

Reseruatio mensium Apostolicorum, & alternatiua pro Episcopis residentibus.

Similes const. fuerunt Pius V. & Six. V. vt sup. fol. 1169. et ibi notaui.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Gregorius diuina prouidentia Papa xiij. Cupiens pauperibus Clericis, & alijs benemeritis personis prouidere, omnia beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura sæcularia, & quorumuis ordinum regularia, qualitercunque qualificata, & vbicunque existentia, in mensibus Iulij, Augusti, Octobris, Nouembris, Ianuarij, Februarij, Aprilis, & Maij vsque ad quinquennium à die publicationis præsentis constitutionis computandum extra Romanam Curiam, aliàs, quàm per resignationem quocumque modo vacatura, ad collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, & quamuis aliam dispositionem quorumcunque collatorum, & collatricum sæcularium, & quorumuis ordinum regularium, (non tamen S. R. E. Cardinalium, aut illorum sub concordatis inter Sedem Apostolicam, & quoscunque alios initis, & per eos, qui illa acceptare, & obseruare debuerunt acceptatis, & obseruatis, quæ lædere non intendit comprehensorum quomodolibet pertinentia) dispositioni suæ generaliter reseruauit. Volens in supplicationibus, seu concessionibus gratiarum, quæ in dictis beneficijs tunc vacantibus etiam Motuproprio fient de mense, in quo vacauerint dispositiue mentionem fieri, alioquin gratias nullas esse, Ac priuilegia, & indulta Apostolica disponendi de huiusmodi beneficijs, aut quod illa sub huiusmodi reseruationibus nunquam comprehendantur, etiam cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs, ac fortioribus efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, quibusuis personis, & Collegijs, cuiuscunque dignitatis, gradus, ordinis, & conditionis existentibus quomodolibet concessa aduersus reseruationem huiusmodi interim suffragari.

Reseruatio mensium Apost.

Insuper Sanctitas sua ad gratificandum Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis intenta ipsis quandiu apud Ecclesias,

Alternatiua pro Episc. resid.

Ecclesias, aut diœceses suas personaliter resederint, dumtaxat de omnibus, & quibuscunque beneficijs Ecclesiasticis cum cura, & sine cura sæcularibus, & regularibus ad liberam ipsorum dumtaxat, non autem aliorum cum eis dispositionem, seu præsentationem, vel electionem pertinentibus, quæ inantea mensibus Iunij, Augusti, Octobris, Decembris, Februarij, & Aprilis extra Curiam ipsam vacare contigerit (dummodo aliàs dispositioni Apostolicæ reseruata, vel affecta non fuerint) libere disponend facultatem concessit, Ac etiam voluit, quod si ipsi in collatione, aut alia dispositione beneficiorum in alijs sex mensibus videlicet, Iulij, Septembris, Nouembris, Ianuarij, Martij, & Maij vacaturorum (quæ etiam dispositioni suæ, vt præfertur reseruauit) seu etiam aliorum dispositioni suæ, & dictæ Sedis aliàs quomodolibet reseruatorum, vel affectorum sese intromiserint, aut quominus prouisiones, & gratiæ Sanctitatis suæ de illis debitum effectum consequantur impedimentum quoquomodo præstiterint, vsu & beneficio prædictæ facultatis eo ipso priuati existant, ac collationes, & aliæ dispositiones de beneficijs illius prætextu deinceps faciendæ nullius sint roboris, vel momenti. Illi vero qui gratiam alternatiuæ prædictæ acceptare voluerint acceptationem huiusmodi per patentes literas suo sigillo munitas declarare, & literas ipsas huc ad Datarium Sanctitatis suæ transmittere teneantur, quibus ab eo receptis, & recognitis, tunc demum, & non antea vti incipiant supradicta. Decernens in prædictis omnibus per quoscunque, &c. iudicari debere, ac irritum, &c.

Placet, & publicetur V.

Lecta, & publica fuit supradicta regula Romæ in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dominicæ,
Publ. in Cancell. Apost.
millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, die vero Iouis xxvi. mensis Iunij, Pont. S. D. N. Gregorij diuina prouidentia Papæ xiij. Anno primo.

Cla. Cecchelinus Cancellariæ Apostolicæ Custos.

VII.

Contra Famigeratores nuncupatos Menantes, eorumque scripta recipientes; & famosos libellos scribentes, & mittentes.

Consonat alia constitutio Pij v. nu. 155. Romani, quæ est supra. fol. 1168.

Cõ huius const.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

EA est rerum humanarum infelicitas, vt non uetera tantum vitia pertinaciter aduersus omnem legum latorum solertiam luctentur, & quamuis acribus compressa supplicijs renascantur, sed noua etiam indies, & Superioribus sæculis ignota succrescant. Quo nos pro iniuncto nobis diuinitus muneri diligentius adiuti, par est, vt, & illa coerceamus, & horum, quæ se nunc primum offerunt, antequam se corroborent, radices ipsas, si qua ratione possumus, amputemus. Cum igitur haud ita pridem in Vrbe nostra, secta quædam emerserit hominum improbe curiosorum, qui quoscunque de publicis priuatisque negotijs, vel aliunde rimari possunt, vel ipsi etiam pro sua libidine comminiscuntur, domi, forisque facta infecta, vera, fal-
Famigeratorum pœna.
sa, nullo discrimine proponunt, recipiunt, & scriptitant, ita, vt huius rei, iam artem quasi quandam instituerint, ac plerique eorum, etiam vili mercedula conducti, harum rerum commentariolos, ex falsis plerumque vulgi rumoribus, incerto auctore collectos, huc illuc missitent, aut etiam tanquam primum ex Vrbe ad diuersa loca missos, deinde ijsdem illis ex locis in Vrbem remissos circumferant, ac venditent, quibus non tantum de præteritis arbitratu suo nugantur, sed etiam quid ex hac, aut illa re, euenturum sit, stolide vaticinantur. Nos qui, & facile prospicimus, & rerum experimentis edocti sumus, quæ quantaque mala ex eo proueniant, cum & sæpius sparguntur falsa pro veris, seu directe, seu oblique, ac quodam quasi colore quæsito,
Confirmatio pœnarum editarum contra scribentes vel mittentes libellos famosos. Quas pœnas habes supra in dicti Pij 5. const. 155.
multorum existimatio, & fama violatur, his ac talibus incommodis occurrere cupientes, huius constitutionis auctoritate prohibemus, ne quis in posterum, tales commentarios conficere, neue ab alijs confectos, recipere, describere, spargere, aut ad alios mittere audeat. Qui horum quid fecerit, ipso facto perpetua ignominiæ nota affectus, sine vlla spe veniæ, ad triremes, aut perpetuo, aut ad tempus pro admissi qualitate damnetur. Qui vero huiusmodi commentariorum, aut scriptorum quicquam vndecunque, & à quocunque receperit, id quam primum Vrbis nostræ Gubernatori significare, & eidem omnia consignare debeat. Quòd si non fecerit, ipsum pœnis prædictis decernimus subiacere. Antiquis iuribus contra scribentes, aut mittentes libellos famosos editis, nihilominus in suo robore duraturis. Volentes præsentium exemplis, etiam non impressis Notarij publici manu, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis, eandem illam vbique fidem in iudicio, & extra adhiberi, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimosecundo, Kal. Septembris, Pontificatus nostri Anno primo.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, Indictione xv. Die vero Sabbati sexta mensis Septembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ xiij. Anno primo, affixæ, & publicatæ fuerunt Romæ, ad valuas S. Ioannis Lateranen. & S. Petri, ac Cancellariæ Apost. & in acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Ioannem della Guardia, & Scipionem
Publicatio.
de Octauianis prædicti Sanctissimi D. N. Papæ Curs.

Philibertus Mag. Cursorum.

De ve

VIII.

De vectigali Cameræ Apostolicæ soluendo, pro extractione Frumentorum, & bladorum, & leguminum de Prouincia ad Prouinciam, siue de loco ad locum eiusdem Prouinciæ status Eccl. ac de pœnis contrauenientium.

De prohibitione autem extrahendi blada extra statum Ecclesiasticum, vide infra in const. 53. Volentes, & ibi nōt.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

INTER VARIAS, & multiplices curas, quæ animo nostro infixæ hærere debent, ea nō parum est momenti, vt Ciuitatum, & locorum, quæ nostræ, & S. R. E. temporali ditioni subiecti sunt, defensioni, populorumque saluti, & securitati diligenter prospiciamus. Proinde attendentes Ciuitatem uostram Anconitanam propter maris, & portus commoditatem, atque hostium propinquitatem præcipua cura, & vigilantia custodiendam esse, illius munitionem optimo consilio a prædecessoribus nostris cœptam absoluere, & validis eam Militum præsidijs firmare decernimus. Sed cum, & huius rei causa, & tuendæ totius oræ nostræ maritimæ ingentes necessario sumptus facere in dies cogamur, aliqua nobis conficiendæ pecuniæ ratio ineunda fuit, vnde aliqua ex parte subleuari possimus. Nihil autem in præsens commodius esse censuimus, quàm si vectigal, quod ante id tempus exigi consueuit in certis status nostri Ecclesiastici locis, ac præsertim in Prouincijs Marchiæ, & Romandiolæ, pro extractione frumenti, in reliquis eiusdem status locis æquata omnium conditione soluatur. Quare, volumus, & auctoritate præsentium statuimus, vt quicunque posthac de Prouincia ad Prouinciam intra fines ditionis nostræ temporalis in omnibus locis, & Terris nobis, & Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subiectis, frumentum, & alia grana minuta extrahere, & importare voluerint, pro singulis Frumenti, & Grani quinque iulios argenteos monetæ Romanæ, aliorum vero Bladorum, seu leguminum salmis, siue rubris iulios duos cum dimidio similes, qui vero de loco ad locum intra eandem Prouinciam asportabit, pro quolibet Grani iulium vnum, & dimidium pro aliorum bladorum, & leguminum rubro Cameræ nostræ Apostolicæ soluere teneantur. Quocirca dilecto filio Thesaurario nostro generali mandamus, vt ipse, per se, vel alium, seu alios per ipsum deputandos vltra facultatem, quam habet concedendi licentiam extrahendi huiusmodi bladorum genera extra statum Ecclesiasticum, concordato cum ipso de eo, quod extractionis nomine soluendum fuerit, specialem, & præcipuam in præmissis curam habens, præsentes nostras literas, ac in eis contenta quamprimum exequatur, contradictores per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, cæteraque iuris, & facti remedia opportuna appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Et vt præmissa omnia idem Thesaurarius discrete, & absque locorum dispendio, & incommodo exequi possit, eorundem locorum necessitatibus consulendo, plenam eidem facultatem, & auctoritatem tribuimus in quibuscunque locis nobis, & S. R. E. mediate, vel immediate subiectis Frumenta, & legumina cuiusuis qualitatis, & quantitatis adnotandi, & describendi, adnotarique, & describi faciendi, & quascunque personas, tam Ecclesiasticas, quam sæculares quauis mundana, vel Ecclesiastica dignitate fulgentes ad veram frumentorum, & leguminum, quę ipsos habere contigerit, etiam in scriptis medio iuramento, etiam per edicta, & bannimenta, sub censuris, & pecuniarijs, etiam corporalibus eius arbitrio imponendis, & infligendis pœnis monendi, & inquirendi, inobedientes, seu contrauenientes quoscunque puniendi, & coercendi: Necnon omnes quacunque dignitate præditos, & cuiusuis ordinis, gradus, & conditionis existant, qui absque solutione dicti vectigalis Frumenta, & blada huiusmodi, tam extra statum Ecclesiasticum, quam de Prouincia ad Prouinciam, & de loco ad locum extrahere ausi fuerint, simpliciter, & de plano, necnon manuregia, & sine strepitu, & figura iudicij sola facti veritate inspecta inquirendi, & procedendi, & ad pœnas contra extrahentes inflictas, tam per literas felicis recordationis Pij IIII. & Pij V aliorumque Rom. Pontificum prædecessorum nostrorum, quàm per proclamata ipsius Thesaurarij, seu Annonæ præfecti edita, & edenda condemnandi, ac in eas incidisse declarandi, & etiam dictas pœnas quoties, & quando iuxta facti qualitatem ei videbitur remittendi, seu componendi, cæteraque opportuna, & necessaria gerendi, Commissariosque cum simili, vel limitata potestate constituendi, & destinandi, cæteraque omnia faciendi, & exequendi in præmissis, & circa ea necessaria, & opportuna. Inhibentes propterea omnibus Legatis, etiam de latere, eorumque Vicelegatis, ac tam Almæ Vrbis nostræ, quàm aliarum Prouinciarum, Ciuitatum, & locorum nobis, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subiectorum Gubernatoribus, cæterisque officialibus per ditionem nostram Ecclesiasticam constitutis, ne posthac super præmissis omnibus, & singulis absque dicti nostri Thesaurarij licentia sese ingerere, seu interponere debeant, nec eundem Thesaurarium nostrum, seu deputandos ab ipso Ministros, & Commissarios circa præmissa impediant, vlloue modo, vel obtentu remorentur, vel molestent, immo eius, & eorum nomine requisiti, illi, & illis desuper opportune faueant, & assistant, eiusque, & eorum mandata, aut alias ordinationes seruari, & ad effectum perduci procurent. Ac decernentes irritum, & inane quicquid secus super his per quoscunque scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus, regulisque Apostolicis, ac Prouinciarum, Ciuitatum, & locorum prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, exemptionibus, & indultis Apostolicis illis eorumque personis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedem Apostolicam, etiam Motuproprio, & ex certa scientia, ac ex causis quantumuis grauibus, & onerosis, ac cum quibusuis irritantibus, & alijs decretis quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis (quibus omnibus, illorum tenores præsētibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus) cæterisque contrarijs quibuscūque: aut si aliquibus communiter, vel diuisim à prædicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam,

Vectigalis impositio.

Thesaurarius deputatur exec.

Immo hodie est Camerarius, vt infra in cōst. 109

Thesaurarij facultates describendi blada, & contrauenientes coercendi, &c.

Officiales status Eccl. non intromittāt se in præmissis, sed requisiti & assistant Thesaurario, & eius ministris.

Decretum irritans.

Clausula derogatoria.

& expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo ipsius Thesaurarij, aut alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ ipsis originalibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, statuti, mandati, tributionis, inhibitionis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, Kal. Septemb. Pontificatus nostri Anno primo.

M. Datarius.

Cæ. Glorierius.
A. de Alexijs.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

IX

Facultates Prioris generalis, ac Fratrum, & Monialium Ordinis Eremitarum S. Augustini, alienandi, & in emphyteosim concedendi bona ipsius Ordinis, in euidentem eius vtilitatem.

Priuilegia autem istorum Fratrum, & aliorum Mendicantium vide sup. in Pij V. const. 14. Dum ad vberes, fol. 944.

Exemptionem vero Monialium ab istis Fratribus Congregationis Lombardiæ, habes infra in const. 61. Pro nostri

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.

DVM ad vberes salutiferosque fructus, quos benedicente Domino sacer dilectorum filiorũ fratrum Eremitarum Sancti Augustini ordo, in vinea Domini protulit, & in dies proferre non cessat debitum respectum habemus, ac plane agnoscimus, quod ij tanquam huius Sedis speciales filij, tam verbum Dei per Vrbes, & regiones disseminando, quàm vbique varia charitatis opera adimplendo, nos in huius Pastoralis officij onere coadiuuare non cessant, facere nullo modo possumus quin eos speciali quadam huius Sedis beneuolentia prosequentes, ea sibi fauorabiliter concedamus, per quæ eorum indemnitati, Monasteriorumque suorum vtilitati, valeat salubriter prouideri. Exponi sane nobis nuper fecerunt ijdem Fratres Eremitæ, quòd sæpenumero accidit, vt pro aliqua vrgenti necessitate, vel vtilitate Monasteriorum, domorum, & locorum dicti ordinis, tam virorum, quàm mulierum, illorum bona locare, alienare, permutare, vel in emphyteosim, seu liuellum dare expediret, ac quandoque contingit, vt conditio semel oblata, si prætermittatur, maximam afferat iacturam, prætetquam, quòd difficile admodum existit pro singulis minimis communicationibus, & alijs contractibus ad Sedem præstam recurrere, ac id non sine ipsius Ordinis in paupertate fundati inquietitudine esse potest. Quare ijdem Fratres Eremitæ nobis humiliter supplicari fecerunt, vt in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos fel. rec. Syxti IIII. & Leonis X. ac aliorum Roman. Pontificum prædecessorum nostrorum vestigijs inhærere volentes, ipsosque Fratres Eremitas, & eorum quemlibet à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis a iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, eisdem Fratribus Eremitis, vt ex nunc de cætero perpetuis futuris temporibus, Fratres, & Moniales dicti totius Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, omnium, & quorumcunque Monasteriorum, Domorum, & locorum eiusdem Ordinis, vbilibet nunc, & pro tempore consistentium libere, & licite possint, & valeant, quæcunque bona stabilia, & immobilia, seu quasi stabilia cuiuscunque qualitatis, & quantitatis, & valoris, & in quocunque loco existentia eorundem Monasteriorum, domorum, & locorum vendere, alienare, & permutare, & etiam in emphyteosim, seu ad liuellum, etiam ad longum tempus concedere, & pro pretio, stictu, pactis, & modis, & formis hinc inde conueniendis licentiam, & facultatem Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus. Prouiso tamen quòd fiant pro commoditate, vel vtilitate ipsorum Monasteriorum, domorum, & locorum, & quod consensus duarum partium ex tribus partibus Fratrum, vel Monialium illius Monasterij, domus, vel loci, cuius dicta bona erunt, accedat, & interueniat, Et quoad concessionem in emphyteosim, dummodo illa non fiat vltra tres generationes, vel nominationes, absque alis à nobis, vel successoribus nostris Roman. Pontificibus pro tempore existentibus, aut Sede Apostolica, vel illius de Latere legatis, seu Nuntijs, aut etiam locorum ordinarijs petenda, vel obtinenda licencia, seu confirmatione, Ita tamen, quòd loco consensus Sedis Apostolicæ, dilectus filius Prior generalis dicti ordinis nunc, & pro tempore existens, & diligenter examinata, & euidenter vtili comprobata habeat, prout sibi ex nunc perpetuo concedimus potestatem ratificandi huiusmodi location. concession. vendition. & alienation. ac contractus, Sic quod vbi talis ordo non fuerit seruatus, locatio, concessio, venditio, & alienatio, ac cõtractus aliter facti, nulli, & inualidi, nulliusq; roboris, ac momẽti existãt, Et donec præfatus prior generalis modo præfato nõ ratificauerit, possessio remaneat, & remanere intelligatur penes ipsos Fratres, seu Moniales dicti Monasterij, seu domus, aut loci sic locatis, & alienatis, ac ita i præmissis sic perpetuo declaramus, & decernimus. Et nihilominus ex nũc prout ex tũc, & è cõtra, postquã locationes, cõcessiones, vẽditiones, & alienationes, ac cõtractus

Ct huius const.

Facultas datur Fratribus, & Monialibus ordinis S. Aug bona etiã stabilia alienãdi & in emphyteosim concedendi, dũmodo id fiat ẽ vtilitate Monasteriorum, & cõsensu duarũ partium Fratrũ, vel Monialiũ accedat, & Prioris generalis.

tractus, seruatis supra narratis, pro tempore facti, & per dictum Priorem generalem ratificati fuerint, vt præfertur, seu consensus eiusdem Prioris generalis interuenerint, easdem locationes, concessiones, venditiones, alienationes, & contractus, ac indesecuta quæcunque, Necnon instrumenta, & scripturas desuper pro tempore confecta approbamus, & confirmamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere debere statuimus, omnesque, & singulos, tam iuris, quam facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem quomodolibet supplemus. Decernentes quoad vtilitatem, seu commoditatem Monasteriorum, Domorum, & locorum præfatorum assertioni duarum partium ex tribus partibus Frater, vel Monialium illius loci, cuius bona erunt, postquam ratificatio facta fuerit, illasque, & illa, necnon præsentes, & in eis contenta validas, & efficaces, ac valida & efficacia perpetuo fore, necnon ab omnibus obseruari debere, ipsosque, & cum eis contrahentes præfatos, super præmissis, & indesecutis quibuscunque per quoscunque quauis auctoritate quomodolibet molestari, vel impediri non posse: Necnon irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Venerabilibus Fratribus nostris Ioanni Episcopo Albanen. Cardinali de Montepolitiano nuncupato, ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini Protectori, & Alexandro Patriarchæ Alexandrin. Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, ac Bartholomæo Episcopo Amerin. Cancellariæ Apostolicæ Regenti, nunc, & pro tempore existentibus per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios, præsentes literas, & in eis contenta quæcunque vbi, & quando opus fuerit requisiti, solemniter publicantes, eisque, & eorum cuilibet in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant easdem præsentes, & in eis contenta quæcunque ab omnibus, quos illa concernunt, integre, & inuiolabiliter obseruari: Non permittentes eos, aut eorum aliquem desuper contra earundem præsentium tenorem quomodolibet indebite molestari; Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia (appellatione postposita) compescendo, legitimisque super his habendis seruatis processibus, sententias, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus fel. rec. Bonifacij Papæ viij. prædecessoris nostri de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas, quis vigore præsentium ad iudicium non trahatur, & alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis; necnon quibusuis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis quibusuis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam Motuproprio. ac aliàs quomodolibet, etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innouatis: quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, ac totis eorum tenoribus specialis, specifica, indiuidua, & expressa mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque, seu si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, sub Annulo Piscatoris, die quinta Septembris, millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, Pontificatus nostri Anno primo.

Confirmatio alienationum hic seruatis præmissis.

Decretum irritans.

Executorum deputatio, & fac.

Clausulæ derog.

F. de Torres.
A. Stephanellius.

X.

Facultates quinque Cardinalium Deputatorum, super recognitione Indicis, & expurgatione librorum prohibitorum.

De hoc Indice habes sup. in Pij 4. const. 99. Dominici gregis, fol. 803. Et ibi notaui de materia.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Dilectis filijs Gulielmo Sancti Laurentij in Panisperna Sirleto, Gabrieli S. Martini in Mõtibus Palcoto, Archangelo S. Cæsarei Theanen. Felici S. Hieronymi Illyricorum de Montealto, & Vincentio S. Nicolai Iustiniano nuncupatis, presbyteris Cardinalibus salutem, & Apostolicam benedictionem. VT Pestiferarum opinionum disseminandarum omnis tollatur occasio, & conscientiarum tranquillitati, quantum in nobis est, consulatur, vehementer cupimus Indicem librorum prohibitorum in eam formam primo quoque tempore redigi, vt Christifideles intelligant, quos libros tum legere possint, & à quibus abstinere debeant, neque vllus cuiquam super ea re scrupulus, aut dubitatio relinquatur. Cuius rei quoniam vobis cura ab hac sancta Sede mandata est, vt in suscepto munere maiori cum auctoritate versari, idque liberius atque expeditius ad finem, Deo fauente, perducere valeatis, & præterea hoc opus remotis aliorum expurgationibus, quæ diuersitatem afferre possent, in publicum vniformiter prodeat, omnes. & quascunque facultates ad omnia infrascripta cuiuscunque status, ordinis, & conditionis personis à prædecessoribus nostris, & prædicta Sede ex quibusuis causis, ac sub quibuscunque tenoribus, & formis concessas reuocantes, & abolentes, neminique posthac quocunque modo suffragari debere, necnon irritum, & inane quicquid secus super his per quoscunque scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernentes, vobis, quorũ fides, prudentia, & experientia satis perspecta est, seu maiori vestrũ parti, vt etiam adhibitis spectatæ fidei viris sacræ Theologiæ, & Canonũ peritis sæcularibus, & regularib⁹, quibus solis, & adhuc dũtaxat effectũ libros prohibitos tenendi, & legẽdi licentiã tribuere possitis, omnes, & quascũq; obscuritates, & difficultates i ipso Indice, & ei⁹ regulis exortas, & ĩposterũ emergẽtes declarare, aperire, & definire, libros hæreticorũ aut suspectorũ, aut quoquo improbatorũ scriptorũ expurgare, quos li-

Index librorum prohibitorũ confectus fuit per patres à synodo Tridentina deputatos. & cõfirmatus à Pio 4. vt in eius constit. 99.

Hic autem Põt. ad recognoscendum, & declarandum talem Indicem, & expurgandum libros prohibitos, deputat cũ facultatibus hic expressis, quos Cardinales, hic numeratos.

bros prohibendos prohibere, quos permittendos esse censebitis permittere, in eo Indice non comprehensos rei ponere, permissos tollere, venales qui videbuntur vbique locorum, etiam prohibere, prohibitos, ac peritorum opera expurgatos, & a vobis probatos, legendos, & tenendos permittere, quæ videbuntur addere, mutare, supplere, & emendare. Vtque res ipsa facilius, vtiliusque peragatur, vniuersis, & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, cæterisque locorum ordinarijs, & prætereà doctoribus, Magistris, Bibliopolis, Impressoribus, Librarijs, Mercatoribus, Gabellarijs, alijsque omnibus cuiuscunque gradus, ordinis, aut dignitatis, vt in omnibus, quæ ad dicti Indicis explicationem, reformationem, & directionem pertinere videbuntur, vobis prorsus obtemperent, vestramque sine vlla refragatione iussionem, & auctoritatem sequantur, sub pœnis, & censuris arbitrio vestro imponendis præcipere, cæteraque omnia eòdem pertinentia, & aliàs super ijs necessaria, & opportuna, prout vobis in Domino animarum saluti, & tranquillitati videbitur expedire facere, & exequi valeatis, plenam, & liberam auctoritatem, & facultatem concedimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem harum literarum exemplis, manu Notarij publici, aut Secretarij vestri subscriptis, & sigillo alicuius vestrum munitis eandem prorsus vbique fidem adhiberi, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, abolitionis, decreti, concessionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Clausula derogatoria.

Datum Romæ, apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimosecundo. Idibus Septembris, Pontificatus nostri Anno primo.

M. Dat.

Cæ. Glorierius.
A. de Alexijs.

Registrata Apud Cæsarem Secretarium.

XI.

Ampliatio Indulgentiarum à Pio V. Confraternitatibus Doctrinæ Christianæ concessarum.

Hanc concessionem habes in Pij 5. const. 156. Ex debito Pastoralis, fol. 1163.

Aliàs autem Indulgentias iste Pont. concessit, vt in const. seq.

GREGORIVS Papa xiij. Vniuersis Christifidelibus præsentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem.

ILLIVS qui pro gregis Dominici Saluationem in ara Crucis immolari non abnuit, vices licet immeriti gerentes in Terris omni studio circa salubrem Reip. Christianæ directionem, & augumentum intendimus, & vt ad ea Christifidelium vota facilius concurrant, ipsos Christifideles spiritualibus muneribus inuitamus. Cum itaque sicuti nuper accepimus. Dudum fel. record. Pius Papa V. prædecessor noster per suas literas omnibus, & singulis vtriusque sexus Christifidelibus tunc expressis, qui essent descripti in Societatibus, seu Confraternitatibus, ad pueros, & alios Christifideles in bonis moribus, & doctrina Christiana erudiendos, in quocunque loco deputatis, seu deputandis, ac pueros, & Christifideles rudes huiusmodi in præmissis bene instruerent, & qui ab eis instruerentur, in eisdem certis diebus, & temporibus tunc expressis, quadraginta dies de iniunctis eis pœnitentijs Apostolica auctoritate relaxauerit, prout in dictis literis quas idem prædecessor perpetuo valere decreuit, plenius continetur. Nos tam pium, & nunquam satis laudandum opus amplioribus, etiam gratijs, & spiritualibus muneribus prosequi volentes, dictos quadraginta dies, ad centum dies, auctoritate Apostolica tenore præsentium extendimus, & ampliamus, ita quòd personæ supradictæ, præmissa adimplendo non solum dictos quadraginta dies, sed centum dies Indulgentiæ præfatis rudes, & temporibus, vt præfertur in totum consequantur, & cōsequi possint. Præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem, vt præsentium transumptis, manu alicuius publici Notarij subscriptis, & sigillo alicuius in dignitate Ecclesiastica constituti munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si forēt exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ, apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris, die xxi. Octobris. 1572.

Pius 5. Concessit Indulgentiam 40. dierum Confratribus instruentibus, vel instruendis in doctrina Christiana, vt sup. in sua const. 156.

Hic vero Pont. ampliat ipsas indul. ad centum dies.

Pontificatus nostri Anno primo.

Cæ. Glorierius.

XII.

Indulgentiæ pro Confratribus Societatum Doctrinæ Christianæ.

Ad quod vide const. præcedentem.

SANCTISSIMVS D.N. Gregorius Papa XIII. per literas suas sub dat. Tusculi Anno Domini, millesimo quingentesimo septuagesimoquarto, vj. Kal. Iunij, Anno quinto. Concessit omnibus, & singulis vtriusque sexus Christifidelibus, qui in dictam Confraternitatem, Doctrinæ Christianæ, ex nunc deinceps intrauerit, in eorum ingressu huiusmodi, quotiescunque peccata sua confessi fuerint, & sacram Communionem receperint, decem annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentijs.

Indulgentia concessa Confratribus tempore ingressus in societatem.

Item

Item concessit dictis Confratribus vtriusque sexus si confessi fuerint, & receperint sacram Cõmunionem, decem annos, & totidem quadragenas bis in anno.

Confessionisque & communionis.

Item concessit dictis Confratribus descriptis, & describendis centum annos indulgentiæ quotiescũque in huiusmodi sancto exercitio se occupauerint.

Exercitij doctrinæ Christianæ.

Item dictis Confratribus quotiescunque se in vnum congregauerint, & de rebus ad promotionem & felicem successum institutionis puerorum in doctrina pertractauerint, centum dies de iniunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentijs in Domino misericorditer relaxauit.

Et Congregationis Confratrum.

Item dictis Confratribus qui singulis annis semel iuxta determinationem & prouidam ordinationem suorũ Superiorum vere pœnitentes, & confessi sacram Communionem receperint, necnon eisdem similiter contritis & pœnitentibus pro tempore decedentibus, in cuiuslibet eorum mortis articulo plenariam omniũ peccatorum suorum indulgentiam & remissionem misericorditer in Domino concessit & elargitus est. Dictis literis perpetuis futuris temporibus duraturis.

Et in articulo mortis.

Cæ. Glorierius.

XIII.

De clausura Monialium, & eleemosynis eis præstandis.

Ad quod vide etiam Concil. Trid. sess. 25. cap. 5. de Reg. & Mon. & supra Pij V. const. 8. circa fol. 930. & const. 22. Regularium, fol. 952. & ibi notaui.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. DEO sacris virginibus, quæ contemptis illecebris sæculi, diuinis se obsequijs manciparunt, æquissimum est præcipua quadam à nobis ac singulari sollicitudine prouideri, tum vt ab eis omnia, quæ sanctum ipsarum propositum impedire possent, remoueantur tum etiam vt eis in cultu Dei caste ac religiose permanentibus, quæ ad victum necessaria sunt, subministrentur.

Et quidem post sacri Concilij Trid. decretum quo constitutio fel. re. Bonifacij Papæ viij. prædecessoris nostri quæ incipit, Periculoso, renouatur, prohibens ne aut ipsis monialibus ex monasterijs suis egredi, aut vlli cuiuscũque sexus, aut ordinis personæ ad eas ingredi liceat, Et præterea vniuersis Episcopis præcipitur, vt in omnibus monasterijs sibi subiectis, in alijs vero sedis Apostolicæ auctoritate clausuram sanctimonialium, vbi violata diligenter restitui, vbi vero inuiolata, conseruari maxime procurent, Piæ memoriæ Pius Papa V. etiam prædecessor noster victui quoque & necessitatibus ipsarum prospicere cupiens, cum superiora illa approbasset, atque innouasset, eademque omnia etiam in monialibus quacumcunque militiarum etiam Hierosolymitanæ, omnibusque alijs tacite vel expresse religionem professis, quocunque nomine censerentur locum habere decreuisset; ne illæ quicquam detrimenti in necessitatibus suis hac occasione paterentur, etiam præcepit locorum ordinarijs, & superioribus earum, vt fidelium eleemosynas per conuersas non professas, vel professas quidem, sed ætatis saltem quadraginta annorum, & iampridem conuersas, quæ in domibus contiguis, extra tamen monasterium degerent, colligendas curarent; ita tamen vt prædictæ conuersæ neque clausuram aliarum monialium, nisi in casibus permissis ingrederentur, nec ea illis ipsis habitationibus suis ad tales eleemosynas colligendas sine permissu ordinariorum, aut superiorum suorum exire possent. Quod si ne hoc quidem sufficere videretur, idem Pius prædecessor mandauit ipsis ordinarijs & superioribus vt negocium darent aliquibus personis pijs tales eleemosynas colligendi, aliaque arbitratu suo prospicerent quæ ad subleuandam monialium inopiam expedire iudicarent.

Concil. Trid. decretum illud habes sess. 25. c. 5. de Reg. & Mon.

Pij V. const. istam habes sub f. 930. nu. 8.

Cum autem, sicut accepimus, multæ Moniales, etiam quæ tertiariæ vocantur, sub solẽni Religionis voto, perpetuaque clausura degentes, aliæque talibus literis comprehensæ, & in ipsa clausura permanentes multis præterea ad se sustentandas necessarijs egeant, neque vsque ad hoc tempus vllo sufficienti remedio earum necessitatibus subuentum sit. Quin etiam aliæ tertiariæ citra vllum solemne hucusque votum viuant, quæ ad suas, suorumue domos neutiquam rediture essent, sed sub solemni religionis voto, & clausura prædictis permanerẽt, si earum congrue sustentationi prouideretur, nos, qui illas necessarijs rebus destitui nolumus, certioresque facti sumus in multis ciuitatibus, oppidis, villis, aut alijs locis tam in ecclesijs, & monasterijs, quàm hospitalibus, collegijs, confraternitatibus, & alijs locis pijs, etiam quæ a priuatis hominibus, tum ecclesiasticis, tum laicis multas ac diuersas eleemosynas Christi pauperibus erogari: considerantes in eiusmodi personas vel in primis exercẽdã esse charitatem, quæ voluntaria paupertate suscepta ab omni hominum commercio segregatæ Deo seruiũt, & assiduis precibus iram ipsius ob peccata conceptam, a Christiano populo deprecantur, illud quoque cogitantes, si eis ad tales eleemosynas petendas ad loca prædicta conferre se liceret, vix fore, vt prædicta monasteria, ecclesiæ, loca, ac personæ eis singulis non tantum saltem tribuerent, quantum singulis alijs pauperibus eodem concurrentibus solent, vniuerso illi Deo deuotarum mulierum generi de opportunæ ac sufficientis subuentionis auxilio prouidere cupientes.

Causa huius statuti.

De nobis attributæ potestatis plenitudine statuimus, & ordinamus, vt omnes, & quicunque Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, & alij Ecclesiarum Prælati, necnon Abbates, Priores, Præpositi, & alij Ecclesias Patriarchales, Primatiales, Metropolitanas, cathedrales, & alias ecclesias, necnon monasteria, prioratus, præposituras, canonicatus, præbendas, dignitates, personatus, administrationes officia, cæteraque beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, sæcularia & sancti Benedicti, sancti Augustini, Cistercien. Cluniacen. Præmonstraten. Cartusien. Camaldulen. Sancti Basilij, Casinen. alias sanctæ Iustinæ, Montis Oliueti, Sancti Saluatoris, ac Lateranen. & Cruciferorum, seu fratrum sancti Hieronymi, necnon prædicatorum Minorum, Minimorum, & Carmelitarum, Eremitarum eiusdem sancti Augustini, Seruorum beatæ Mariæ Sanctæ Claræ, & quorumcunque aliorum tam virorum, quam mulierum etiam mendicantium ordinum, & congregationum, & militiarum regularia, etiam de iure patronatus laicorum etiam Nobilium Ducum, Regum, & aliorum Principum eadem in

titulum

titulum, commendam, administrationem, & alias quomodocunque obtinentes, necnon rectores, gubernatores, confratres, administratores, cæterique omnes, qui ratione illorum, necnon capitulorum, conuentuum, mensarum, hospitalium etiam laicorum, & per laicos administrari solitorum, Christifidelium confraternitatum, scholarum, collegiorum, ac aliorum piorum locorum quocunque nomine nuncupatorum, & in quibusuis mundi partibus consistentium, quæ singulis annis, mensibus, hebdomadis, vel diebus ex ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, officiorum, dignitatum, & beneficiorum, ac congregationum, hospitalium, confraternitatum, scholarum, collegiorum, piorum & aliorum locorum prædictorum fructibus, redditibus, & prouentibus, pauperibus Christi aliquas eleemosynas in pane, frumẽto, farina, vino edulijs, pecunia, seu alijs ad victum vel vestitum pertinentibus, etiam ad supplicationem & preces, & per cedulas & boletinos, aut alias distribuere, & elargiri ab immemorabili tempore consueuerunt, aut alio quocunque iure tenentur ex dictis fructibus, redditibus, & prouentibus, & quoad hospitalia prædicta ex ijs, quæ seruata in illis actuali hospitalitate supersunt, seu superenint, necnon quæcunque personæ particulares etiam laicæ, vel vniuersitates etiam laicorum, quæ testamento, vltima voluntate, vel alia dispositione, etiam inter viuos, aliquas tales eleemosynas facere tenentur, dimidiam partem omnium, & quarumcunque eleemosynarum, & largitionum huiusmodi quocunque nomine nuncupatarum, quocunque tempore, & modo distribui solitarum, etiam si speciali nota dignæ, & secundum pias defunctorum, aut aliorum voluntates sub certa forma ab eis in testamento, vel alia quacunque dispositione distribuẽdæ sint, (dummodo non in certas personas, nec ad certos vsus pios alios quàm victus, & alimenta pauperũ distribuantur) quibuslibet prædictarum Monialium etiam Tertiariarum sub solẽni religionis voto, & perpetua clausura de cætero viuentibus, & in terris & locis quorum pauperibus huiusmodi eleemosynæ distribuuntur, consistentibus, vere, realiter, et cum effectu, et absque vlla eleemosynarum et largitionum huiusmodi petitione, exactione, et cõquisitione, aut alia desuper a nobis expectata iussione, aut mentis nostræ declaratione, ac quibusuis mora, subterfugio, ac exceptione cessantibus, et eiectis, dare atque distribuere omnino teneantur, et quam dimidiam partem nos illis applicamus.

Applicatur Monialibus clausuram seruantibus, medietas eleemosynarum, pro Christi pauperũ victu, & vestitu destinatarum, & erogandarum.

Vt autem præmissa omnia cum charitate, & pietate procedant, & efficaciter suum effectũ sortiantur, vniuersis & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis & alijs locorum Ordinarijs per Apostolica scripta mandamus vt quisque per se vel alium seu alios ad præsentium executionem in suis ciuitatibus, & diœcesibus procedens, ab Ecclesijs, Monasterijs, Hospitalibus, Confraternitatibus, Scholis, Collegijs, locis, & ecclesiasticis ac laicis personis prædictis, etiam quomodolibet exemptis, dimidium eleemosynarum huiusmodi exigant, ac pro portione, vt ordinarijs ipsis locorum æquum esse videbitur, singulis pauperum Monialium etiam Tertiariarum monasterijs huiusmodi suarum ciuitatum, & diœcesum, etiam si alijs superioribus subiectæ sint, cum effectu distribuãt. Nos enim eisdem locorum ordinarijs etiam tanquam Apostolicæ sedis delegatis, ac cuilibet illorum tam per se quam aliũ vel alios præmissa faciendi, ac etiam cõtradictores quoslibet & rebelles per pœnas pecuniarias eorũdem Ordinariorum, & cuiuslibet illorum arbitrio infligendas & applicandas, ac in subsidiũ sententias, censuras & pœnas ecclesiasticas aliaque opportuna iuris & facti remedia quacunque appellatione postposita respectiue compescendi, auxiliumque brachij sæcularis inuocandi, aliaque in præmissis & circa ea necessaria & opportuna faciendi, gerendi, mandandi, & exequendi, plenam & liberam facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur.

Ordinarij locorum exigant, & applicent, & distribuant huiusmodi eleemosynas.

Insuper, quia valde rationi consonum est, vt etiam ij, qui ipsis Monialibus etiam tertiarijs indigentibus præfatis consanguinitate aliqua sunt coniuncti, aliquod in præmissis subsidium conferant, cum ratio sanguinis, & debitum charitatis & honestatis id postulet, singulis locorũ Ordinarijs committimus, vt omni eos officio & diligentia monere, eisque persuadere studeant, parentes vero & fratres ac alios, ad quos illas, si in sæculo permansissent, dotare pertinebat, vel ad quos bona & successiones deuenerunt, & qui si eas nuptui tradidissent, multo amplius, quàm ingredientibus monasterium dedissent, vel qui si eas nunc domi retinerent, vel si ad illorum domos redirent, eas alere tenerentur, quibuscunque vijs ipsis beneuisis inducant, vt Monialibus etiam tertiarijs prædictis iuxta eorum facultates charitatiue subueniant, scituri id sibi etiam ad animarum salutem plurimum profuturum.

Consanguineosque Monialium & alios hortentur, vt eisdẽ Monialibus charitatiue subueniãt.

Cæterum quod attinet ad Conuersas professas, quas prædictus Pius prædecessor per prædictas literas sub certis conditionibus ibi contentis permisit posse manere extra monasteria pro colligendis eleemosynis, eisdem locorum Ordinarijs iniungimus, vt quibus monasterijs prædictarum monialium quotidianis laboribus computatis, supradicta, vel alia qualibet ratione de sufficienti subuentione, & sustentatione prouisum esse cognouerint, easdem Conuersas sub eadem clausura cum alijs Monialibus reducant, neque a suis monasterijs amplius exire permittant: Conuersas vero non professas, & profiteri nolentes dimisso habitu domum remittant, neque alias in futurum, nisi professionem suo tempore emissuras, atque sub perpetua clausura mansuras in monasteria huiusmodi recipi permittatur. Quod autem idem Pius prædecessor statuit de cætero nullas alias Conuersas professas recipi amplius etiam de consensu suorum Superiorum posse, ita esse intelligendum declaramus, præter illas Conuersas, quæ extra monasterium in domibus contiguis degerent. Eleemosynarum vero prædictarum contributionem, & applicationem durare, & valere decernimus, ac suum effectus ad plenum sortiri debere, donec numerus Monialium etiam tertiariarum huiusmodi (quem per ipsos locorum ordinarios etiam in monasterijs ab eorum cura, & regimine quomodocunque exemptis, cum illarum Superiorum interuentu stabiliri, & ordinari, neque supra illum numerum alias recipi posse, etiam de consensu Superiorum suorum, volumus, & mandamus) ita imminutus fuerit, vt reliquæ Moniales & tertiariæ ex proprijs redditibus monasteriorum ipsorum, vel consuetis eleemosynis se commode sustentare queant: super quo eorundem ordinariorum conscientiam oneramus: ita tamen, vt decedentibus singulis ex tribus earundem Monialium partibus, tertiæ quoque earundem eleemosynarum partis distributio, & sic successiue in totum extinguatur, atque in pristinum statum sub debitis aut solitis oneribus reuertantur, & remaneãt. Declaramus prætetea nullis Monialibus etiam tertiarijs licere habere ostium, per quod ex monasterio introiri possit ipsarum Monialium Ecclesiam exteriorem, in quam sæcularibus ad Missas & diuina officia patere solet accessus, sed omnino muro obstruẽdum: neque itidem licere Monialibus etiam tertiarijs egredi a ianua monasterij, quæ est pro clausura ipsius monasterij etiam ad claudendum aliam vlteriorem ianuam, qua patere solet aditus sæcularibus venientibus vel ad

Declaratio constitutionis Pij V. editæ circa conuersas professas & nõ professas. Quam habes supra fol. 930. n. 8.

totam

rotam, vel ad crates, seu loca colloquijs destinata, quæ vulgo parlatoria vocantur, vel ad pulsandum ipsam ianuam clausuræ: quæ loca, cum saltem pro causis prædictis patere soleant sæcularibus, extra clausuram censeri debet, etiam quo tempore clausa sunt. Insuper quoscunque dominos & magistratus temporales in Domino hortamur, monemus, & requirimus, vt ad omnem ipsorum ordinariorum, aut alicuius ipsorum petitionem, vel simplicem requisitionem illis in præmissis assistentes omnem opportunum fauorē, & auxilium præstent, & exhibeant. Ipsis denique Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorū ordinarijs præcipimus & mandamus vt has præsentes nostras literas (quarum transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eandem vbique fidem in iudicio et extra adhiberi debere volumus, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ) singuli in sua ciuitate & diœcesi publicent, ac publicari, easque iuxta earum continentiam, & tenorem vnà cum prædictis ac alijs prædicti Pij V. & aliorum prædecessorum nostrorum literis, & constitutionibus, & iussionibus pro integra clausuræ instauratione, custodia, & firmitate editis inuiolabiliter obseruent, & obseruari faciant. Non obstantibus testatorum, & aliorum voluntatibus, ac fundationibus, & Bonifacij prædicti de vnà, & concilij generalis de duabus non tamen ttibus dietis, ac quibusuis alijs Apostolicis, necnon in prouincialibus & synodalibus concilijs editis specialibus vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusuis ecclesiarum, monasteriorum & illorum ordinum, hospitalium, militiarum, confraternitatum, collegiorum, & aliorum, piorum locorū prædictorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, priuilegijs quoque indultis, exemptionibus, libertatibus, gratijs & literis Apostolicis ecclesijs, monasterijs, & ordinibus, hospitalibus, confraternitatibus collegijs, & pijs locis, ac eorum superioribus, & personis sub quibuscunque tenoribus, & formis ac cum quibusuis etiā derogatoriarū derogatorijs, alijsque efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis in genere vel in specie, ac alias quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & pluries innouatis, etiam si in eis caueatur expresse quod illis nisi sub certa inibi expressa forma, aut alias derogari non possit: quibus omnibus & singulis, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda foret, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus contrarijs quibuscunque: aut si supradictis vel quibusuis alijs ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ ordinationis, statuti, applicationis, concessionis, impartitionis, commissionis, iniunctionis declarationum, decreti, voluntatis, onerationis, hortationis monitionis, requisitionis, præcepti, mādatorum, & derogationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Domini temporales faueant in præmissis, ordinarijs.

Ordinarij faciāt publicari & obseruari hanc cōstitut.

Clausula derog.

Datum Romæ apud sanctum Petrū, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, Tertio Kalendas Ianuarij, Pontificatus nostri Anno Primo.

Cæ. Glorierius.

M. Datarius.

A. de Alexijs.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo septuagesimo tertio, Indictione prima, die vero vigesima prima mensis Ianuarij, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno Primo, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in valuis Principis Apostolorū de Vrbe, sancti Ioannis Lateranensis, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Scipionem de Octauianis, & Alexandrum Albancollum Cursores Apostolicos. Petrus Spiengerius Magister Cursorum.

Publicatio.

XIIII.

Vectigal Quatreni quinquaginta librarum carnis Suinæ, a Pio V. pro bello contra Turcas impositum, reducit hic Pontifex ad scuta triginta millia, illudq; vna cum subsidio Triennali à Communitatibus exigi mandat, Et immunitates pro eisdem quinquaginta carnis Suinæ, a Pio V. reuocatas, omnibus restituit.

Pro extinctione autem istius Vectigalis erexit Montem Prouinciarum vt infra in const. 41. Pro paterna.

Vectigal Quatreni carnis fuit generaliter introductum a Iul. 3. vt supra in eius const. 31. Nuper fol. 533. & ibi notaui.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

SI Præsentis tēporis, & rerū huius sedis conditio pateretur, libentissime facturi fuimus & naturæ & consilij nostri ductu, vt non modo nullis nouis impositionibus nostros, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ subditos grauaremus, sed vetera potius & ab alijs imposita onera demeremus. Quoniā vero propter grauissimas eiusdem sedis necessitates id agere nobis non licet, illud saltem attente volumus opportuna ratione prouidere, vt quæ imposita sunt onera leuiora, & minora reddantur, & ita æqualiter sint inter omnes distributa, vt ne plus cæteris pauperes grauarentur, quos in primis oportet omni industria subleuare. Proinde cum felicis recordationis Pius papa V. prædecessor noster cogitans pro conseruatione, & progressu sacri fœderis Deo

Pius V. auxit vectigal quatreni carnis, reuocādo immunitates cuilibet cōcessas, pro lib. 50 carnis suinæ, & hoc vectigal ab omnibus exigi mandauit,

ris Deo anctore contra Turcas initi ingentes sumptus faciendos esse, vt aliquam ad eum vsum pecuniæ summam conficeret, immunitatem quinquaginta librarum carnis suinæ antea cuilibec personæ in statu ecclesiastico concedi solitam cassauerit, & reuocauerit: decernens tam pro huiusmodi quinquaginta libris, quàm pro alijs omnibus animalibus (hœdis duntaxat exceptis) vectigal quatreni carnis solui in posterum debere: Et deinde dictum vectigal quatreni carnis, simul cum augmento ea ca reuocatione immunitatis proueniente, quibusdam mercatoribus, sub certis modo, & forma concesserit, & locauerit, ea tamen conditione, quod anno primo locationis elapso Camera Apostolica posset dictum augmentum per seipsam recuperare, ac alias prout in instrumento contractus in Camera Apostolica desuper confecto latius continetur. Nos dicto iam anno elapso considerantes si augmentum prædictum eo modo quo impositum fuit remaneat exigendum, in hoc rusticos, & alios pauperes valde grauatum iri, qui eiusmodi carnibus vt plurimum sustentantur: deinde vero eosdem conductorum, commissariorum, & aliorum huiusmodi exactorum non paruis expensis, ac molestijs assidue subiaceret nullum opportunius ei rei remedium adhiberi posse censuimus, quam si prædictũ augmentum quadraginta millium scutorũ exceden ad minorem summam reducatur, & sic reductum, cum triẽnali subsidio coniungatur. Itaque de nobis attributæ potestatis plenitudine augmentum ipsum ratione librarum quinquaginta carnis, ad triginta millia scutorum monetæ auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo reducimus, & in subsidium triennale transfundimus, eique perpetuo applicamus, & incorporamus. Ita vt simul cum ipso subsidio triennali ab ijs a quibus debetur iuxta taxam in eadem Camera Apostolica factam, vel faciendam, posthac per eiusdem subsidij exactores exigatur. Volẽtes ac præsentium auctoritate iubentes, immunitatem carnis suinæ, quoad quinquaginta libras prædictas omnibus in integrum restitui debere: necnon irritum, & inane quicquid secus super his a quoqusm quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca mandamus dilecto filio nostro S. R. E. Camerario, ac eiusdem Cameræ Apostolicæ Clericis, & Præsidentibus vt has nostras literas in acta, & libros eorum referri, & describi, ac omnia in eis contenta obseruari inuiolabiliter faciant, taxamque omnibus ad quos pertinet ad modum triennalis subsidij constituant, & adscribant contradictores quoslibet, & rebelles, ac soluere recusantes per ecclesiasticas sententias, censuras, & pœnas, ac alia iuris & facti remedia in similibus adhiberi solita, appellatione postposita compescendo. Non obstantibus præmissis ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon quibuscunque etiam dictæ Cameræ iuramẽto confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis & literis apostolicis quibusuis personis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis irritantibusque, & alijs decretis in genere vel in specie quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innouatis (quibus omnibus etiam si de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica expressa, & indiuidua mentio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris) hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reductionis transfusionis, applicationis, incorporationis, voluntatis, iussionis, mandati & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autẽ hoc attẽtare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Hic autem Pontifex illud augmentum reducit ad scuta 30. millia, & simul cũ subsidio triennali, ac eodem modo exigi mãdat, à cõmunitatibus & particulares personas dicta immunitate gaudere decernit

Decretum irritans.

Clausula derog.

Dat. Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo septuagesimo secundo Kal. Februarij Pontificatus Nostri Anno Primo.

Cæ. Glorierius.

M. Datarius.

A. de Alexijs.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Admissio, & registratio in Camera Apost.

Die 30. Martij 1573. Ex decreto Cameræ Apostolicæ hæ literæ apostolicæ admissæ, & registratæ fuerunt libro primo signaturarum Sanctiss. D. N. Papæ apud me inscriptum eiusdem Cameræ Notarium. fol. 144.

Andreas Martini.

XV.

Reductio constitutionum a Pio V. pro Mendicantibus, & alijs Regularibus contra locorum Ordinarios, &c. editarum, ad terminos iuris, & Concilij Tridentini.

Has constitutiones habes sup. fol 982. nu. 38 Et si Mendicantium, & fol. 999. nu. 46. Ad exequendum, & fol. 1135. const 140.
Ad hoc nos decus.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. IN ANTA RERVM, & negociorum mole, qua Rom. Pont. ea omnibus mundi partibus assidue premitur, via vitari potest, ne aliqua interdum exiliant, quibus postea recognitis necesse est moderationis remedium adhibere. Cum itaque aliss fel. rec. Pius Papa V. prædecessor noster, auditis grauaminibus, quæ fratribus Ordinum Mendicantium ab Ordinarijs locorum, & parrochialium Ecclesiarum Rectoribus, multis modis inferri dicebantur, super sacris concionibus, & lectionibus habendis, confessionibus audiendis, pœnitentijs iniungendis, fratribus ad ordines promouendis, celebratione Missarum, cura animarum, sacramentorum ministratione, sepulturis, quarta funeralium, legatis, donationibus, eleemosynis, collectionibus, alijsque huiusmodi iuribus, necnon decimis, & diuersis oneribus, ac etiam super statu & regimine sanctimonialium ipsis fratribus subiectarum, formatione processuum, censurarum publicatione, processionibus, præcedentia, loco... acquisitione, certisque alijs rebus tunc expressis, multa per quasdam suas literas pro dictis fratribus

Pius V. priuilegia multa Mendicantibus concessit, vt sup in const. 98. & 98.

fratribus non modo statuerit, sed & quæ iam in Concilio Tridentino decreta fuerant ad hæc pertinentia declarauerit, multaque præterea priuilegia eisdem decimo septimo Kalen. Iunij, Pontificatus sui anno secundo, Et deinde ea omnia diuersis alijs ordinibus, & Congregationibus regularium non mendicantium, etiam per modum communicationis, concesserit: Postea per quandam suam constitutionem de Vicarijs perpetuis in parochialibus Ecclesijs vnitis per ordinarios locorum instituendis, & portione illarum Vicarijs assignanda editam, alia super constitutione Fratrum eorundem ad exercitium curæ animarum in eis parochialibus ecclesijs quæ domibus, & locis suis vnita sunt, decreuerit: Demum animaduerso quod ea omnia multis dubitationibus, inuoluta, magnisque difficultatibus obstructa multas magnasque dissensiones, altercationes, & lites inter prædictos locorũ Ordinarios, & fratrum ipsorum ordines, non sine graui diuini cultus, & animarum detrimento, ac populorũ scandalo concitauerant, contra ac ipse sperabat, & præter suam expectationem, vt qui interdũ conquereretur multa aliter alioque sensu a se prolata fuisse, quam literis expressa essent: Cupiens his mederi incommodis primum illa omnia quæ Regularibus aliorum ordinum, quàm Mendicantium communicauerat, & secundum præmissa concesserat, motu proprio restrinxerit: Deinde plenius prouidere volens, prioribus literis a se quoad ipsos Mẽdicantes magna in parte moderatis, omnes, & quascunque alias literas, quæ de alijs ordinibus, & congregationibus extra Mendicantiũ ordines de obseruantia nuncupatos emanauerant, omnino aboleuerit, causas omnes iam de his etiam in Romana Curia pendentes ad se aduocando, lites extinguendo, ac formatos super illis processus latasque sententias annullando, quemadmodum alijs suis literis in registro proxime compertis, nunquam tamen publicatis, plenius continetur: Postremo circa cõfessariorum regulariũ etiam Mendicantiũ approbationẽ iuxta Concilij prædicti decretum faciendam, etiam lectores in Theologia graduatos, & certos alios tunc expressos comprehendi debere declarauerit: Nos hac tanta varietate cognita, quæ etiam ex multiplici literarum, & cõstitutionũ editione procedit, præsentibus & futuris discriminibus occurrere volentes, De nobis attributæ potestatis plenitudine statuimus, & ordinamus de prædictis, & alijs omnibus literis, & constitutionibus, quæ ab eodem prædecessore eisdem de rebus pro quorumcunque regularium, etiam Mendicantium Ordinibus, & Congregationibus quomodolibet emanarunt, ac omnibus, & quibuscunque in eis contentis, eã deinceps dispositionem atque decisionem pro subiecta materia futuram esse, quæ siue ex iure veteri, siue ex sacris dicti Concilij decretis, siue alias legitime ante dictarum literarum, & constitutionum editionẽ erat, etsi ipsæ non emanassent futura fuisset, ad quam dispositionem & decisionem, suumque pristinum & integrum statum, ac terminũ illa omnia reducimus. Quin etiam tollimus, & abrogamus omnia irritantia, & alia decreta, necnon prohibitiones, declarationes, mandata, & quæcunque alia ipsis literis, & constitutionibus apposita, & alias eorum occasione vel causa facta, his nostris statuto, ordinationi, & reductioni aduersantia, quibuscunque illa sint concepta formulis, ac præseruationibus, declarationibus, modificationibus, restitutionibus, mentis attestationibus, derogatoriarum derogatorijs, alijsque fortissimis, efficacissimis, & inuiolabilibus clausulis, etiam motu & potestatis plenitudine similib. & ex certa sciẽtia, etiã pro conseruatione status regularis, & ex quibuscunque alijs vrgentissimis causis quotiescunque roborata. Decernentes illa omnia pro nullis, & infrctis haberi, omnique supradictos illarum vsu commodo, & effectu carere Ac omnes lites, & controuersias, quæ coram quibusuis iudicibus siue ordinarijs, siue commissarijs, etiam causarum Palatij Apostolici Auditoribus, & S. R. E. Cardinalibus, etiam de latere Legatis prædictarum literarum & constitutionum occasione super præmissis iam motæ sunt, necdum decisæ, aut finitæ vel etiam quæ iam decisæ sunt, si modo tractum habeat successiuum, easque rursus, & inter quoscunque excitari in posterum contingat, secundum prædictam dispositionem, nec aliter decidendas: Futura vero dubia, & difficultates quandocunque, & vbicunque orientur, ad nos & sedem apostolicã vbi & cetera quæ ad decreta dicti Cõcilij pertinent, quotidie declarãtur, omnino referenda esse; Necnon irritũ & inane quicquid secus super his per quosquunque scienter vel ignoranter contigerit attentari. Mandamus itaque in virtute sanctæ obedientiæ præsentes ab omnibus vbique Episcopis, & locorum ordinarijs, necnon ecclesiarũ Prælatis, rectoribus fratribusque prædictis ac cæteris, ad quos pertinet, semper inuiolata obseruari, Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon ecclesiarum monasteriorum, conuentuum, domorum, locorum, & ordinum quorumcunque iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis, etiam Maremagnum, & Bulla aurea nuncupatis, dictis ecclesijs ordinibus, & congregationibus quomodolibet concessis & confirmatis: quibus omnibus, etiã si de illis eorumque totis tenoribus specialis, expressa, indiuidua, & ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque cõtrarijs quibuscunque, Vt autem præsentes omnibus plenius innotescant, volumus earum exempla fieri, & etiam imprimi, illisque Notarij publici manu, & Curiæ ecclesiasticæ, vel Prælati, aut personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ sigillo obsignatis, eandem illam prorsus fidem in iudicio, & extra illud vbique locorum adhiberi, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si essent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ ordinationis, statuti, reductionis, oblationis, abrogationis, decreti, mandati, derogationis, & voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Et illa extẽdit ad alios ordines regulares, vt sup. ibidem in fi.

Et alia ordinauit circa deputationem Mendicantiũ in Parochialibus, vt supra in eius cõs. 46. f. 979

Sed postea alia decreuit, vt hic & in illius constit. 235 fol. 1232. & const. 240. f. 1135

Hic autem Pont. omnes prędictas constitutiones Pij v. reducit ad terminos iuris, & Concilij Tridentini.

Dubiorumque futurorum declarationes Sedi Apostol. reseruat.

Decretum irritans.

Clausula derogatoria.

Dat. Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo septuagesimo secundo Kal. Martij. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Cæ. Glorierius.

M. Datarius.

A. de Alexis.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno a Natiuitate Domini nostri Iesu Christi, millesimo quingentesimo septuagesimo tertio, indictione prima, die vero vigesima tertia mensis Martij, Pontificatus Sanctissimi Domini nostri Domini Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno Primo, Retroscriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarum Principis Apostolorum, & Sancti Ioannis Lateranensis de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Publicatio.

Floræ, per nos Ioannem de Soya, & Marcum Antonium Brutum, eiusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores.

Antonius Ludouicus Magister Cursorum.

XVI.

Applicantur Hospitali Hierosolymitano, eleemosynæ erogatæ, & erogandæ, pro Hospitali Corcyren. olim deputato pro curandis infirmis Christianæ classis contra Turcas, vt supra in const. 4. fol. 1198.

Causa applicationis.

Applicatio eleemosynarum.

Collectoris eleemosynarum deputatio.

Clausula derogatoria.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CVM dilecti filij Magnus Magister, & Conuentus Hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitani, qui insulam Melitam Italiæ propugnaculum aduersus Turcas defendendam susceperunt, eamque hactenus strenue & constanter, vt omnibus notum est, tutati sunt, maximis necessitatibus premantur, & grauissimis periculis, quæ ab ipsa Turcia eis imminere videntur, expositi sint, decreuimus eos, quibus possumus modis, & rationibus adiuuare. Itaque cum dux & Dominium Venetorum cum Turca pacem inierint, nec amplius Hospitali Corcyrensi pro Christianorum militum subuentione opem & auxilium ferre opus sit: Motu proprio, & ex certa scientia, maturaque deliberatione nostra quascunque eleemosynas, suffragia & subsidia, quæ a Christifidelibus pro dicto Hospitali Corcyrensi hactenus sunt erogata, & imposterũ erogari contigerit, dicto magno Magistro & Conuentui Hierosolymitano in eorũ necessitates exponẽda, auctoritate Apostolica tenore præsentium donamus, concedimus, & elargimur: Ac dilectum Hieronymum de Guetre dictæ Religionis Conseruatorem, & ad nos Oratorem destinatum Collectorem generalem omnium pecuniarum, quæ ex eleemosynis prædicto Hospitali Corcyrensi iam factis aut faciendis hactenus prouenerunt, & prouenient in futurum cum facultate deputandi per ciuitates, terras, & loca quæcunque subcollectores sibi beneuisos tam ordinis sui Hierosolymitani, quàm alias personas ecclesiasticas vel seculares, cum facultate ad hoc opportuna, de qua sibi videbitur, harum serie constituimus, & deputamus: Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ omnibus locorum ordinarijs quibus curam colligendi eleemosynas pro dicto Hospitali Corcyrensi dedimus, vt visis præsentibus seu earum transumptis authenticis pecunias, & eleemosynas prædictas subcollectoribus ipsius religionis Hierosolymitanæ sub debita quietantia cum effectu tradant, & consignent, seu tradi & consignari mandent, & faciant quas sic traditas bene solutas esse volumus, & mandamus. Non obstantibus literis in fauorem dicti Hospitalis Corcyrensis per fe. re. Pium V. prædecessorem nostrum, ac nos, vt præfertur, emanatis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, quod præsentium transumptis etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ originalibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die vndecima Aprilis, millesimo quingentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus nostri Anno Primo.

Cæ. Glorierius.

XVII.

Facultas Iudicum Curiæ Capitolij restituendi in integrum litigantes, ad Fatalia decursa, a die Sedis Vacantis Pij V. vsque ad diem Coronationis huius Pontif.

Similem constitutionem fecit Iul. III. quam habes supra fol. 524. nu. 23. & Pius V. fol. 1169. nu. 563.

Facultas Iudicum Capit.

Clausula derogatoria.

Sola signatura sufficit.

GREGORIVS XIII. Motu proprio, &c.

CVPIENTES litium compendijs, litigatorumque dispendijs, quantum possumus salubriter consulere, scientes per obitum fel. rec. Pij Quinti prædecessoris nostri Iustitium in Curia Capitolij a die obitus præfati Pij, vsque ad crastinum nostræ Coronationis indictum fuisse, & durasse, proptereaque de lapsu, & cursu instantiarum & fatalium quæstiones & dubia exoriri posse. Motu proprio, &c. Committimus, & mandamus Senatori, & Collateralibus, alijsque Iudicibus dictæ Curiæ tam ordinarijs, quàm delegatis, & subdelegatis, vt in causis coram eis pendentibus indecisis, partes ipsas ad prosequendum causas huiusmodi ad tantumdem temporis spatium, quantum suprascriptum durauit impedimentum, eorum arbitrio in integrum restituant. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, stilo Palatij, & Curiæ prædictæ, statutisque, & nouis reformationibus Vrbis in contrarium quomodolibet disponen. quibus pro hac vice dumtaxat, & ad huiusmodi effectum, & non aliàs derogamus, &c. cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque. Volumus autem quod præsentis nostri Motus proprij sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio & extra, & quod copiæ impressæ subscriptæ manu alterius ex dictæ Curiæ Correctoribus, in iudicio fides adhibeatur, Cancellariæ regula contraria non obstante.

Placet. V.

De electione

X V I I I.

De electione Syndicorum Senatoris, & Iudicum Curiæ Capitolij, ac extractione & mercede Notarij eorundem Syndicorum.

Hoc idem habes in Nou. Stat. Vrbis lib. 1. cap. 13. quæ Statuta confirmauit hic Pontifex infra in const. 63. Vrbem.

GREGORIVS Papa XIII. Motu proprio, &c.

ET si summa ratione per Vrbis nostræ antiqua Statuta cautum fuisset, vt Syndici ad Senatorem & Iudices alios Capitolinos, eorumque familiam de gestis & administratis per eos in eorum officio syndicandum, non antea eligerentur quam eorundem Senatoris & Iudicum officium esset expletũ eo tamen res progressa est, vt nõ solum Syndici huiusmodi in initio officij cuiusque Senatoris per summos Rom. Pontifices electi fuerint, sed etiam cum nullum ab eisdem statutis dictis Syndicis salarium fuisset constitutum & recte, quia iudicia pretio carere debent, certum sibi salarium per ipsos Romanos Pontifices statui, seu constitui, & assignari obtinuerunt, & salarium prædictum eis ab eodem Senatore solui debere extorserunt, & non modo pro eo anno quo Senatorem & alios præfatos de gestis per eos syndicabant, verum etiam si per plures annos ex Romani Pontificis indulgentia siue prorogatione officiũ Senatoris illius durasset, quamuis ipsi Syndici non nisi semel & in vltimo anno syndicandi munere fungerentur, salaria huiusmodi pro singulis præteritis annis sibi solui faciebant seu potius extorquebant, in graue Reipublicæ detrimentum. Nos igitur attendentes prædicta, quæ non solum contra eorundem statutorum laudabilem formam, sed etiam contra bonos mores esse dignoscuntur, nostris temporibus indigna esse, Motu simili, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine omnia, & singula prædicta vt pote ex praua consuetudine, seu potius ex bonorum morum corruptela orta, de medio tollentes, omnes, & quascunque concessiones, seu electiones deputationes Syndicorum huiusmodi, ac Iudicis, & Notarij etiam per nos & Rom. Pont. prædecessores nostros etiam Motu proprio hactenus quibusuis personis, & ad quodcunque tempus, sub quibuscunque verborum formulis, & derogationibus, & cum irritan. alijs decretis & clausulis, & ex quacunque causa factas earum tenores, ac si de verbo ad verbũ præsentibus inserti forent, pro expressis, & insertis habentes, reuocamus, cassamus, & annullamus, & pro reuocatis, cassis, irritis & nullis de cætero haberi volumus & mandamus, ac ab eisdem Syndicis Iudice, & Notario omnem & quamcunque auctoritatem, facultatem, salarium, & emolumẽtum perinde ac si nunquam ad huiusmodi officia electi aut deputati fuissent, penitus & omnino auferimus. Necnon hac in perpetuum valitura constitutione sancimus, statuimus, & ordinamus quòd de cætero Syndici Senatoris & Iudicum Capitolinorum, & familiæ eorundem non antea de Bussola (quæ iuxta morem Bussolæ aliorum officialium Ro. Po. & eodem quo illa tempore fieri debeat) extrahantur, quam cum Senatoris, aut Iudicum prædictorum, seu alicuius eorum, cum effectu vacauerint, & non amplius Iudex & Syndici, sicut hactenus fieri consueuit, sed duo tantum Syndici quorum alter sit legum Doctor, quiq; eorum munus abiq; alio salario, sed pure & sincere vt viros bonos decet implere debeant, in futurum eligantur, quibus Notarius vnus legalis & fidelis similiter ex Bussola extrahendus inseruiat, qui consuetam tantum cæteris Notarijs Tribunalium Curiæ Capitolinæ mercedẽ pro actis conficiendis ad iuris tribunal & non vltra recipiat, & scripturas huiusmodi syndicatus officio suo finito in Archiuio Capitolino consignare teneatur. Qui Syndici si quid omnino, & Notarius si vltra prædictam ipsi Notario præfinitam mercedem receperint, aut eorum aliquis receperit, etiam si modicum sit, in corruptelam illis imputetur, & repetundarum pœna puniantur. Quod si forte ante vacationem officij Senatoris & Iudicum præfati Syndici & Notarius quoquo modo etiam per nos & successores nostros fuerint electi, seu deputati, eorũ electio & deputatio subreptitia & obreptitia sit, & esse censeatur, sententiaq; ab eisdem forte ferenda nullius sit roboris vel momenti nec per eam Senator & Iudices quoquo modo a Syndicatu liberẽtur, aut liberati esse censeantur, sed alij omnino iuxta supra scriptã formam eligantur. Decernentes præmissa omnia perpetuo obseruari debere, & illa sub quibusuis generalibus derogationibus, & alijs contrarijs dispositionibus, & per nos & successores nostros Romanos Pontifices, etiam Motu proprio facien. nullatenus comprehensa existere, sed ab eis omnino excepta, & quoties illas fieri contigerit, toties hæc in pristinum & validissimum statum restituta, & de nouo concessa esse & censeri, sicque in præmissis omnibus & singulis per quoscunque etiam Romanæ Curiæ Iudices, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ac alios quosuis iudicari, &c. debere, sublata, &c. ac irritum, &c. si secus fieri vel attentari contigerit. Non obstantibus præmissis, ac Vrbis, & Capitolij eiusdem statutis & consuetudinibus etiam iuramento & auctoritate Apostolica roboratis, priuilegijsque indultis, & literis Apostolicis, etiam Motu proprio in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & emanatis, ac regula nostra de iure quæsito non tollendo, quibus omnibus & singulis eorum omnium tenores pro plene & sufficienter expressis habentes, hac vice ad effectum præsentium derogamus, & ad plenum derogatum esse volumus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Margin notes:

Statutum Vrbis ant. quum lib. 1. cap. 29. & lib. 4. cap. 14 disponebat Syndicos, & Iudicum Capit. eligen. esse post exitũ officialiũ, & Syndicis nullum constituebat salarium.

Contrarium tamen sæpe obseruabatur, vt hic.

Ideo Pont. huiusmodi consuetudinẽ, & electiones annullat.

Syndicosq; duos abiq; salario eligi iubet, postquã Iudicum officia vacauerint.

Ex hoc idem habetur in Nou. Stat. lib. 1. c. 13.

Notariumque vnum ex Bussola extrahi iubet.

Decretum irritans.

Clausula derog.

Placet, & ita volumus, & mandamus. Motu Proprio. V.

XIX.

Erectio Collegij Germanici in Vrbe, sub regimine quinque Cardinalium Protectorum, ac Presbyterorum Societatis Iesu: Annuique redditus decem millium aureorum applicatio, & exemptionis a Pedagijs, & Decimis concessio.

Facultates autem eorumdem Protectorum circa cognitionem causarum Collegij, & exemptionis ampliationes, habes infra in const. 26. Vt cæteri.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. POSTQVAM Deo placuit omnipotenti, qui ea summa misericordia, & bonitate sua, vocat ea, quæ non sunt tanquam ea quæ sunt, humilitatem nostram ad vniuersalis Ecclesiæ regimen vocare, ex eo tempore nos, eiusdem adiuuante gratia ea cogitare, & vrgere non destitimus, quæ, sicut officij nostri ratio postulat, ad diuinum vbique cultum & ecclesiasticam disciplinam restaurandam, & augendam, animarumque salutem procurandam maxime cognouimus pertinere. In primis vero animo recolentes amplissimam Germaniæ Prouinciam, quæ perpetuis superioribus sæculis inter cæteras fortissimæ ipsius nationis laudes, atque virtutes, tanto syncerae fidei, & Christianæ religionis cultu eminere solebat, vt reliquis Christianæ Reipublicæ partibus non minori exemplo, quàm ornamento, atque decori esset, nunc tot tantisque in ea instinctu Satanæ excitatis de religione dissidijs ita miserandum in modum afflictam & deformatam esse, vt nemo vel mediocri pietate præditus sine lachrymis tam grauem animarum iacturam recordari, ne dum intueri queat, eam præcipue curã suscepimus, vt quibuscunque possimus modis, nullis laboribus, nullisue sumptibus parcentes apta sanandis illius vulneribus remedia adhibeamus. Ac præter alia, quæ, & literis scribendis, & Nuncijs in quasdam Germaniæ partes hac ipsa de causa mittendis, agere aggressi sumus, considerantes fe. recordationis Iuliũ

Iul. 3. erexit in Vrbe Collegium Germanicum ad alendum, & instruendum pueros nationis German cæ, sed quasi destitutum remansit.

Papam iij. prædecessorem nostrum optimo quidem consilio Collegiũ in Vrbe alendorũ, & latinis, græcis, hebraicisque literis, Logica, Physica, alijsque liberalibus disciplinis, & sacra demum Theologia, ac pijs, & Christiano homine dignis moribus instituendorum Germanicæ nationis puerorum causa erexisse, vti ij non per se solum boni doctiq; euaderent, sed ad patriã remeantes, habendis concionibus, ac disputationibus, refellẽdis hæresibus fideique orthodoxæ veritati dilucidandæ, ac præterea exercendæ animarũ curæ, alijsque pijs, & sanctis operibus apti, & idonei essent, & quam maximum in Ecclesia Dei fructum ea se proferent; tamen id eius coeptum atque conatum, tum propter obitum ipsius, tum ob varias quæ postea sequutæ sunt temporum & rerum difficultates, parum processisse, nullumque incrementum suscepisse, quin potius quasi destitutum, ac prætermissum esse, quoniam nec redditus vllus, nec quicquam fere certi attributum ei Collegio fuerat, & ob id exiguum admodum puerorum huiusmodi numerum præ magnitudine Prouinciæ & messis quæ in ea est, hoc tempore ali & institui. Nos propterea ad opus hoc eidem nationi adeo vtile, & salutare totis viribus promouendum, animum

Hic igitur Pont. de nouo illud erigit.

& mentem nostram conuertimus. Quocirca ad Dei omnipotentis laudem sanctæque ipsius Ecclesiæ incrementum, præcipuamque Germanicæ nationis salutem, & commodum, Motu proprio, & ex certa scientia nostra auctoritate Apostolica Collegium prædictum Germanicum appellandum renouantes illud rursus de integro in alma Vrbe nostra erigimus & instituimus, Volumusque in eo posthac nõ minus quam centum pueros ex vniuersa Germania, Septentrionalibusque illi adiacentibus regionibus colligendos, dictis scientijs ac disciplinis, necnon

Et pro illius sustentatione, applicat annuos duc. decẽ mille.

sacris canonibus institui atque erudiri. Ad quorum sustentationẽ redditus annuos decẽ millium aureorum ipsi Collegio attribuimus, quos ex Cameræ nostræ Apost. pecunijs quot annis volumus numerari, distributa in menses singulos pro rata solutione, quo ad de totidem redditunm summa in bonis stabilibus eidem Collegio a nobis fuerit prouisum. Cæterum cum Societatis presbyterorum Iesu in hoc educandorum instituendorumq; pue-

Eiusque gubernium concedit presbyteris Societatis Iesu.

rorum munere diligentia fides integritas, & in alijs huiusmodi Collegijs, & in hoc ipso satis cognita sit, atque perspecta, volumus idem Collegium atque scholares sub ipsorum sicut adhuc fuit regimine institutione doctrina atque obedientia esse: Necnon Collegium ipsum illiusque Rectores, Gubernatores, Magistros Præceptores, atq; Scholares pro tempore in eo existentes, eorumq; bona mobilia, & immobilia cuiuscunq; qualitatis & quan-

De istorum Regione habes infra in const. 102.

titatis, in dicta Vrbe vel extra ac alias vbique locorum consistentia, ab omni iurisdictione, correctione, visitatione, dominio, superioritate, & potestate pro tempore existentis Senatoris & Consulum, ac Conseruatorum, & Re-

Exemptionemque a decimis, & gabellis concedit.

formatorum dictæ Vrbis, necnon Rectoris studij generalis, aliorumue quorumcunque Iudicum & Officialium in ipsa Vrbe, vel alias vbilibet constitutorum, Illaque ac in proprijs eorum rebus & bonis cum eis contrahentes a solutione & exactione quorumcunque pedagij, gabellæ, bollettini, decimarum, & cuiusuis alterius tam

Quod melius declarat infra in const. 36 Vt cæteri.

ordinarij quàm extraordinarij oneris, ea quacunque causa impositorum, & imponendorum eximimus & prorsus liberamus, ac sub beati Petri, & Sedis Apostolicæ, atque nostra protectione suscipimus, nobisque, & dictæ Se-

Priuilegia quoque studij Vrbis eiusque Doctoribus, &c concessa, eisdem elargitur. Hæc priuilegia vide sup. in Eugenij 8. constit. 2. fol. 33 & ibi not. Inhibetq; omnibus officialibus ne Collegium de super molestent.

di immediate subijcimus, ac liberos immunes & exemptos declaramus. Atque insuper eidem Collegio, & Scholaribus, Rectoribus, & Gubernatoribus, vt omnibus & quibusquecunque priuilegijs, exemptionibus, libertatibus, facultatibus, & indultis, quibus Studium generale almæ Vrbis, & illius Rector, Doctoresque, & in eo legentes quouis modo vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum nõ solum ad eorum instar, sed æqualiter & pariter vti, potiri, & gaudere valeant in omnibus, & per omnia concedimus, & indulgemus, illaque eis communicamus. Necnon Senatori, Consulibus, Conseruatoribus, Reformatoribus, Rectorique, & alijs Iudicibus, Officialibus, & personis prædictis, ac pro tempore existenti Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, Præsidentibusque, & Clericis Cameræ Apostolicæ, ac quibusuis Commissarijs ad exactionem onerum præfatorum pro tempore deputatis, ne quarumcunque literarum eis sub quibuscunque tenoribus, & formis cõcessarum prætextu, Collegium, Scholares, Rectores, & Gubernatores prædictos, seu eorum aliquem in præmissis quomodolibet molestent, seu molestari permittant, districtius inhibemus. Et præterea

Regen-

Regentibus, ac Superioribus dicti Collegij, cum assistentia tamen Cardinalium Protectorum, qui pro tempore constituti fuerint, seu alicuius eorum, vel de ipsorum consilio, & expresso consensu, illos quos in dicto Collegio, & alibi per debitum tempus studuisse, ac scientia, & moribus idoneos esse repererint, in prædictis facultatibus ad Baccalaureatus, Licentiaturæ, Doctoratusque, & Magisterij gradus, seruata forma Concilij Viennen. iuxta vniuersitatis eiusdem Vrbis consuetudinem, seu alias promouendi, & ipsorum graduum solita insignia eis exhibendi: Quodque in facultatibus supradictis sic promoti illas legere, & interpretari, ac de eis disputare, & quoscunque gradui, seu gradibus huiusmodi conuenientes actus exercere, ac omnibus, & singulis priuilegijs, gratijs, fauoribus, prærogatiuis, & indultis, quibus alij in prædicta, seu alijs vniuersitatibus, & alibi iuxta illius, & aliorum Vniuersitatum huiusmodi constitutiones, & mores, ad gradus prædictos promoti de iure, vel consuetudine vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, vti, potiri, & gaudere possint, ac debeant, perinde, ac si gradus prædictos in ipsa vniuersitate iuxta consuetudines, & mores prædictos suscepissent, concedendi, & indulgendi, liberam eadem auctoritate damus facultatem, & potestatem. Præterea, vt eiusdem Collegij conseruationi, bonoque regimini, tam in his, quæ ad scholarium institutionem, & disciplinam, quàm quæ ad victum, vestitum, aliaque huiusmodi necessaria pertinent, opportunius consulatur, & promptum eis paratumque auxilium sit, Venerabiles fratres nostros Ioannem Moronum Ostien. & Alexandrum Farnesium Prænestinen. Episcopos, ac dilectos filios Marcum Sancti Georgij ab Altaemps, Ptolemæum Comen. Sanctæ Agathæ, ac Ludouicum Madruccium Sancti Honuphrij titulorum S. R. E. presbyteros Cardinales, eiusdem Collegij Protectores, & defensores constituimus, & deputamus, quorum consilio, & ope, tam supradicta, quàm quæcunque alia ad eosdem in Collegio admittendos scholares, retinendosue, atque de beneficijs Ecclesiasticis prouidendos spectantia agantur, statuantur, & ordinentur: Dantes eisdem, & pro tempore existentibus Protectoribus plenam, & liberam facultatem, & auctoritatem pro salubri directione, & conseruatione dicti Collegij, illiusque bonorum, & rerum, ac iurium tam temporalium, quam spiritualium, Oeconomos, Aduocatos, Procuratores, aliosque Ministros, & officiales in eo deputandi, amouendique, & alios eorum loco sufficiendi: ordinationes præterea, & statuta (æqua tamen, & honesta, sacrisque Canonibus, & Concilio Tridentino non repugnantia) faciendi, & edendi, eaque cum opus visum fuerit, reuocandi, immutandi, corrigendi, aliaque de nouo condendi, quæ postquam facta, edita, reuocata, immutata, & correcta fuerint, perinde haberi volumus, ac si auctoritate Apostolica approbata, & confirmata essent, illaque ab omnibus Rectoribus, Magistris, scholaribus, alijsue personis in Collegio seruientibus, & ministrantibus inuiolabiliter obseruari, ac iuxta eorundem dispositionem à quibusuis Iudicibus, sublata quauis aliter iudicandi facultate, iudicari, & diffiniri debere: & si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & dictæ Vrbis iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis eisdem Senatori, Consulibus, Conseruatoribus, Reformatoribus, Camerario, Vniuersitatibus, ac earum Collegijs, Rectoribus, & personis, alijsque prædictis, necnon prædictæ Vrbi, & Populo Romano sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Vt vero etiam temporalibus commodis spiritualia munera addamus, quibus fidelium deuotio, & merita crescere magis, & augeri possint: De omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate, nostraque confisi, omnibus, & singulis scholaribus, qui in id Collegium recepti fuerint, in ipso ingressu, ac deinde in exitu, si quidem confessi, & contriti sacram Communionem deuote perceperint, atque etiam si in eodem Collegio decedere eos ab humanis contigerit, in mortis articulo plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem concedimus, & elargimur. Volumus insuper, vt præsentium transumptis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo communi dicti Collegij, aut alicuius Curiæ Ecclesiasticæ, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra, ac alias vbicunque opus fuerit, habeatur, quæ haberetur eisdem præsentibus, si exhibitæ forent, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ renouationis, erectionis, institutionis, attributionis, exemptionum, dationum, constitutionis, deputationis, derogationis, elargitionis, decretorum, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo tertio, Octauo Id. Augusti, Pontificatus nostri Anno secundo. M. Dat.

Regentibus, & Superioribus Collegij conceditur facultatem, vt vna cum Protectoribus, possint scholares ad gradus promouere.

Deputatio Card. Protectorum Collegij.

Facul. eorundem

Clausula derog.

Indulg. pro scholaribus eiusdem Collegij.

Cæ. Glorierius.
A. de Alexijs.

XX.

Confirmatio constitutionis Pij Quarti, contra acclamantes, aut habentes Franchisias in Vrbe, vel sub illarum prætextu, Iustitiæ ministros impedientes.

Quam constitutionem Pij 4. habes sup. fol. 733. nu. 62. Inter cæteras.

GREGORIUS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

ET ipsa ratio, & vsus docet, nihil perniciosius in Ciuitate contingere posse, quàm legum, iudiciorumque impedimentum. Quod malum satis opportune prohibere volens fel. rec. Pius Papa IIII. prædecessor noster, cui post alias hac de re præsertim à piæ memoriæ Iulio Papa Tertio promulgatas constitutiones, innotuerat, quamplurimos adhuc esse in Vrbe, qui vel ob commissa crimina, vel ob æs alienum contractum, sibi à Ministris, Iustitiæque executoribus timentes, ad ædes primatum, etiam S.R.E. Cardinalium

Iul. 3. Frā hitlas in Vrbe prohibuit, vt in eius cōst. 26 Cū inst. dies, fol. 526.

Pius 4. approbauit ei nst. Iul. 3. & contra Frāchitias tenentes aut acclamantes, vel Iustitiæ ministros impedientes multas pœnas imposuit, vt hic, & in eius const. 62. fol 733.

dinalium, ac Oratorum Principum vti loca tuta, quas franchitias appellabant, confugerent, eaque ratione impuniti euaderent, & creditores eluderent, aliam edidit constitutionem, qua etiam sub arbitrarijs pœnis sanait, ne vllus post id tempus cuiuscunque dignitatis, ac præeminentiæ foret, ædes prædictas, aut alia quæcunque loca franchitias appellare audeat: neue Cardinales, Oratores, ac Primates prædicti, etiam si sui, & Romani Pontificis pro tempore existentis nepotes, aut alio consanguinitatis, vel affinitatis vinculo coniuncti essent, eorumque familiares, aut in ipsorum domibus commorantes, in eisdem domibus, seu locis circumuicinis maleficos quosuis etiam indemnatos, aut ære alieno obstrictos (contra quos tamen mandata executiua instantibus creditoribus iam decreta, & relaxata essent) vt è potestate Curiæ sæcularis sic eximerentur, receptare, vel prætextu franchitiæ securos reddere, aut Iustitiæ executores, quo minus libere officio suo contra eosdem fungi possent, quocunque modo impedire auderent: alioquin receptantes huiusmodi, aut securitatem præstantes, seu executores Iustitiæ impedientes, vel excitatis clamoribus, Cardinalium, Oratorum, seu Primatum quorumlibet nomen, auxilij causa inuocantes, aut quoscunque alios in ipsos Iustitiæ Ministros concitantes, velut criminis læsæ Maiestatis rei dignis pœnis afficerentur: contra quos etiam ad alias pœnas, quibus malefici ipsi puniti fuissent, vel quas promeruissent, necnon ad satisfactionem creditorum, etiam ex officio, & ad Fisci, partiumque instantiam inquiri, procedi, & condemnari debere, voluit atque decreuit. Sed cum hæc ipsa Pij prædecessoris constitutio propter nimiam corruptelam, minime postea sit eum quem decuit effectum cō secuta, Nos volentes omnino in Alma Vrbe nostra, ita Iustitiæ debito ab omnibus satisfieri, vt perpetua subditis nostris quies, & salus inde pariatur, & cæteris præbeatur exemplum constitutionem prædictam exacte

Hic vero Pont. mādat const. Pij 4. ab omnibus obseruari.

ab omnibus, & omni tempore præcipimus obseruari. Mandantes Gubernatori, Magistratibus, Iudicibus, & executoribus dictæ Vrbis, ac cæteris omnibus ad quos spectat, vt gratia, & fauore postpositis, illam, & contenta in ea quæcunque omnino exequantur, ac pœnis in ipsa propositis supradictos, & quosuis inobedientes, & contrafacientes, iuxta illius tenorem afficiant: & alioqui in prohibendis vsquequaque his incommodis inuigilent, si nostram, & Apostolicæ Sedis vltionem voluerint euitare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum præcepti; & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo tertio, Non. Septembris, Pontificatus nostri Anno secundo.

Cæ. Glorierius.
A. de Alexijs.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini, millesimo quingentesimo septuagesimo tertio, Indictione prima, Die vero vigesimaquarta mensis Septembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ xiij. Anno secundo, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarum Sancti Ioannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, vt moris est per nos Ioannem Guerardum, & Ioannem de Soya Apost. Cursores.

Alexander Aslancollus Magister Cursorum.

XXI.

Confirmatio prohibitionum Apostolicarum, contra asportantes Alumina infidelium ad partes Christianorum eorumque complices, & fautores editarum.

Prohibitiones istas fecerunt Iul. 2. vt sup. f. l. 248. in Leon 10. const. 36. Sicut, & Paul. 3. in const. 48. Et si ea, fol. 452. ac Iulius 3. in const. 42. Et si ea, fol. 543. ac Pius 4. in const. 43. Ex Apostolicis, fol. 712.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Iul. 2. & aliorum Pont. constitutiones indicauit, hic in rubrica.

MVNERIS nostri debito incumbit, vt quæ à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris pro Christianæ Reipublicæ vtilitate statuta, & decreta fuerunt, ea rata, & firma maneãt, atque ab omnibus diligenter obseruari euremus. Quocirca cum fel. rec. Iulius Secundus, Paulus Tertius, Iulius etiam Tertius, & Pius Quartus prædecessores nostri prohibuerint, ne infidelium Alumina ad Christianorum regiones, & loca aduehe rentur, & importarentur, grauissimis censurarum anathematis, amissionis bonorum, alijsque contra inobedientes eorumue socios, fautores, & auxiliatores propositis pœnis, idque propter iustas rationes, & causas fecerint: Nos volentes quæ ab ipsis antecessoribus ita sancita fuerunt, ad debitum effectum perduci, omnes eorum hac de re editas literas, & constitutiones tenore præsentium approbamus, &

Confirmatio dictarum constitutionū Apost.

innouamus cum eisdem censuris & pœnis, ac omnibus Christifidelibus cuiuscunque status, gradus, & conditionibus existentibus præcipimus, & interdicimus, ne aduersus prædicta agendo, Alumina ipsa infidelium ad Christianorum partes quouis modo audeant importare, aut importantibus præbere consilium, auxilium, vel fauorem. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutisque, & consuetudinibus, etiam

Clausula derog.

municipalibus, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis, quibusuis personis publice, vel priuatim sub quibuscunque tenoribus, & formis concessis, approbatis, & innouatis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Vt autem præsentes literæ in omnium notitiam facilius perueniant, volumus earum exemplis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus fidem haberi in iudicio, & extra illud, quæ ipsis originalibus literis haberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, præcepti, interdicti, & voluntatis infringere, vel

vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, Id. Septembris, Pontificatus nostri anno tertio.

M. Dat.

Cæ. Glorierius.

A. de Alexijs.

Anno à Natiuitate D.N. Iesu Christi, millesimo quingẽtesimo septuagesimo quarto, indictione secũda, die quarto mensis Octobris, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Retroscriptæ literæ Apostolicæ publicatæ, & affixæ fuerunt valuis Ecclesiæ Sancti Ioannis Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, per nos Scipionem de Octauianis, & Camillum Cherubinum Curs. Publicatio.

XXII

Indictio Sancti Iubilei, pro visitantibus Basilicas SS. Petri, & Pauli, ac Sancti Ioannis Lateranen. & B. Mariæ Maioris de Vrbe, Anni 1575.

De institutione huius Iubilei, & eius reductione ad annum 25. vide sup. in Pauli 2. const. 9. Ineffabilis, fol. 94.

De concessione autem eiusdem Iubilei, pro Catholicis Anglis Romam venire impeditis, habes infra in const. 33. Saluator.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. DOMINVS, ac Redemptor noster Iesus Christus, qui pro ineffabili charitate sua serui formam accipiens, acerbissimam Crucis mortem subire dignatus est, vt Deo patri genus humanum reconciliaret, atque in sortem hæreditatis æternæ vocaret, volens nostræ plenius succurrere imbecillitati, & donum hoc pretiosissimo ipsius sanguine acquisitum copiosius communicare, ne elapsis post regenerationis lauacrum opportunum eiusdem diuinæ misericordiæ deesset subsidium, Beato Petro Apostolorum Principi, eiusque deinceps successoribus suis in Terris Vicarijs Sanctæ Catholicæ Romanæ Ecclesiæ (quæ cæterarum omnium caput, mater, & magistra est) potestatem dimittendi peccata plenissimam reliquit, ac thesauro præterea immenso meritorum eiusdem passionis (cui etiam Gloriosissimæ semper Virginis Mariæ, omniumque Sanctorum merita accedunt) idcirco ditauit Ecclesiam sponsam suam, eumque prædictis Beato Petro, & successoribus dispensandũ commisit, vt eo cæteri fideles pro temporalibus pœnis ex remissis culpis sæpius remanentibus ad satisfaciendum adiuti, ad percipiendos cœlestis gratiæ fructus expeditiores redderentur. Quarum rerum consideratione adducti, diuinæque bonitatis exuberantia confisi Romani Pontifices prædecessores nostri, animarumque saluti toto animi sensu prospicientes, pro facultate dispensandi thesaurum prædictum illis credita, Sanctum Iubileum statutis annis, Priores quidem longioribus interuallis, alij vero breuioribus, & posteriores vigesimo quinto quoque anno celebrandum decreuerunt, quo scilicet tempore idem Ecclesiæ thesaurus ad salutarem eorum lætitiam depromeretur, qui ea causa Almam inuiserent Vrbem, quam prædictus Princeps Apostolorum, & doctor gentium, totque deinceps Christi Martyres suo sanguine consecrarunt. Quocirca nos dictorum prædecessorum pium saluberrimumque institutum secuti, de fratrum nostrorum assensu, Iubilei celebrationem proxime sequenti anno, millesimo quingentesimo septuagesimoquinto, à primis vesperis, quæ vigiliæ est diei Festi proxime futuri Natiuitatis Domini Nostri Iesu Christi, incipiendam, & per totum annum ipsum finiendam, vniuerso Christiano populo quanto maiore possumus animi gaudio indicimus. Quo quidem anno durante, qui vere pœnitentes & confessi, Beatorum Petri & Pauli Apostolorum Basilicas, & Sancti Ioannis Lateranensis, ac Sanctæ Mariæ Maioris in Vrbe Ecclesias triginta continuis, vel intermissis diebus semel saltem in die, si Romani, vel Vrbis incolæ fuerint, si vero peregrini, quindecim diebus deuote eodem modo visitauerint, ac pro ipsorum totiusque Christiani populi salute pias ad Deum preces fuderint, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem, quemadmodum etiam prædecessores nostri concesserunt, consequentur. Et qui post iter ad Vrbem huius deuotionis causa susceptum, illud perficere ob aliquod legitimum impedimentum non potuerint, aut in morbum inciderint, & siue in via, siue in Vrbe ipsa ab humanis excesserint vere pœnitentes, & confessi, hos quoque pro eorum pia, ac prompta voluntate ipsius Indulgentiæ, ac doni participes fieri volumus. Monemus itaque, & hortamur omnes Christifideles, qui sacro huic cœtui interesse poterunt, vt humanæ vitæ miserias, sæculi huius vanitatem, dierumque paucitatem, qua ad mortem, & districti examinis diem assidue properamus, contra vero immensa cælestis vitæ gaudia, summam felicitatem, perpetuam æternamque beatitudinem attente considerantes, & animo reuoluentes, ita conscientias suas examinare, & ab omnium peccatorum vitiorumque maculis, & sordibus purgare studeant, simulque bonis, & sanctis operibus, atque Orationi adeo intenti sint, vt tanti huius gaudij, & Ecclesiasticorum munerum largitionis vere participes fieri, & in altero postea sæculo premium vberrimum consequi mereantur. Quare mandamus omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque Ecclesiarum Prælatis, vt suos quisque populos diligenter curent ea omnia edocendos, quæ ad remissionis, & Indulgentiæ prædictæ adipiscendæ præparationem fuerint opportuna, debita in eos pietatis, & misericordiæ opera exercendo. Rogamus quoque in Domino charissimum in Christo filium nostrum Maximilianum Rom. Regem in Imperatorum electum, ac Reges, & Principes omnes Christianos, quo magis merita ipsorum in fouenda hac peregrinantium pietate apud Deum crescant, & tanti tamque boni operis participes efficiantur, vt viarum securitati ad eorundem peregrinorum commodum prospicere, egentibusque beneficentia, & eleemosynis succurrere velint. Vt autem præsentes literæ in om-

Indictio Iubilei.

Monet Christifideles vt se præparent ad consequendũ Iubileum.

Hortatur Principes vt Peregrinos foueant & subueniant.

in omnium notitiam facilius perferantur, volumus earum exemplis, etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, ac personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo munitis eandem prorsus fidem haberi, quæ haberetur ipsis præsentibus, si exhibitæ forent, & ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ indictionis, monitionis, hortationis, mandati, rogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, sexto Id. Maij, Pontificatus nostri Anno secundo.

M. Datarius.

Cæ. Glorierius,
A. de Alexijs.

XXIII.

Confirmatio, & ampliatio Priuilegiorum, & gratiarum ordinis Cistercien. & Reformatio eiusdem Ordinis.

De materia Priuilegiorum huius Ordinis, habes etiam sup. in Leon. 10. const. 40. In Apostolicæ, fol. 263. & Pij 4. const. 92. In eminenti, fol. 791. ac Pij v. const. 38. Et si mendicantium, fol. 982.

De Monialium vero exemptione, à Ministris huius Ordinis, & earundem subiectione iurisdictioni Ordinariorum, vide infra in const. 60. Vniuersi & ibi notaui de materia.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad futuram rei memoriam.
SVPERNA dispositione, cuius inscrutabili prouidétia ordinationé suscipiūt vniuersa in supereminēti Apostolicæ dignitatis specula meritis licet imparibus cōstituti, ad ea, per quæ sacræ religionis Cistercien. ordinis nobis, ac Sedi Apostolicæ immediate subiecti status feliciter dirigatur, & regularis vitæ institutio iamdiu à Sanctis viris, tam piè, & Religiosæ tradita, & constituta conseruetur, etsi quid deperire incœperit Domino concedente reformationem suscipiat, & in suum pristinum statum reflorescat, ac denique personæ sub suaui Religionis huiusmodi iugo, Domino secundum regulæ suæ puritatem famulantes, sua in pacis, & quietis suauitate vota reddere, & fructus in Dei Ecclesia vberiores proferre valeant, libenter intendimus, & his, quæ per Romanos Pontifices prædecessores nostros propterea concessa, & ordinata fuisse reperiuntur, etiam nostræ approbationis robur adijcimus, ac alias desuper statuimus, ordinamus, moderamur, & reformamus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Dudum si quidem felicis recordationis Pio Papæ Quarto prædecessori nostro pro parte bonæ memoriæ Ludouici olim Abbatis Monasterij Cistercij Cabilonē. diœc. exposito, quòd licet sacer Cistercien. ordo in summa puritatis, & deuotionis perfectione, per multa retroactorum annorum sæcula, ac tamdiu exemplari Religiosorum suorum vita, atque sanctimonia non solum in Regno Franciæ, vbi supremum eius caput videlicet Cistercij præfatum cum alijs quatuor illius præcipuis nempe firmitatis, Pontigniaci, Claræuallis, & Morimondi Cabilonen. prædictæ, & Antissiodoren. ac Lingonen. respectiue diœc. Monasterijs Filiabus Cistercij nuncupatis, sed etiam per alia fere vniuersa Christiani Orbis climata cum bonæ famæ, & virtutum odore, eximioque Religionis decore ad ædificationé militantis Ecclesiæ quādiu iuxta Sanctorum Patrum institutiones, & regularia illius instituta præfatis alijsque Monasterijs de Monachorum dicti ordinis personis prouisum, eiusque laudabilia instituta, ritus, consuetudines, & priuilegia firmiter obseruata fuerant, Domino cooperante floruisset. Nihilominus tunc à pluribus annis citra præsertim postquam pleraque Monasteriorum, ac Prioratuum suorum, alijs quàm dicti ordinis personis commendari, ac ab eorum Superioris obedientia per exemptionum, vnionum, aliasque diuersas vias tanquam membra à suo corpore diuelli, abstrahi, & dismembrari cœperant, specioso illo regularis disciplinæ candore paulatim offuscato vniuersi ordinis status in miserabilem dispersionem, & desolationem prolapsus erat, & in eadem expositione subiuncto, quòd tantis huius olim Deo, mortalibusque gratiæ Religionis incommodis aliter quàm per antiquorum statutorum, consuetudinum, rituum, & priuilegiorum prædictorum vndique conuulsorum, & diuersimode oppressorum restitutionem mederi non posse videbatur, præfatus prædecessor supplicationibus ipsius Ludouici Abbatis in ea parte tunc inclinatus, antiqua priuilegia per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores suos eidem Cistercien. ordini, & eius Capitulo generali indulta, & concessa per suas literas approbauit, confirmauit, & innouauit, & alia desuper statuit, & ordinauit. Et deinde piæ mem. Pius Papa Quintus, etiam prædecessor noster eodem erga præfati Cistercien. ordinis bonum statum, & reformationem zelo, & animi propensione affectus, antiqua illa eidem ordini, vt præfertur, concessa priuilegia, & indulta per suas literas, etiam approbauit, & confirmauit, ac literis Pij Quarti prædecessoris eiusmodi, etiam suæ approbationis robur adiecit. Necnon nonnulla alia opportuna pro temporis conditione præfati Cistercien. ordinis reformationem concernentia de nouo eidem ordini, & Capitulo generali concessit, & indulsit, prout in singulis literis præfatis plenius continetur. Cum autem firmiora sint ea, quibus Sedis prædictæ sæpius intercedit auctoritas. Nos cupientes, vt illa, quæ pro dicti ordinis, cuius decus, & integritatem, ac pristini candoris restitutionem non minori, quam prędicti prædecessores nostri zelo affectamus, salubri directione tam piæ, ac Sanctæ statuta sunt, inconcussa perpetuo remaneant, omnium, & singulorum immunitatum, libertatum, exemptionum, conseruationum, facultatum, ordinationum, statutorum, priuilegiorum, indultorum, & aliarum gratiarum: Necnon literarum Pij Quarti, & Pij Quinti prædecessorum huiusmodi tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis haben. Motuproprio non ad Abbatis generalis, & Superiorum ordinis huiusmodi, vel quorumuis aliorum instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia, omnes & singulas ab Abbate Monasterij Cistercij, alijsque Superioribus, & Capitulo generali ordinis huiusmodi, eiusque deputatis, immunitates, libertates, & exemptiones quibusuis, tam virorum, quàm Sanctæ Catharinæ Caietan. & Sanctæ Mariæ de

Pius 4. ex causis his expressis confirmauit antiqua priuilegia, & indulta ord. Cistercien. & alia desuper statuit, vt su. in eius const. 92. In eminēti, f. 791.

Pius 5. eadem cōfirmauit, & quædā alia de nouo concessit pro reformatione eiusdem ordinis, sed eius const. hic nō habetur.

Abbas, & cæteri eiusdem ordinis Superiores, possint iuxta illius instituta visitare quæcunque Monasteria, & loca, non obstan. quibuscunque exemptionibus.

Ad quod vide, vt Pium 4. in dicta const. 92. §.

Cœle-

Coelestia nuncupatæ Venetiarum, alijsque Monialium Monasterijs, ac Prioratibus, & alijs regularibus locis dicti ordinis, ac dilectis filijs Abbatibus, & Prioribus, dilectisque in Christo filiabus Abbatissis, & Priorissis, necnon Conuentibus, Capitulis, & personis eorundem, tam in Gallia, Italia, Hispania, Portugallia, Germania, Anglia, & Scotia, quàm alibi vbilibet consistentibus, ita quod immunitatibus, libertatibus, & exemptionibus huiusmodi non obstantibus pro tempore existentes Abbas generalis nuncupatus, & alij Superiores dicti ordinis, eorumque Vicarij, iuxta ipsius ordinis instituta Monasteria, Prioratus, & loca prædicta, ac illorum personas, tam in capitibus, quàm in membris visitare libere, & licite valeant.

Indulta Apostolica Episcopis, & alijs concessa visitandi eadem loca, limitantur, ita vt Abbas præfatus, & Superiores illa etiam visitare possint. Hoc idē statuit, Pius 4. ibid.

Ac quæcunque priuilegia, & indulta Apostolica visitandi Monasteria, tam virorum, quàm mulierum ordinis huiusmodi quibusuis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filijs alijs locorum ordinarijs, Abbatibus, & alijs, quàm Generali Cistercien. prædicto, ac alijs quatuor primis nuncupatis quatuor Monasteriorum filiarum Cistercij nuncupatorum præfatorum Abbatibus cæterisque Superioribus eiusdem ordinis ad id ab ipso generali Capitulo deputatis personis cuiuscunque status, gradus, ordinis, & præeminentiæ existentibus per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & dictam Sedem, etiam ad quorumuis Imperatorum, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum instantiam, vel etiam Motuproprio, & ex certa scientia, etiam Consistorialiter, & cum causæ cognitione sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatorijs clausulis, irritantibusque, & alijs decretis hactenus quomodolibet concessa, & etiam iteratis vicibus approbata, & Apostolicas, & alias literas desuper confectas, & indesecuta quæcunque ad hoc, dumtaxat, vt Abbati generali, & alijs Superioribus ordinis, eorumque Vicarijs Monasteria huiusmodi, vt præfertur, visitare liceat Apostolica auctoritate tenore præsentium moderamur, & limitamus, inhiben. Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Superioribus Prælatis videlicet sub interdicti ingressus Ecclesiæ, ac suspensionis à diuinis, Abbatibus vero, & alijs inferioribus præfatis, cæterisque quibuscunque personis sub excommunicationis latæ sententiæ pœnis ne Abbatem generalem, & alios Superiores ordinis, eorumque Vicarios præfatos quominus visitationes, iuxta regularia ordinis instituta huiusmodi libere facere possint: per se, vel interpositas personas directe, vel indirecte, aut alias quoquomodo impedire audeant, vel præsumant: Ipsis autem Monasteriorum, & aliorum locorum prædictorum Abbatibus, Abbatissis, Prioribus, Conuentibus, Monachis, Monialibus, & personis, vt Generalem, aliosque Abbates, Superiores, & Vicarios præfatos, vt præfertur, visitare volentes, benigne recipiant, eisque, & eorum mandatis in concernentibus eorum visitandi officium huiusmodi pareāt & humiliter obediant in virtute sanctæ obedientiæ, & sub similis excommunicationis pœna districte præcipiendo mandamus:

Inhibitio cōtra Episcop. & alios impedientes illos in visitationibus. Hoc idem voluit Pius 4. ibidem.

Monaci, & Moniales omnes, admittant Abb. & alios Superiores visitan. sub pœna excommunicationis. Immo Moniales habent exemptionem ab eorum iurisd. vt inf. in const. 60. Vniuersi.

Et insuper vniuersa, & singula priuilegia, prærogatiuas, immunitates, exemptiones, libertates conseruatorias, facultates, indulta, & alias gratias Cistercij, & quatuor filiabus nuncupatis Monasterijs, ac ordini, eiusque Capitulo generali, diffinitoribus, & alijs Superioribus præfatis per piæ memoriæ Paschalem secundum Callistum, etiam secundum Eugenium tertium, Alexandrum, etiam tertium, Lucium similiter tertium, Honorium pariter tertium; Gregorium nonum, Innocentium quartum, Sixtum etiam quartum, præsertim commendas, & Commendatarios Monasteriorum, & aliorum locorum ordinis huiusmodi concernentia, & quòd commendatarij pro tempore existentes nullam in Monasteria dicti ordinis sibi commendata, & eorum Monachos iurisdictionem exerceant, & quoscunque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, & Sedem huiusmodi hactenus quomodolibet concessa. Necnon ordinationes, & statuta ab exordio fundationis eiusdem ordinis vsque in præsentem diem in dicto generali Capitulo concorditer edita, etiam si in vsu esse desierint, dummodo per lapsum temporis immemorabilis videlicet centum annorum in desuetudinem non abierint: Ac præterea super contributionibus per omnia, & singula eiusdem ordinis Monasteria Abbati Cistercij, seu Capitulo generali prædictis faciendis, & soluendis, ac prout illa concernunt omnia, & singula alia in literis Apostolicis, alijsque documentis desuper confectis contenta, & indesecuta quæcunque licita tamen, & honesta, ac decretis Concilij Tridentini non aduersantia, eisdem auctoritate, & tenore ex certa scientia confirmamus, & approbamus, ac illis perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis, & nostræ approbationis robur adijcimus, omnesque, & singulos iuris, & facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem supplemus, necnon potiori pro cautela eadem omnia, & singula priuilegia, prærogatiuas, facultates, exemptiones quatenus sint in vsu, conseruatorias, indulta, & alias gratias eisdem modo, & forma, quibus ordini, eiusque Abbatibus Capitulo generali, & Superioribus prædictis per dictos prædecessores concessa sunt, illis de nouo auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & innouamus.

Cōfirmatio quarumcunque gratiarum, & exemptionum ipsius ordinis.

Hoc idem fecit Pius 4. ibidem.

Confirmatio statutorum eiusdē ordinis.

Commendatarij tenentur ad contributiones faciē. Abbati, & Capitulo.

Hoc idē statuit Pius 4. ibidem.

Et præterea quòd in Monasterijs dicti ordinis, quæ diuersis personis (etiam si Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, & S. R. E. Cardinales existant) de præsenti commendata, etiam reperiuntur, & in futurum commendari, seu alias quoquomodo alijs, quam ordinis ipsius personis concedi contingat, vbi non fuerit, instituatur mensa Conuentualis, Abbatiali mensa distincta, & separata, cum annuis fructibus, redditibus, & prouentibus iuxta Monasteriorum ipsorum facultates competentibus & honestis, pro sufficienti Conuentus, & Monachorum aliorumque Religiosorum eiusdem ordinis numero in vnoquoque ex ipsis Monasterijs per ipsos Generalem, & cæteros ordinis ipsius Superiores, aut eorum Vicarios ordinando, quam quidem mensam quia etiam edificiorum, & locorum ad disciplinæ Monasticæ obseruationem pertinentium, scilicet templorum, ornamentorum, iocalium, librorum Ecclesiasticorum, dormitorij, refectorii, aliorumque locorum regularium, necnon Monasteriorum clausuræ necessarijs, & ordinarijs reparationibus faciendis obligatam, & obstrictam esse volumus, vt in ea instituenda expensarum annuarum ad hæc necessariarum ratio habeatur, statuimus, & mandamus, ac ad eandem mensam sic instituendam, eongruosque redditus assignandos ipsi Commendatarii omnino teneatur, & ad id etiam per censuras Ecclesiasticas fructuum, redditum, & prouentuum sequestrationes, & alia opportuna iuris remedia cogi possint, & debeant.

In Monasterijs cōmendatis alijs personis, quā ipsius ord. institui debet mensa Cōuentualis, distincta ab Abbatiali, & sufficiēs pro Monachis, & cæt. De materia commendandi Monasteria, habes sup. in Leone 10. const. 25. Supernæ dispositioni, fol. 591.

Et quia sicut accepimus in multis dicti ordinis, tam virorum, quam mulierum Monasterijs quāplures mendicantiū aliorum ordinū Religiosi vtriusq; sexus ab immemorabili tēpore citra se intruserunt, & persæpe intrudere præsumunt, quod illi, vel inde realiter, & cum effectu eijciātur, vel saltem habitū infra annum suscipiant, ac professionem regularem eiusdem Cistercien. ordinis expresse emittant, debitamque obedientiam, & reuerentiam illius Abbati generali, & reliquis Superioribus prædictis præstent, ac diuinum officium secundum ipsius ordinis morem celebrent, seque regularibus eius institutis omnino conforment. Quod-

Religiosi aliorum ord. intrusi in locis huius ordinis aut inde eijciātur, aut eiusdem ord. professionē faciant.

que Monachi in Monasterijs, & Prioratibus eiusdem ordinis, alijs pijs locis pro tempore vnitis, annexis, & incorporatis degentes sint, & remaneant sub obedientia, & correctione Abbatis generalis, aliorumque Superiorum ordinis Cistercien. præfatorum, & suorum Vicariorum in omnibus & per omnia, perinde ac si vniones, annexiones, & incorporationes huiusmodi non emanassent, etiam si in illis aliter caueretur, & vsus, non tamen à tempore immemorabili, vt præfertur, contrarium obtineat, quæ contra statuti huiusmodi tenorem nemini suffragentur: Quòd nullæ alterius ordinis Moniales nisi causa legitima subsistente in Abbatissas Monasteriorum Monialium dicti ordinis assumi, vel si assumantur in eisdem Monasterijs recipi possint, nisi illorum immediato Patre Superiore præsente, qui habitum illis exhibeat, & ab eis tria substantialia vota, necnon iuramenta obseruandi statuta dicti ordinis, ac secundum ea viuen. recipiat; Quodque omnia, & singula Monasteria ordinis huiusmodi, tam virorum, quàm mulierum vbicunque existen. seu eorum Abbates, vel Priores, etiam Commendatarij, Abbatissæque, vel Priorissæ in signum obedientiæ, & superioritatis solita regalia, videlicet, contributiones solitas Abbati Monasterij Cistercij, & Capitulo generali prædictis, omnibus exceptione, recusatione, præscriptione, & alia excusatione penitus cessan. annuatim soluere teneantur, & ad id compelli possint sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, eadem auctoritate statuimus, & ordinamus. Et insuper, vt Monasteria Cistercien. ordinis huiusmodi, quorum quamplurima, vt accepimus præsertim in vtraque Sicilia consistentia, aut debitis officijs destituta, aut Monachis ob non præstitam alimoniam deserta, aut omnino collapsa retecta, reclusa patentia reperiuntur, & vt prophana habentur, ad Conuentum, disciplinam, & bonam frugem reuocentur, de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam statuimus, & ordinamus, vt omnia Monasteria, & loca dicti ordinis, tam in vtraque Sicilia, quàm cæteris omnibus Orbis partibus constituta, etiam commendata, ac etiam de iurepatronatus laicorum quocunque modo existen. quæ conuulsa, diruta, & extenuata existunt, reficiantur, & ad debitam clausuram reducantur, ac pro faciliori præmissorum executione conueniens pecunia statuatur, & quotannis in id opus donec absolutum fuerit, erogetur, ac in eisdem, & cæteris locis, quemadmodum eorum facultates ad id fuerint sufficientes, competens Monachorum, & Ministrorum numerus restituatur, Ipsorumque quoque Ecclesiæ, Sacristiæ, Dormitoria, & officinæ vasis, vestimentis, libris, sacra, & communi suppellectile, ac cæteris omnibus ad diuinum cultum, & Monasticum vsum necessarijs conuenienter instruantur. Missæ præterea sacrificium, & alia omnia diuina officia nocturna, & diurna quotidie in choro psallendo iuxta ritum dicti ordinis sine intermissione celebrentur Insuper vbi sacra lectio iuxta Concilij Tridentini dispositionem haberi non poterit, præter eos libros, qui ad diuini officij, & chori vsum necessarij sunt, saltem Biblia, & Catechismus ad Parochos ante aliquot annos editus. Item opera Sancti Bernardi, & si qui alij ad honestam Monachorum occupationem haberi poterunt, habeantur, nisi de illis in assignatione mensæ Conuentualis iam prospectum reperiatur, ita tamen, vt de his omnibus, necnon vasis, vestimentis, & cætera suppellectile præfata semel receptis omnes Conuentus rationem reddere debeant: Et vt Nouitij ea, qua decet disciplina informentur, vnum, aut duo Monasteria in quacunque Prouincia, vbi commode fieri poterit, ordinentur, in quibus Magistri, etiam cæterorum Monasteriorum Nouitios diuini officij rationem, & regularis obseruantiæ instituta doceant, ita vt quodlibet Monasterium suis necessaria suppeditet, & si nullos habuerit, alij pro eo eiusque impensis recipiantur, & instituantur: Omnia edificia Conuentus quoquo versus claudantur; portæ non necessariæ obstruantur; clathri fenestris, vbique opus fuerit infigantur; Templa, Sacristiæ, Capitula, Dormitoria, Refectoria, Infirmariæ, & omnino aliæ Claustri partes nihil prophani patiantur, nec Conuentus borreum, penu, præsepia, nec prorsus vlla promercalia Abbatum Commendatariorum conductorum, aut aliorum recipiant, nec illa à Commendatarijs, Pensionarijs, alijsue de Claustro non existen. occupentur, sed illis solum proprij claustrales vtantur, prout ad diuini officij celebrationem, regularemque obseruantiam fuerunt constitutas Mulieribus omnibus cuiuscunque qualitatis, dignitatis, & ætatis ingressus claustri, & aliorum locorum regularium, etiam ædium partis, quæ ab Abbatibus, Commendatarijs, Prioribus, alijsue ministris, etiam diuisim possidentur, sit penitus interdictus, & si secus factum erit, tam ingredientes, quàm recipientes excommunicationis sententiam incurrant: carcer quoque ad correctionem Monachorum, vbi non est, constituatur, Et in omnibus Monasterijs inuentarium omnium præfatorum, necnon instrumentorum fundationum, dotationum, auctoritatum, exemplarium, omniumque monimentorum conscribatur, & in formam authenticam redigatur, illudque, & cætera omnia præfata fideliter asseruentur, sicubi vero locorum quicquam producendum erit exemplum ab Archetypo desumatur, & transmittatur, nisi talis contigerit necessitas, vt ipsum exemplar producendum sit, quod tunc in fidem alicuius probari deponatur, qui idonee caueat illud ipsum, quamprimum reportandum: Illa quoque Monasteria locis patentibus constituta, quæ propter Turcarum, seu Prædonum, vel hæreticorum incursiones tute seruari non poterunt, facto de ipsorum iuribus literis, auctoritatibus, tabulis, monumentis, atque omni prorsus supellectile mobilibusque bonis iocalibus, & rebus fideli inuentario, & si opus erit earum omnium depositio fiat apud personam fide, & facultatibus idoneam, ita vt nihil omnino inde sine consensu expresso, & speciali mandato Conuentus moueri valeat, in Ciuitates, oppidaue vicina transferantur. Cæterum ad restituendam Monasticam disciplinam, & restitutam conseruandam, Cistercij, & ceteri patres, Abbates in Capitulo generali prouideant diligenter, vt omnes visitationes sollicite, & prudenter, ac cum pietate fiant, salutem animarum, Religionis zelum, perpetuum cultum diuinum, clausuram, obedientiam, & cætera omnia, quæ ad mores, correctionem, & Religiosorum ædificationem pertinent, procurando: Quibus in rebus vbicunque non sunt mensæ Conuentuali assignati redditus, qui hoc onus ferre possint, Abbates, & Commendatarij, ac alij quicunque administrationem spiritualium, & temporalium visitandorum Monasteriorum habentes, necessaria omnia ministrare, ac contributiones & sumptus pro gerendis alijs communibus negocijs dictę Sedis auctoritate impositas, ac etiam ad brachij sæcularis adhibitionem præstare; Visitatores, ac solitos, & necessarios ipsorum famulos, & iumenta debita Hospitalitate recipere, & eisdem in omnibus auxiliari omnino debeant, & ad id etiam censuris, & pœnis Ecclesiasticis per Capitulum, ac etiam per ipsos Visitatores compellantur. Ne porro deserendi Monasterij occasio Monachis præbeatur, quod ex vagandi libertate illis à Commendatarijs oblata, vt expensis parcant, plerumque euenit, præcipimus, & interdicimus, ne vlli omnino Commendatarij quicquam, vel minimum de mensa, & alijs necessarijs detrahant, neque vllo modo diminuant, aut quempiam etiam propter delictum eijciant, sed quotiescunque Monachi quid admiserint, quod qui-

dem

Moniales alterius ordinis quando recipi possint in Abbatissas Monialium huius ordinis.

Monasteria omnia tenentur ad contributiones soluendas Abbati, & Capitulo. Tertias Moniales exceptas fuisse ab eorum superioritate, vt inf. in const. 60. Vni nisi.

Monasteria omnia etiam commendata, & de iure patronatus laicorum, quæ destituta sunt reficiantur, & reducantur ad clausuram.

In Ecclesiis prouideatur omnia necessaria ad vsum Monachorum, & cultum diuinum. Missæ & alia officia in eisdem quotidie celebrentur.

Nouitij ordinentur, & instruantur in duobus Monasterijs cuiuslibet Prouinciæ.

Conuentus claudantur, & nullo modo impediantur à Commendatarijs, vel alijs. Mulieribus interdictus sit ingressus ad loca huius ordinis. Immo hoc generaliter statuit Pius v. sup. I const. 22. fol. 932.

Inuentarium fiat in quolibet Monasterio omnium iurium, & bonorum.

Monasteria existentia in locis non tutis, transferantur ad loca vicina.

Visitationes fiant sollicite, & prudenter.

Visitatores hospitari debent à commendatarijs.

dem animaduersione dignum sit, id quam primum Priori Claustrali, vel si grauius sit delictum Visitatori significent, qui correctionem iuxta Ecclesiæ, & dicti ordinis statuta faciat: qui si vltra sex menses distulerit, eo ipso sit ab officio depositus, & ad illud, cæteraque omnia ordinis eiusdem officia triennio inhabilis censeatur, statimque Præsidentes correctionem huiusmodi alijs committere teneantur. Ad hæc volumus, & mandamus, vt apud dictum Monasterium Cistercij constituatur, constituatumue restituatur Archiuium, in quo Index ordine compositus omnium aliorum Monasteriorum, Prioratuum, Ecclesiarum, & beneficiorum dicti ordinis in omni parte Orbis constitutorum, etiam in commendam obtentorum, vel vnitorum habeatur, & item distinctum cuiusque inuentarium siue repertorium bonorum, proprietatum, rerum, iurium, & actionum omnium, necnon exemplum authenticum instrumentorum priuilegiorum, fundationum, donationum, literarum, auctoritatum, & monimentorum quorumcunque conficiatur, confectumque fideliter asseruetur. Reuocamus, quoque, & abolemus omnia, & quæcunque priuilegia, auctoritates, licentias, dispensationes, & indulta cuiusque priuati rerum, & bonorum vsus proprietatis, possessionis, & Dominij omnibus cuiuscunque gradus, & dignitatis Monachis dicti ordinis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & dictam Sedem, eiusque Legatos ex quibuscunque causis, etiam Motuproprio, & ex certa scientia concessa, confirmata, & innouata, quibuscunque concepta formulis, ac clausulis, & decretis suffulta, quorum omnium tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, ac volumus illa omnia vires, & effectum de cætero non habere, quin etiam Visitatores, & cæteros omnes, qui in huiusmodi proprietarios seuere non animaduerterint ad officia huiusmodi, & alia ipsius ordinis ministeria perpetuo inhabiles esse. Cæterum, vt vicina plebs egena pro Religionis consuetudine, & instituto confoueri, ac cæteri piam, & fidelem rerum administrationem collaudare possint, eisdem Commendatarijs præcipimus, vt in suis Monasterijs pauperes eleemosynis pro modo facultatum prosequantur. Quia vero nihil æque dissolute, & indisciplinate viuendi licentiam adfert, quàm impunitatis spes, eamque non ita pridem tam nonnulla eiusdem ordinis Monasteria, quàm illorum personæ ex eo nancisci cœperint, quòd à sententijs, & decretis per ipsius ordinis generalem, aut eius Vicarios in Prouincijs deputatos, contra se latis, ad nostros, & dictæ Sedis Legatos, & Nuncios prouocando pœnas in se constitutas eludere satagunt, in antiquorum statutorum, consuetudinum, rituum, & priuilegiorum præfatorum præiudicium, & ipsius ordinis Superiorum contemptum: iden ne abusus, & incommoda huiusmodi tractu temporis altius irrepant, prouidere volentes, Motu, scientia, & potestate similibus statuimus, & ordinamus, ac districte præcipimus, & interdicimus, ne vlli omnino dictæ Sedis Legati, vel Nuncij appellationes à sententijs, & decretis per Abbatem generalem, vel eius Vicarios, aut Superiores præfatos latis, vel promulgatis, vt præfertur, pro tempore interpositas, vllo modo recipiant, aut admittant, neque de illis cognoscant, seu illarum, vel quocunque alio prætextu Monasteria, Prioratus, aut alia loca eiusdem ordinis visitent, sed quotiescunque ad illos aliquid in Monachos, aut personas huiusmodi animaduersione dignum deferri contigerit, iuxta formam Commendatarijs circa delicta Monachorum, & personarum earundem per nos, vt præfertur, præscriptam, Vicarium ipsius ordinis in illa Prouincia institutum monendum curent, qui delinquentes sub pœna superius ad id constituta exemplariter corrigere, & punire teneatur: Decernen. appellationes, prouocationes, aut quascunque alias reclamationes à Monachis, & personis huiusmodi ad dictos Legatos, seu Nuncios, vel locorum ordinarios, vt præfertur, pro tempore interpositas, vel interponendas, ac processus desuper habitos, vel habendos, necnon indefecuta, vel sequenda quæcunque nullius fore roboris, vel momenti, ac generalem Abbatem, & Vicarios, necnon Superiores præfatos ad correctionem, & punitionem delinquentium Monachorum, & personarum ordinis huiusmodi, appellationibus, prouocationibus, & reclamationibus huiusmodi nequaquam obstan. procedere posse, & debere: Præsentes quoque literas de surreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ defectu quouis prætextu, quæsitoue colore, vel ingenio nullatenus notari, argui, vel impugnari posse, neminemque illa quauis de causa etiam iustisima impugnantem in iudicio, vel extra audiendum esse, nec illa sub quibusuis similium, vel dissimilium concessionum, gratiarumque reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus, etiam per nos, & successores nostros Romanos Pontifices, ac Sedem prædictam, etiam Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum intuitu, & contemplatione, aut in eorum, vel etiam nullius fauorem sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, ac etiam vim contractus, aut legis, seu statuti perpetui inducentibus decretis, & alias quomodolibet concessis, & conceden. ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis desuper quomodolibet editis, & eden. aliquatenus comprehendi, neque illis aliquo vnquam tempore, etiam per Sedem præfatam derogari posse, nec derogatum censeri nisi de toto tenore, & Dat. præsentium expressa mentio habita, & derogatio, suspensio, reuocatio, limitatio, modificatio, aliaque præmissa de Cistercij, aliorumque quatuor primorum nuncupatorum Abbatum prædictorum expresso consensu facta fuerint, & si aliter derogari, reuocari, suspendi, limitari, aut emendari contigerit, huiusmodi derogationem, reuocationem, suspensionem, limitationem, correctionem, & emendationem nullius esse roboris, vel momenti, & quoties illæ, vel illa emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restituta, & de nouo, etiam sub quacunque. Dat. per ipsum Abbatem Monasterij Cistercij pro tempore existen. eligen. concessa esse, & censeri. Sicque per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungen. etiam S. R. E. Cardinales, aut causarum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorũ cuilibet quauis aliter iudicã. & interpretã. facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, irritũ quoq; & inane, si secus super his à quoquã quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus omnibus nostris, & dictæ Sedis Legatis, & Nuncijs vbicunque existen. ac locorum ordinarijs, necnon ordinis præfati Conseruatoribus, ipsorumque singulis per Apostolica scripta mandamus, quatenus præsentes literas, & in eis contenta quæcunque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Abbatum, Vicariorum, Visitatorum, & aliorum præfatorum, seu alicuius eorum desuper fuerint requisiti solemniter publican. ipsisque efficacis defensionis præsidio assisten. faciant auctoritate nostra Abbates, Vicarios, Visitatores, & alios præfatos confirmatione, approbatione, adiectione, supplectione, concessione, statuto, ordinatione, innouatione, præcepto, interdicto, reuocatione, abolitione, ac sui generalis voluntatis mandatis. decretis nostris, alijsque præmissis pacifice frui, & gaudere, ac præsentes literas ab omnibus, quos illæ concernunt inuiolabiliter, & inconcusse obseruari, non permittentes Abbates, Vicarios,

Commendatarij nihil detrahant de mensa, & alijs necessarijs monachorum, & eos propter delicta non ejiciant sed ad Superiores deferant.

Archiuium fiat in Monasterio Cistercij & fiat Index cuiuscumque Monast. & beneficiorũ, ac bonorum, & iuriũ eorum.

Reuocatio indultorum, & licentiarum habendi aliquid propriũ.

Eleemosynæ pauperibus subminiſtrens Commẽd. Appellatio non datur ad legatos vel Nũcios Apost. à senten. Abbatis, & aliorum Supe huius ord. Consonat const. Pii 4. nu. 17. fol. 678. vbi prohibita est appell. quãdo agitur de corre. morum.

Clausula præseruatiua.

Decretum irritans.

Executorum deputatio, & fac.

 carios,

carios, Visitatores, Superiores, ac alios præfatos desuper contra earundem præsentium tenorem quomodolibet indebite molestari, contradictores quoslibet, & rebelles per præfatas, ac alias sententias, cen. & pœnas, aliaque opportune iuris, & facti remedia appellatione postposita compescen. ac legitimis super his haben. seruatis processibus sententias, cen. & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Non obstan. præmissis, & Sanctæ memoriæ Bonifacij Papæ octaui pariter prædecessoris nostri de vna, & Concilio generali edita de duabus dietis, alijsque Apostolicis, ac in Prouincialibus, & synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus, constitutionibus, & ordinationibus, necnon quibuslibet etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, declarationibus, inhibitionibus, & decretis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis Legatis, Nuncijs, & ordinarijs præfatis, ac alijs quibusuis personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis irritantibusque, & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam Motu simili etiam Consistorialiter, aut alias quomodolibet concessis, & etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, indiuidua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importan. mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc seruanda foret illorum veriores tenores, formas, Dat. & decreta in eis apposita, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent præsentibus pro sufficienter expressis haben. illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, & sufficienter derogatum esse decernimus, necnon omnibus illis, quæ in literis Pij IIII. & Pij V. ac aliorum prædecessorum præfatorum expressum fuit non obstare, contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facien. plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Cæterum quia difficile foret easdem præsentes ad diuersa loca Prouinciasque circumferre. Volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod illarum transumptis, seu exemplis, etiam formis impressis manu alicuius publici Notarij subscriptis, & sigillo Abbatis generalis, aut alicuius, ex alijs Superioribus ordinis huiusmodi munitis plena, & indubia, ac ea prorsus fides vbique etiam in iudicio adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die xij Iunij. 1574. Pontificatus nostri Anno tertio.

Regiſtrata Apud Cæsarem Glorierium Secr.

Cæ. Glorierius.

XXIIII.

De executione literarum Apostolicarum, & declaratione Concilij Trident Sess. 24. cap. 20. De Reformat.

Pœnas autem impedientium executionem literarum Apost. habes sup. in Innoc. 8. const. 14. fol. 131. & Leon. X. const. 26. fol. 229. & Clem. 7. const. 45. fol. 347.

GREGORIUS Episcopus, &c. Ad futuram rei memoriam.

AD ROMANI Pontificis prouidentiam circumspectam pertinere dignoscitur, dubia super sacrorum Conciliorum decretis pro tempore insurgentia, sic suæ declarationis oraculo dilucidare, & interpretari, vt exinde litium dispendia inter fideles quoslibet valeant submoueri. Accepimus sane nuper quodlibet multoties Romanus Pontifex, vt prouisiones, & gratiæ per eum de beneficijs pro tempore vacantibus, ac suæ, & Sedis Apostolicæ dispositioni, & ordinationi reseruatis, in fauorem diuersarum personarum sibi gratarum, & acceptarum factæ, executioni debitæ demandentur, & ne (dum literæ Apostolicæ sub plumbo desuper expediuntur) beneficia ipsa ab aliquibus indebite occupentur, aut aliqua in spiritualibus, & temporalibus detrimenta sustineant, nonnunquam corporalem possessionem ipsorum beneficiorum, & illis annexorum, iuriumque, & pertinentiarum quomodocunque Sedis, & Cameræ Apostolicarum nominibus apprehendi, ac omnes, & quoscunque fructus, redditus, & prouentus beneficiorum, & annexorum eorundem percipi, exigi, eosque integros personis prædictis, postquam ipsæ literas sub plumbo expeditas haberent, vna cum dicta possessione consignari, quandoque vero, dum literæ sub plumbo huiusmodi expeditæ existunt, vt ius suum vnicuique illorum conseruetur, & temerariorum audacia debita castigatione compescatur, ac ipsæ literæ Apostolicæ facilius debitæ executioni, vt par est, demandentur, prouisos de beneficijs in corporalem realem, & actualem possessionem beneficiorum, & annexorum, iuriumque, & pertinentiarum prædictorum induci, & inductos in ea manuteneri amotis quibuslibet intrusis detentoribus ab eisdem, aliaque fieri, & exequi per diuersas suas in forma breuis, & sub Annulo Piscatoris confectas literas mandet, & percipiat certis inibi modo, & forma tunc præscriptis, dilecto filio causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditori, seu alijs executoribus desuper deputatis, quibus omnino parendum esset. Nihilominus, nonnulli beneficijs prædictis inhiantes, ex gratias prædictas eludere, eorumque intrusiones, & detentiones improbe tueri satagentes, executionem literarum in forma breuis huiusmodi, & facultatem per eas ipsis executoribus attributam diuersis dubijs, & cauillationibus remorentur, & processus per eosdem executores desuper habitos, & formatos, ac inde secuta quæcunque nulla, & inualida, nulliusque roboris, vel momenti esse, neque attendi debere contendunt, sub prætextu, quòd in decreto sacri Concilij Tridentini, sessione vigesimaquarta, capitulo vigesimo, dispositum fuerit, quod causæ omnes ad forum Ecclesiasticum, quomodolibet pertinentes, etiam si beneficiales, sint in prima instantia coram ordinarijs locorum dumtaxat cognoscantur, exceptis his, quæ iuxta Canonicas sanctiones apud Sedem prædictam sunt tractandæ, vel quas ex vrgenti rationabilique causa iudicauerit Summus Pontifex Romanus, per speciale rescriptum signaturæ suæ eius manupropria subscribendum committere, aut auocare.

Clausula derog.

Romanus Pont. solet quandoque præcipue, vt possessio & fructus beneficiorum Sedi Apost. reseruatorum, nomine eiusdem Sedis apprehendantur, donec literæ Apost. expediuntur. & quandoque etiam mandat, prouisos ipsos in possessionem induci &c. Multi tamen ad impedien. executionem dictarum literarum Apost. dicebant causas etiam in prima instantia spectare ad Ordinarios, exceptis causis à Pontifice per speciale rescriptum committendis.

care. Verum cum decretum huiusmodi Concilij concessionem prædictarũ literarũ in forma breuis, & illarum executionem nihil efficiat, neque per illos causa, seu instantia introducatur, sed mere executiue procedi mandetur, literæ quoque in forma breuis annulo Piscatoris munitæ non minoris sint efficaciæ, & auctoritatis quàm rescripta signaturæ Rom. Pont. eius manu propria subscripta: Nos in his nostræ debitæ declarationis cautelam adhibentes, ac prouisorum prædictorum ius aduersus dubia & cauillationes huiusmodi, æquitate & iustitia suadentibus perseuerare volentes, necnon prædictarum, & quarumcunque literarum in forma breuis super capienda possessione nomine Cameræ huiusmodi, aut in fauorem literarum sub plumbo expeditarum tam a prædecessoribus nostris quàm nobis, & dicta Sede hactenus concessarum, tenores ac litis, & causæ si quæ desuper executæ sint statum & merita, nominaque & cognomina iudicum executorum, & collitigantium præsentibus pro sufficienter expressis habentes, Motu proprio, non ad ipsorum prouisorum aut aliorum nobis pro eis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia ac de mera nostra deliberatione decernimus, & declaramus per concessionem literarum in forma breuis, & sub annulo Piscatoris super capienda possessione quarumcunq; beneficiorum dispositioni Apostolicæ reseruatorum seu affectorum Sedis, & Cameræ Apostolicarum nominibus apprehendenda, & eiusdem possessionis in fauorem prouisorum ab ipsa Sede de eisdem beneficijs postquam literas sub plumbo super prouisionibus huiusmodi habuerunt expeditas relaxatione, nec non assistentia ipsis prouisis literas desuper sub plumbo expeditas habentibus præstanda, & aliorum inibi expressorum executione facienda quæ mandata executiua sunt, et summariam dumtaxat causarum propter quas illæ emanarunt cognitionem requirunt, decretis Concilij huiusmodi non contraueniri, nihilque præiudicij illis inferri vel eorum formã in aliquo violari, neque id dici aut censeri, vel executionem literarum earundem propterea in aliquo suspendi siue remorari, aut facultatem literarum executoribus concessam impediri, sed executores ipsos et ab eis deputatos sub executores facultate sibi per easdem literas, vt præfertur concessas, vti, frui, gaudere, & contra illis non parentes ad declarationem incursus pœnarum, & censurarum in eisdem literis in forma breuis contentarum ac inuocationem brachij sæcularis procedere, ac alia omnia et singula in eisdem literis contenta (illarum tamẽ forma seruata) facere et exequi libere et licite potuisse, & posse, necnon processus desuper habitos, & formatos habendosque, & formandos, ac inde secuta, & sequenda quæcunque firma, valida & efficacia fuisse, & esse & fore, suosque integros, & plenarios effectus sortiri debere in omnibus, & per omnia. Præsentes quoque literas de subreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel inualidari nullatenus posse. Sicque in præmissis omnibus et singulis per quoscunque Iudices, & Commissarios quacunque auctoritate fungentes, etiam Palatij Apostolici Auditores, et S. R. E. Cardinales (sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate) iudicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane, si secus super his à quoquam, quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Districtius inhibentes in virtute sanctæ obedientiæ omnibus, & singulis cuiuscunque status, gradus, ordinis conditionis, & præeminẽtiæ existẽtibus, & quauis etiã Episcopali, Archiepiscopali, vel alia maiori dignitate, & Ecclesiastica etiã Cardinalatus honore fulgentibus, & quauis sæculari potestate fungentibus ne decreto, & declarationi nostris prædictis, quouis quæsito colore directe vel indirecte contrauenire audeant, vel præsumant, Et nihilominus vniuersis, & singulis nostris, et dictæ Sedis Nuncijs, ac locorum ordinarijs, eorumq; officialibus, quatenus ipsi, & eorum singuli per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunque vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte prouisorum et executorum et subexecutorum prædictorum seu quarũcunque aliarum personarum in præmissis interesse habentium vel alicuius ex eis fuerint requisiti solẽniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra prædictos prouisos, et executores, & subexecutores, seu alios in præmissis interesse habentes, eorumque singulos, decreto, declaratione, inhibitione, & alijs præmissis pacifice, frui, & gaudere, ac præsentes literas, & in eis contenta huiusmodi ab omnibus quos illa concernunt, & concernent quomodolibet in futurum inuiolabiliter obseruari. Non permittentes aliquem desuper contra illarum tenorem quomodolibet indebite molestare. Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, cẽsuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, sñias, censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus fe. re. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & in Cõcilio generali edita de duabus dietis (dummodo non vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad Iudicium non trahatur) alijsque Apostolicis, nec non in prouincialibus, & synodalibus Concilijs editis specialibus, vel generalibus cõstitutionibus, & ordinationib. contrarijs quibuscũque. Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit Sede inducen quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Cæterum quia difficile foret præsentes literas ad singula loca vbi opus fuerit deferre, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod earum transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis et sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Ideo hic Pont. declarat executionem huiusmodi literarum Apost. impediri nõ posse ex prædictis, & cæt.

Clausula præseruatiua.

Decretum irritans.

Contrauenientium pœnæ.

Executorum deputatio, & facultates.

Clausula de gatione.

Datum Romæ apud sanctum Marcum sub annulo Piscatoris, die decima Iulii, millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, Pontificatus nostri Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.

De Aedificijs

XXV.

De Aedificijs,& Iure congrui,ac iurisdictione,& facultatibus S. R. E. Camerarij, & Magistrorum Viarum Vrbis.

De materia habes supra Mart.5.const.4.Et si in cunctarum,fol.61.& Six.4.const.11. Etsi de cunctarum, fol.103. & Alex.6.const.2.Ea quæ,fol.135.cum const.seq.Et Leo.10.const.13. Inter curas, fol.197.& const.25. Cum sicut, fol.228.& Pau.3.const.65.Inter alias, fol.477. & Pij 4.const.134.Inter multiplices, fol.876. & const.156.Pastorali, fol.913.ac Pij 5. cõst.80.Cum onus,fol.1042.& const.128. Ad hoc nos Deus,fol.1118.& const.134. Tanta est, fol.1130.& Noua Vrbis Statuta lib.3.cap.39.

De taxis autem imponen. pro Iectitis domorum,expurgatione Viarum, & alijs causis,habes sup.in Pau.3.cõst.66.Et si per,fol.478.& Pij 4.cõst.156. Pastorali, fol. 913. & Pij 5.const.152. Exigit, fol.1087.& consti.168. Cum Vrbes, fol.1172. & Statutum Vrbis præcitatum.

De materia autem construendarum Fontium per Vrbem, ac restauratione Pontium fluminum, & portuum Tyberis,vide supra d. Pij V const.112. fol.1087. & const.168. Cum Vrbes, fol.1172. & dict.Stat. Vrbis lib.3.cap.39.,

Pij V. const. ista habetur supra, fol. [illegible]

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

QVAE PVBLICE vtilia, & decora esse huic Almæ Vrbi ratio ipsa atq; vsus docuit, ea priuatis cupiditatibus,ac commodis præferenda censemus. Cum itaque fe. mem. Pius Papa V. prædecessor noster nonnullas per fe. record. Sixtũ IIII. Leonem X. & Pium etiam IIII. similiter prædecessores nostros ad ornatum Vrbis editas constitutiones, vna cum decreto Cameræ Apostolicæ de Inquilinis in emptionibus domorum præferendis,tamquã iuris communis correctorias, & quæ nimis late a Iudicibus interpretatæ causam iniuriæ quàmplurimis pauperibus inferendæ præberent, duobus editis scriptis, quorum solam signaturam sufficere voluit,motu proprio abrogasset,& ad viam iuris communis reduxisset: Dilecti filij Senatus Populusque Romanus abrogationẽ & reductionem huiusmodi ægre ferentes, initio Pontificatus nostri, & alias persæpe publico decreto a nobis enixe postularũt supplices,vt literas præfatas Pii V. vti decori publico,ac multorum ciuium cõmoditati infensas tollere pro nostro erga hanc almam Vrbem paterno amore dignaremur. Quã rem dum nos diutius differimus, plurimorum eandem ob causam querimonias expostulantium sustinuimus: quin etiam intelleximus publicum ipsius Vrbis ornatum deseri,& magnifica ædificia iampridem inchoata, propter nimiam quorũdam cupiditatem interrupta pendere, plurimosque ea de causa ædificandi consilium abiecisse. Quibus malis,quod minimo Ciuium nostrorum,ac Curialium detrimento fieri posset, mederi cupientes cum etiã in literis Sixti,ac Leonis,ac Pij quarti huiusmoi multa addenda,& minuenda,ac alias animaduersione digna apparerent,opportunum abritrati sumus,omnibus prædictis Sixti Leonis,& Piorum literis antiquatis,& abrogatis, quæ ab illis ad publicum Vrbis illiusq; districtus ornatum, aeris salubritatem, ac priuatorum etiam commoditatem prouide tunc ordinata fuerant, ea magis commoda his temporibus,ratione moderata,simulq; ea quæ nos de nouo statuenda duximus,vna constitutione complecti omnia,ne publicum bonum ac decus iacere diutius pateremur.

Causa huius constit.

Abrogatio constitutionum Apostolicarum circa disposita in hãc const.

Itaque dictas ac quascunque alias prædecessorum literas,quatenus ad aliquod eorum, quæ his nostris literis continebuntur, pertinent, deque aliquo eorum statuunt,aut disponunt,antiquantes & abrogantes, atque penitus reuocantes & tollentes; de potestatis nobis tributæ plenitudine statuimus, quod qui pro tempore fuerint Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarius,atque ædificiorũ,& viarum Vrbis Magistri,quacunque Vrbis parte necessarium atque vtile fore cognouerint, possint pro vijs,areis,plateis,alijsque locis publicis siue veteribus dirigendis,& ampliandis,siue nouis ducendis,& constituendis,cogere dominos domorũ,& locorum quorumlibet,tam ecclesiasticos quàm sæculares quacunque dignitate præditos,vt vendant Conseruatoribus, aut Syndico eiusdẽ Vrbis domos & loca, quæ Camerarius & magistri prædicti ad id necessaria duxerint,siue illa domini ipsi habitent,siue alijs locare soliti sint,pretio a Magistris prædictis statuendo.

Facultas Camerarij & Magistrorum cogendi dominos locorum, ad ea vendendum pro vijs & locis publicis dirigendis.

Vbi vero aliquas ruinas esse perceperint,locaue aperta vijs publicis hærentia,ne laceræ atque inhabitatæ domus, interruptaque spacijs interiacentibus viarum septa, Vrbi deformitatem atque incommoditatem afferant, curent ipsi Camerarius, & Magistri eas celeriter sarciri, itaque quoscunque dominos, siue directos, siue vtiles domorum dirutarum, vel arearum aliorumue locorum vacuorum secus vias publicas iacentium, grauibus pœnis propositis, breuique ipsorum arbitrio præfinito tempore, cogant domos dirutas, vel areas aliaue loca huiusmodi ab eis possessa, muro saltem claudere, murumque ipsum ad eam altitudinem,quæ proxima ædificia proximosque muros æquet,vel ad aliam,quã ipsi præscripserint,attollere. Eamq; ob causam ijdem Camerarius, & Magistri, si ipsis visum fuerit, interdicant interim inde dominis exactionem, ac conductoribus, si qui forte fuerint, solutionem pensionum, seu canonum, aut censuum, easque faciant in huiusmodi opus ipsosmet conductores impendere,quas cum conductores ita impenderint, domini acceptas ferre debeant; cum vero impendere iussi neglexerint,opus quod in tempore iuxta huiusmodi præscriptum factum non fuerit,sua ipsi impensa perficient. Quod si vel nulli sint conductores, vel pensiones interea temporis debitæ satis operi non sint, neque tamen domini possidentes domos dirutas aut areas locaue aperta huiusmodi sic

Domosque dirutas, areas, aliaq; loca vacua jacentia penes vias publicas clauden.

clauserint,

clauserint.ex tunc præfinito tempore elapso,si vtiles tãtum domini fiot,ab vtili eorum dominio, omnique iure, quod inde eis competebat,cecidisse intelligantur,locaq; ipsa ad directos dominos libere, cum onere tamen illa ita claudendi,deuoluta sint eo ipso. Si vero etiã directum dominium,siue per proxime dictam deuolutionem, siue aliàs habeát, liceat prædictis Camerario,& Magistris,postquam sic præfinitum ipsis dominis tempus affluxerit,tum exigendis propositis pœnis,tum alijs crescente contumacia etiam grauioribus,& sæpius incutiẽdis eos plectere,tum vero etiam captis ex alijs illorum bonis pignoribus,eisque per subhastationem de more distractis, pecuniam cogere,vnde murus,& præscriptum opus omnino perficiatur.Vel si hac quoque ratione non profecerint,loca eadem,modo domini ipsi illa non incolant, propositis ad hoc semel vel pluries edictis, quibuscunque personis illa nouis ædificijs instaurare, vel saltem sic claudere volentibus locare, aut in emphiteosim etiam ad longum tẽpus,vel ad vnius,aut plurium personarũ siue successurarum, siue nominandarũ vitas, atque etiã perpetuo concedere,vel etiam vendere, aut aliàs alienare pro pensione aut canone, aut pretio quod reperiri poterit,ita quidem vt ex pluribus,hoc casu,oblatoribus,si quis rei particeps,aut consors fuerit,is præ omnibus obtineat,nisi forsan,& ipse in claudendo negligens fuerit: præter hunc autem, vicini cæteris, & inter vicinos qui magis indiget,vel qui vicinus est ex pluribus partibus:inter cæteros vero qui plus, quique ad maiorem Vrbis ornatum ædificare voluerit,præferatur,iudicio eorundem Camerarij,& Magistrorum.

Pro priuatis autem ædificijs similiter,aut nouis construendis,aut veteribus ampliandis,liceat cuicunque quouis muro sibi propinquo libere vti,eique tigna,lapides,aliamque materiam ædificij sui,totumque ipsum ædificiũ iniungere,& annectere,etiam si murus is ad vicinum suum totum pertineat, persoluto tamen eiusdem muri dimidio pretio,ad eam æstimationem,quam duo periti,quorum singulos singulæ partes elegerint,vel illis discordibus,ipsi viarum Magistri declarauerint.

Aedificantes possunt muro propinquo vti, solo pretio.

Et si inter duas domos viculus forte siue intercapedo trium circiter, vt solet palmorum intersit, liceat ei qui primus in altera earundem domorum ædificare cœperit,habita tamen ab ipsis Magistris licentia,totum sibi viculum nullo persoluto pretio occupare,ac domui suæ adiungere,domumque ad vicini murum producere, muroque, vt supra dictum est,communiter vti.

Viculosq; inter medios, absque pretij solutione, eorum domibus adiungere.

At si quis domum,fundum,solumue habens,ibi ædificare voluerit,illi Camerarius, & Magistri præfati cogãt vendi domos,aliaque loca eidem domui,fundo,solo vicina,quæ eorum domini non incolunt, sed locare solent, quæque ijdem Camerarius & Magistri huiusmodi ædificio vtilia, & necessaria putauerint, pretio tamen aucto duodecima eius parte,vltra æstimationem modo prædicto faciendam. Et nihilominus si ædificium ipsum insigne futurum sit,eique perficiendo aliqua domus etiam a domino habitata, vel hortus,aliusue locus muris clausus opportunus cohæreat, eo casu (dummodo ædificium iam cœptum sit, idque a duobus saltem lateribus cohæreat domui, horto, vel loco huiusmodi,illiusque æstimationem quadruplo sit excessurum) cogant dominum etiam sic habitantem, vt domum,hortum, vel locum vendat,aucto tamen dicto pretio ad quintam eius partem; dataque ipsi domino sex mensium dilatione post factam venditionem, quo interim ibidem permanens aliam sibi habitationem parare possit.

Vicinos quoque cogere ad vendẽ. loca eis vicina aucto pretio,vt hic. Domini habitatores domorum ob opus publicũ dirutarum, cogere possunt vicinos ad vẽdendũ eis domos contiguas locari solitas aucto pretio. Ad quod vide Stat lib 3.c.39.

Præterea cum ob ducendam siue dirigendam viam, vel ob aliud opus publicum, aliqua pars alicuius domus quam dominus sine vlla fraude tunc habitaret,mandato dictorum Magistrorum diruta fuerit,vnde domus habitationi domini incommoda efficiatur, vt familiam non capiat, si iuxta illam fuerit alia domus annua pensione vel alias locari solita,cuius coniunctione huiusmodi incommoditati subueniri possit,vt id fiat,cogant eam domino domus dirutæ,si ibi deinceps habitaturus sit,vendi pretio,quod supra dicto modo æstimatum fuerit. Quod si diuersorum dominorum domus huiusmodi iacturam passæ locari solebant,non autem habitari, alio ipsorum dominorum petente,cogatur alius domum suam sic dirutam vel excisam vendere,constituto pretio ad æstimationem prædictam,hac tamen distinctione habita,vt detur optio illi,qui minorem iacturam in sua passus fuerit an ipse velit aliam emere.Quin etiam,si quis post huiusmodi ruinas propter publicum aliquod opus factas propriam domum ea de causa aliqua parte dirutam,vel excisam,quam ipse habitare solebat,sarserit,eique alia domus similem passa iacturam contigua sit, quam dominus similiter habitans intra tempus a Magistris præfinitum neque sarserit,neque muro clauserit,sed deformẽ reliquerit,velitque is,qui suam sarsit,truncam illam sibi contiguam suæ coniungere,& ædificare,ac propterea pretio, vt supra dictum est, æstimando, & amplius addita eiusdem pretij quinta parte emere,cogatur eius dominus,licet habitans, ita vendere.

Domini autem non habitatores earũdem domorũ si plures sint, idem inter se facere possunt, sed electio est eius, qui maiorem in eã passus est. Inter plures vero Dominos habitatores. electio est eius, qui domum suam fecit, in termino a Magistris pfixo.

Sed,& cum aliqua domus,siue fundus,aut solũ volente sua spõte domino vendendum erit,teneatur venditor perquirere a vicinis,quotquot erunt, qui rem aliquam immobilem illi contiguam habuerint (etiam si se emptores nullo modo antea professi sint) an aliquis eorum velit rem vendendam emere,eisque pretium atque omnia pacta & conditiones, quibus cum alio vere, omnique procul fictione contraxit, intimare: perquisitio autem & intimatio fiat per vnum ex Cursoribus,seu mandatarijs personaliter quidem si reperti fuerint: sin autem duorũ Cursorum,seu mandatariorum diligentia reperiri commode non poterint,fiant domi dimissa copia: absentibus autẽ ab Vrbe,docto extraiudicialiter, & summarie coram eisdem Camerario, & Magistris eos abesse, fiant per publicum edictum locis,quibus in Vrbe consuetum est,affigendum. Quibus ita factis,iurent tam venditor, quam emptor apud acta Notarij dictorum Magistrorum, venditionem de huiusmodi re iam factam & intimatam esse veram,& in ea eiusque pretio non intercessisse dolum,fraudem,simulationemue aliquam.

Vẽdere volentes domos, aut fundos, debent vicinis intimare, & ipsi ac emptores iurare venditionem esse veram, alioquin vicini retrahere possũt quandocunq; infra annum a die scientiæ.

Imo debent intimare etiã Inquilino rei vendendæ,vt mox sequitur.

Posthæc si vicini prædicti se eisdem pretio,ac pactis,& conditionibus empturos non declarauerint,& ibi ædificaturos nõ promiserint præsentes scilicet intra quindecim dies,absentes vero intra triginta,a die præstitorum hmõi iuramentorum: Rursus si tam præsentes quàm absentes intra alios quindecim dies ab huiusmodi declaratione,& promissione (si fiat)omnia iuxta ea quæ in venditione intimata continebuntur,non præstiterint, pretiumque si quod in illa solutum,fuerat non persoluerint.& de ædificando ibi ad certam summam,certumque tempus,ac sub certa pœna,prout ab eisdem Magistris præscriptum fuerit,se non obligauerint illis posthabitis. venditio cuicunque alij facta maneat & rata sit. Qui vero intra vtrumque dictorum terminorum prædicta impleuerit ei cæteris exclusis venditio sic fieri debeat. At si perquisitio,& intimatio ita factæ iuramentaque ita præstita nõ fuerint, quæcunque venditio de ea domo, siue solo cuicunque alij facta nullum ius emptori tribuat, & quoad illum pro infecta sit, quamdiu vicini intra annum a die quo illam resciuerint, se opposuerint. Siquidem aliquo ipsorum intra dictum annum petente,seque,vt prædictum est,obligante ad ædificandum,& pretium emptori(si is illud

Vicini autẽ. qui bus venditiones fiunt ... fuerint, si emere voluerint, debent hoc declarare.& cæt. Imo Inquilini præferuntur vicinis nolentibus ædificare, vt mox sequitur.

is illud accipere,& emptionni suæ renunciare,ac ratione illius,prout Camerarius & Magistri mãdauerint,cauere uoluerit) restitueute,alioqui pretium ipsum deponente,vẽditio ei facta censeatur,& perinde ex illa in rei possessione inducatur, eapulso inde dicto primo emptore, ac si cum eo, & ad eius commodum celebrata esset, Resciuisse autem,quo ad hoc attinet,intelligatur quocunque modo perceperint,vel hoc solum. rem scilicet, fuisse venditam,licet neque pretium neque alias conditiones aut qualitates perceperint. Post dictum vero annũ maneat prima venditio,neque hac de causa a quoquam amplius impetatur. Cæterum eo casu quo perquisitio, & intimatio prædictæ fieue, si in illa venditione aliqua simulatio præsertim circa pretium augendum admissa fuerit, tum venditio nulla sit,tum simulatores ipsi alter re, alter pretio priuati sint, ipsumque pretium ipsaque res Cameræ Apostolicæ applicentur eo ipso. Et præterea ijdem simulatores pœnis falsi,& si iurauerint,etiam periurij puniantur.

Simulatoresque huiusmodi vẽditionũ, pœnas hic expressas incurrunt.

Inquilinis etiam intimatio prædicta fieri debet, & ipsi præstare tenentur contenta in ventione non autem ædificare. Vicini autem eis præferuntur, si ædificare velint.

Eadem omnia & cum inquilino locum habeant, cum domus volente domino venalis erit, videlicet vt etiam ipsius domus inquilino (siquis erit) perquisitio & intimatio fiant modo prædicto,ipseque,si emere voluerit tũ intra eosdem terminos,tum deinceps eadem faciat,quæ vicini facere debent, eacepta duntaxat oblatione, & obligatione de ædificando. Etenim inter inquilinum & vicinos ea sit distinctio, vt volentibus ædificare vicinis,inquilini nulla ratio habeatur, sed tantum vicinorum. At illis non promittentibus ædificare, inquilino, etiam si ædificaturus non sit,idem ius in emptione competat,quod vicinis,si ædificare vellent,secundum prædicta competeret.

Vicinisque pluribus concurrentibus, quis præferri debeat.

Veruntamen quando in singulis casibus prædictis siue coactæ, siue spontaneæ venditionis duo vicini fuerint, quorũ ædificijs vẽdenda res opportuna existat, & propterea illam sibi quisque ea hac constitutione vendi postulet,is obtineat qui magis illa indiguerit. Aut si vterque æque indigeat,inter vtrumque diuidatur,quatenus vtriq; commoda portio tribuatur. At si huiusmodi portiones vtrique forent inutiles,tota illi detur, cuius ædificio a pluribus partibus vel alias magis adhæserit. Si vero alteri tantum diuisio inutilis futura sit,nihil illi, sed tota alteri detur. Quod si nulla fuerit ædificantium indigentia,is præferatur,qui magis fuerit vicinus,vel in vicinitate pari, is qui plus, quique ad maiorem Vrbis ornatum iudicio eorundem Camerarij, & Magistrorum ædificare voluerit.

Aedificare volentes in re stabili in emphiteusim,&c concessi obtinebunt a Camerario, & Magistris eorum liberationẽ, permutata alia re stabili eiusdẽ pretij & redditus cum oneribus que erunt in re sic liberata.

Præter supradictos autem vicinatis casus,si quis domum,aliumue fundum,aut solum in emphiteosim aliumue titulum, perpetuo, vel ad vnius, aut plurium personarum vitam pro annuo canone, aliaue responsione concessum habeat,ibique ædificare velit,liceat eisdem Camerario & Magistris,eo petente,domum fundum,aut solum huiusmodi ab eius directi domini,licet nolentis,proprietate,dominio ac iure, necnon a canonis seu respõsionis præstatione eximere,& liberare,alia re stabili prius constituta,pretij,commoditatis,redditus, ac bonitatis saltem paris,quæ loco illius liberaræ sit quoad omnia,& ad eundem directum dominum ratione proprietatis, dominij,deuolutionis,& alias cuiusq; iuris,& oneris eisdem modo,& forma pertineat,quibus illa pertinebat, trãslato quoque ad istam huiusmodi canone siue responsione,cum augmento quintæ illius partis, & insuper præstita idonea cautione, & etiam facta per illum qui ædificaturus est, obligatione omnium suorum bonorum, tum quod res in quam facta est huiusmodi translatio libera est,tum etiam de euictione in ea forma,qua in Vrbe præstari solet.

Vineę aut cannetæ intra milliaria ab Vrbe existentia, & locari solita, vendenda sunt vicinis habentibus ibi vineas & cęt.

In rusticis quoque prædijs, vt & illorum nitori ad honestam in illis hominum commoditatem, salutaremque siue animi,siue corporis refectionem,aliqua ratione consulatur, illud obseruetur, vt qui vineas, aut canneta intra tria ab Vrbe millisria,siue partiarijs colonis aliqua parte fructuum,siue alijs pecunia solent locare,cogi possint eadem vendere pretio æstimando, vt supra dictum est,&amplius duodecima ipsius pretij parte ijs,qui prope illa vineas possident,quas colunt sua impensa,dummodo emptorum vineæ sint non solum maioris pretij,& mẽsuræ,sed magis etiam & cultæ,& ædificiorum structuris conspicuæ,hisque omnibus illa tantopere superent, vt magna inter vtraque adsit inæqualitas,iudicio eorundem Camerarij,& Magistrorum. Non possint autẽ cogi,vt partem tantummodo earum vendant.

Prædiola decem ruborũ intra 12. milliaria ab Vrbe existentia, & maioribus prædijs contigua, vel ea intersecantia, vicinis vendenda sunt.

Ij vero qui vsque ad duodecim ab Vrbe milliaria habent prædiola mensuræ decem dumtaxat, vel pauciorum rubrorum (quas linguas seu pedicas dicunt) contigua maioribus aliorum prædijs,quæ casalia appellãtur; Item ij quoque ea quorum casalibus similes linguæ,seu pedichæ eiusdem mensuræ,in aliorum intra idem spatium duodecim milliarium constituta casalia eacurrunt, eaque intersecant,vt a duobus,vt minus, lateribus linguæ ipsæ a vicinis casalibus circundentur,cogi possint (siue ipsi colant, siue alijs locent) illas vendere,constituto pretio ad æstimationem,de qua supra dictum est,adiectaque eiusdem pretij quinta parte.

Declaratio,quod dispositio circa prædictas venditione sponte, vel coacte fiendas, locum habeant etiã in bonis ad Pia loca spectãtibus, aut fideicõmisso subiectis.

Quæcunque autem supra statuta sunt,tum de Vrbanis,tum de Rusticis prædijs, aut sponte, aut coacte vendẽdis, vel etiam a directis dominis liberandis,ea locum habeant omnino,siue prædia ipsa sint Ecclesiastica, & ad quascunque Ecclesias,& basilicas,etiam dictæ Vrbis etiam Patriarchales,aut cuiusuis ordinis monasteria,& etiã mendicantium domos,aliaque loca religiosa, necnon hospitalia etiam nationum, aut regularium, militiarium sodalitatesque aut confraternitates, cæteraque pia loca pertinentia, dummodo neque contigua Ecclesijs, monasterijs, hospitalibus,religiosisque,ac pijs locis huiusmodi,neque intra illorum septa consistant: siue sint priuatarum personarum capellæ,& oratoria,vel domus, aut loca seruandæ hospitalitati destinata, modo hospitalitas inibi iam neque exerceatur actu, neque amplius exerceri debeat siue sint laicalia, & cuicunque fideicommisso, substitutioni,successioni vel dispositioni obnoxia;& tam hæc laicalia,quàm illa Ecclesiastica,eorum qui illa reliquerunt seu dederunt vltima vel alia voluntate alienari prohibita, ac quocunque onere grauata.

Facultas Camerarij. & Magistrorũ & forma procedendi in casibus in quibus recusãt vendere aliqua bona, iuxta formã huius constitutionis.

Sed quoties casus euenerit,quo res aliqua hac constitutione vendi debeat,si is ad quem pertinet eam vendere bis monitus a Camerario & Magistris,cum assignatione conuenientis termini ad vendendum,id recusauerit, vel malitiose distulerit, tunc Camerarius & Magistri vice ac nomine recusantis, vel differentis rem ipsam vendant cum promissionibus,obligationibus,renunciationibus, pactis etiam pœnalibus,& clausulis consuetis,pretiumq; quod inde cum eius augmento proueniet apud ædem sacram,vel personam fide, & facultatibus idoneam deponant. Deinde si res Ecclesiastica erat,vel etiam si laicalis,sed (quod sciatur) fideicommisso, similiue dispositioni subiecta,alienariue prohibita,aut onera grauata, antequam emptor eius possessionem assequatur, pretiũ ipsum totum in aliquorum bonorum immobilium emptionem vtiliter conuertatur,cauente de euictione etiã ipso emptore, & ad id omnia bona obligante;denturque bona inde empta domino rei venditæ. Quo facto, venditio rei

illius

illius nequaquam rescindi, aut etiam impugnari possit, prætextu quarumuis obstantium dispositionum, siue etiā inutilitatis Ecclesiæ, aut locis, vel personæ cuiusquam. Et insuper res illa vendita libera sit & exempta ab omnibus huiusmodi dispositionibus, prohibitionibus, & oneribus, eaque ad bona, in quæ illius pretium conuersum est, sint translata. Et exinde bona ipsa dictæ venditæ rei loco maneant, eisdemque prorsus dispositionibus, prohibitionibus, & oneribus subiaceant, quibus illa subiacebat: sintque nihilominus de euictione illius emptori obligata eo ipso. Sin autē res vendita neque Ecclesiastica erat atque einsmodi vinculis obnoxia habeatur, & qui eius dominus fuerat, venditioni ita factæ consentire velit, ac fideiussores de euictione præstare, pretium illi soluatur. Quod si huiusmodi fideiussores præstare noluerit, vel etiam non potuerit, emantur ex ipso pretio arbitrio eorundem Camerarij, & Magistrorum, vel loca montium non vacabilium, vel alia bona immobilia de quorū euictione idoneis fideiussoribus sit cautum, eaque dicto domino tradita sint loco similis cautionis pro re vendita, donec aliter emptor idonee caueatur, & interim vendi, aut alias alienari nullo modo possint. Verū vsquequo pretium, vel ea pretio alia res empta vt præfertur, domino tradatur pensio, quæ ex ipsius rei venditæ locationi percipi solebat, vel percipi verisimiliter potuisset, eadem ab emptore persoluatur.

Et procedendi et quando quis cō sensit vendere iuxta hāc dispositionem.

Curent autem Camerarius, & Magistri, vt quisquis per causam ædificandi huius constitutionis fauore vti voluerit, ei ante omnia, consideratis, tum ipsius, tum loci qualitatibus, summam quam ædificando, vt minimum, impendere, ac tempus quo inchoasse, quoque perfecisse debeat, propositis, quas voluerint pœnis præsctibant. Isque ad præscriptū huiusmodi promittat, & se bonaque sua omnia arctissime obliget, subiturus omnino pœnas ipsas nisi promissa præstiterit, omni purgatione moræ ea quocunque iure, & etiā canonica æquitate competenti penitus sublata. Et nihilominus compellendus ab eisdem Camerario & Magistris vel promissa perficere, vel quæ propterea emit, & etiam illis vicina, quorum occasione emit, & in quibus se ædificaturum proposuerat, loca & domos alijs ædificare volentibus, iusto pretio, sicut supradictum est, æstimando, absque vllo augmento vendere.

Facultas eorundem præscribēdi tēpus ad ædificandū, & summam ibi exponendam a volentibus vel fauore huius constitutionis ex causa ædificandi.

Sed ne aliquorum impunitas, qui (vt accepimus) beneficio literarum Sixti, & Leonis, ac Pij Quarti dum illæ vigerent abusi, domos, & loca ex illarum dispositione acquisita infabricata adhuc retinent, alijs admittendi similia audaciam præbeat, ijdem Camerarius & Magistri illos omnes qui a viginti annis citra loca aliqua ex dictarum literarum dispositione emerunt, seque in illis ædificaturos promiserunt, nec præstiterunt, cogant ea omnia quæ tunc facere debebant, intra spatium sex mensium a die præcepti eis hac de re faciendi implere, alioqui pœnas præmissas ab ijs exigant omnino. Et præter illas, loca eadem dominis quibus ablata fuerunt, si ipsi velint, eodem pretio quod tunc solutum fuit restitui, vel illis nolentibus, alijs qui ibi ædificaturi sint pretio, vt supradictum est, æstimando, vendi compellant.

Qui emerunt bona vigore dictarum literarū Sixti, Leo. & eo. Pij 4. & ædificare promiserunt, debent ea adimplere infra sex menses.

Cæterum pœnæ omnes quas incurrent qui aduersus constitutionem hanc, seu Camerarij & Magistrorum pro ipsis constitutionis exequutione mandata, vel decreta admiserint, locis pijs dictæ Vrbis ita applicata sint, vt illis ex locis ipsis irreuocabiliter debeātur, pro quo primum pœnæ ipsæ post illarum incursum petitæ fuerint, ad quā petitionem, lapsis ab huiusmodi incursu triginta diebus, (nisi dicti Camerarius, & Magistri illas iam pro eorum debito exegerint) quilibet in dicta Vrbe, vel in Romana Curia iudex ad illarum exactionem indesinenter procedat, donec eidem loco vere & integre persolutæ fuerint. Nullo autem dictorum locorum petente, noster in Vrbe Vicarius eas de manu dictorum Camerarij, & Magistrorum acceptas, vel eis ab ipso interpellatis negligentibus, ab eorum debitoribus exactas, inter dicta loca, iuxta eorum indigentiam, arbitrio suo distribuat.

Applicatio locis pijs, pœnarum incurrendarū ob cōtrauentionem.

Nos enim ad supradicta omnia, & singula faciendum, & exequendum, inque illis, & pro illis summarie, simpliciter, & de plano, solaque veritate inspecta, ac manu regia, etiam ex officio procedendum plenam, expeditam, liberamque auctoritatem, & potestatē, Camerario scilicet in ecclesiasticas, eidemque & Magistris viarum prædictis in laicas, ac quoad pœnas prædictas Vicario, ac singulis Vrbis, vel Curiæ Iudicibus huiusmodi, in quascunque personas, de eadem potestatis plenitudine præsentis constitutionis auctoritate tribuimus, & demandamus.

Facultas Camerarij, & Magistrorum procedendi summarie, &c. pro executione prædictorum; & Facultas eadem Iudicum Vrbis pro executione dictarum pœnarum.

Decernentes eadem omnia, & singula quæ supra statuta sunt, si quando in aliquo casu de eorum sensu controuersia continget, in eam partem interpretanda esse, quæ ad Vrbis ornatum magis facere videbitur. Ac semper & vbique siue in iudicio siue extra iudicium fauorabilia censeri. Et ita ab omnibus iudicibus etiam Palatij Apostolici Auditoribus & Cardinalibus, sublata quauis aliter interpretandi, & iudicandi potestate, interpretari, & iudicari debere. Et si secus fiat, fore irritum & inane.

Decretum irritans.

Non obstantibus præmissis, ac felicis recor. Symmachi, & Pauli II. de rebus Ecclesiæ non alienandis, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, legibus etiam Imperialibus, dictæque Vrbis, atque ecclesiarum monasteriorum, & locorum religiosorum, siue piorum, ordinumque, quorum bona huiusmodi fuerint statutis & consuetudinibus, necnon testantium voluntatibus, alijsq; dispositionibus, etiā iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis priuilegijs quoque & literis Apostolicis eisdem Ecclesijs, Monasterijs, & locis eorumque superioribus, capitulis, & conuentibus, seu Populo Romano, alijsque quibuscunque concessis, & quibusuis alijs Sedis Apostolicæ indulgentijs, per quæ præsentium executio, & per eas tributæ iurisdictionis explicatio posset quomodolibet impediri, vel retardari, quibus omnibus, eorum tenores pro plene, & integre expressis habentes, de potestatis plenitudine prædicta derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Clausula derog.

Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ antiquationis, abrogationis, reuocationis, sublationis, statuti, tribuitionis, demandationis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo quarto. Kal. Octobris, Pontificatus nostri, Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.

M. Datarius.

A. de Alexijs.

QQ

Anno

Anno a Natiuitate Domini nostri Iesu Christi millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, Indictione secunda, die vero decimaquinta mensis Octobris, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & D. N. D. Gregorij Publicatio. diuina prouidentia Papæ XIII. Anno eius tertio, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarum Ecclesiarum Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Petrum Aloysium Gaytam, & Io. Guerardi Curs.

Alexander Altancollus Magister Curs.

XXVI.

Exemptiones Collegij Germanici de Vrbe, eiusque Scholarium & aliorum in eo degentium a Subsidijs, Gabellis, & Impositionibus. Ac Facultates & Iurisdictio Protectorum ipsius Collegij.

Erectionem huius Collegij, vide supra proxime in const. 19. fol. 1212.

Exemptionum materiam, vide supra in Pij V. const. 9. Et si ea sit, fol. 932.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.
VT CAETERI de Rep. benemeriti immunitate interdum iuuandi sunt, ita maxime eorũ ratio hac in re habenda est quos ad fidei catholicæ incrementum in sinu nostro confouemus. Quocirca vt Collegium Germanicum pridem a nobis in Vrbe nostra de integro institutũ, in quo non minus quàm centum pueros ex vniuersa Germania Septentrionalibusq; illi adiacentibus regionibus colligendos liberalibus scientijs ac disciplinis necnon sacris Canonibus & Theologia institui atque erudiri volumus & ad illorum sustẽtationem redditus annuos decem millium aureorum ipsi Collegio perpetuo attribuimus, speciali priuilegio prosequi volentes. Motu proprio deq; nostra mera liberalitate, Collegium præfatum eiusq; res et bona quæcũ- Concessio exemptionis. que præsẽtia & futura, ac ipsius Collegij Scholares, & alios in eo degẽtes ab omnibus & singulis Portarum Molendinorũ Farinæ trium pro centenario, ac quatuor Iuliorũ pro quolibet vegete vini solui solitorum alijsq; Datijs, Vectigalibus, Angarijs, ac Terræ Marisq; Gabellis & Dohanis ordinarijs & extraordinarijs hactenus quomodolibet impositis & imposterũ quandocunq; quauis occasione vel causa etiam de necessitate exprimenda imponendis etiã ad instar exemptionis dilectorũ filiorum Cameræ Apostolicæ Clericorum, etiam ratione Ripæ & Ripettæ Dohanæ Terræ, ac etiam Grasciæ nuncupatæ Vrbis prædictæ necnon Carnium, vinorum, pannorum lini, lanæ serici, & quarumcunque aliarum rerum ad humanum victum & vestitum necessariarum ex toto statu nostro Ecclesiastico & quibuscunque alijs locis extra dictum statum consistentibus ad Collegium præfatum, tam per Terram, quàm per Mare & aquam dulcem ac alias quomodolibet conducendorum, ac etiam iam ad dictam Vrbem quomodolibet conductorum ac in ea existentium & pro eodem Collegio in magna seu parua quantitate tam in Inhibitio contra officiales molestantes colleg. Barchis quàm in Magazenis, & aliàs vbilibet emendorum auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo eximimus & liberamus, liberaq; immunia & exempta esse volumus. Districtius inhibentes omnibus & singulis tam Vrbis quàm status prædictorum Gabellarum, Datiorum, & Vectigalium eorundem Datiarijs, Cõductoribus, seu Appaltatoribus, cæterisque ad quos spectat & spectare poterit quomodolibet in futurum, ne Collegium præfatum illiusq; Scholares & personas vel pro eis agentes & eorum bona quæcunq; aut eorum quemlibet directe vel indirecte quouis quæsito colore vel ingenio molestare, impedire, vel perturbare audeat seu præsumat. Quin Decretum irritans. immo eis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant ipsos, et eorum quemlibet immunitate, exemptione, & alijs præmissis pacifice frui, & gaudere. Ac decernentes irritum, & inane si secus super his a quoquã quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis ac constitu- Clausula derogatoria. tionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Vrbis & Dohanarum prædictarum ac quorumcunq; Tribunalium & Curiarum iuramẽto, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & cõsuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & literis Apostolicis eisdem Tribunalibus & Curijs, illorumq; Iudicibus necnon Appaltatoribus & Dohanerijs prædictis, ac quibuscunque alijs personis sub quibuscunq; tenoribus & formis ac cum quibusuis etiam derogatoriarũ derogatorijs, alijsq; efficacioribus & insolitis clausulis, necnõ irritantibus & alijs decretis in genere vel in specie, etiam Motu & scientia similibus ac alias quomodolibet etiã iteratis vicibus concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam si pro sufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa indiuidua ac de verbo ad verbũ nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque cõtrarijs quibuscunque. Volumus autem quod præsentium transumptis etiam impressis manu Notarij publici eiusdem Collegij Secretarij subscriptis & sigillo communi eiusdem Collegij munitis, eadem prorsus fides in iudicio & extra, ac alias vbicunq; opus fuerit adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ exemptionis, liberationis, inhibitionis, decreti, derogationis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, Indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud sanctum Marcũ, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, Idibus Iulij, Pontificatus nostri, Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.

M. Datarius.

Sequitur concessio Iurisdictionis, & Facultatum Protectorum dicti Collegij Germanici.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Pro nostri muneris, officio æquum est prouidere, vt qui in scholis bonarum disciplinarum operam dant a perturbationibus,

turbationibus quantum potest liberentur. Quocirca Collegium Germanicum pridem a nobis in Vrbe nostra institutum, in quo non minus quàm centum pueros ex vniuersa Germania Septentrionalibusque illi adiacentibus Regionibus colligendos, liberalibus scientijs, ac disciplinis, necnon sacris Canonibus, & Theologia instrui, atque erudiri voluimus, & ad illorum sustentationem redditus annuos decem millium aureorum ipsi Collegio perpetuo attribuimus, speciali priuilegio prosequi volentes, Motu proprio Venerabilibus Fratribus nostris Ioanni Ostien. Morono, & Alexandro Prænestin. Episcopis Farnesio, ac dilectis filijs nostris Marco Sancti Georgij ab Altaemps, & Ptolomæo Sanctæ Agathæ Comen. ac Ludouico Sancti Honuphrij titulorum Madrutio nuncupatis, Presbyteris Cardinalibus, eiusdem Collegij Protectoribus, & Defensoribus, a nobis constitutis, ac eorum cuilibet, omnes & singulas causas ciuiles, criminales, & mixtas dicti Collegij, illiusque Collegialium, Scholarium, Rectorum, Magistrorum, Oeconomorum, Aduocatorum, Procuratorum, aliorumque Ministrorum, & Officialium pro tempore existentium, Collegium prædictum, illiusque res iura actiones, & bona concernentes dumtaxat, tam actiue, quàm passiue per seipsos, aut quemlibet ipsorum, vel eorum, aut cuiuslibet ipsorum Auditorum, seu Auditores, aut alium, vel alios qui eis videbuntur. etiam summarie simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura Iudicij, necnon manu Regia, nullasq; rela iudiciaria seruata, sed sola facti veritate inspecta, atq; etiã omni, & quacũque appellatione, remota audiendi, cognoscendi, decidendi, & fine debito terminandi, vel etiam delegandi, & ad hunc effectum quoscunque citandi, ac quibus, & quoties inhibendum fuerit, etiam sub poenis pecuniarijs, & alijs eorum arbitrio, ac in subsidium iuris, censuris Ecclesiasticis, inhibendi. Cæteraque omnia in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria & opportuna faciendi, & exequendi, liberam auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus facultatem. Decernentes irritum & inane si secus super his a quoquàm quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac stylo Palatij & Romanæ Curiæ, necnon quorumcunque Tribunalium Vrbis prædictæ iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis, eisdem Tribunalibus, & Curijs, illorumque Iudicibus etiam eiusdem Palatij Auditoribus, ac quibusuis alijs personis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, in genere vel in specie, etiam motu & scientia similibus, aut alias quomodolibet in genere vel in specie, ac alias concessis, approbatis, & innouatis, Quibus omnibus etiam si pro sufficienti eorum derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso & forma in illis tradita, obseruata, inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cõtrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel diuisim, ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod præsentium transumptis, etiam impressis manu Notarij publici, dictique Collegij Secretarij subscriptis, & sigillo communi eiusdem Collegij munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud, ac alias vbicunque opus fuerit adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus si exhibitæ forent, vel ostesæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ concessionis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Facultatem Cardinalium, Protectorum dicti Collegij, cognoscendi causas quascunque concernentes dicti Collegium.

Facultas procedendi summarie, & manu regia, &c.

Decretum irritans.

Clausula derogatoria.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo quarto. Idibus Iulij Pontificatus nostri, Anno Tertio.

XXVII.

Doctores Romani admittantur ad legendum in Studio almæ Vrbis, cum salario vigintiquinque scutorum pro quolibet anno ex prouentibus Gabellæ ipsius studij.

Doctorum autem, & Studentium almæ Vrbis priuilegia, vide supra in Bonif. 8. const. 2. In supremæ, fol. 33. cum ibi not.

GREGORIUS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.

CVPIENTES vniuersos almæ Vrbis nostræ origine Ciuium filios ad bonarum literarum cognitionem, & doctrinam pro communi, & publica vtilitate, dictæque Vrbis ornamento, & honore paterna charitate, & Sedis Apostolicæ munificentia, atque liberalitate allicere, vt ipsis, & etiam cæteris ad virtutem calcar honorificum & fructuosum addatur: Motu proprio non ad alicuius super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de mera nostra liberalitate dilectis filijs Senatui. & Populo Romano, quod ex nunc deinceps, & perpetuis futuris temporibus omnes, & singulos adolescentes, & iuuenes Doctores ex patre, & auo Romæ natis Romani. excedẽtes vigesimum secundum suæ ætatis annum, qui in Studio, seu Gymnasio publico dictæ Vrbis in quacunque facultate pro tempore legere voluerint, ad lecturam huiusmodi, facta tamen prius per eos coram dilectis filijs nostris S. R. E. Cardinalibus super eodem Studio, seu

Quilibet Doctor Romanus admittatur ad legendum in publico Gymnasio cum salario 25. scutorum pro quolibet anno ex redditibus [illegible] Gymnasij.

QQ 2 Gymnasio

De ipsis redditib. assignatis pro salarijs Lectorū, vide Pij 4 const. 322 fol. 846.

Gymnasio deputatis, ac illius Rectores, & Reformatoribus pro tempore existentibus, vna lectione, admitti debeant cum salario vigintiquinque scutorū quolibet anno pro vnoquoque, qui vt præfertur legere voluerit, Apostolica auctoritate tenore præseotium perpetuo concedimus, & elargimur. Necnoo eiusdem Doctoribus, vt præfertur, qui in eodem Gymnasio munus legeodi subibunt, dictum salarium annuum vigintiquinque scutorum ipsis, & eorum cuilibet debitis, & consuetis in eodem Studio seu Gymnasio temporibus, ac de, & ex eiusdem Studij, seu Gymnasij redditibus, prouētibus, vectigalibus, & alijs emolumētis vniuersis per eos, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, persoluendum, Motu, & auctoritate similibus constituimus, & assignamus, ipsosq; ad lecturam hmōi recipi, & admitti, ad salarium eis, & eorum singulis persolui debere, vt præfertur, decernimus.

Executorum deputatio & facultates.

Mandātes propterea dilectis filijs Cōseruatoribus Cameræ dictæ Vrbis, ac Rectori, & Reformatoribus dicti Studij, seu Gymnasij, præsentibus, & futuris, alijsq; omoibus, & singulis, ad quos id quōlibet spectat, & pro tempore spectabit, quatenus præseotes nostras literas recipiant, & admittant, ac inuiolabiliter obseruent, & ab omoibus quos ea quomodolibet concernunt, & coocernent. obseruari mandent, & faciant: necnon Doctoribus legentib. huiusmodi de dicto salario, debitis vt præfertur temporibus annuatim respondeant, & etiam faciant ab alijs responderi, realiter, & cum effectu: Ecsi secus super his a quoquā quauis auctoritate sciēter vel ignorāter cōtigerit attētari, irritum, & inane decernimus.

Clausula derog.

Noo obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostol. ac Studij, seu Gymnasij, necnon Vrbis huiusmodi iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis quibusuis superioribus, & personis in genere, vel in specie sub quibuscūque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis etiam motu simili, ac consistorialiter, & alias in contrarium quomodolibet coocessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, expressa, & indiuidua, noo autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum teonres præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permaosuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris die 12. Octobris 1574. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.

XXVIII.

Confirmatio, & extensio constitutionis Bonifacij 8. editæ, contra dantes, vel recipientes, siue promittentes, vel promissionem recipientes, pro obtinenda aliqua gratia, vel iustitia apud Sedem Apostolicam.

Bonif. 8 excommunicauit aliqd dantes vel recipien. siue promittētes, aut promissionem recipientes, pro obtinēda gratia. vel iustitia Sedem Apost.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

GAB IPSO Pontificatus nostri principio quàm maxime possumus enitimur atque contendimus, vt domus & curia oostra a sordibus expurgetur. Cui salubri consilio incumbens fel. recor. Bonifacius Papa viij excommunicauit & anathematizauit omnes Clericos, religiosos, & laicos vtriusque sexus, siue familiares Curiæ, siue vndecunque alios, qui aliquod pactum facerēt, seu quid paruum vel magnum promitterent, vel promissionem reciperent, aut ex pacto vel promissione occulta vel manifesta, siue sub verbis generalibus & plene noo expressis, siue specialibus & aperte expressis facta, quicqusm darent aut reciperent pro iustitia, siue gratia, siue pro se, siue pro alio, in causis vel iudicijs, seu alias per literas Apostolicas, & quibuscunque alijs modis apud Sedem Apostolicam obtineoda, & eam sententiam ad promittentes, & acceptantes, dantesque & recipientes duxit extendendam: Illos etiam qui sibi intra triduum nōn renunciarent eum, quem in culpa esse scireor, vel alicui per quem ad se fideliter referretur, simili voluit sententiæ subiacere: Ac decreuit, vt nullus hanc incurreus excommunicationis sententiam, absque speciali mandato suo absolutionis beneficium valeret obtinere, oisi in mortis articulo constitutus: Sed nec quisquam admitteretur ad absolutionis gratiam, nisi prius erogatum esset pauperibus quantum ille dedisset, vel etiam recepisset.

Expeditionesque obtinendas nullas esse declarauit.

Iustitiæ vero, siue gratiæ expeditiones sic obteotæ nullius prorsus essent roboris, vel momenti: & scienter illis vtentes simili seotentia innodauit: ac reseruans sibi absolutionem eorum cum prædictis, ad pœnas similes in omoibus obligauit. Sed hoc scelus ita hodie in mores inductum est, vt plerique cupiditate improbi quæstus potentiorum suffragatiooibus adnixi, huiusmodi negotiorū expeditiones hac illac conqoirentes turpissime nundineotur. Alij alios, quos gratia præstare arbitrantur, donis pollicitationibus, ambiāt. Quidam etiam se talium operam atque industriam pretio & muneribus quæsisse affingant. Quæ cum pessima sint, & Curiæ prædictæ existimationem grauissime offendant:

Hic igitur Pont. constitutionē ipsius Bonif. confirmāt, & ad prædictorum fautores extendit.

in eos qui talia agunt animaduerteodum fore arbitrati, Constitutionem prædictsm cum suis censuris & pœnis omnibus innouamus: easdemque omnes extendimus ad audentes qualecunque horum facinorum quæ adscripsimus, dantesque illis & alijs supradictis auxilium, cōsilium, vel fauorem. Quin etiam eos omnes omni beneficio, & officio ecclesiastico & sæculari, siue temporali siue perpetuo ipso iure priuamus, ac priuatos esse declaramus, & prætetea infamia subiectos perpetuo, ac inhabiles ad illa & alia esse volumus.

Aliasque pœnas imponit.

Reuelantib. quoque dictos delinquentes impunitatem concedit.

A quibus etiam, prout quæque res, erit, tales pœnæ exigantur, quæ cæteris sint exemplo. Illis tamen qui rem adhuc incognitam, complicesque fautores, & socios retexerint, impunitas concedatur.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo quarto. Nonis Nouembris, Pontificatus nostri Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.

M. Datarius.

A. de Alexijs.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno;

Anno à Natiuitate Domini, millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, Indictione secunda, Die vero
octaua mensis Nouembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Publicatio.
Papæ xiij. Anno tertio, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarum San-
cti Ioannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Cam-
pi Floræ, per nos Alexandrum Astancollum, & Antonium Clerici S. D. N. Papæ Cursores.

Petrus Aloysius Gayta Mag. Curs.

XXIX.

Suspensio Indulgentiarum plenariarum quibuscunque concessarum, durante anno Sancti Iubilei. 1575.

De materia huius Iubilei notavi supra in const. 22. Dominus, fol. 1215.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.
QVONIAM Sancti Iubilei celebrationem proximo anno, millesimo quingentesimo septua-
gesimo quinto à primis vesperis, quæ vigilia est diei festi proxime futuri Natiuitatis Domini Nostri
Iesu Christi, incipiendam, & per totum illum annum finiendam, vniuerso populo Christiano de
Fratrum nostrorum assensu indiximus, quemadmodum literis nostris desuper confectis plenius continetur: Nos
pro consequenda eo anno Indulgentia, quæ dictis literis expressa est, multorum Rom. Pont. morem secuti, De
Apostolicæ potestatis plenitudine suspendimus ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum omnes, & qua-
scunque Indulgentias plenarias, etiam ad instar Iubilei, & earum causa facultates, concessiones, & indulta
quæcunque à nobis, & dicta sede eiusque auctoritate quibuscunque Ecclesijs, locis, necnon ordinibus, etiam
Mendicantium, ac Militiarum, necnon Confraternitatibus, & Vniuersitatibus, earumque & alijs cuiuscunque di-
gnitatis, gradus, & conditionis personis Ecclesiasticis, & secularibus per vniuersum orbem constitutis, etiam
per modum communicationis, extensionis, & alias quomodocunque perpetuo, vel ad tempus quibusuis modis
& ex quibusuis causis concessas & concessa, quibuscunque illa sint concepta formulis, ac restitutionibus reuo-
cationibus, mentis attestationibus, alijsque clausulis, & decretis communita. Decernentes interim illa, & li-
teras desuper confectas nulli prorsus suffragari debere: Necnon irritum, & inane quicquid secus per quoscun-
que contigerit attentari; Indulgentijs Basilicarum, & aliarum Ecclesiarum Vrbis nihilominus in suo robore
duraturis. Præcipimus igitur atque interdicimus, ne vllæ aliæ, quàm prædictæ à nobis indicti Iubilei Indulgen-
tiæ, siue publice, siue priuatim vbique locorum, & gentium interim publicentur, prædicentur, vel nuncien-
tur, aut in vsum demandentur: qui secus fecerint, in excommunicationis sententiam eo ipso incurrant, & ab
ordinarijs locorum pro cuiusque arbitrio puniantur. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordi-
nationibus Apostolicis, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, Conuentuum, ordinum Congregationum, &
Hospitalium, & locorum prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia robo
ratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, exemptionibus, & indultis Apostolicis illis eorumque
Superioribus, & personis, ac quibuscunque alijs per quoscunque Rom. Pont. prædecessores nostros, ac nos,
& dictam Sedem, eiusque Legatos, & alios sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausu-
lis, & decretis ex quibusuis causis concessis, confirmatis, extensis, restrictis, & innouatis, quibus omnibus,
eorum tenores, ac si ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo
robore permanituris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscun-
que. Et quia difficile nimis esset præsentes quocunque illis opus erit perferri, volumus earum exemplis, etiam
impressis Notarij publici manu, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis eandem pror
sus fidem in iudicio, & extra vbique locorum adhiberi, quæ adhiberetur præsentibus, si essent exhibitæ, vel
ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ suspensionis, decreti, præcepti, inter-
dicti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, in-
dignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum
Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo quarto,
Idibus Nouembris, Pontificatus nostri Anno tertio.

Cæ. Glorierius.

M. Datarius.

A. de Alexijs.

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi, Millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, Indictione
secunda, die vero Martis decimaseptima mensis Nouembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo patris,
& Domini Nostri Domini Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno tertio, Retroscriptæ literæ Apostoli- Publicatio.
cæ publicatæ, & affixæ fuerunt in valuis Ecclesiarum Sancti Ioannis Lateranensis, Principis Apostolorum de
Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, vt moris est, per nos Scipionem de Octauianis, & Ioannem Frey'e prædicti
S. D. N. Papæ Cursores.

Petrus Sprengerius Magister Cursorum.

Registrata Apud Cæsarem Secr.

XXX.

Reformatio Curiæ de Sabellis.

De Marescalli ac Iudicis eiusdem Curiæ Officio & Iurisdictione habes etiam sup. in Six. 4. const. V. Sanctissimus, f. 98. Et Iul. 2 const. 13. Decet fol. 159. & Pij 4. const. 85 Cum ab ipsis fol. 776.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.
DVM recte administrandæ vbique iustitiæ rationes omnes bene constitutas, & cupimus, & pro
nostro munere veterique studio, quo possumus enitimur, haud postrema esse debet minorum huius
Vrbis Tribunalium cura, in quibus quicquid delinquitur, eo deterius contingit, quo pauperio-
res attingit, quibus in re tenui, & acrius ex iniuria damnum, & difficilius remedium afferri solet. Cum igi-
tur

Hic Pont. indixit iubileum anni 1575. vt supra const. 22. f. 1215.

Et modo suspendit durante dicto anno quascunque plenarias Indulgentias quascunque concessas.

Decretum irritans.

Prohibitio ne publicentur alias Indulg.

Clausula derog.

tur nuper officium Marescallatus Sedis Apostolicæ dilecto filio nobili viro Bernardino de Sabellis Marescallo dictæ Sedis concesserimus, volentes eidem officio non minus de legum præstantia, quàm de viri solertia esse prospectum, vt in illius Curia de Sabellis nuncupata, tum iudicia, tum cætera ad id munus pertinentia, ad iusti, & recti normam directa sine sorde peragantur, infrascripta hæc, quorum aliqua pridem à Iulio II. & à Pio IIII. fel. rec. prædecessoribus nostris, licet prudenter constituta, iam in vsu non erant, ibi deinceps inuiolate seruanda perpetuo statuimus, & ordinamus, atque etiam innouamus.

Iudex gratuito deputetur. Hoc idem voluit Pius 4. in eius const. 85 f. 776.

Iudex ibi ius dicturus gratuito à Marescallo deputetur, adeo, vt neque Iudici dare, neque Marescallo accipere propter hoc quidquam liceat, etiam mutui alioue nomine, quauis de causa, vel ante, vel post deputationem, etiam auctoritate, siue prætextu cuiuscunque consuetudinis, aut etiam indulti à Sede Apostolica concessi, illam enim improbamus, hoc autem reuocamus expresse.

Iudex deputetur ad annum & ex rationabili causa ad biennium.

Deputatio vero fiat ad annum dumtaxat, quo finito, finitum etiam sit eius Iudicis officium, nisi propter aliquam rationabilem causam prorogandum visum fuerit, sed prorogatio alium annum omnino non excedat, & semel tantum fieri possit.

Sindicatui se sistere debet vt hic.

Antequam incipiat exercere officium, caueat idoneis fideiussoribus de stando sindicatui, finito officio, etiam si nec querelatus, nec requisitus fuerit, offerat se sindicatui coram Gubernatore Vrbis, & Auditore Cameræ, illi vero quadraginta diebus sindicatum absoluant, Iudicemque, prout iure faciendum erit, vel liberent, vel condemnent, & puniant, quod si intra dictorum dierum numerum non fecerint, Camerarius S. R. E. qui tunc erit, duos viros deputet, qui intra alios viginti dies huiusmodi sindicatum peragant. Lapsis autem dictis terminis pro absoluto habeatur.

Cõmentariensis, & Capitanei ac Executoris, officia non vendantur nec locentur. Hoc idẽ statuit Pius 4 ibidem.

Commentariensis, & Capitanei, necnon executoris eiusdem Curiæ munia per idoneos, & fidos ministros gerantur, & neque vendantur, neque locentur vllo modo, neque quidquam pro illis habendis, aut exercendis quouis nomine, & prætextu soluatur, siue respondeatur, qui aliquid soluerint, siue responderint, officio priuati sint, & publice fustigentur.

Notarij sint duo tantũ. Hoc idem decreuit idẽ P. 4.

Notariorum officia ibi duo tantummodo habeantur, quodque soli Notarij sint, neque his numerus aliquo prætextu augeri vnquam possit.

Iudex non cognoscat cãs pro quibus statuta est pœna corporalis nec qual. ossi. alibi est præuentum. Significationẽ q. non concedat.

Cæterum de causis criminum capitalium, item de illis criminibus pro quibus pœna corporis afflictiua, vel iure, vel statutis, vel bannimentis à maioribus magistratibus promulgatis est imposita, neque Marescallus, neque Iudex ab eo deputatus cognoscant.

Sed de alijs minoribus delictis, nisi iam in alio Tribunali iudicium de illis finitum, aut prius cœptum fuerit, cognoscere possint.

Nunquam tamen saluum conductum, aut significationem, vt vocant, vel in leuissimis delictis, & præter cuiusuis dependentiæ concedant, nisi forte reus data fideiussione relaxatus esset: aliter concessum, vel concessam cæteri Iudices non seruent.

Fiscus citetur in causis criminalibus eiusdem Curiæ.

In quacunque autem causa criminali, quæ in hac Curia cœpta fuerit, citetur Procurator Fisci in omnibus illis terminis, & actis in quibus solet in alijs Curijs Vrbis citari.

Pœnarũ solutiones adnotentur vt hic.

Præterea in quacunque causa ibi cœpta proferatur omnino sententia, siue absoluendo, siue condemnando. Et si quæ solutiones pœnarum in eadem Curia recipientur, scribantur in libro ad hoc ordinato, singulisque solutionibus subscribat ipsemet reus, vel si hic nescuerit, ipsius Procurator, vel alius in causa defensor.

App. detur in ciuilibus causis ad A. C. Iniuro sty-lus seruat. dari recursũ ad Guber. Tributũ non exigatur ab inhonestis mulieribus.

In ciuilibus vero causis, à grauaminibus in dicta Curia illatis, appelletur ad Auditorem.

Postremo exactiones illas, quæ à mulieribus inhonestis singulis annis singulisque sex mensibus, aut aliàs sub nomine tributi fieri solebant, omnino prohibemus, proposita Marescallo illas attentanti pœna priuationis officij ipso facto incurrenda.

Clausula derogatoria.

Non obstantibus dictæ Curiæ, etiam longissimi, & immemorabilis temporis obseruantia, ac confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, & stylo, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis illi vel pro tempore existenti Marescallo ex quauis causa concessis, & etiam sæpius confirmatis, quibus omnibus, illorum tenores hic pro integre expressis habentes, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, innouationis, improbationis, reuocationis, prohibitionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, sexto Kalend. Februarij, Pontificatus nostri anno tertio.

M. Dat. Cæ. Glorierius. A. de Alexijs.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini, millesimo quingentesimo septuagesimo quinto, Indictione tertia, die vero vltima mensis Ianuarij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. Domini Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. anno tertio, Retroscriptæ literæ Apostolicæ originaliter affixæ, & publicatæ fuerunt in valuis Ecclesiæ Sancti Ioannis Lateranen. Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Camillum Cherubinum, & Guglielmum Marchs Curs.

M. Antonius Brutus Magister Cursorum.

XXXI.

Impositio sex decimarum super fructibus, & pensionibus beneficiorum Ecclesiasticorum totius Italiæ, præterquam Dominij Venetorum, & Collectoris deputatio, & facultates.

Ad hoc vide etiam infra const. 50. Plurimis.

Similem decimarum impositionem fecit Pius v. vt sup. in eius const. 104. Christiana, fol. 1077. cum ibi not.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

QVO in statu Respublica christiana sit hoc tempore, quot quàtisque calamitatibus oppressa, adeo aperte res ipsa testatur, vt nihil magis certum magisque perspicuũ esse possit. Nemo enim fere Christianorum est, cui non aut dolendum de proprijs damnis, aut non de vicinorum ærumnis sit commiserescendum. Galliæ Regnum quondam opulentissimum per multos annos intestinis bellis exagitatum, & atritũ nouis nunc discordijs (antiquo humani generis hoste faciente) in maximum discrimen adductum est: Belgium adhuc bello flagrat, nec finis malorum cernitur: Poloniæ Regno, propter exorta inter nobiles de electione Regis dissidia, & studia in diuersas partes diuisa, non parua pericula impendere timentur: Sed ad hæc interna & grauissima Christiani populi vulnera accedũt externæ crudelissimi hostis nostri Turcarum tyranni, nunc quã ingentem comparare & ornare dicitur classem, ad inuadenda & oppugnanda quæcunque ipsi libuerit ditionis Christianæ loca. Itaque cum harum rerum causa ad Auenionensem Ciuitatem & comitatũ Venaysinum contra hæreticos defendendum, ad munienda oppida nostra maritima & validis præsidijs aduersus Turcarũ impetus firmanda, ad subueniendum Principibus Christianis, qui in rerum suarum periculis opem & auxilium nostrum implorarunt, ingentes hucusque sumptus fecerimus, & maiores posthac faciendi sint, nec Fisci nostri angustia tot necessitatibus supplere possit: Et si statueramus nullus Populum aut Clerum nouis exactionibus impositionibusue grauare, idque in hoc vsque tempus præstiterimus, tamen multitudo impensarum & onerum alijs super alia crescentibus ab huiusmodi proposito & instituto aliquantulum recedere non coegit. Quod vt nos inuiti facimus, ita speramus eam æquitatem animorum fore, vt quod in publicam vtilitatem necessario impendendũ videant haud grauate etiam conferant. — *Causa huius impositionis.*

Habita igitur super his omnibus cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E Cardinalibus deliberatione matura, de eorum consilio & assensu ad peculium Ecclesiarum quarum in primis salus agitur, conuersi indicimus & imponimus sex integras decimas omnium, & quorumcunque fructuum, redditüum, prouentuum, iurium, obuentionum, distributionum quotidianarum, & emolumentorum ordinariorum, & extraordinariorum, omnium, & quarumcunque Ecclesiarum Patriarchalium, Metropolitanarum, Cathedralium, Collegiatarum, & Parochialium, necnon Monasteriorum, & Conuentuum, ac etiam mensarum Patriarchalium, Archiepiscopalium, Episcopalium, Abbatialium, Capitularium, & Conuentualium, Prioratuum quoque, Præpositurarum, Preceptoriarum, Canonicatuum, Præbendarum, dignitatum, personatuum, administrationum, & officiorum, cæterorumque beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura, sæcularium, ac Sancti Benedicti, Sancti Augustini, Cluniacensium, Cistercienfium, Præmonstratensium, Sancti Basilij, Siluestrinorum, & qui proprietates, redditusque certos ex priuilegio, vel alias possident, mendicantium, ac quorumcunque aliorum ordinum vtriusque sexus, necnon Congregationum regularium, (exceptis duodecim illis Congregationibus, quæ cum Camera Apostolica tempore fel. rec. Pij Papæ V. prædecessoris nostri de subsidio ordinario concordarunt, ac etiam exceptis prædictis S. R. E. Cardinalibus ob assiduos magnosque labores, quos ipsi Ecclesiæ vniuersali impendunt, & grauissima quæ tuendæ dignitatis causa sustinent onera) Et præterea Hospitalium, etiam pauperum, Hospitalitatem non exercentium, seu bona, & redditus vltra infirmorum necessitates, & alia pro quibus instituta sunt, pia officia exercenda possidentium, necnon Beatæ Mariæ Theutonicorum, Sancti Lazari de Altopassu, Templi Dominici, & aliarum militiarum (Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani, quæ pro sui tutela contra dictos Turcas, & alios infideles alienis auxilijs continuo eget, dumtaxat excepta) in omni Italia (præter Dominium Venetorum, cuius Clerum vniuersum pro contributione in triremium classem, & præsidia, quæ varijs in locis ipsius Dominij magna cum impensa custodiæ, & defensionis causa sustentari necesse est, iam onerauimus) consistentium, secundum verum annuum valorem fructuum, redditüum, prouentuum, & aliorum prædictorum. — *Impositio sex decimarum super fructibus beneficiorum.* — *Excipiuntur Cõgregationes Regulares, & Card. Concordat Pij v. const. 111.* — *Excipitur Hospital. S. Ioannis Hierosol. Cuius priuilegia habes sc prato Pij 4. cõst. 98. fol. 960.*

Ac etiam indicimus, & imponimus sex alias decimas omnium, & quarumcunque pensionum annuarum, super fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, emolumentis, & distributionibus supradictis assignatarum, & assignandarum percipiendas, exigendas, & leuandas ab omnibus, & quibuscunque. Episcopis, Archiepiscopis, & Primatibus, Patriarchis, & alijs Ecclesiarum Prælatis, ac cæteris cuiuscunque dignitatis, status, & conditionis personis prædictas quocunque iure, & titulo obtinentibus, & obtenturis, Necnon Oeconomis, & Administratoribus perpetuis, & temporalibus, vsufructuarijs, ac fructus, pensiones, res, & alia huiusmodi iura, ex quacunque causa sibi Apostolica auctoritate in toto, vel in parte reseruata habentibus, & habituris, sæcularibus, & regularibus, ordinum, Congregationum, militiarum, & Hospitalium prædictorum, necnon ab ipsis Ecclesijs, Capellanijs, Conuentibus, ordinibus, Congregationibus, Collegijs, Hospitalibus, Militijs, Mensis, Massis, & locis quocunque priuilegio, & exemptione reali, personali, — *Impositio earundem decimarũ super pẽsionib.*

& mixta

& mixta antiqua, & immemorabili, pacifica, & continua suffultis.

Tempora solutionum.

Quos omnes ad hoc efficaciter obligatos, pro vna intra proximum diem festum Sancti Michaelis Archangeli, qui mense Septembri incidit, & pro alia intra eundem festum anni proximi futuri, & pro tertia partibus æqualibus intra illum ipsum diem festum consequentis protinus anni, Cameræ prædictæ, & illius Procuratoribus ad id constituendis omnino volumus persoluisse.

Pœnæ decimas non soluentium integre, aut sub terminis constitutis, &c.

Quicunque vero decimas huiusmodi nullo modo, vel non integre, scienter, aut non secundum verum annuum valorem fructuum, redditùum, prouentuum, iurium, obuentionum, distributionum, & emolumentorum, siue non terminis constituendis exhibuerint, seu in illorum exhibitione malitiam commiserint, siue fraudem, Ecclesiarum Antistites suspendimus à diuinis: Capitula vero, Conuentus, & Collegia quæcunque Ecclesiæ interdicto supponimus, ac singulares personas Antistite inferiores, excommunicationis sententia innodamus.

Côductores, possessores, &c. debent soluere decimas nomine Dominorû, & pensionariorum

Cæterum ad prædictas decimas consequendas præcipimus etiam omnibus conductoribus, censuarijs, & locatoribus proprietatum, fructuum, rerum, & iurium prædictorum, etiam huiusmodi pensionibus oneratorum, vt vtrasque decimas nomine dominorum, & pensionariorum ad computum suæ quisque locationis omnibus vero possessoribus, vsufructuarijs, & alijs pensiones soluere debentibus, vt ipsi etiam decimas pensionum huiusmodi nomine pensionariorum, Cameræ, & Procuratoribus prædictis integre persoluant.

Decimæ super fructibus soluantur iuxta côem æstimationem & super pensionibus ad ratione x. pro cent. Exemptiones, & pacta quæcunque à solutione decimarum non excusant.

Decernentes decimas fructuum, redditùum, prouentuum, & aliorum iurium prædictorum secundum communem illorum æstimationem constituendas, alias vero pensionum decimas ad rationem decem pro centenario præstari debere, & secundum ea prædictos omnes insolidum cogendos esse, ipsarumque decimarum Procuratores à quibus libuerit integre exigendi optionem, facultatemque habere, Neque vllas omnino immunitates, & exemptiones, etiam ex causa resignationis, cessionis, iuris, concordię, conuentionis, aut quacunque alia graui, & onerosa occasione quocunque modo concessas, & interim concedendas, integram solutionem huiusmodi minuere, vel impedire, neque possessores, vsufructuarios, aut alios pensiones huiusmodi soluere debentes, etiam si ipsi iuri, & actioni petendæ, vel detrahendæ, vel retinendæ portionis, & ratæ partis pensionarios contingentis iureiurando renunciauerint, & illam libere donauerint, & facultati repetendi renunciauerint, atque ea forma dictæ Cameræ amplissima cauerint, modo aliquo obligari, nec ad id pro dicto tempore constringi posse.

Quietantiæ Ministrorum Cameræ de receptione decimarû valeant ac si essent principalium.

Omnes vero confessiones, & quietantias receptionis decimarum à Procuratoribus, & Ministris Cameræ prædictæ tam conductoribus, censuarijs, & locatoribus nomine suorum principalium, quam etiam ipsis, necnon possessoribus, vsufructuarijs, & alijs pensiones soluere debentibus, nomine pensionariorum faciendas perinde valere, atque in iudicio, & extra illud vbique locorum fidem facere, ac si ipsismet principalibus, & pensionarijs præsentibus, & soluentibus factæ, & exhibitæ fuissent.

Côductionû prorog. vsque ad integrâ decimarum solutioné.

Conductores autem qui precium locationis dominis legitime anticipauerint, locationem suam huiusmodi, quam ad hoc prorogamus, vsque ad integram satisfactionem, vt prius, etiam adueniente successore continuare debere.

Decretû irritâs.

Sicque per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, in quauis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbique iudicari, & diffiniri debere: necnon irritum, & inane quicquid secus per quoscunque scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Collectoris decimarum Deputatio, & facultates.

Vt autem omnia supradicta, sicut causa vrgens postulat, diligenter, & fideliter executioni demandentur; Dilectum filium nostrum Aloysium tituli Sancti Marci Presbyterum Cardinalem Cornelium nuncupatum, Camerarium nostrum, cuius integritas, & experientia iampridem nobis perspecta est, generalem omnium decimarum prædictarum Collectorem in vniuersa Italia, cum omnibus, & quibuscunque priuilegijs, iurisdictionibus, & iuribus, quæ omnes alij ante hac huiusmodi Collectores habuerunt, auctoritate prædicta tenore præsentium constituimus, & ordinamus, eique plenam, liberam, & absolutam potestatem, facultatem, & auctoritatem tribuimus, omnes ipsas decimas Cameræ prædictæ nomine vbique procurandi, prædictos omnes, tam coniunctim, quam diuisim ad integram illarum solutionem, vti prædictum est, faciendam, etiam per edictum locis publicis affigendum, monendi, & requirendi: non parentes, fraudantes, & cæteros contumaces in censuras, & pœnas prædictas incidisse declarandi, proprietates, res, fructus, & alia bona ipsorum, etiam manuregia apprehendendi, & vsque ad condignam satisfactionem retinendi: Contradictores, & perturbatores, molestatores, & rebelles quoscunque, eisque auxilium, consilium, vel fauorem, publice, vel occulte, quouis quæsito colore præstantes, cuiuscunque dignitatis, gradus, & ordinis fuerint, prædictis alijsque censuris, & pœnis Ecclesiasticis, necnon pecuniarijs, cæterisque iuris, & facti remedijs opportunis compellendi, illasque etiam iteratis vicibus aggrauandi, dignitatibus, beneficijs, & officijs omnibus priuandi, & amouendi, & ad futura inhabiles faciendi, interdictum Ecclesiasticum apponendi, auxiliumque brachij sæcularis quandocunque opus fuerit inuocandi, ad sanitatem vero reuersos, qui debite satisfecerint, ab omnibus censuris, & pœnis supradictis in forma Ecclesiæ consueta absoluendi, super irregularitate forsan incursa absoluendi, super irregularitate forsan incursa dispensandi, & ad pristinum statum omnino restituendi. Præterea collectores, & subcollectores fide, & facultatibus idoneos in omnibus Ciuitatibus, Terris, & Prouincijs Italiæ prædictæ quotquot viderit expedire, cum simili, aut limitata (non tamen absoluendi) potestate constituendi, eumque, vel eos arbitrio suo reuocandi, negligentes, & morosos remouendi, ac alium, seu alios surrogandi quotiescunque ei videbitur, in delinquentes, & suspectos per se, vel alium, seu alios, etiam simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicij inquirendi, & meritis pœnis puniendi, modos, & formas in prædictis seruandos præscribendi, dubia quæcunque in præmissis forte oritura declarandi, & prorsus omnia, & quæcunque circa ea necessaria, & opportuna faciendi, statuendi, & exequendi, etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale, quàm præsentibus est expressum. Non obstantibus piæ me. Bonifacij Papæ viij. etiam prædecessoris nostri de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis, ac alijs Apostolicis constitutionibus, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, ordinum, Congregationum, Hospitalium, Militiarum, & locorum Prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus,

consuetudinibus,

suetudinibus, stabilimentis, vsibus, & naturis, quodque Prælatis, & personis prædictis, eorumque Ecclesiis, & locis, vel quibusuis alijs communiter, vel diuisim à prædicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto, necnon personis earumque nominibus, & cognominibus, Ecclesijs, Monasterijs, ordinibus, & locis huiusmodi mentionem, & quibuslibet alijs priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus in genere, & in specie quomodocunque concessis, confirmatis, & innouatis, etiam solutiones decimarum aliter quam secundum antiquam taxam; & nisi in vniuersali decimarum per Orbem impositione fieri prohibentibus, necnon promissionibus, donationibus, obligationibus, iuramentis, renunciationibus vinculis, & cautelis in assignatione prædictarum pensionum factis, quibus per impositionem decimarum huiusmodi pensionum neminem teneri, neque eas, quosd præmissa contra quenquam locum habere declaramus, alijsque indultis, & literis Apostolicis generalibus, & specialibus cuiuscunque tenoris existant, per quæ præsentibus non expressa, aut omnino non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in literis nostris mentio specialis, quæ omnia contra præmissa nolumus cuiquam in aliquo suffragari, necnon alijs huiusmodi impositionibus, & concessionibus ad tempus nondum elapsum per nos factis, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Clausula derog.

In percipiendis autem decimis prædictis constitutionem recor. mem. Clementis Papæ V. Similiter prædecessoris nostri in Concilio Viennen. editam, quod decimæ ad monetam currentem communiter leuari, nec Calices, libri, cæteraque Ecclesiarum ornamenta diuino cultui dicata ex causa pignoris capi, percipi, vel distrahi, aut aliàs quomodolibet occupari debeant vbique volumus obseruari.

Decima soluantur ad monetã currentem.

Quinetiam præcipimus, nec quisquam etiam plura quanticunque valoris beneficia Ecclesiastica, seu plures pensiones, aut fructus, seu talia mistim obtinens pro litera, & sigillo quietantiæ vniuersalis, si illam habere voluerit vltra vnum carlenum conficientem quatenus triginta septem huius monetæ soluere teneatur, nec ad aliud onus, etiam prætextu cambij vspiam compellatur.

Carolenus vnus soluatur pro quie anti a quan [illegible] generali.

Quia vero difficile nimis esset præsentes literas quocunque illis opus erit perferri, volumus quoque, vt illarum exemplis, etiam impressis, & Notarij publici manu, ac Aloysij Cardinalis, & Camerarij prædicti, aut alterius Collectoris, seu Prælati Ecclesiastici, eiusque Curiæ sigillo obsignatis eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud vbique locorum adhibeatur, ac si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ indictionis, impositionis, voluntatis, suspensionis, suppositionis, innodationis, præcepti, decreti, prorogationis, constitutionis, ordinationis, & declarationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo septuagesimo quinto, quintodecimo Kalendas Martij, Pontificatus nostri anno quarto.

Ego Gregorius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Locus signi.

Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.

Ego Christophorus Madrutius Episc. Præn.
Ego A. Cardinalis Farnesius Vicecancell. Ep.
Ego S. Epis. Sabinen. Card. Pisanus.
Ego Ful. Card. Perus. Episcopus Alba.
Ego Iacobus Card. Sabellus.
Ego Io. Ant. Card. S. Georgij.
Ego Aloysius Card. Camerarius.
Antonius Card. Granuelanus.
Stan. Card. Vuar. M. P.
Ego Io. Franc. Card. de Gambara.
Ego A. Card. Iesualdus.
Ego N. Card. Sermoneta.
Ego In. Aualos Card. de Aragona.
Ego M. Antonius Card. Columna.
Ego Pto. Card Comensis.
Ego Zacharias Card. Delphinus.
Ego Io. Franciscus Card. Comendonus.
Ego A. Card. Sfortia.

Ego Fla. Card. Vrsinus.
Ego Benedictus Card. Lomellinus.
Ego Gul. Card. Sirletus.
Ego Ludouicus Card. Madrutius.
Ego F. Card. Alciatus.
Ego M. Antonius Card. Maffeus.
Ego N. Card. de Pelue.
Iul. Ant Card. Sanctæseuerinæ.
P. Card. Cæsius.
C. Card. Rambouilettus.
A. Cardinalis Theanensis.
F. Fœlix Card. de Montealto.
F. Vinc. Card. Iustin.
Ego Io. Hier. Card. Albanus.
Ego Ph. Boncompagnus Card. S. Syxti.
Ego Hier. Card. Simoncellus.
Ego In. Card. de Monte.
Ego Fer. Card. de Medicis.
Phi. Card. Vastauillanus.

Anno à Natiuitate Domini, millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, Indictione quarta, die vero nona mensis Martij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. Domini Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. anno quarto, Retroscriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Ecclesiæ Sancti Ioannis Lateranen. & Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, per nos Antonium Ludouicum, & Petrum Aloysium Gaytam Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores.

Publicatio.

Alamannus de Alamanis Mag. Curs.

XXXII.

Deputatio, & facultates Andreæ Spinolæ Ianuenſis Præfecti Annonæ Almæ Vrbis, & totius ſtatus Eccleſiaſtici.

Similem deputationem fecit Pius 4. ſupra fol. 908. in conſt. 152. Inter multiplices.

Tractas autem frumentorum Camerarium tantum concedere inſtituit Greg. 13. in eius conſt. 109. Quæ à Romanis. Et vectigal pro eis ſoluendum impoſuit, vt in eiuſdem conſt. 8. Inter varias.

Agriculturæ autem, & deferentium blada ad Vrbem priuilegia, vide ſup. in Pij v. conſt. 21. Cupientes, fol. 950.

GREGORIVS Papa XIII. Motuproprio, &c.

INTER cæteras Paſtoralis officij noſtri curas, quibus aſsidue premimur, libenti illam fouemus animo, per quàm in ſtatu noſtro Eccleſiaſtico Annona, & abunde inueniri, & communi haberi precio poſsit, noſtrique ea hoc ſubditi, quoad fieri poſsit ſubleuentur. Quare cupientes inſignem probitate, & experientia virum, qui prout res expoſtulat ipſa, nos adire quotidie cuncta ad Annonam huiuſmodi pertinentia collaturus commode poſsit, de dilectorum tamen filiorum Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Clericorum Præſiden. numero iuxta antiquam hactenus obſeruatam conſuetudinem præficere, ac de fide, probitate, integritate, prudentia, & multiplici rerum gerendarum experientia, Dilecti filij Andreæ Spinolæ in vtraque ſignatura noſtra Referendarij dictæque Cameræ Clerici Præſiden. nobis affatim perſpectis plurimum in Domino confiſi, ſperanteſque ea quæ eius curæ demandauerimus, omni cum laude geſturum, & executurum fore. Motu ſimili, &c. eundem Andream frumentariæ Annonæ Almæ Vrbis, & reliqui ſtatus noſtri Eccleſiaſtici generalem Præfectum, ad noſtrum, & dictæ Sedis beneplacitum cum honoribus oneribus, facultatibus, & auctoritatibus iuriſdictione priuilegijs exemptionibus, & prærogatiuis ſolitis, & conſuetis, ac dilecto filio noſtro Cæſari Brumano tunc eiuſdem Cameræ Clerico præſiden. & dictæ Annonæ nuper præfecto, & quibuſuis alijs ad huiuſmodi Præfecturæ officium Annonæ hactenus deputatis quomodolibet in hunc vſque diem conceſſis Apoſtolica auctoritate harum ſerie approbantes, & ratificantes omnia, & quæcunque per eum hactenus geſta, facta, & ordinata hucuſque de nouo conſtituimus, facimus, & deputamus. Dantes illi in præmiſsis omnibus, & ſingulis plenam facultatem, & auctoritatem, tam in præfata Alma Vrbe, quam quibuſuis alijs nobis, & S. R. E. mediate, vel immediate ſubiectis Prouincijs, Ciuitatibus, oppidis, & locis frumenta, ac legumina cuiuſuis generis, ſeu ſpeciei annotandi, & deſcribendi, ſeu annotari, & deſcribi faciendi, ac vniuerſas & ſingulas vtriuſque ſexus perſonas cuiuſuis ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis, & præeminentiæ exiſtentes eidem S. R. E. mediate, vel immediate ſubiectas, tam Eccleſiaſticas, quam ſæculares, etiam ſi perſonæ huiuſmodi Ducali, Marchionali, & Comitis, vel alia maiori, Eccleſiaſticæ vero Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, Primitiali, vel alia maiori dignitate, ſeu dignitatibus præfulgeant, ac etiam ſi Cardinalatus fungantur honore, vel etiam maiores exiſtant, ad veram frumentorum, & leguminum, quæ ipſos tempore deſuper publicandorum edictorum, ſeu bannimentorum habere continget quantitatem, etiam in ſcriptis medio iuramento denunciandi, quarum denunciationum notulam etiam ad dilectum filium Aloyſium Card. Cornelium, necnon, & pro tempore Camerarium noſtrum deferri volumus, ſub cenſuris Eccleſiaſticis, ac pecuniarijs, necnon manifeſtæ rebellionis læſæque Maieſtatis, ac Dominiorum, & aliorum bonorum ſuorum confiſcationis, alijſque eius arbitrio imponendis, & applicandis, cæteriſque pœnis, & quibuſuis eidem Andreæ videbitur, etiam per publicum edictum in locis ſibi beneuiſis affigendum, vel alias publicandum monendi, & requirendi. Eiſque ne frumenta, & legumina huiuſmodi extra dictum ſtatum Eccleſiaſticum, neque de loco ad locum, etiam loca eiuſdem ſtatus ſine eiuſdem Andreæ licentia aſportare vllo modo audeant, ſub ſimilibus pœnis inhiben. inobedientes, ſeu contrauenientes quoslibet cenſuras, & pœnas prædictas incidiſſe, & incurriſſe declarandi, aggrauandi, & reaggrauandi, inuocato etiam auxilio brachij ſæcularis, necnon executiones quaslibet, tam reales, quam perſonales fieri mandandi, Præterea quoſcunque in præmiſsis fraudes committentes, vel alias noxios, & delinquentes mulctandi, ac quibuſuis etiam vltimi ſupplicij, vel alijs corporis afflictiuis pœnis condemnandi, & ſeu ipſos, ac prædictos inobedientes, ſeu non parentes à quibuſuis cenſuris, & mulctis ac vt præfertur afflictiuis etiam vltimi ſupplicij pœnis abſoluendi, & liberan. deſuperque cum eis concordandi, & accordandi, componendi, & tranſigendi, ac quaſcunque ſibi beneuiſas concordias, compoſitiones, & tranſactiones faciendi. Item quaſcunque frumentorum, & leguminum huiuſmodi quantitates cogendi, ac emptionis, & mutui, vel alio quouis titulo pro prætijs, & modis de quibus ſibi videbitur acquirendi, proptereaq; quaſuis pecuniarum ſummas mutuo, vel aliter capiendi, ac ſuper præmiſsis omnibus, & ſingulis cum quibuſuis Mercatoribus, & alijs perſonis quibuslibet conuentiones, & partitas quaſcunque etiam cum quorumuis donatiuo, eum mutuantibus dandorum promiſsione, & donatione faciendi, ac deſuper contractus, & inſtrumenta quælibet cum pactis, conditionibus, capitulis, & clauſulis ſibi beneuiſis celebrandi, & ineundi, ac pro illorum obſeruatione præfatam Cameram, & omnia illius bona præſentia, & futura in quauis etiam pleniori ipſius Cameræ forma obligandi, Necnon quoſcunque Commiſſarios, officiales, & Miniſtros opportunos, aut alias ſibi beneuiſos deputãdi, & hactenus quomodolibet deputatos reuocãdi, & remouẽdi, prout nos harũ ſerie quoſcunq; Cõmiſſ. officiales, & Miniſtros ſuper huiuſmodi frumẽtorũ negocio hactenus etiã per nos quomodolibet deputatos reuocam⁹, & remouem⁹, eorũq; prouiſiones, & ſalaria declarãdi, eiſq; illas, & alia, ac alijs, quibus opus fuerit

Deputatio Andreæ Spinolæ Ianuen. Præfecti Annonæ, cum facultatibus & priuilegijs. conſuetis, & maxime in ſtateſcriptis.

Facultas cogendi quoſcunque ad notifican. eorũ frumenta & legumina.

Et prohibendi ne illa aſportentur de loco ad locum, ſine eius licentia.
Ad quod vide ſſ. conſt. 109.

Prandeſque deſuper committẽtes concordi.

Frumenta quocunque, & legumina vndique cogẽdi, & emendi pro pretijs ſibi beneviſis.

quaſuis

quasuis pecuniarum sommas, & quantitates ex frumentorum, & leguminum huiusmodi venditione conuentionibusque, seu partitis ineundis, vel aliàs huiusmodi rei frumentariæ negocio quomodolibet prouenientes soluis, & exbursari mandandi, omnesque, & singulos quarumuis Ciuitatum Annonæ Præfectinum à nobis hactenus quomodolibet deputatorum ministros quouis nomine nuncupatos, quos circa huiusmodi Annonæ negocium se quomodolibet ingessisse constabit, ad sibi, seu à se deputandis de a se gestis, & administratis rationes, & computa redden. & reliqua si quæ sint restituendi per similes censuras & pœnas, aliaque iuris, & facti remedia opportuna cogendi, & compellendi, cogique, & compelli faciendi, Ac denique cætera omnia & singula ad huiusmodi rei frumentariæ negocium quomodolibet pertinentia gerendi, exercendi, & exequendi, ac edicendi, seu edici.& proclamari faciendi necessaria,& opportuna, quæque omnes Clerici præsiden.Cameræ huiusmodi,dum simul coadunati, & congregati ipsam Cameram faciunt, & repræsentant, facere, gerere, exercere, & exequi,ac edicere, seu edici, & proclamari facere possint,& valeant: Vnumque, vel plures loco sui cum simili, vel limitata potestate substituen. & eius arbitrio remouendi. Mandantes propterea dilectis filijs Camerario, & Thesaurario generali nostris, necnon Clericis præsidentibus dictæ Cameræ, cæterisque ad quos spectat, & in futurum spectabit, vt has nostras in præfata Camera admittant, & in illius libris describi, & registrari faciant, desuperque patentes literas, & alias scripturas opportunas expediant, & expediri mandent, auctoritate nostra,& Sedis Apostolicæ,& Legatis de Latere,eorumque Vicelegatis ac tã dictæ Vrbis, quã aliarum Prouinciarum Ciuitatum, & locorum nobis,& S. R. E. mediate, vel immediate subiectorum quorumcunque Gubernatoribus,Locatenen Prætoribus, Vicarijs,& alijs quouis nomine nuncupatis officialibus, & iustitiæ Ministris, necnon Communitatibus, & Vniuersitatibus,eorumque Magistratibus,& personis publicis, & priuatis in virtute Sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ pœna, etiam strictius inhibendo ne eundem Andream, aut eius pro tempore Ministros in præmissis,vel alijs ad dictum rei frumentariæ negotium pertinẽtibus vllo modo, vel obtempru impediant, vel remorentur,aut molestent,immo eius,& eorum nomine requisiti illi, & illis desuper opportune faueant, & assistant; eiusque & eorum mandata edicta,seu proclamationes aut alias ordinationes exequi mandent, & faciant realiter, & cum effectu. Non obstan.præmissis,ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus, etiam Apostolicis,necnon statutis,& reformationibus, etiam iuramento, &c. roboratis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis, etiam eisdem personis, & earundem Vrbis, Ciuitatum, Prouinciarum, oppidorum,& locorum, Populis, Communitatibus, seu Vniuersitatibus, necnon tam Ecclesiasticis, quàm sæcularibus,cæterisque supra designatis,& alijs quibusuis personis etiam super extractione frumentorum, & leguminum,etiam per Sedem Apostolicam, & Cameram præfatam in genere, vel in specie, etiam ex causa onerosa, ac sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac aliàs quomodolibet concessis, concedendis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, &c. eorum tenores, &c. illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse harum serie latissime derogamus, illaque aduersus præmissa nullatenus suffragari posse, seu debere decernimus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Decernentes præsentium nostram solam signaturam sufficere, & vbique in iudicio,& extra in Romana Curia, & extra plenam fidem facere, regula contraria non obstan seu ỹ eidem Andreæ videbitur desuper literas, etiam per breue nostrum, etiam cum omnium, & singulorum præmissorum pleniori, specificatione, & expressione, ac quarumcunque scripturarum desuper necessariarum ad verbum si videbitur insertione, alijsque clausulis, & cautelis necessarijs, & opportunis. adeo quòd contraria quæcunque prorsus tollantur, & non obstent,simul,vel separatim expediri posse, ipsarumque præsentium,& etiam dictarum literarum transumptis, etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Curiæ Ecclesiasticæ, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis,eandem prorsus fidem adhiberi, quæ eisdem præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Minist os desu per deputãdi cũ salarijs ab eu de claraudis.

Cæteraque omnia necessaria, & opportuna fac. & dic.

Officiales stantes & alij õnes obe diant Præfecto.

Clausula derog.

Sola signatura sufficit.

Placet Motuproprio V.

Die 7. Maij 1576. Admissa fuit in Camera Apost. & per RR. PP. DD.Clericos registrari mandata,quam ego Not. infrascriptus in lib. diuers.fol.38.registraui. A. Cammellus.

Admissio & registratio in C.A.

XXXIII.

Concessio Iubilei Anni Sancti 1575. pro Catholicis Anglis Romam venire impeditis.

De materia huius Sancti Iubilei, notaui sup. in const. 22. Dominus, fol.1255.

GREGORIVS Papa XIII. Vniuersis Christifidelibus præsentes literas inspecturis salutem,& Apostolicam benedictionem.

SALVATOR Dominus noster Iesus Christus Dei filius,qui sui preciosissimi sanguinis effusione de manibus aduersarij nostri, quærentis quem deuoret, nos eripere dignatus est, ad hoc nobis licet immeritis vices suas committere, ac ligandi, & soluendi potestatem tradere voluit, vt pro gregis Dominici salute, hoc potissimum accepto remissionis tempore, & Anno Iubilei Apostolicos cogitatus plenius effundamus. Hinc est,quod cum, sicut accepimus, Christifideles,& Catholici Angli, tum existentes in Anglia, tum extra Angliam per varias regiones dispersi, ad percipiendos præsentis Anni Iubilei fructus Romam venire nequeant,illi,quia non habent liberam ex Anglia egrediendi potestatem hi quia pro fide Catholica exules,& bonis priuati,non possunt,tam longi itineris impensas,& labores sustinere, vel alia habent,eaque iusta impedimẽta: Propterea nos pro vniuersalis Pastoris officij debito,paternaque erga Christianos omnes charitate illorum animarum saluti prospicere volentes, omnibus vtriusque sexus Anglis Catholicis prædictis vere pœnitentibus, & confessis, quod in locis, vbi eos esse contigerit, quatuor Ecclesias si tot adfuerint, sin minus tres, vel duas, & earum singulas, vel vnam tantum, vbi plures non fuerint, quindecim vicibus Religiosè visitauerint, ac Omnipotenti Deo preces deuote effuderint, & alia in literis nostris indictionis Anni Iubilei contenta

Causa huius concessionis.

Catholicis Anglis Rom. venire nequeuntibus Iubilei anni sancti conceditur. Causa huius impeditionis.

adimpleuerint: qui vero in Anglia, vbi in nulla Ecclesia, vt accepimus, publice permittitur Catholico more Deum adorari, vel alibi, vbicunque fuerint, quouis legitimo impedimento detenti, iuxta præscriptum prudentis Confessoris pro cuiuslibet statu, & conditione, ac loci, & temporis ratione habita faciendo, & operando, vel si Confessoris copia haberi non poterit, cum vera cordis contritione, Rosarium, seu Coronam quindecies Beatæ Mariæ Virginis deuote recitando, omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones, etiam plenarias consequantur, & eorum quilibet consequatur, quas consequerentur, & consequi possent, si in hoc præsenti anno Iubilei, diebus ad id statutis quatuor ad id deputatas Basilicas, & Ecclesias Almæ Vrbis, & extra illius muros, pro quibus visitandis Iubileum, & Indulgentiæ prædictæ concessæ sunt, personaliter visitarent, & eorum cuilibet visitaret, Et ad effectum huiusmodi Confessores, Presbyteros sæculares, vel cuiusuis ordinis regulares, qui confessionibus eorum diligenter auditis eos, & eorum quemlibet à quibusuis peccatis, criminibus, & delictis quantumcunque grauibus, & enormibus, etiam Apostolicæ Sedi reseruatis, etiam in Bulla cœnæ Domini contentis, iniuncta eis pœnitentia salutari, absoluere possint, eligere valeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, quod præsentium literarum exemplaribus, etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem vbique fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die xxx. Martij. 1575. Pontificatus nostri anno tertio.

Facultatemque dat eligendi Confessorum, qui possit absoluere etiam à reseruatis l Bulla Cœnæ D. Quam Bullã habes inf. n. 92

Clausulę derog.

Cæ. Glorierius.

XXXIIII.

Prohibitio appellandi per Religiosos Ordinis S. Francisci de Obseruantia, à Prælatis eiusdem Ordinis ad Tribunalia sæcularia Permissioque habendi recursum ad Ministrum Generalem, vel Protectorem, aut Rom. Pont. Ac prohibitio resistendi Commissarijs eiusdem Ministri Generalis.

De materia huius Religionis, habes inf. in const. 35. Ex benigna cum ibi not.

GREGORIVS Papa XIII. Ad futuram rei memoriam.

QVONIAM nostro Pastorali potissimũ incumbit officio, vt ea, quæ ausu temerario ab Ecclesiasticis præsertim regularibus personis plerumque attentantur, quantum nobis ex alto conceditur, opportunis remedijs compescamus, & remoueamus. Idcirco cum referente dilecto filio fratre Christophoro de Capite fontium Fratrum minorum de obseruantia ordinis S. Francisci Generali Ministro, non sine animi nostri molestia, nuper intellexerimus nonnunquam quosdam Religiosos, & Religiosas ordinis sui huiusmodi, Dei timore postposito, & suæ professionis immemores, vt in eorum malefactis, & inobedientia se diutius confoueant ab ijs, quæ per Prælatos eiusdem ordinis, etiam Guardianos, siue Prouinciales, vel Commissarios ab ipso Generali Ministro pro tempore deputatos acta sunt, & decreta, ad Tribunalia sæcularia appellare, & ad ea temere confugere. Auctoritate Apostolica, tenore præsentium præcipimus, & inhibemus sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, à qua non nisi à nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo absolui possint, necnon priuationis perpetuæ officiorum per eos obtentorũ, & inhabilitatis ad illa, & alia quæcunque dicti ordinis officia exercenda, ac vocis, tam actiue, quam passiue eo ipso incurrendis pœnis, ne quis Prouincialis, aut alius cuiuscunque dignitatis, status, gradus, & conditionis ordinis huiusmodi Religiosus, aut Religiosa ad ipsa Tribunalia sæcularia quouis prætextu, aut quæsito colore, vt præfertur, appellare, vel illa propterea quoquo modo adire audeant, vel præsumant, sed si se à Prælatis suis grauari prętendent, ad Generalem Ministrum ipsius ordinis, seu illius Protectorem, aut Viceprotectorem in Romana Curia, vel ad nos, siue Romanum Pontificem successorem nostrum, supremum in Ecclesia Dei Iudicem, sicut antiquitus semper consuetum fuit, recursum habeant, vnde illis breui manu Iustitia ministrabitur. Declarantes nihilominus non modo eorundem Religiosos, & Religiosas contrafacientes in dictas pœnas incidere, verumetiam eorum quomodolibet directe, vel indirecte fautores, & consultores, illas quoque incurrere. Præterea sub pœnis prædictis prohibemus, ne quis Prouincialis, aut Guardianus, vel cuiuscunque alterius gradus Religiosus, aut Religiosa eiusdem ordinis ab ipso Ministro generali missis pro visitandis Prouincijs, Commissarijs resistere, nec eis se opponere, aut contradicere, seu se rebellem exhibere, ipsos quacunque de causa, vel quæsito colore non recipiendo, audeat, neque debeat. Volentes eundem Ministrum generalem quotiescunque sibi expedire videbitur, quos voluerit Commissarios ad quascunque sui ordinis vtriusque familiæ Prouincias quibusuis consuetudinibus, ac statutis per quaslibet personas in contrarium factis, non obstan. libere mittere posse. Insuper, quia, vt etiam accepimus, aliquando nonnulli Ministri ex visitatis Prouincijs, per Commissarios ad hoc ab ipso Generali Ministro deputatos, quæ à dictis Commissarijs recte, & salubriter ordinata, & gesta fuerunt, rescindere, mutare, aut contemnere solent, sub omnibus, & singulis pœnis supradictis expresse prohibemus, ne quisquam ab eisdem Commissarijs facta, & ordinata, mutare, alterare, aut peruertere sine expressa licentia, & permissione ipsius Ministri generalis, qui solus ea mutare valeat, vllo modo præsumant. Decernẽtes irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate sciẽter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, & cõfirmatis, quibus omnibus eorum tenores præsentibus, ac si de verbo ad verbum insererentur pro sufficienter expressis habẽtes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat ad effectum præsentium specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud S. Petrum, &c. die octaua Aprilis, millesimo quingentesimo septuagesimo quinto, Pontificatus nostri anno tertio.

Causa huius publicationis.

Prohibitio appellandi à Prælatis huius ordinis ad sæcularia Tribunalia.

Contrauenientium eorumque fautorum pœnæ.

Prohibitio resistendi Cõmissarijs missis pro visitandis Prouincijs sub eisdem pœnis.

Facultas Ministri generalis mittendi Commiss.

Ministri Prouinciales nõ immutent ordinata ab ipsis Commiss.

Decretũ irritãs.

Clausulæ derog.

Cæ. Glorierius.

Confir-

XXXV.

Confirmatio Priuilegiorum, Indultorum, & Exemptionum Fratrum Minorum, & Monialium Sancti Francisci de Obseruantia, ac Sanctæ Claræ, & Tertij Ordinis de Pœnitentia.

Aliam confirmationem habes supra in Pauli Quarti, constit.4. Ex clementi, fol.571.

De Reformatione autem dicti Tertij Ordinis, habes supra Pij Quinti, constitu. 63. Ea est officij.1019.

De Fratribus Discalciatis autem vide infra in constitutio.99. Ad hoc nos Deus.

De Reformatis etiam ipsorum Minorum habes infra constitutio. 56. Cum illius vicem, & ibi notabo.

De materia autem Minorum de Obseruantia, habes etiam supra in Leo. X. const.10. Ite & vos, fol.221. & Clem.7. const.41. In suprema, fol.346. & const.43. Sedis, fol.350. & Pauli Tertij const.10. Cupientes, fol.369. & const.16. Romani, f.411. & Iul.3. const. 10. Officij, f.506. & Pauli Quarti const.4. Ex clementi, f.572. & Pij V. const.14. Dum ad vberes 944. & cōst 54. Beatus Christi, f.1009. & cōsti.82. Iniunctum, fol.1045. & const.131. Pastoralis Officij, fol.1156. & sup. proxime in constit. praced. & infra in const.70. Ex quo nos.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.

EX BENIGNA Sedis Apostolicæ prouisione prouenire dignum est, vt personæ Deo deuotæ sub regulari castimonia Domino militantes pia deuotione proficiant, vnde Romanus Pontifex quandoque per prædecessores suos pro religionis conseruatione, & augmento, ac personarum earundem quiete, ac commodo cōcessa approbat, & innouat, ac approbata & innouata Apostolica auctoritate communit. Sane pro parte dilecti filij Christophori de Capite Fontium moderni Generalis ministri ordinis Fratrum Minorum de obseruantia nobis nuper expositum fuit, quod cum inter operarios, qui ad excolendam vineam Domini Sabaoth Dei gratia ordo ipse fratrum minorum magnos probitatis, & doctrinæ, ac animarum salutis fructus semper olim attulerit, & quotidie afferre conetur, & exinde pro suis sanctis studijs, honestisque laboribus, proque salute animarum, ab Apostolica Sede, cuius continue pacem, & dignitatem ordo idē fortiter tutatus est, tam spiritualia quàm temporalia subsidia, ornamentaq; acceperit, & accipiat, quibus & sua sancta officia, ac vitam suam regularem facilius, atque magis expeditè transigere possint, & ceteræ religiosæ personæ, ordinesque alij exemplo ipsorum promptiores, alacrioresque ad sua officia persoluendam reddantur, cumque etiā ex ipsius sedis prouisione, ac benigna dignatione prouenire dignoscatur, vt Romanus Pontifex quandoque prædecessorū suorum Romanorum Pontificum gesta innouet, ac Apostolica auctoritate innouata, & restaurata muniat, & fulciat, & in pristinum statū reponat, ac reducat, necnon propterea nonnulli Romani Pōtifices prædecessores nostri nonnullas gratias, concessiones, indulgentias, peccatorum remissiones, absolutiones etiam plenarias, libertates, prærogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones, declarationes, facultates, ac omnia & singula priuilegia, & indulta tam spiritualia, quàm temporalia, etiam per solam signaturam, aut per oracula viuæ vocis tam pro foro conscientiæ, quàm foro fori tā prædictis fratrum minorum, quàm Sanctæ Claræ, ac tertio de pœnitentia nuncupato ordinibus, illorumque superioribus fratribus, monialibus, & sororibus, ac vtriusque sexus personis, & Monasterijs, Domibus, ecclesijs, & locis quibuscunque dictorum ordinū nunc, & pro tempore existentibus in genere vel in specie, etiam per modum communicationis siue extēsionis priuilegiorum inter se, ac etiam cum alijs quibuscumque ordinibus mendicantibus, & non mendicantibus concesserunt, aut iam concessa confirmarunt, & approbarunt: prout in singulis concessionibus, & literis eorundem prædecessorum desuper confectis plenius dicitur contineri, Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, illa quæ sæpius apostolica auctoritate præfata munita existunt, maiorem obtineant roboris firmitatem, dictusque Christophorus Minister Generalis cupiat priuilegia, facultates, concessiones, indulta, dispensationes, & singulas alias gratias huiusmodi etiam per nos approbari, innouari, & confirmari, pro parte eiusdem Christophori nobis fuit humiliter supplicatum, vt eisdē priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, fauoribus, conseruatorijs, declarationibus, facultatibus, dispensationibus, gratijs, concessionibus, indulgentijs, & indultis pro illorū obseruantia nostræ approbationis robur adijcere, aliasque in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui omnium votis præsertim illis, quibus sub suaui religionis iugo diuinis laudibus, & Christianæ religionis augmento incumbentium personarum tranquillitati, & commoditati consulitur, libenter annuimus, eaque fauoribus prosequimur opportunis, huiusmodi supplicationibus inclinati, præmissa ac omnia, & singula alia priuilegia, immunitates, exēptiones, libertates, prærogatiuas, fauores, cōseruatorias declarationes, facultates, dispensationes, gratias, concessiones, indulgentias, & indulta spiritualia, & temporalia etiā per modum communicationis & extensionis inter se, & cum alijs ordinibus mendicantibus, & non mendicantibus, eisdem fratrum Minorum regularis obseruantiæ, ac Sanctæ Claræ, & de pœnitentia tertio ordinibus etiam in congregatione

Christophorus de Capite Fontiū Minister Generalis, petit a Papa confirmationem priuilegiorum a prædecessorib. cōcessorum.

congregatione sub trium votorum substantialium professione, & eorundem superiorum ordinis minorum regularis obseruantiæ huiusmodi obedientia degentibus, ipsorumq; Superiorum fratribus, monialibus, sororibus ac vtriusque sexus etiam singularibus personis, necnon monasterijs, Domibus, Ecclesijs, & locis quibuscunque in genere, & in specie, etiam per solam signaturam, etiam viuæ vocis oraculo, vt præfertur, aut alias tam præfatos, ac quoscunque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedem prædictam, quàm Imperatores, Reges, & alios Principes sub quacunque forma, & expressione verborum concessa, ac etiam iteratis vicibus approbata, necnon cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, decretis, & declarationibus singulas desuper confectas literas, & in eis contenta, & inde secuta quæcunque illorum omnium tenores, & formas datas effectus, & decreta in illis apposita ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, dicta auctoritate Apostolica tenore præsentium ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, quatenus sint in vsu, & sacris canonibus & decretis sacri Concilij Triden. non aduersentur, approbamus, & confirmamus, & innouamus, perpetuamque roboris firmitatem obtinere & firmiter obseruari, necnon ordinibus fratrum minorum regularis obseruantiæ, & Sanctæ Claræ, ac tertio de Pœnitentia nuncupato etiam in congregatione sub obedientia fratrum minorum de obseruantia huiusmodi degentibus Superioribus, fratribus monialibus etiam tertiarijs nuncupatis, Sororibus, Personis, Monasterijs, Domibus, Ecclesijs, & locis præfatis, etiam per modum communicationis, & extensionis huiusmodi suffragari, illisque frui, vti, & gaudere quando & quoties opus fuerit & posse, & debere in iudicio & extra, ac etiam in foro conscientiæ in omnibus, & per omnia, perinde ac si specialiter & expresse eisdem fratrum minorum, ac Sanctæ Claræ, & tertio de pœnitentia nuncupato ordinibus concessa fuissent, decernimus, supplentes omnes & singulos iuris, & facti, ac solemnitatum etiam de iuris necessitate, aut alias quomodolibet requisitarum forsan omissarũ & alios quoscunque defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem. Quocirca venerabilibus fratribus Corduben. & Laodien. Episcopis, ac dilecto filio Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori per easdem præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium seu alios faciant auctoritate nostra præsentes literas, & in eis contenta quæcunque plenum eorum effectum sortiri, illisque omnes quos concernunt, pacifice frui, & gaudere. Non permittentes quemquam desuper per quoscunque quomodolibet indebitè molestari, contradictores quoslibet, & rebelles, etiam per quascunque, de quibus eis videbitur, censuras, & pœnas ecclesiasticas, ac alia opportuna iuris remedia, appellatione postposita cōpescendo, ac legitimas super his habendis seruatis processibus, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiā ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Non obstātibus præmissis, ac cōstitutionibus Super Cathedram, Bonifacij, & Dudū Viennen. concilij, ac Clementinæ, Religiosi, de priuilegijs, & Dudum de sepulturis, ac etiam ex frequentibus de sententia excommunicationis, ac extrauagante, Ad conditorem Ioannis vigesimi secundi, cum alijs constitutionibus eandem prædictæ materiam extrauagantis tangentibus, seu concernentibus, ac regulis cancellariæ Apostolicæ editis, & in futurum edendis, ac piæ memoriæ Bonifacij Papæ Octaui etiam prædecessoris nostri de vna, & in concilio generalis de duabus dietis editis, dummodo non vltra tres dietas aliquis, præsentium vigore ad iudicium extrahatur, alijsque Apostolicis constitutionibus, ac prouincialibus, capitularibus, generalibus, & specialibus constitutionibus, & ordinationibus etiam in vltimo generali Lateranen. concilio celebrato alijsque concilijs editis, necnon statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis; priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis, etiam in forma breuis per Leonem decimum, Clementem septimum, Paulum tertium, Iulium etiam tertium, Paulum Quartum, Pium etiam Quartum prædictos, ac etiam Pium Quintum, & quoscunque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam nos, & Sedem eandem, etiam Motu proprio, ac scientia & potestatis plenitudine similibus, ac cum quibusuis irritatiuis, annullatiuis, cassatiuis, etiam priuilegiorum eorundem reuocatiuis, restrictiuis, reseruatiuis, exceptiuis, restitutiuis, declaratiuis, mentis attestatiuis, ac derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus efficacissimis, & insolitis clausulis quomodolibet etiam pluries concessis, confirmatis, & innouatis: Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, etiam quod in eis caueatur expresse, quod illis nullatenus, aut nonnisi sub certis modo, & forma derogari possit, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita, obseruata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis etiam in suo robore permāsuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus: Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, cæterisque contrarijs quibuscunque. Verum quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca, in quibus fortè opus esset, deferri volumus, & pariter Apostolica auctoritate decernimus, quod illarum transumptis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, seu curiæ Ecclesiasticæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio & extra illud adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Pontifex ideo eas firmat cum clausula, quatenus sint in vsu. & Canonibus, vel Concilio Tridentino non contrariis.

Executorum deputatio.

Clausula derogatoria.

Horum Pontificum constitutiones indicant supra, folio 994 in Pij vsque ad folium 14. Iam ad vbere.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die 21. Martij 1575. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.

Reuocatio

XXXVI.

Reuocatio quarumcunque licentiarum ingrediendi Monasteria, & loca Monialium, & virorum cuiuscunque Ordinis, & prohibitio vtendi licentijs concessis pro casibus necessarijs, nisi ipsis necessitatibus vrgentibus.

Aliam reuocationem, habes supra in Pij Quinti constitutio: 22. Regularium, fol. 952.

De clausura autem Monialium, vide Concil. Triden. sess. 25. cap. 5. De Reg. & supra Pij Quinti const. 100. Decori, fol. 169. vbi not.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam. VBI GRATIAE & indulta ab hac Sede concessa, successu téporis incommodum afferre noscuntur, expedit illa salubri præsidentis consilio submoueri. Proinde Sanctimonialium quieti, & tranquillitati consulere, ac omnia quæ illas a spiritualium rerum cogitatione, & exercitio auocant, impedimenta tollere periculaque, & scandala ab eis remouere cupientes, auctoritate præsentium reuocamus, & abolemus omnes & quascunque licentias, ac facultates ingrediendi Monasteria, Domos, & loca Monialium, ac etiam virorum quorumuis Ordinum quibusuis etiam Comitissis, Marchionissis, Ducissis, & alijs cuiuscunque status & conditionis mulieribus, ac etiam omnes, & quascunque licentias ingrediendi monasteria, domos, & loca ipsarũ Sanctimonialium, quibuscunque viris etiam eiusdem status & dignitatis tam a prædecessoribus nostris, quàm etiam a nobis, & sedis Apostolicæ Legatis, aut alijs ea quibusuis quantumcunq; vrgentibus causis sub quibuscũque tenoribus, & etiam derogatoriarum derogatorijs, reuocatorum restitutorijs, alijsque efficacioribus clausulis, irritantibusque, & alijs decretis etiam motu proprio & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, atque ad Imperatoris, Regum, Reginarum, aliorumue Principum contemplationem, vel supplicationem concessas, confirmatas, ac etiam iteratis vicibus renouatas. Cassamusque, & annullamus literas desuper confectas & processus habitos per easdem. Inhibentes eisdem qui illas obtinuerunt, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, super qua a nemine nisi a Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo) absolutionis beneficium possit impertiri, ne ipsarum licentiarum prætextu Monasteria huiusmodi quouis modo ingredi audeant. Abbatissis vero necnon Abbatibus, Conuentibus, ac alijs Monasteriorum vtriusque sexus superioribus, & personis quocunque nomine vocentur, districte præcipimus sub eadẽ excommunicationis pœna, necnon priuationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum suorum, ac inhabilitatis ad illa & alia in posterum obtinenda ne in Monasteria, Domos, & loca, sua quenquam prætextu huiusmodi licentiarum & facultatum ingredi faciant vel permittant. Quin etiam sub eisdem pœnis ipso facto incurrendis prohibemus atque interdicimus omnibus & quibuscunque personis Ecclesiasticis & sæcularibus, ac etiam ordinum quorumcunque etiam Mendicantium regularibus, ne prætextu licentiarum ab Episcopis, vel Superioribus, quibus illas concedendi in casibus necessarijs tantum ex decreto Concilij Tridentini tribuitur ne Monasteria ipsa Monialiũ pro libito, sed necessitatibus vrgentibus dumtaxat ingredi, neue Moniales sub eisdem pœnis illos aliter admittere præsumant. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, Monasteriorumque & ordinum prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, exemptionibus, & indultis Apostolicis illis eorumque superioribus prædictis, ac alijs quibuscunque per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & dictam Sedem sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis concessis, & confirmatis, ac etiam iteratis vicibus innouatis, quibus omnibus, eorũ tenores, perinde ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Quoniam autem difficile esset præsentes ad omnia loca perferri, volumus earum exemplis etiam impressis manu notarij publici, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eandẽ fidem in iudicio & extra illud vbique locorum adhiberi, quæ adhiberetur præsentibus, si essent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ reuocationis, abolitionis, cassationis, annullationis, inhibitionis, præcepti, prohibitionis, interdicti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Reuocatio licentiarum ingrediendi Monasteria Monialium, & virorum cuiuscunque ordinis.

Prohibitio, & pœnæ Monasteria ingredien. si vigore earum.

Pœnæ Religiosorum eos admittentium.

Prohibitio vtendi licentijs in casibus necessarijs concedendis, nisi ipsę necessitates vrgeant.

Clausula derogatoria.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo quinto, idibus Iunij, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Cæ. Glorierius.

M. Datarius.

A. de Alexijs.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo septuagesimo quinto, Indictione tertia, die vero vigesimo quarto mensis Iunij, Pontificatus aũt sanctiss. in Christo patris & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno quarto, Retroscriptæ literæ Apostolicæ publicatæ affixæ fuerunt in valuis Ecclesiæ S. Ioannis Lateranen. ac Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac acie Campi Floræ, per nos Scipionem de Octauianis, & Io. Andream Pantzaam Apost. Cursores. Publicatio.

Ioannes Freile Magister Cursorum.

XXXVII.

Confirmatio Gratiarum, & Priuilegiorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis captiuorum.

Ad quod vide etiam Pij Quarti, const. 119. In principis, fol. 841.

Facultates autem captiuos ab infidelibus redimendi, hic idem Pont. concessit, Archiconfraternitati Confalonis de Vrbe, vt infra in const. 65. Christianæ.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.

REGIMINI MILITANTIS Ecclesiæ, disponente Domino, præsidentes, circa statum fidelium quorumlibet, præsertim religiosorum, studio piæ vitæ vacantium, prospere dirigendum attentius cogitamus. & eos, vt quietius vota sua Domino persoluere possint, eorumque loca, & domos benignis fauoribus confouemus, ac his, quæ propterea per prædecessores nostros prouide côcessa fuisse dignoscûtur, vt firmiora persistant, cum a nobis [illegible]tur, Apostolici muniminis præsidiû propensius impartimur. Dudum siquidem, sicut accepimus, felicis r[illegible]nis Innocentius iij. Honorius etiam iij. Gregorius ix. Celestinus iv. Innocentius etiam iv. Alexander [illegible] [illegible]nus iv. Clemens iv. Gregorius x. Clemens v. Clemens vi. Innocentius etiam [illegible] Vrbanus [illegible]orius [illegible]banus vj. Alexander v. Eugenius iv. Sixtus iv. Innocentius viij. Alexander vi. I[illegible] ij. Leo [illegible]us vi. Clemens vij. Paulus iij. Iulius etiam iij. Paulus iv. Pius etiam iv. ac Pius v. prædecessores [illegible] ordini Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis captiuorum ministro Generali, & alijs Fratribus, eorumque Ecclesijs, domibus, & conuentibus, nonnullas gratias, concessiones, indulgentias, peccatorum remissiones, absolutiones etiam plenarias, libertates, prærogatiuas, fautores, immunitates, exemptiones, declarationes, facultates, diuersaque alia priuilegia, & indulta tam spiritualia, quàm temporalia, etiam per solam signaturam, aut viuæ vocis oraculo, tam pro foro conscientiæ, quàm foro fori, in genere, & specie, etiam per modum communicationis, siue extensionis priuilegiorum, etiam cum alijs quibuscunque ordinibus, mendicantibus, & non mendicantibus concesserunt, aut iam concessa confirmarunt, & approbarunt, prout in singulis concessionibus, & literis ipsorum prædecessorum desuper confectis plenius continetur. Cum autem, sicut dilectus filius Bernardus, modernus Minister Generalis præfati Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, Redemptionis captiuorum, nobis nuper exponi fecit, ea firmiora censeri, quæ Sedis Apostolicæ confirmatione sæpius roborantur, ideo nobis ipse Minister Generalis humiliter supplicari fecit, vt prædictis gratijs, concessionibus, & priuilegijs alijsque præmissis, & in dictis prædecessorum literis contentis, nostræ approbationis robur adijcere, aliasque in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ad vberes fructus, quos ordo Sanctissimæ Trinitatis, Redemptionis captiuorum huiusmodi, in agro militantis Ecclesiæ producere non cessat, debitum respectum habêtes huiusmodi supplicationibus inclinati, præmissa, ac omnia & singula alia priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, fauores, conseruationes, declarationes, facultates, dispensationes, gratias, concessiones, indulgentias, & indulta spûalia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extensionis inter se, & cum alijs ordinibus Mendicantibus, & non mendicantibus, eisdem ministro Generali, ac alijs fratribus, ecclesijs, domibus, conuentibus, & locis dicti Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis captiuorum, eiusdemque Ordinis Monialium, seu Sororum monasterijs, seu domibus, & ecclesijs, ac ipsis monialibus, seu sororibus, & locis eorum quibuscunque, in genere & specie, etiam per solam signaturam, etiam viuæ vocis oraculo, vt præfertur, aut alias tam per præfatos, & alios quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & sedem præfatam, quàm Imperatores, Reges, & alios Principes, sub quacunque forma, & expressione verborum concessa, ac etiam iteratis vicibus approbata, necnon cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis, decretis, & declarationibus singulas desuper confectas literas, & in eis contenta, & inde secuta quæcunque, illorum omniû tenores, & formas, datas, effectus, & decreta in illis clausulis, decretis, & declarationibus, singulas desuper confectas literas, & in eis contenta, & inde secuta quæcunque, illorum omnium tenores, & formas datas, effectus, & decreta in illis apposita, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, dicta auctoritate Apostolica ac potestatis plenitudine (quatenus sint in vsu, & sacris canonibus, & decretis sacri Côcilij Tridentini nô aduersentur) approbamus, & confirmamus, perpetuamque roboris firmitatem obtinere, & firmiter obseruari, necnon in ipsis Ministro Generali, & fratribus, monialibus, sororibus eorumque ecclesijs, domibus, monasterijs, & locis præfatis, vt illis omnibus (& præcipuè Castellæ, ac Legionis prouinciarum specialiter) ac etiam per modû communicationis, & extensionis huiusmodi ac alias quomodolibet côcessis, suffragari, illisque frui, vti & gaudere, quando, ac quoties opus fuerit posse, & debere, in iudicio & extra, ac etiâ in foro conscientiæ, in omnibus & per omnia, perinde ac si specialiter, & expresse eisdê ministro Generali, fratribus, monialibus, siue sororibus, ecclesijs, domibus, seu monasterijs, conuentibus, & locis præfatis concessa fuissent, decernimus, necnon priuilegia, immunitates, indulgentias, facultates, libertates, indulta, exemptiones, fauores, & gratias huiusmodi modo & forma, quibus confirmata a nobis sunt ad domos & loca quæcunque dicti Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis captiuorum, hactenus recepta, & in posterum recipienda, extendimus, & ampliamus. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, etiam Generalis Concilij Lateranensis vltimo celebrati, ac ordinum prædictorum iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, necnon omnibus illis, quę singuli prædecessores prædicti in suis literis prædictis voluerunt non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Cæterû quia difficile foret præsentes literas ad quæcunque loca, vbi illæ necessariæ fuerint, deferre: volumus, & prædicta auctoritate apost. decernimus, quod earundem literarum transumptis etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati ecclesiastici, seu curiæ ecclesiasticæ munitis, ea prorsus in iudicio, & extra fides adhibeatur plenaria, ac illis

Multi pôt. (quorum côst. hic nô habes) concesserunt multas gratias, & priuilegia Ordini S. Trinitatis Redemptionis Captiuorum.

Hic Pont. modo ne dum illa priuilegia, sed alia quæcûque dicto Ordini concessa confirmat, dummodo sint in vsu & non aduersentur sacris Canonibus, & Concilio Triden.

Ad quod vide & Pij 4. côst. 119. sup. fol. 841.

Clausulę derog.

staretur

retur in omnibus, & per omnia, sicut originalibus literis adhiberetur, & staretur, si forēt exhibitæ, vel ostensæ.
Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die 19. Nouembris 1575. Pontificatus nostri, Anno Quarto.

XXXVIII.

Deputatio, & facultates Thesaurarij Generalis in Collectatorem, & Iudicem Spoliorum totius Italiæ.

Aliam similem constitutionem habes infra nu. 75. & ibi notabo concord. materiæ Spoliorum.

GREGORIVS Papa XIII. Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

CVM SICVT Accepimus nonnulli, res, & bona mobilia, & immobilia, ac se mouentia ex fructibus beneficiorum Ecclesiasticorum acquisita, per obitum Prælatorum, & aliarum quarumcunque personarum ecclesiasticarum, sæcularium, & quorumuis ordinum regularium, quæ extra hanc almam Vrbē decesserunt, remanentia, & relicta, quæ tanquam spolia alias fel. rec. Paulus Papa III. prædecessor noster ad Cameram spost. spectare, & pertinere decreuit, & declarauit, necnon fructus, redditus, & prouentus mensarum Patriarchalium, Metropolitanarum & aliarū Cathedraliū Ecclesiarum, & Monasteriorum in tota Italia consistentium, & per obitum illorum prælatorum vacantium indebite occupare, & spolijs, ac fructibus, redditibus, & prouentibus huiusmodi dictam Cameram defraudare, necnon diuersas res, & bona vacantia, tam in alma Vrbe, & eius districtu, quàm in toto statu Ecclesiastico ad eandem Cameram spectantia, occupare, occultare, & retinere præsumpserint, & præsumant in animarum suarum periculum, ipsiusque Cameræ præiudicium nō paruum: Nos pro nostri pastoralis officij debito talium personarum ausus temerarios reprimere, & ne spolia, ac fructus, & bona vacantia huiusmodi in posterum dissipentur, & occupentur, opportune prouidere volentes, ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine omnes, & quoscunque dictorum spoliorum, & fructuum per totam Italiam ad hunc vsque diem quomodolibet deputatos collectores, & subcollectores, ac bonorum vacantium commissarios & officiales primum, & ante omnia reuocantes, omnemque illis desuper attributam potestatem, & auctoritatem abdicantes, Te, de cuius fide, & integritate, & diligentia plurimum in Domino confidimus, nostrum, & dictæ Cameræ in vniuersa Italia spoliorum ad ipsam Cameram pertinentium, necnon fructuum, redditũum, & prouentuum mensarum huiusmodi Collectorem, ac bonorum vacantium in Vrbe, eiusque districtu, & toto statu Ecclesiastico Commissarium, & Iudicem generalem auctoritate Apostolica tenore præsentium, quoad vixeris, & quandiu Thesaurariatus nostri generalis officium obtinueris, constituimus, & deputamus. Dantes tibi plenam, & omnimodam potestatem, & auctoritatem omnes, & singulas res, & bona quæcunque mobilia, & immobilia, ac se mouentia, spolia nuncupata, & bona vacantia huiusmodi, ac etiam illa quæ ex fructibus, redditibus, & prouentibus Ecclesiasticis erupta, ædificata, refecta, & restaurata fuerint, seu alias ex eisdem fructibus, redditibus, & prouentibus quomodolibet prouenerint per obitum quarumcunque personarum Ecclesiasticarum beneficia Ecclesiastica, tam simplicia, quàm administrationem habentia obtinentium, nisi quoad simplicia de fructibus huiusmodi dispositum fuerit, vel ex priuilegio Apostolico, vel ex consuetudine legitime præscripta, tam sæcularium, quàm quorumuis ordinum regularium quauis etiam pontificali dignitate fulgentium in vniuersa Italia, extra tamen dictam Vrbem pro tempore decedentium, remansura, & relicta cuiuscunque qualitatis, generis, & speciei fuerint, etiam gemmas, & alia pretiosa, & pecuniarum summas, necnon etiam fructus, redditus, & prouentus mensarum huiusmodi a die Ecclesiarum, & Monasteriorum vacationis huiusmodi vsque ad diem præfectionis, ac prouisionis, seu commendæ de illis faciendi, quos omnes, & singulos fructus, redditus, & prouentus ad nos & dictam Cameram spectare, & pertinere volumus, & decernimus, & eidem Cameræ appropriamus, & applicamus: Necnon omnia, & singula bona vacantia, cuiuscunque qualitatis, & quantitatis in Vrbe, districtu, & statu prædictis, nostro, & prædictæ Cameræ Apostolicæ nomine colligendi, percipiendi, exigendi, & recuperandi, ac tam super illis, quàm alijs quibuscunque spolijs, quæ hactenus in ipsa Italia è bonis vacantibus huiusmodi per similium personarum obitum, aut alias remanserunt, & indebite vsurpantur, omnibus vijs, & modis inquirendi, & inuestigandi, & pro faciliori inquisitione quascunque personas cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & præeminentiæ fuerint, etiam exemptas, ac præteritos collectores, subcollectores, & officiales coram te, vel alio, seu alijs a te deputandis comparendum, necnon de administratis, exactis, & receptis per eos computum, & rationem reddendum, illosque quorum testimonio te indigere cognoueris, ad see xamini subijciendum, ac spoliorum, necnon fructuum, redditũum, & prouentuum, ac bonorum vacantium huiusmodi occupatores, & detentores, ad spolia, fructus, redditus, & prouentus, ac bona vacantia eadem relaxandum, & tibi consignandum, & soluendum, sub censuris & pœnis Ecclesiasticis per te infligendis, ac etiam pecuniarijs tuo arbitrio moderandis, & applicandis monendi, & compellendi, ac contradictores quoslibet, & rebelles, ac renitentes, censuras, & pœnas prædictas incidisse declarandi, & illas aggrauandi, & reaggrauandi, auxiliumque brachij sæcularis ad hoc si opus fuerit inuocandi: & super ijsdem spolijs, & fructibus, redditibus, et prouentibus, ac bonis vacantibus pro dicta Camera, prout tibi videbitur, componendi, & concordandi, soluentesque de compositis, & solutis per eos, ac receptis absoluendi, & liberandi, necnon ad cor reuersos, si id humiliter petierint, a censuris, & pœnis, si quas incurrerint, præuia satisfactione absoluendi, & liberandi, ac in præmissis omnibus, & singulis summarie, simpliciter, & de plano, & sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta procedendi: vnum quoque vel plures loco tui, cum simili, vel limitata potestate substituendi, ac alia præmissa faciendi, subcollectores, & officiales deputandi, & subdelegandi, illosque quoties videbitur tibi reuocādi, cæteraq; omnia, & singula faciendi, gerendi, & exequendi, quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna: Et insuper vt exactio spoliorum, ac fructuum, redditũum, & prouentuum, necnon bonorum vacantium huiusmodi celerius, & facilius fiat, quod de cætero omnes, & singulæ

Pau. 3. const. ista habetur sup. fol. 420. nu. 31.

Deputatio Thesaurarij in collectorem spoliorū ac bonorum vacantium in Italia.

Facultas eiusdem Thesaurarij.

Causę spoliorum coram Thesaurario tantù cognosci debent, nisi Pont. illas alteri cōmittat ipso citato.

Appellatio super præmissis nō datur absque cedula bancharia in forma depositi.

Decretum irritans.

Clausula derogatoria.

lites, causæ, & controuersiæ super quibusuis ipsorum spoliorum, ac fructuum, reddituum, & prouentuum, necnon bonorum vacantium negocijs nunc & pro tempore pendentibus, a nullo alio quàm a te, seu alijs super dictis spolijs, & fructibus, redditibus, & prouentibus, ac bonis vacātibus pro tēpore deputatis collectoribus, aut subcollectoribus, & officialibus, aut particularibus delegatis, cognosci, nec alteri nisi per commissionem manu nostra signatam, vel per nostras literas committi, aut delegari possint, & citato moderno, & pro tempore existente dictæ Cameræ Apostolicæ Commissario generali: Quodque lites, & inhibitiones, vel mandata, quæ alias quàm ex commissionibus, vt præfertur manu nostra signatis, eodemque Commissario citato, vel literis nostris emanauerint, quoad earumdem causarum introductionem, & litis pendentiam seu tuorum ministrorum, per te ad id deputandorum iurisdictionis, & processuum impedimentum, vel retardationem, nullius sint roboris, vel momenti: Quodque a sententijs per te, seu tuos ministros præfatos super præmissis pro tempore latis nullatenus appellari, seu earum executio differri, aut suspendi nullatenus possit, aut debeat, nisi data prius bancaria cautione in forma depositi, dicta auctoritate, per easdem præsentes statuimus, & ordinamus, Ac quicquid secus super his a quoquā quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obstantibus præmissis, ac cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Ecclesiarum, Monasteriorū, et ordinū prædictorum, vel locorum, vbi bona vacantia huiusmodi sita fuerint, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, et literis Apostolicis, Ecclesijs, monasterijs, & ordinibus, & locis prædictis, eorumque superioribus, prælatis, & personis, ac quibusuis alijs sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, et insolitis clausulis, irritantibusque, et alijs decretis etiam iteratis vicibus concessis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, indiuidua, et expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum insererētur præsentibus pro sufficienter expressis, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat ad effectum præsentium specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque: aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris die quarta Decembris millesimo quingentesimo septuagesimo sexto, Pontificatus nostri, Anno Quinto.

XXXIX.

Declaratio, quod in causis Spoliorum appellari debeat ad Thesaurarium generalem, à sententijs Subcollectorum, & Ministrorum ab eo in Italia deputatorum.

Ad quod vide const. præcedentem, & ibi not.

Declaratio, quod à sententijs subcollectorum, & Ministrorum circa spolia in Italia deputatorum à Thesaurario generali, ad eū immediate appelletur.

Inhibitio contra Camerarium ne desuper se intromittant.

GREGORIUS Papa XIII. ad futuram rei memoriam.

COGNOSCENTES quam frequenter contingat, quod nonnulli, qui bona per Ecclesiasticas personas relicta, spolia nuncupata, quæ ad nostram Cameram Apostolicam pertinent occupata detinent varijs prætextibus, & calumnijs dilationes, & subterfugia quærentes, ad illorum satisfactionem, & consignationem effugiendam friuolas appellationes, & prouocationes à subcollectorum, & Ministrorum per nostrum Thesaurarium generalem, cui in vniuersa Italia dictorum spoliorum præcipuam curam dedimus, deputatorum processibus, decretis, seu sententijs interponentes, causas ipsas diuersis iudicibus non informatis, & vbi non est, qui huiusmodi expeditioni vacet, modo per signaturam nostram, seu per Cancellariam, modo per Cameram Apostolicam committen. procurant, & quandoque inhibitiones summa cum malitia extorquentur Tribunal dicti nostri Thesaurarij, cui hæc iurisdictio peculiaris hic demandata est subterfugientes, quo fit, vt spoliorum exactio, quæ quam celerius fieri deberet, diutius retardetur in magnam Cameræ præfatæ læsionem. Nos attendentes, quòd per quamplures Rom. Pont. prædecessores nostros, & nos statutum fuit, quod omnes, & singule causæ, lites, & controuersiæ super quibusuis ipsorum spoliorum negocijs à nullo alio, quàm à Thesaurarijs, & pro tempore deputatis generalibus Collectoribus, seu ab eisdem deputatis subcollectoribus cognosci, nec alteri nisi per commissiones manu nostra signatas committi, & delegari possint, citato etiam pro tempore existente eiusdem Cameræ Commissario generali: Et quod licet pro spolijs exigendis dictus Thesaurarius, & generalis Collector in varijs locis subcollectores deputet, eos tamen quotiens ei videtur reuocandi facultatem habet, & propterea in huiusmodi negocijs semper remanet Iudex, & ad ipsum à sententijs, & grauaminibus subcollectorum præfatorum est appellandum: Nihilominus volentes hisce incommodis prouidere, & malitijs hominum obuiare, Motuproprio, &c. decernimus, & declaramus, quod de cætero à processibus decretis, & sententijs, etiam diffinitiuis subcollectorum, & Ministrorum à dicto nostro Thesaurario, & pro tempore existente spoliorum, & iurium Cameræ generali Collectore deputatorum, non ad nos, nec ad Cameram Apostolicam, sed ipsum tantum nunc, & pro tempore existentem Thesaurarium, & Collectorem appellari possit, & debeat. Quodque appellationes, prouocationes, & recursus aliter, & contra præsentium tenorem interpositæ nullius sint roboris, & momenti, nullumque effectum, nec deuolutiuum, nec suspensiuum habeant. Quocirca dilectis filijs Aloysio S. R. E. Camerario, & Cameræ Apostolicæ Clericis, & Præsidentibus, ac omnibus Ro. Cu. iudicibus, tam ordinarijs, quàm delegatis cuiuscunque gradus, &c. in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ pœna præcipimus, & mandamus, ne quibusuis causis, & negocijs spoliorum, illicitarum negotiationum, ac fructuum vacationis tempore obuentorum ad Cameram nostram spectan. aut ab ipsis quomodolibet dependentibus, incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis, aut causas committendo, aut inhibitiones decernendo, vel relaxando, se se, nec in prima, nec vlteriori

instantiâ

Instantia aliquo modo ingerant, & intromittant; Nos enim dictas appellationes, prouocationes, recursus, causarum commissiones, inhibitiones, ac alia quæcunque inde secuta decernimus, ex nunc irritas, & inanes. Et nihilominus volumus, & mandamus, quod tam Thesaurarius, & generalis collector, quàm subcollectores, & Ministri præfati absque aliquo scrupulo, & pœnarum incursu illis reiectis ad vlteriora in causis procedere possint, & debeant, partibus alias iusta facultates ei concessas iustitiam ministrando. Et si quando ad Cameram, seu alios præfatos super causis antedictis recurri contigerit, volumus quod statim, & absque circuitu per Cameram, & alios dictæ Cameræ ad eundem Thesaurarium, & collectorem directe dimittantur, Sicque per quoscunque, &c. etiam in pendentibus causis iudicari, & diffiniri debere, sublata, &c. irritum, etc. Non obstantibus, etc. Volumus insuper, quod præsentis Motusproprij sola signatura sufficiat, etiam absque data, et registratura, et vbique fidem faciat, regula in contrarium non obstan. etc.

Placet Motu proprio V.

XXXX.

De erectione Collegij sex Secretariorum, Prouincialium, eorumq; Officiis, Priuilegiis, et Emolumentis.

GREGORIVS Episcopus, &c. Ad futuram rei memoriam.

ROMANI Pontificis prouidentia circumspecta nonnumquam ea quæ certis suadentibus causis per eius prædecessores circa debitum status Ecclesiastici officiorum exercitium, ac suam, & Cameræ Apostolicæ, cui pro eius status conseruatione diuersa onera indies incũbunt vtilitatem gesta sũt, ex alijs non minus rationabilibus causis alterat, & innouat, aliasque desuper disponit, prout æquitas suadet, & id in Domino conspicit salubriter expedire. Dudum siquidem fælicis recordationis Pius Papa V. prædecessor noster, vt Cancellariæ Marchiæ Anconitanæ, & secretariæ generales Romandiolæ nostrarum tunc ipsius prædecessoris Prouinciarum officia, quæ eatenus per Cameram Apostolicam certis personis ad nutum amouibilibus concedebantur, diligenter, & fideliter exercerentur, ac dictæ Cameræ vtilitati consuleretur, Motu proprio, & ex eius certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine Cancellariæ, & Secretariæ officia prædicta in quatuor officia perpetua, & venalia Secretariatus nuncupanda ad instar aliorum Romanæ Curiæ Officiorum pro quatuor personis, Secretarijs Prouincialibus nominandis, qui Collegium inter se ad instar aliorum Romanæ Curiæ officiorum venalium facerent, & constituerent, quique illa per se, vel substitutos suos ad eorum nutum ponendos, & amouendos fideliter exercere tenerentur perpetuo erexit, & instituit. Illisque sic erectis, & institutis, ac illa pro tempore obtinentibus omnia & singula priuilegia, exemptiones immunitates, gratias, honores, fructus, redditus, & prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta, necnon domicilia seu domos aut Cameras, ac supellectilia, & commoditates quascunque vbique locorum Superiores commorari cõtigerit, necnon equos, prout moris erat gratis, seu dictæ Cameræ expensis in itineribus comprehensis, etiam emolumentis in expeditionibus in quibusuis locis quoad Romandiolæ, & Marchiæ Prouincias, seu Legationes huiusmodi iuxta constitutiones, stylum aut consuetudinem quæ de iure & consuetudine percipi consueuerant seu debuerant, ac decimis & vigesimis, (reseruatis tamen eidem prædecessori, & pro tempore existenti Romano Pontifici, ac dictæ Cameræ vno bolendino monetæ illarum partiũ pro quolibet sestario tritici, & dimidio bolendino pro quolibet sextario aliorum bladorum ex dicta Prouincia Romandiolæ pro tempore extrahendorum, absque tamen præiudicio emolumentorum ad eosdem Secretarios ratione sigilli, & scripturarum spectantium) etiam perpetuo concessit & assignauit. Et easdem personas, quibus Officia huiusmodi concessa forent, quod ex tũc prout ex ea die & è contra vestes & insignia per alios dictæ Sedis Secretarios Apostolicos de numero participantium nuncupatos deferri solita in processionibus, & disputationibus, ac alijs actibus publicis, etiam in Capella nostra, ac sua, & pro tempore existentis Romani Pontificis præsentia deferre, ac locum eis per Palatij Apostolici cæremoniarum Magistrum pro tempore existentem in processionibus & actibus publicis prædictis designandum habere, omnibusque & singulis priuilegijs, gratijs, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, fauoribus, & indultis, quibus dicti Secretarij de numero participantium vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, sine tamen eorundem Secretariorum de numero participantium præiudicio, absque vlla penitus differentia, etiam quoad literarum expeditionem in Cancellaria & Camera Apostolica super quibusuis prouisionibus, & commendis, ac alijs gratijs & dispensationibus eis pro tempore concedendis vti, frui, & gaudere posse voluit, & mandauit, & aliàs prout in cedula Motus proprij manu ipsius prædecessoris signata, cuius, solam signaturam sufficere voluit, plenius continetur. Cum autẽ sicut accepimus, vnum ex quatuor officijs præfatis per obitum quõdam Matthæi Parthegnelli, dum viueret Secretarij Prouincialis extra Romanam Curiam defuncti vacauerit, & propterea Collegiũ dictorum Secretariorum ad numerum trium personarum nunc uiuentium reddactum sit, expediatque, vt diligentius eadem officia exerceantur, ipsum Collegium augeri, & ampliari, idque dilecti filij Vincentius Marchesanus, & Marcusantonius Scarlattus ac Franciscus de Lippis moderni Secretarij Prouinciales, qui reliqua tria officia prædicta obtinent, vt onera eisdem officijs incumbentia facilius per plures supportari, illaque decentius exerceri valeant, summopere desiderent, & ob eam causam Venerabilis Frater noster Antimus Episcopus Ciuitatis Castelli, ad quem illius, quod Vincentius, necnon Franciscus etiam Scarlattus dicti Marciantonij genitor, ad quem illius, quod Marcusantonius, ac Baccius de Baccijs Florentin. & Aretin. laici mercatores Romanam Curiam sequentes dilecti filij, ad quem etiam illius, quod Franciscus de Lippis prædicti obtinent, officiorum prædictorum omnimoda dispositio, vigore indulti Apostolici eis cõcessi, vt etiam accepimus spectat & pertinet, summam trium millium scutorum monetæ ad rationem iuliorum decem pro quolibet scuto huiusmodi pro pretio trium officiorum de nouo erigendorum, quæ postmodum tribus personis per eosdem Antimum Episcopum, ac Frãciscum Scarlattum, & Bac-

Pius V. officia Secretariatus Marchiæ, & Secretariæ Romandiolæ erexit in quatuor officia venalia ad instar aliorum officiorum Rom. Curiæ.

Priuilegiaq; & emolumenta his expressa concessit.

Exemptionesq; & honores Secretarijs Apostolicis concessos, eisdem condonat. De Secr. Apost. habes sup. in Iu nos 2. const. 8. fol 106.

cium nominandis per nos, modo & forma infrascriptis concedentur, & assignabuntur, & quæ per cessum vel decessum illa pro tẽpore obtinentium, & non alias iuxta prioris erectionis Collegij huiusmodi formam vacare censeantur, in nostram & dictæ Cameræ subuentionem erogauerint. Nos Feliciori Collegij Secretariorum huiusmodi regimini, & illorum diligentiori exercitio prospicientes, ac dignum censentes, vt cum eadem Camera contrahentium indemnitati & securitati consulatur, veriores erectionis, & institutionis Collegij huiusmodi tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro expressis habentes, Necnon omnes fructus hactenus decursos) demptis tamen ex illis centum & vigintiquinque scutis monetæ huiusmodi pro dilecto filio Antonio Vgolino clerico Camerinen. diœcesis, dilecti filij nostri Philippi tituli sancti Sixti presbyteri Cardinalis Boncompagni nuncupati Secretario, & familiari continuo commensali nostro (eisdem Secretarijs harum serie condonantes, Motu simili non ad ipsorum Antimi Episcopi, & Francisci Scarlatti, ac Baccij prædictorum, seu alicuius eorum nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex scientia, ac potestatis plenitudine similibus officium Secretariatus per obitum dicti Mathæi vacans apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo extinguimus & abolemus, adeo vt illud etiam vna cum illius fructibus, redditibus, prouentibus, & emolumentis vniuersis a die obitus eiusdem Mathæi hactenus decursis in augmentum & numero sex Secretariorum infrascriptorum incorporatum & confusum intelligatur. Ac insuper prædictis, & alijs de causis animum nostrum mouentibus Collegium prædictum ad numerum sex Secretariorum Prouincialium huiusmodi dicta auctoritate etiam perpetuo augemus, ipsumque Collegium pro sex Secretarijs, ita quod deinceps tres alij viri per nos, & pro tempore existen. Romanum Pontificem eidem Collegio Secretariorum describendi & deputandi, vna cum ad præsens existentibus Secretarijs prædictis, vnum corpus, & Collegium integrum, & indistinctum efficiant, ac sex officia pro sex Secretarijs dictarum Prouinciarum omni prorsus sublata inter eos differentia penitus similia paria & æqualia in omnibus, & per omnia eiusdem iuris & auctoritatis existant, ipsumque Collegium sic auctum, erectum, & institutum in vnum prorsus corpus reductum, & sex Secretarij prædicti pro tempore existentes eisdem priuilegijs familiaritatibus, etiam quoad vestes & insignia per ipsos Secretarios deferenda in processionibus, & alijs publicis actibus, ac etiam locum eis desuper assignandum exemptionibus, facultatibus, prærogatiuis, & gratijs quibuscunque vbique indifferenter potiantur, vtantur, & gaudeant, quibus antea ipsum Collegium, & quatuor illius Secretarij quouismodo coniunctim vel separatim potiebantur, vtebantur, & gaudebant, ac vti potiri, & gaudere poterant, & aliás iuxta eiusdem prædecessoris voluntatem, & dispositionem, necnon redditus, prouentus, & emolumenta, ac omnia alia, & singula, tam ex communi massa, quam idem Collegium forsan habet, quàm alibi quocunque tempore debita, & debenda ordinaria, & extraordinaria, æqualiter percipiant, ac munera functiones, & officia, tam publica quam priuata sortiantur obtineant, & assequantur, prout etiam ante auctionem huiusmodi Collegij idem met Collegium, & illius quatuor secretarij habebant, percipiebant, & obtinebant, perinde, ac si a principio Collegium præfatum pro sex secretarijs per prædecessorem prædictum institutum fuisset, eisdem auctoritate, & tenore pariter perpetuo erigimus, & instituimus. Præterea eisdem Antimo Episcopo, ac Francisco Scarlatto, & Baccio alias tres personas in Secretarios, quibus per nos eadem tria officia secretariorum huiusmodi concedantur, & assignentur (vt præfertur) nominandi, & eligendi facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur. Et nihilominus omnes sex officiorum secretariorum huiusmodi prouisiones de nouo per supplicationes manu nostra signandas, & literas Apostolicas super illis conficiendas absque aliqua compositione, aut quacunque alia facienda solutione, nunc per dilectum filium Datarium nostrum, cęterosque, ad quos illorum expeditio spectat, & in futurum spectabit, de nouo expediri, ac in posterum vbicunque eorundem officiorum vacatio per cessum, vel decessum (vt præfertur) occurrerit, quindecim scuta similia Collegio eorundem Secretariorum pro admissione noui Secretarij realiter, & cum effectu persolui debere mandamus. Statuentes, quod perpetuis futuris temporibus sex officia Secretariorum huiusmodi sint inter se promiscua, & confusa. Ita quod tres Secretarij eidem Collegio de nouo ascribẽdi cum alijs tribus ad præsens existẽtibus omnino pares, & æquales existant, & nullum inter eos discrimen Prioritatis & antiquitatis adsit, quo posteriores a Prioribus, vel alter ab altero quouis modo discernantur. Et sic adueniente vacatione, siue antiquorum, siue auctorum Secretariorum semper mentio fiat, quod vnus ex sex Secretariatibus præfatis vacat. Alioquin alij Secretarij illos admittere nequaquam teneantur, neque ad hoc quouismodo cogi possint. Quodque assignamenta, & iura etiam decimarum, & vigesimarum eidem Collegio per prædecessorem prædictum (vt præfertur) data, & assignata ab eisdem Secretarijs, etiam per nos vel dictam Sedem, aut successores nostros Roman. Pontifices pro tempore existentes, modo aliquo auferri, vel impediri, aut super eis aliqua onera, seu grauamina imponi non possint. Necnon pro potiori cautela Collegij Secretariorum huiusmodi, & officia prædicta pro tempore obtinentiũ perpetua securitate vltra alias cautelas in cedula Motusproprij eiusdem prædecessoris super erectione Collegij huiusmodi contentas, quas nullatenus annullari, aut alterari, sed in suo robore permanere, & infrascripta illis addi, & accumulari volumus, emolumenta prouentus, & iura, iam per prædecessorem præfatum eidem Collegio concessa, & assignata, necnon quæcunque alia earundem Cameræ, & Sedis bona mobilia, & immobilia, etiam si talia sint, quæ in generali obligatione non comprehendantur, specialiter, & expresse obligamus, & hippothecamus, perpetuoque obligata, & hippothecata esse, & censeri; ac aliquem ad probandum, quod summa præfata trium millium scutorum, aut precium eorundem officiorum, siue antiqui, siue nuper aucti Collegij iam percepta, siue in posterum percipienda, vel aliqua illius, seu illorum pars in vtilitatem: siue necessitatem Cameræ, vel Sedis huiusmodi conuersa fuerint, minime teneri, aut obligatos esse, iuisque iuri accumulando omnia, & singula, quæ in dicta cedula ab eodem prædecessore emanata continentur, eisdem auctoritate, & tenore, etiam perpetuo approbamus, & confirmamus, illaque, & alia præmissa omnia suum plenarium, & integrum effectum sortiri debere volumus, eisque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, necnon omnes, & singulos, tam iuris, quam facti defectus, si qui interuenerint in eisdem supplemus, ac etiam præsentes literas vim validi, & efficacis contractus inter Sedem, & Cameram præfatas, ac nos, & successores nostros Rom. Pontifices, ex vna, & Collegium Secretariorum, & singulos sex Secretarios, & ipsius Collegij sex Secretariorum officia obtinentes & in futurum habituros, illorumque successores, vel causam ab eis habentes, ex altera partibus solemniter, & legitime initi perpetuo obtinere, dictamque Camerã ad eosdem

Hic Pō. istū modū auget numerū Secretariorū Prouinciarū à 4 ad sex, cū eisdē priuilegiis & exemptionibus &c.

Obligatq; ōia bona Sedis Ap. & Cameræ Apostolicę pro dictorum officiorum esse cautione.

dem Secretarios omnes, & singulos in iuribus prædictis tuendos, & ab omni incommodo damno, & læsione lite, causa, & controuersia immunes, indemnes, & exemptos conseruandos teneri, & obligatam esse, Sicque per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Camerarium nostrum & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales necnon causarum Palatij Apostolici Auditores, ac dictarum Prouinciarum Legatos, etiam de latere, & Vicelegatos, vel Gubernatores, in quibusuis causis & instantijs, etiã forsan penden. sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & diffiniri debere, ac ex nunc quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus. Mandantes propterea Motu simili in virtute sanctæ obedientiæ nunc & pro tẽpore existenti sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, & dilectis filijs eiusdẽ Cameræ clericis, necnon Commissario & Thesaurario nostris, ac earundem Prouinciarum Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, eorumque singulis ne dictos sex Secretarios super omnibus & singulis præmissis, aut aliquo præmissorum, a quoquam quauis occasione causa quæsitoue colore molestare, aut perturbare audeant, seu præsumant: sed dictos sex Secretarios eorumque Collegium omnibus & singulis concessionibus, priuilegijs, gratijs, & facultatibus quibus per dictum prædecessorem, ac nos frui & gaudere posse concessum fuit, aut alias de iure, vel consuetudine vti si uique possunt, gaudere faciant & permittant, & contra quoscunque perturbatores sub sententijs, censuris, & pœnis eidem Collegio, & illius particularibus personis assistant. Non obstantibus præmissis, ac Pauli II. Pauli III. & Pauli IIII. ac dicti Pij V. Romanorũ Pontificum prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienandis, & alienatis recuperandis, alijsque quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate, alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis apostolicis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis in genere, vel in specie, ac alias quomodolibet concessis, ac etiam pluries approbatis & innouatis (quibus omnibus, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda foret, illorum omniũ & singulorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat harum serie, Motu & potestatis plenitudine similibus specialiter, & expresse derogamus) cæterisque contrarijs quibuscunque. Per præmissa autem omnia iuribus antiquorum Secretariorum, & illorum erectioni, etiam quoad lites, quæ nunc in Vrbe, vel alibi vbicunque indecise, etiam inter dictum Collegium ex vna, & dilectum filium Sillam Gratianum Laicum Maceraten. partibus ex altera coram eodem Camerario nostro pendent, nullo modo præiudicare intendimus. Cæterum quia difficile foret præsentes ad singula loca transportare. Volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod illarum transumptis, seu exemplis etiã impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica cõstitutæ, vel eiusdẽ Collegij munitis plena & indubia, ac ea prorsus fides vbique etiam in iudicio adhibeatur, quæ ipsis originalibus, literis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ condonationis, extinctionis, abolitionis, auctionis, erectionis, institutionis, concessionis, impartitionis, statuti, obligationis, hyppothecationis, approbationis, confirmationis, adiectionis, suppletionis, decreti, mandatorum, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Decretũ irritãs.

Inhibitio cõtra eos desuper molestantes.

Clausula derogatoria.

Declaratio quod hæc constit. non præiudicat antiquis Secretarijs.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo quinto, idibus Ianuarij, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Pro Reuerendissimo D. Summatore A. Lanfredinus.

Cæ. Glorierius.

A. de Alexijs.

Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo septuagesimo quinto. Die xiij. Ianua. Retroscripti Reuerendus P. D. Antinus Episcopus per Franciscum Scarlattum, ac idem Franciscus & Baccius præsentes extinctioni, & abolitioni, necnon auctioni, & erectioni, & institutioni, ac concessioni, & alijs retroscriptis, literarum que expeditioni consenserunt.

Consensus Antini, Francisci, & Bacci supradictorum.

Pro octauiano Doria Io. Baptista Zianus.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

XXXXI.

Erectio Montis Prouinciarum cum emolumentis ad sex cum dimidio pro centenario, pro extinctione Vectigalis quatreni quinquaginta librarum carnis Suinæ impositi.

Hoc vectigal imposuit Pius V. pro bello contra Turcas gerendo, & hic Pontifex taxauit ad scuta 30. millia, vt habes sup. in constit. 54. Si præsentis, fol. 1207.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

PRO paterna erga populos temporali ditioni Sanctæ Romanæ Ecclesiæ subiectos charitate, libentissimo animo ea amplectimur consilia, quæ communibus ipsorum vtilitatibus, & commodis, onerumque ob varias temporum necessitates inuectorum subleuationi fore cernimus opportuna. Sane fe. re. Pius Papa V. prædecessor noster cogitans pro conseruatione, & progressu sacri fœderis Deo auctore contra Turcas tunc initi, ingentes sumptus faciendos esse, vt aliquam ad id onus sustinendum pecuniæ summam conficeret, immunitatem quinquaginta librarum carnis suinæ, antea cuilibet personæ in statu Ecclesiastico concedi solitam cassauit, & reuocauit, decernens, tam pro huiusmodi quinquaginta libris, quàm pro alijs omnibus

Pius V. pro bello contra Turcas gerendo, auxit vectigal quatreni carnis, reuocãdo immunitatẽ concessam pro libris 50. carnis suinæ, illudque ab omnibus exigi mandauit.

Hic autem Pont. dictum au. umẽ tum reduxit ad scuta 30. millia, illud exigi à Cõmunitatibus decreuit vna cum subsidio triennali, & dictam iã munita ein omnibus restituit, vt sup. in const. 84.

bus animalibus (hœdis dumtaxat exceptis) vectigal quatreni carnis solui in posterum debere. Nos vero ab initio Pontificatus nostri considerantes si augmentum hoc quo impositum fuerat modo remaneret exigendum, rusticos, & alios pauperes, qui eiusmodi carnibus, vt plurimum sustentantur, valde grauatum iri, Commissariorumque, & exactorum continuis molestijs, vexationibus, & impensis fore obnoxios, nullum magis opportunum ei remedium adhiberi posse censentes, quàm si prædictum augmentum, quod quadraginta millia scutorum annuatim excedebat, ad minorem summam reduceretur, & sic reductum cum Triennali subsidio coniungeretur, augmentum huiusmodi ad triginta millia scuta monetæ in circa iuxta formam taxæ desuper factæ reduximus, & in subsidium triennale transtulimus, eique perpetuo applicauimus, & incorporauimus, ita vt simul cum ipso subsidio triennali ab ijs a quibus debetur iuxta taxam in Camera Apostolica factam exigeretur, prout in nostris literis desuper expeditis latius continetur. Cum autem complures postea Vniuersitates ex Prouincijs eiusdem status Ecclesiastici, cupientes se saltem intra aliquod temporis spacium liberari à solutione dicti augmenti rogati nos fecerint, vt super dicto augmento vnum Montem redimibilem trecentorum millium scutorum erigeremus, & ei sic erecto pro illius fructibus scuta nouemdecim millia, & quingenta ex dicto augmento, residuum vero pro eiusdem Montis redemptione, & extinctione assignaremus: Nos intelligentes hac ratione non solum onus id ab humeris populorum auferri, sed etiam ex ipsa summa scutorum trecentorum millium alios redditus, aliaque vectigalia maiora, & Sedi Apostolicæ vtiliora redimi, ac recuperari posse, eorum precibus duximus annuendum. Quamobrem cum vigore cedulæ, Motuproprio à nobis emanatæ, die quarta mensis Maij proxime præteriti inter Cameram nostram Apostolicam, ac dilectum filium Bernardinum Olgiasum nostrum, ac dictæ Cameræ depositarium generalem contractus initus fuerit, quo loca ter mille Montis sic erigendi cum assignatione redditus nouemdecim millium, & quingentorum scutorum pro illius dote venditionis titulo concessa ipsi Bernardo fuerunt, qui in certis futuris terminis scuta trecenta millia prædicta nobis, & Cameræ prædictæ soluere promisit, prout in instrumento eiusdem contractus cuiusque tenorem præsentibus pro expresso, & inserto haberi volumus, & quod harum serie quatenus opus sit confirmamus, & approbamus, supplentes omnes, & quoscunque iuris & facti defectus, si qui in eo interuenerint,

Ideo hic Pont. erigit super dicto augmento,

Ideo volentes ad executionem dicti contractus deuenire, habita super his cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus in Consistorio nostro secreto matura deliberatione, vnum Montem, quem Montem Prouinciarum status Ecclesiastici merito appellari volumus, cum præcipua hac de causa erigatur, vt dictæ Prouinciæ aliquando ab huiusmodi grauamine liberari possint, in Vrbe cum tribus millibus locis, quorum quilibet centum scutis monetæ, iulijs decem pro quolibet scuto inferior non existat, pro tot personis quot pecunias vsque ad dictam summam scutorum trecentorum millium imposuerint, de Apostolicæ potestatis plenitudine erigimus, & instituimus, ac illius loca prædicta eidem Bernardo de nouo concedimus, & assignamus, & quatenus opus sit, iuxta formam, & tenorem dicti contractus, & conditionum in eo appositarum de nouo vendimus, & in solutum damus, Ac illi ita erecto, & instituto dictam summam scutorum nouemdecim millium, & quingentorum ex dicto augmento, seu subsidio triginta millium, vt supra, & sic ad rationem sex cum dimidio pro quolibet centenario, & anno pro dote, & fructibus eiusdem Montis, & donec Mons prædictus durauerit, ad portionem, & ratam locorum, quæ extinguenda remanserint, Residuum vero pro eiusdem Montis extinctione, & redemptione ab omni impositione, grauamine, & alio quocunque onere, & casu fortuito quantumlibet inexcogitabili pro tempore contingenti libera, immuni, & exempta annuatim singulis duobus mensibus pro rata per eundem Bernardum fide, & facultatibus idoneum, qui etiam inter alia ad solutionem fructuum huiusmodi, ac extinctionem Montis per instrumentum supradictum in eadem Camera se expresse obligauit, & absque alia diminutione, seu retentione perpetuis futuris temporibus, donec Mons prædictus durauerit, in Vrbe persoluendis, incipiendo à Kal. mensis Septembris, & deinceps continuando de bimestri in bimestre. Et nihilominus, si vllo vnquam tempore idem Bernardus, vel eius hæredes fructus dicti Montis soluere, introitus exigere, & Montem ipsum extinguere, contra, & præter formam dicti contractus cessauerit, vel cessauerint, liceat eisdem Montistis, vltra obligationes dicti Bernardi in eodem contractu expressas, propria auctoritate, etiam absque iuris, & Iudicis ministerio, ex subsidio huiusmodi dictam summam scutorum nouemdecim millium, & quingentorum pro rata locorum, quæ extinguenda remanserint, & residuum in extinctionem, ac recuperationem prædictas exigere; & ad id quoscunque Ministros expensis dicti subsidij deputare, denuo concedimus, applicamus, & appropriamus. Necnon Montem huiusmodi, ac illius personas, & futurum Collegium in nostrum; & ipsius Cameræ locum; quoad dictam summam triginta millium scutorum prædictorum, & illorum exactionem, ac perceptionem, donec Mons prædictus, vt præmittitur, durauerit, & idem Bernardus, vel sui hæredes in solutione iuxta formam dicti contractus, vt præfertur, cessauerint, ponimus, substituimus, & surrogamus; Et ex nunc pro maiori Montis, personarumque, & Collegij cautela, & securitate, vltra huiusmodi subsidium, omnia, & singula Sedis, & Cameræ præfatarum bona mobilia, & immobilia, præsentia, & futura vbilibet existentia, etiam si census, & regalia, aut alias talia sint, quæ in generali obligatione non comprehendantur, nec veniant, Monti prædicto, eiusque Collegio, & personis in solidum obligamus, & hypothecamus, ac obligata, & hypothecata esse decernimus. Volentes, & Apostolica auctoritate statuentes, & decernentes, quod quæcunque vtriusque sexus personæ cuiuscunque dignitatis, status, gradus, & conditionis existentes, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, & Ecclesijs Cathedralibus, etiam Metropolitanis, aut quibusuis Monasterijs præsint, ac quæcunque quotcunque, & qualiacunque beneficia Ecclesiastica obtineant, & in sacris etiam Presbyteratus ordinibus constitutæ, & Hierosolymitani, vel quorumuis aliorum Hospitalium, & Militiarum, ac quorumcunque (non tamen Mendicantium) ordinum Religiosi, quibus à iure, vel per priuilegium concessum est posse proprium retinere, cuiuscunque nominis, qualitatis, & conditionis, necnon qualitercunque inhabiles, & incapaces existant, in ipso Monte Prouinciarum status Ecclesiastici quascunque pecuniarum summas, non tamen infra centum scuta similia, vsque ad summam trecentorum millium scutorum huiusmodi, & non vltra, ponere. Et tam ipsæ personæ, quam earum hæredes, & successores, aut alij ab eis causam habentes pro pecunijs sic positis ad rationem sex cum dimidio sine aliquo conscientiæ scrupulo, seu restitutionis onere, exigere, percipere, & habere, Ac etiam si læsæ Maiestatis, aut alia quæcunque, quotcunque, & qualiacunque grauissima crimina (præterquam in personam Romani Pontificis pro tempore existentis,

Communi' autem pro extinctione dicti augmenti, applicauit huic Pōt. vt super eo Montem extinguibilẽ erigeret,

Montem Prouinciarum scu. 30. millium monetę.

Fructusque ad sex cũ dimidio Montis assi. vide licet 19. millia & sex ipsius aug.

[illegible]

Residuum vero dicti augm. extinctionem eiusdẽ Montis conuerti mandat.

Et pro securitate ipsius Montis, obligat omnia alia bona Sedis & Cameræ Apost.

Religiosis que non Mendicãtes in Monte pecunias ponere posse decernit.

tis, aut alicuius eiusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinalis commiserint) & propterea, siue in eorum non comparentium contumaciam, siue legitime in pœnam quamlibet, etiam vltimi supplicij condemnatæ, seu etiam illi realiter traditæ, seu etiam condemnandæ, ac illi tradendæ, ac omnia eorum bona confiscata, aut confiscanda fuerint, nihilominus de pecunijs in ipso Monte eorum nomine existentibus, ac emolumentis ad eos ex eodem Monte spectan. Romani Pontificis, seu prædictæ Cameræ, vel cuiusuis alterius licentia, seu auctoritate, confirmatione, vel scriptura desuper nullatenus requisita, quibuscunque ei placuerit in toto, vel in parte, simul, vel separatim, etiam in fauorem complurium, dummodo in alicuius de minori quam centum scutorum similium summa non disponatur, testamento, seu codicillis, aut venditione, donatione, permutatione, cessione, vel quocunque alio titulo, etiam per simplicem schedulam manu sua scriptam, vel subscriptam, aut publicum instrumentum, seu alias in quorumcunque, etiam filiorum suorum illegitimorum ex quocunque, & quātumcunque damnato coitu procreatorum (dummodo quo ad hos illa ex fructibus, aut pensionibus Ecclesiasticis non proueniant) aut aliarum, etiam magis incapacium personarum fauorem, etiam si pluries de incapaci in incapacem disponi contingat, ad eorum libitum libere disponere posse, & pecunias in eodem Monte existentes, ac emolumenta exinde pro tempore prouenientia, etiam si personæ Montis huiusmodi ex læsæ Maiestatis, aut alijs criminibus præfatis, vt præfertur, condemnatæ, & vltimo supplicio traditæ, seu condemnandæ, & supplicio huiusmodi tradendæ, ac alia eorum bona confiscata, aut confiscanda veniant, confiscari. Ac tam portiones, & loca Montis prædicti, quam illorum fructus ad instantiam creditorum, vel alias quouis modo sequestrari, impediri, aut desuper aliquod ius, aliquasue actiones, tam in vim obligationis generalis bonorum, etiam cum iuramento de præterito factas, quam in futurum faciendas creditoribus acquiri nullatenus posse, Et si personæ huiusmodi Montis intestatæ, aut de pecunijs eiusdem Montis, & emolumentis per eas aliter non disposito decesserint ab intestato, ad eorum vtriusque sexus liberos, & alios descenden. seu ascenden. consanguineosque, & affines (salua graduum prærogatiua) ad instar aliorum bonorum patrimonialium secundum communem iuris dispositionem transire posse, & debere.

Ac de pecunijs in Monte positis, & emolumētis, à Montistis libere disponi posse indulget ad fauorem incapacium.

Ad quod vide, etiam Pij v. cōst. 110.

Eademque pecunias, & fructus confiscari, & sequestrari nō posse statuit.

Ad successoresque libere deuenire declarauit secundum iuris dispositionem.

Ac personas Montis huiusmodi Collegium inter se constituere, & Collegialia iura, & insignia habere, necnon quæcunque statuta, & ordinationes, prosperum, & tranquillum statum Montis huiusmodi concernentia condere, & condita mutare, corrigere, reformare, & alterare, ac officiales, & ministros dicti Montis, quotquot necessarij fuerint, non tamen hic nominatos, cum salario per ipsos declarando constituere, constitutos amouere, ac quascunque pœnas, etiam pecuniarias Monti, seu illius Collegio, vel quibus illis placuerit applicandas, in quoscunque contrauenientes infligere, Necnon omnibus, & singulis priuilegijs, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, gratijs, litteris, & indultis, quibus dilecti filij Collegium, & personæ Montis fidei eiusdem Almæ Vrbis vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, pariformiter, & absque vlla penitus differentia, etiam perinde, ac si ea omnia hic de verbo ad verbum inserta forent, vti potiri, & gaudere libere, & licite posse, Necnon Montem, eiusque Collegium, ac omnes, & singulas illius personas ratione pecuniarum, quas in eodem Monte habuerint, ab omni viarum, & decimarum, ac etiam mensæ nuncupatæ, & aliorum onerum per nos, & pro tempore existentem Romanum Pontificem, etiam pro defensione fidei, & conseruatione status Romanæ Ecclesiæ quomodolibet impositarum solutione immunes, & exemptos fore, ac censeri debere: Montemque, ac Collegium præfatum, eorumque hæredes, & successores, ac ab eis causam habentes super dictis assignationibus, & illarum exactione, etiam per nos, aut successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, seu dictam Sedem quouis modo perturbari, impediri, molestari, aut aliquo grauamine, seu onere, etiam si euidens vtilitas, & vrgens necessitas ad eiusdem fidei tuitionem, & pro expeditione contra infideles id suadeant, grauari, vel onerari: Ipsosque Collegium, Montistas, & personas, vel eorum aliquem ad probandum etiam in iudicio, quod dicta summa scutorum tricentorum millium, vel aliqua illorum pars in causas prænarratas conuersa sit, minime teneri, nec obligatos esse, nec ad id per quoscunque etiam successores nostros quouis prætextu compelli posse: Ac præsentes literas nullo vnquam tempore de surreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis defectu notari, vel impugnari, sed illas vim, & robur veri, & validi contractus, ac efficacis obligationis inter nos, ac Sedem, & Cameram prædictas, ex vna, & eos, qui pecunias super ipso Monte posuerint, aut ab eis causam habebunt, ex altera partibus legitime initi, & stipulati obtinere, Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque etiam Cardinales Prælatos, ac causarum Palatij Apostolici Auditores, Præsidentes, & Clericos dictæ Cameræ, ac alios, etiam quacunque, tam ordinaria, quam delegata, & mista auctoritate fungentes Iudices, & personas in quauis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Montistis facultatem concedit constituēdi Collegium cum facultatibus hic expressis.

Priuilegiaque Montis fidei concedit.

Qua vide sup. in Clem 7. cōst. 27. fol. 324.

Monti stæ non tenentur probare pecunias suas versas fuisse in causas hic supra expositas.

Clausulæ præseruatiuæ.

Decretū irritās

Et insuper, vt Mons huiusmodi, & præsentes literæ suum celerem, & felicem consequantur effectum, harum serie statuimus, & ordinamus, atque decernimus, & mandamus, quod Venerabilis Frater Thomas Lilius Episcopus Soran. noster, & eiusdem Cameræ Thesaurarius, & eius in officio huiusmodi successores personis ipsis pecunias in eodem Monte ponen. pro earum securitate patentes literas sua manu subscriptas, & sigillo ipsius Montis munitas, & post completam Montis huiusmodi distributionem, ne illis, qui loca eiusdem Montis acquisierint cedentibus, vel decentibus, aut de locis ipsis aliter disponentibus, qui in eisdem locis successerint, in incerto sint, eis, cum primum de successione huiusmodi coram ipso Thesaurario, etiam extraiudicialiter, & quatenus sibi satis esse videbitur, docuerint, super huiusmodi successione similes literas conficere, & tradere: Collegium vero dicti Montis, seu illius officiales pro tempore existentes, ad quos spectabit, statim visis eiusmodi literis, eos, pro quibus illæ emanauerint, in numerum participum eiusdem Collegij, recipere, ac eis per dictum Beroardum, & eius hæredes, & successores, quos Depositarios dicti Montis cum facultate exigendi dictas assignationes, ac eiusdem Montis Secretarium, & Vincentium Rentium Florentinum Computatorem dicti Montis cum emolumentis Secretario Montis Pij solui solitis, & ab ipso Montis initio assignatis, donec Mons huiusmodi durauerit deputandi, etiam de nouo facimus, & constituimus, de omnibus, & singulis dicti Montis emolumentis responderi facere teneantur. Nos .n. eidē, & pro tēpore existenti Thesaurario pro præmissorū effectu, & executione ea omnia, & singula faciē. & quascunq; cessiones de locis Mōtis huiusmodi, illorūq; fructibus recipiēdi, & admittēdi, ac desuper similes li-

Thesaurarij deputatio ad faciēdum patētes ponentibus pecunias in Monte, & eorum success.

Thesaurarij facultates.

les literas patétes expediédi,& expediri,cæteraq; necessaria,& opportuna faciẽ,& exequẽ.plenã,& omnimodã facultatẽ concedimus. Præterea, vt futuræ Montis huiusmodi personarũ commoditati quantum possumus consulamus, etiam harum serie volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, atque indulgemus, quod perpetuis futuris temporibus quæcunque personæ tam eiusdem Montis pro tempore creditrices, quàm etiam aliqua ex illius locis per cessionem, vel aliter etiam per primæuam pecuniarum in illo impositionem acquirentes, ad loca ipsius Montis quasuis personas,sub quarum nominibus loca ipsa quæsita sint,nominare, et sibi ipsis quoad vixerint tam ipsorum locorum,quàm etiam fructuum illorum omnimodam dispositionem,illa interim personis nominatis huiusmodi penitus interdicta,ac cum alijs sibi beneuisis alias tamen licitis,et honestis pactis,et conditionibus,dummodo in literis patentibus prædictis id exprimatur,reseruare possint,

Mõdiitarũ Priuilegiũ nominandi alios ad loca dicti Montis reseruatis sibi fructibus, & locorũ dispositione.

Quodque quotiescunque contigerit ipsius Cameræ Thesaurarium à Romana Curia abesse, durante absentia huiusmodi pro tempore existens eiusdem Cameræ Præsidens in eius locum surrogatus sit,& esse censeatur,prout nos ex nunc illum in euentũ absentiæ Thesaurarij huiusmodi cum paribus facultate, potestate,& auctoritate surrogamus,ac decernimus,

Præsidentis R. Cameræ facultates,absente Thesaurario.

& insuper iniungimus Camerario,necnon Præsiden. & Clericis dictæ Cameræ Apostolicæ nunc & pro tempore existentibus,vt eidẽ Collegio,& Montistis de redditibus prædictis eis assignatis integre satisfieri faciant ipseq; Camerarius per se,vel alium,seu alios Collegio, & Montistis prædictis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistat, faciatque auctoritate nostra eosdem,quoties pro eorum parte fuerit requisitus,omnibus, & singulis prædictis pacificè frui,& gaudere,non permittens eos per quoscunque desuper quomodolibet molestari, impediri,aut inquietari, contradictores quoslibet, & rebelles, cuiuscunque status, gradus, ordinis, dignitatis, vel præeminentiæ fuerint,per censuras Ecclesiasticas, & alias pecuniarias pœnas, aliaque iuris, & facti quæuis opportuna remedia,appellatione qualibet omnino postposita,compescendo.

Executorum deputatio, & facultates.

Clausulæ derog.

Non obstan. Lateran. Concilij nouissimè celebrati,ac etiam recol. me. Symmachi,Non liceat Papæ incipienti, & Pauli II. ac etiam Pauli III. aliorumque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, necnon alijs constitutionibus & ordinationibus Apostolicis,ac dictæ Cameræ,etiam iuramento,confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis,statutis,& consuetudinibus,priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros,ac nos, & Sedem eandem, etiam per viam generalis legis, & statuti perpetui, ac Motu,scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, ac cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus efficacissimis,& insolitis clausulis,necnon irritantibus,& alijs decretis quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis,eorumque totis tenoribus specialis,specifica,& indiuidua,ac de verbo ad verbũ, non autem per clausulas generales idem importantes mentio,seu quæuis alia expressio habenda,aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruãda esset,& in eis caueretur expressè,quòd illis nullatenus derogari possit, illorum omnium, necnon quorumcunque instrumentorum, conuentionum, præmissorum occasione quomodolibet confectorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis,ac de verbo ad verbũ insertis,necnon modos,& formas ad id obseruandos pro seruatis habentes,hac vice duntaxat,illis alias in suo robore permansuris,spẽaliter,& expresse derogamus, & sufficienter derogatũ esse decernimus, cæterisq; contrarijs quibuscunque, seu si aliquibus cõiter, vel diuisim ab eadẽ sit Sede indultũ quod interdici,suspendi, vel excõicari non possint per literas Apost. non facientes plenã,&expressam,ac de verbo ad verbũ de indulto hmõi mentionẽ. Volumus aũt & auctoritate Apost. prædicta decernimus, quod solutis integre fructibus dicti Mõtis, residuũ iuxta formam dictæ conuentionis conuertatur in eiusdem Montis extinctionem,prout etiam ad huiusmodi extinctionem faciendam idem Bernardus Olgiatus in Camera Apostolica se obligauit.

Forma extinguẽdi Montem.

Quodq; cum Mons huiusmodi redimi, & extingui poterit id per extractionem coram prædicto Thesaurario & Decano,vel eo absente aut impedito antiquiori Clerico dictæ Cameræ faciendam,& alias prout in extinctione Montis carnis Populi Romani seruatur,factaq; dicta extractione,ac restitutis nomine ipsius Cameræ centum scutis pro quolibet loco,vel facto reali deposito vnà cũ emolumentis propterea debitis,loca illa libere extinguantur,nec amplius vendi,pignorari, aut hypothecari possint sed statim facta redemptione, Mons prædictus pro ea parte, quæ redempta fuerit, eo ipso extinctus censeatur præsentesque literæ,quoad loca sic extincta,secuto illarum effectu,expirent,nulliusq; sint roboris, perinde ac si nunquam emanassent.

Extincto Monte, cesset impositio dictorũ 30. millium scutorum.

Ac præterea vt extincto dicto Monte, impositio subsidij scutorum triginta millium prædictorum, & illius incorporatio prorsus extincta,& abolita sit,nec amplius à Prouincijs, communitatibus, & locis eiusdem status exigi possit,neq; populos,particularesue personas ex causa dictarum quinquaginta librarũ carnis suinæ salitæ antea concessarum,vel vnius suis pro familia,per nos successoresq; nostros Romanos Pontifices,aut Cameram prædictam,ipsiusue Commissarios & quatreni carnis exactores quouis modo molestari,aut inquietari posse,vel debere.

Durãte Monte, vnaquæque Terra, teneatur secũdum taxam in Camera constituendam dictã impositionem soluere.

Quodq; vnaquæque Ciuitas,Terra,& locus status prædicti durante ipso Monte iustã portionem suam secundum taxam in Camera Apostolica constituendam soluere teneatur, vbi eorum qui exemptione gaudere debẽt,congrua habebitur ratio iuxta formam impositionis dictæ Gabellæ, literæque Apostolicæ in contrarium exhibitæ nemini suffragentur: Transumptis quoq; præsentium manu alicuius notarij publici subscriptis,& sigillo collegij Montis huiusmodi, seu alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis vt eadem fides in iudicio, & extra habeatur, quæ eisdem præsentibus haberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Volumus aũt vt integra summa prædicta trecentorum millium scutorum à prædicto Bernardo soluẽda in redemptionẽ iurium, & prouentuũ ab ipsa Camera distractorũ aut pignoratorũ quàmprimũ conuertatur.

Sũma dictorum 30. millium scutorum exponatur in redẽptionem prouentuũ Sedis Apost. alienatorum.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ erectionis,institutionis,venditionis,assignationis, applicationis, approbationis,positionis,substitutionis,constitutionis,deputationis,promissionis,obligationis,hypotecationis, statutorum,ordinationis,mandati,concessionum,indulti,surrogationũ,extinctionis,suppressionis,derogationis, voluntatum,& decretorum infringere,vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit,indignationem omnipotentis Dei,ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo sexto,Pridie Kal. Septembris,Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Ego Gregorius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. sub.

Locus signi.

Ego Scipio Episcopus Sabin. Cardinalis Pisarum.
Ego Iacobus Card. Sabellus.
Ego Io. Antonius Card. S. Georgij.
Ego Aloysius Cardinalis Camerarius.
Ego Ant. Cardinalis Granuellanus.
Ego Alphonsus Cardinalis Gesualdus.
Ego Ptolemæus Card. Comensis.
Zacharias Cardinalis Delphinus.
Io. Franciscus Card. Commendonus.
Alexander Card. Sfortia.
Flauius Card. Vrsinus.
Gulielmus Card. Sirletus.
Fr. Michael B. Card. Alexandrinus.

Ego Franciscus Card. Alciatus.
Ego Marcus Antonius Card. Maffæus.
Ego Nicolaus Card. de Pelleue.
Ego Iulius Antonius Sanctorius Card. S. Seuerinæ.
Ego Petrus Cardinalis Cæsius.
Ego Carolus Card. Rambouilletus.
Ego Fr. Archangelus Cardinalis Theanensis.
Ego Fr. Vincentius Cardinalis Iustinianus.
Ego Io. Hieronymus Card. Albanus.
Ego Philippus Boncompagnus Card. S. Syxti.
Ego Innocentius Cardinalis de Monte.
Ego Ferdinandus Card. de Medicis.
Ego Philippus Card. Vastauillanus.

Cæ. Glorierius.

A. de Alexijs.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno à Natiuitate Domini, Millesimo quingentesimo septuagesimo sexto, Indictione quarta, die vero sexta mensis Septembris, Pontificatus Sanctissimi D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ xiij. Anno quinto, præsentes literæ erectionis Montis Prouinciarum affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt in valuis Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ per me Io. Freile S. D. N. Papæ Cursorem. Publicatio.

P. Aloysius Gayta Magister Cursorum.

Suprascriptæ literæ Apostolicæ die septima Septembris, 1576. Admissæ fuerunt in plena Camera Apostolica, & ex illius decreto registratæ in eadem Camera libro 3. signaturarum per me eiusdem Cameræ Notarium, fol. 66. Registratio in Camera Apost.

Tydeus de Marchis.

XLII.

Declaratio constitutionis à Nicolao v. editæ circa collationes beneficiorum vacantium in mensibus Sedi Apostolicæ reseruatis: iuxta formam Concordatorum cum Natione Germanica.

Hanc const. Nicolai v. habes sup. fol. 69. nu. 1.

Pœnas autem impedientium, siue vsurpantium collationes ad Sedem Apost. ex forma concordatorum cum Natione Germanica spectantes, habes sup. in Clem. 7. const. 46. fol. 353.

Germanici autem Collegij in Vrbe erectionem habes sup. prox. in const. 19. Postquam, fol. 1212.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

QVAE in Ecclesiam Dei incommoda inferunt, nostra nos expedit animaduersione remouere, Cum itaque per literas fel. record. Nicolai Papæ V. nationi Germaniæ pro illius virtute, & concordia cum Sede Apostolica inter alia concedatur, vt quoties aliquo vacante beneficio Ecclesiastico, in mentibus Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembris, & Nouembris in quibus vacantium Germaniæ beneficiorum Ecclesiasticorum dispositio dictæ Sedi specialiter reseruata est, non apparuerit intra tres menses à die notæ vacationis, in loco beneficij, quod alicui de illo Apostolica auctoritate prouisum fuerit, ea tunc, & non antea ordinarius, vel alius ad quem illius dispositio pertinet, de illo disponere possit, & sæpenumero contingat, vt antequam inquisitio, quam plerumque etiam in concursu plurium, siue in partibus, siue apud dictam Sedem fieri oportet in vitam, mores, & doctrinam eorum, quibus de dictis beneficijs per Sedem eandem prouidendum est, compleri possit, aut antequam de ipsis prouisionibus, seu de mandatis, quæ ad inquisitiones, & prouisiones huiusmodi faciendas ab eadem Sede impetrantur, vel Motuproprio procedunt literæ Apostolicæ conficiantur, vel etiam antequam mandata ipsa a Iudicibus, ad quos directa sunt, recipiantur, vel recepta expediantur, interdum quoque literis Apostolicis expeditis, & gratia purificata, seu mandatis prædictis receptis, & inquisitione completa, antequam omnimoda executio perficiatur, propter diuersa impedimenta, quæ frequenter succedunt, tempus trium mensium, ex quo vacatio beneficij in loco ipsius nota est, expiret, ac proinde ordinarij locorum, aut alij ad quos talium beneficiorum dispositio, cessantibus Apostolicis reseruationibus, pertinet, ab ipso tempore prædi-

Nicolaus v statuit Ordinarios posse disponere de beneficijs vacantibus in mensibus Sedi Apost. reseruatis, nisi fuerit à dicta Sede prouisum. vt sup. in eius const. 1. fol. 69.

cto licet priusquam illud laberetur, prouisionis siue alterius dispositionis de illis à dicta Sede iam gratia facta fuerit (quod ipsum ad tribuendum, & quærendum ius satis superque esse certa iuris interpretatione frequenter declaratum est) illa tamen conferre contendant: Qua de causa multis Religione, & pietate insignibus, quando ij post ostensum virtutis, & doctrinæ suæ specimen, atque inde exhaustos labores, & sumptus beneficijs potiri deberent, alij præoccupatores obtentu ordinariæ collationis huiusmodi contra aduersantur: Nos indignum rati, quod temporis mora, quam ad perscrutandum accuratius talium probitatem, industriam, & alia requisita intercedere pro vtilitate Ecclesiæ necesse est, locum iniurijs aperiat, attendentesque verba prædicta (in loco beneficij) cum verbis (notæ vacationis) quæ protinus antecedunt coniungi, & ad illa dumtaxat referri, ac voluntatem concedentis, sensumque concessionis, & literarum prædictarum sic esse, vt dispositio beneficij intra tres menses à die notæ vacationis à Sede prædicta fieri, deque gratia facta alicubi apparere debeat, quemadmodum re inter vtriusque iuris interpretes iampridem controuersa summa ratione iudicatum apparet: via enim est, vt itineribus non modo infestis, aut prohibitis, quod fere semper aliquo contingit, sed etiam expeditis quis ex tam longinquis regionibus ad dictam Sedem profectus, & in ea ad expediendum negotium, vel paulisper moratus, in easdem se recipere tanta temporis angustia possit. Quocirca æquitate, & iustitia suadentibus, præsentium auctoritate declaramus concessionem Nicolai Papæ, & literas prædictas locum omnino non habere, quod ordinarij, aut alij collatores prædicti, post lapsum trium mensium ex die notæ vacationis in loco beneficij disponere possint de vllis beneficijs prædictis, aliàs sub concessione, & literis prædictis comprehensis extra Ro. Cu. in mensibus prædictis quoquomodo vacantibus, vel vacaturis, de quibus intra dictum tempus trium mensium per Romanum Pontificem, ac dictam Sedem qualiscunque gratia, vel dispositio, aut concessio facta fuerit: Ne tamen cuiquam licitum sit factam à Sede prædicta dispositionem huiusmodi in longum obtegere: illi quibus deinceps gratiæ huiusmodi concedentur, earum concessionum, fidem, & testimonium, intra tres menses à die notæ vacationis in loco beneficij huiusmodi, vel dictis collatoribus significare, vel in ipso beneficij loco publicare quoquomodo teneantur. Decernentes omnes, & quascunque dispositiones de dictis beneficijs ab eisdem collatoribus post significationem, seu publicationem huiusmodi pro tempore factas, nullas, & inualidas, nulliusque roboris, vel momenti fore. Sicque in quibusuis causis pendentibus, & futuris iudicari debere. Necnon irritum, & inane quicquid secus super his ab eisdem collatoribus, aut quibuscunque alijs scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quod si forte quisquam collatorum prædictorum fuerit præsentium violator, eum à beneficiorum, & officiorum collatione tandiu suspendimus, donec ipse veniam penes restitutionis gratiam a Sede prædicta meruerit obtinere. Cæterum volumus, vt præsentium transumptis, etiam impressis Notarij publici manu, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud vbique locorum adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, decreti, suspensionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo sexto, Kal. Nouembris, Pontificatus nostri anno quinto.

Nic. Pont. modo declarat dictam const. Nicol. V.

Decretũ irritãs

Collatorum inobedientium pœna.

M. Dat.

Cæ. Glorierius.
A. de Alexijs.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini, millesimo quingentesimo septuagesimo sexto, Indictione quarta, die vero vigesimanona mensis Nouembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & D.N.D. Gregorij diuina prouidentia Papæ xiij. Anno quinto, Retroscriptæ literæ affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt, & per aliquod temporis spatium dimissæ in valuis S. Ioannis Lateranensis de Vrbe, & Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Cãpi Floræ, per nos Ioannem Freyle, & Claudium Mongeat eiusdem S.D.N. Papæ Curs. Ant. Ludouicus Mag. Curs.

XXXXIII.

Confirmatio Capitolorum per Camerarium Sedis Apostolicæ editorum circa reformationem Bancheriorum Hebræorum Vrbis; Et iurisdictio ipsius Camerarij circa causas concernentes dicta Capitula.

Alia Capitula habes supra in Pij 4. const. 139. Cum sicut accepimus aliàs fol. 891. Et ibi notaui in apostillis differentias inter illa, & ista Capitula.

Hebræorum vero materiam, indicaui supra in Pauli 3. const. 29. Cupientes, fol. 415. & in Iul. 3. const. 59. Cum sicut accepimus Vniuersitatem, fol. 562.

GREGORIVS Papa XIII. Motuproprio, &c.

CVM sicut accepimus aliàs bo. mem. Guido Ascanius Sfortia, dum viueret noster, & Cameræ Apostolicæ Camerarius, eiusque prædecessores diuersa Capitula prout temporum necessitas exigebat, Bancherijs, Hebræis in Vrbe nostra commorantibus super modo, & forma eorum exercitium concernen. concesserit, prout in diuersis voluminibus eorundem continetur, quorum Capitulorum cognitio ob illorum diuersitatem, ac limitationes, & reformationes factas iuxta temporum exigentiam difficile ad Christianorum veram notitiam deuenire potuit, quare dilectus filius noster Aloysius Cornelius tituli Sãcti Marci præsbyter Cardinalis noster, & S. R. E. Camerarius, Cupiens normam dictis Bancherijs Hebræis dare, quodque ea, quæ dictis Bancherijs permissa, & tolerata sunt quibuscunque personis innotescant, omniaque eorum Capitula, limi-

la limirationes, & reformationes in vno volumine consistant, idcirco de nostra speciali commissione eidem Aloysio Camerario viuæ vncis oraculo super hoc facto, ac sui Camerariatus officij vigore idem Camerarius reducendo, & moderando omnia Capitula vsque in hodiernum diem facta eosdem Bancherios, Hebræos reformando fecit, & condidit Capitula infrascripta, & sequentia inuiolabiliter obseruanda sub pœnis, per contrauenientes incurrendis, nisi de expressa licentia eiusdem Camerarij, seu illius Vicegerentis in infrascriptis Capitulis cõtéris, quorũ quidẽ capitulorũ illorũq; exordij vulgari sermone descriptorũ tenor loquitur, & est talis.

Aloysius Cornelius tituli Sancti Marci Præsbyter Card. S. R. E. Camerarius; Essendo stato concesso dalli Camerlenghi passati nostri antecessori alli Banchieri, Hebrei in Roma diuersi Capitoli, secondo ha portato la diuersità de tempi, come si contiene in diuersi volumi di essi, per laqual diuersità difficilmente se ne ha da Christiani vera notitia, & massimamente delle loro limitationi, & reformationi fatte di tempo in tempo, Perciò desiderando noi, che quanto è permesso, & tollerato alli detti Hebrei Banchieri sia chiaro ad ogni persona, & tutto consista in vn solo volume, di commissione della Santità di N. S. Gregorio per diuina prouidentia Papa XIII. fattane à bocca, & per auttorità del nostro officio del Camerlengato reducendo, & moderando tutti l'altri Capitoli fatti fino al prensente giorno, & reformando li detti Hebrei Banchieri habbiamo fatti li seguenti Capitoli da esser osseruati inuiolabilmente, quali contrauenendo ad essi senza espressa licentia nostra, ò del nostro Vicegerente incorrino in le pene infrascritte.

Aloysius Cornelius Sedis Apost. Camerarius, Capitula iuxta per Bancherios, Hebræos obseruãda in vnũ collegit.

1 Et prima che nessuno Hebreo di qualunque sorte senza licentia nostra, ouero del nostro Vicegerente possi prestar à interesse, o tener banco publico, ò priuato, sotto pena di scudi trecento d'oro in oro, ouero altre pene ad arbitrio nostro, eccetto li Banchieri ordinarij tollerati. Tenor Capit.

2 Item prohibimo espressamente, che nessuno di detti Hebrei, Banchieri possa imprestare à ragione di più di 18. per cento l'anno di gia concessoli, ne possino dimandare, ne riscotere in modo alcuno interesse de interesse, dichiarandosi, che tutti danari, che saranno pagati a buon conto dall'impegnante, s'intendino esser pagati à conto dell'interesse decorso, & sopra auanzando si difalchino, dal capitale, dichiarando che l'interesse se habbia da pagare secondo la moneta che sarà data, secondo il libro, è contrauenendo incorra in pena di scudi 25. da raddoppiarsi, ogni volta che resecondasse.

3 Item che non possino pigliar 15. giorni per mese intiero saluo, che il primo mese, nel quale ancor che fosse vn solo giorno possino pigliare per mezo mese, & da 15. giorni in su per tanto tempo quanto terranno il pegno, piglino à ragione del numero delli dì, contando dì per dì. Et questo se intenda da sei scudi in su, ma da sei scudi in giu acciò li poueri Christiani siano seruiti, & per torre la difficultà del calculare, à giorno per giorno, possino pigliare da mezo mese ancor che non fosse finito il mezo mese fino che si riscotera il pegno & passato il mezo mese corra per mese intiero, sotto pena di scudi 20 per ciasche volta che cõtrauenissero.

4 Item che in modo alcuno non possino vendere li pegni, che haueranno hauuti da Christiani se non quando dal giorno che li haueranno hauti saranno passati 18. mesi interi, Eccetto le fussino d'accordo altramente cõ li patroni delli pegni, ò hauessero fatto particolar patto, che si douessero riscuotere auanti detto tempo, sotto pena di scudi 10. per ciasche volta che contrauenissero, & satisfattione del danno della parte.

5 Item che siano tenuti à fare generale vendittione di tutti li pegni che haueranno tenuti per detto tempo di 18. mesi quattro volte l'anno, cioè ordinariamente ogni tre mesi, & quelli pegni de quali saranno passati 18 mesi, se all'hora non sarà giunto il tempo di alcuna di dette quattro generali venditioni li debbiano tener fino al primo tempo che si fara la più prossima delle dette quattro vẽditioni, nel qual tempo debbiano in ogni modo venderli, se già non conuenissero con li patroni di perseuerare più, ò di venderli prima, che in questo si segua la volunta de patroni delli pegni. Et passati li 18. mesi non corra l'interesse, nella qual pena non incorrino essendo impediti per legitimo impedimento. Et quando si haueranno da fare le dette vendite sene debba proporre editto nel luogo dell'audienza del Vicario del Papa, & in Campo di Fiore, & in Piazza Giudea, & stampato, affisso, & tenuto in detti luoghi per otto giorni innanzi, à ciascheduna di dette vendite. Et prima che li pegni si vendino, si debba metter all'incanto in presenza dell'officiale da essere sopta di ciò deputato da noi, & seguendo la detta vendita si possino del prezzo ritenere la somma delloro credito, & il resto se ci serà, siano tenuti restituirlo alli patroni, ò deponerlo nelle mani del sopradetto officiale, ò di altra persona da diputarsi da noi. Dichiarandosi, che le spese vadino à danno del pattone del pegno.

6 Item che tutti quelli che compraranno li pegni, diano vno giulio per scudo per caparra, & fra dieci di sieno tenuti à riscuotere, & pagare il resto, Et passato il detto tempo, & non lo riscotendo, habbiano perso l'arra, & il pegno si possa vendere ad arbitrio del banchiero, e quelli che offeriranno e non daranno arra, ò si pẽtissero, non siano più ammessi à offerta per vn'anno, e che il pegno si debba rimettere all'incanto.

7 Item che se in mettere in prattica la venditione, & subhastatione da farsi come di sopra seguisse qualche dubbio, ò difficoltà, sia lecito al Vicegerente nostro dechiarare, accommodare, & ordinare il modo della detta subhastatione col salario del Officiale secondo il decreto già fatto, & ogn'altra cosa che li paresse espediente.

8 Item che ciascuno delli detti Hebrei, Banchieri quando imprestano sopra pegni debbino dare al Christiano che impegnerà nell'istesso atto dell'impegnare vna poliza, ò bolettino di esso prestito scritto in volgare Italiano, nel quale sia scritto il nome di colui che impegna col numero delli danari, cioè quattrini, ouero argento, che si prestano, & il tempo che se impegna, & la cosa impegnata, con vna qualità sustantiale, & questo bolettino si dia à tutti, notandolo al libro al quale si debbia dar fede, & oltre à quelle cose che il Banchiero sia tenuto, & debbia scriuere nel libro grosso, nome, cognome, patre, patria, & habitatione di colui che impegna, ò in luogo del cognome l'essercitij, & il dinaro, sotto pena de scudi 2. per ciasche volta che contrauenisse d'applicarti ad arbitrio nostro

9 Item che quãdo restituirà il pegno à chi portarà la detta poliza, se intenda esse bene restituito, ma se tornasse per riscotere il pegno senza bolettino allegãdo di hauerlo perso, ouero altra causa ancorche fosse quello medesimo che lo ha impegnato non se l'habbia à restituire se non mostra per testimonij sufficiẽti esser il vero patrone del pegno ouero dia vna sicurtà idonea al nostro Not. che il pegno sia ben restituito, & doppò l'Hebreo nõ sia tenuto ad altro.

10 Item si debbia dar fede à quelli libri de Banchieri, quali seranno tenuti secondo la forma che

à loro farà data, & scritta in lingua Italiana, & che saranno approbati dal nostro Vicegerente, ò da persone perite da esser elette da lui, alquale diamo piena facoltà di poter per Natale ogn'anno eleggere, & dar loro il modo, e forma secondo laquale habbino à tener detti libri, & caschino in pena de scudi 10. per ciascheduna volta dichiarandosi che detta approbatione si debbia fare prima si cominci à scriuere il libro.

11 Item che trouandosi in detti libri qualche partita differente dalla poliza da darsi come di sopra, si dia fede alla poliza, ouero al libro secondo tornerà più vtile à quello che hauerà impegnato.

12 Item che circa la restitutione del pegno non se le dia fede, restando la poliza nelle mani del Christiano, & anche se il Bāchiero nō farà memoria nel libro grosso, à piedi della partita del giorno, che sarà stato riscosso, & restituito detto pegno, eccetto se il Banchiero potesse prouare altrimenti hauerlo restituito, & quando si allegasse la perdita della poliza, ouero non essendo quel medemo che l'ha impegnato dia sicurtà, & si debba osseruare come di sopra.

13 Itē che siano obligati scriuer al libro la qualità del pegno piu essentiali come fino ò grosso, nuouo ò vecchio, & il colore, & volendo il Christiano metterli sigillo, ouero il contrasegno l'Hebreo nol possi recusare, & nel libro, ne habbia à far mentione sotto pena di scudi quattro per ciasche volta, & essendo il pegno d'oro, ò d'argento, ò gioie, ò altra materia pretiosa oltra l'altre qualità, & circonstantie sopradette, vi si debbia scriuere il peso, & il numero loro, sotto pena di scudi 10. per ciascuna volta contrauenisse, contra liquali non si possa procedere se non quando il patrone ne facesse querela.

14 Item si ordina ancora che ogni Banchiero debbia tenere vn libro grosso, secondo la forma presente, cioè legato almeno con tre legami, le cui carte sieno numerate, & di tutto numero sia fatta mentione nel principio del libro, & tante partite debbiano esser scritte in ciascuna carta quante seranno nella prima, & che non debbia esser scritto se non d'una sola mano, & mancando il Scrittore, il Banchiero non scriuendo esso ò suo figliuolo, sia tenuto à prouedere di altro Scrittore, quale sia approbato dal nostro Vicegerente purche per tale approbatione non se innoui, ne facci alcuna noua grauezza non solita, sotto pena di scudi venti per ciasche volta.

15 Item che non possino far piu che vn libro in vn medesimo tempo, & facēdo giornale, debba essere esso giornale come il detto libro grosso scritto in lingua Italiana. Ne facci fede alcuna, ma solo serua à reportare le partite al detto libro grosso, & fra termine di sei mesi debbiano hauerle riportate al detto libro, sotto pena de scudi dieci per ciasche volta, d'applicarsi à lochi pij. Et perche qualche personaggio d'importanza, come Prælati, e Signori di qualità, non vole alle volte esser visto al libro, sia lecito al Banchiero scriuerli per poliza sua, & contrapoliza dell'impegnante senza scriuerli altrimenti al libro, sotto pena di perdere la facoltà del imprestare.

16 Item che se l'Hebreo, Banchiero ignorantemente prestasse sopra pegno che fusse robbato, in tal caso sia tenuto il vero padrone restituire al Banchiero la sorte principale senza vsura, purche il Christiano habbi fatto diligenza tra li Hebrei di ritrouare il furto fra vn mese, & subito trouato riscuotere la cosa furata, & non rescotendola sia tenuto non solo alla restitutione della sorte principale, ma ancora dell'interesse da correre dal giorno che fusse ritrouato il furto, ma non hauendo fatto diligentia di trouarlo fra vn mese dal di che fu impegnato sia tenuto alla restitutione della sorte principale, & interesse, però tutto questo se intenda purche il Banchiero, Hebreo non sia in fraude, & consapeuole del furto, che in questo caso sia castigato oltra all'esser tenuto alla restitutione del pegno senza sorte principale, & interesse.

17 Item se prohibisce espressamente che in modo alcuno ardischino imprestare sopra argenti, e oro doue sia arma, per laquale si conosca il vero patrone senza licentia del vero patrone, ouero del suo mastro di casa, ne meno sopra robbe dedicate all'uso del culto diuino per vso perpetuo di Chiesa, ò Sacrestia, ò Altare, ne sopra Croce che sia sola da per se, ò posta in cosa doue si possi leuar facilmente. Non se intendendo per pendenti fatti per ornamenti di donne, Croce di Caualieri, o gioie, ancora che siano fatti in modo di Croce, che questi sia lecito à torli, purche in dette Croci non vi sia alcuna figura, sotto pena di scudi venti. Et possino pigliar Croci che sieno in arme, tapezzarie, ò argenti.

18 Item se concede alli sopradetti Banchieri, & à loro successori che possino chiamare per compagni altri Hebrei, purche deputino vno della Compagnia specialmente à scriuer il libro approbato dal nostro Vicegerente, & che quello solo, & non altri scriua detto libro, sotto pena di scudi 25. dechiarandosi che per delitto che commettesse il compagno, non se intenda che il principale padrone caschi in pena alcuna, ma sia tenuto solo all'interesse che ci fusse della parte.

19 Item che sia lecito a detti Hebrei renunciare, ò altrimente alienare il luogo, & facoltà di puotere imprestare à chi loro piacera, & tal successore sia obligato à tutto quello che si contiene nelli presenti Capitoli, purche le dette Compagnie, ò alienationi, ò altre sorti di contratto, non si faccino senza il decreto, & approbatione del nostro Vicegerente, sotto pena di perdere detta facultà d'imprestare.

20 Itē si ordina che quando si cercasse qualche pegno che si pretendesse esser stato impegnato senza cōsenso delli veri patroni, sia tenuto il Banchiero à vsarci la sua diligentia, laquale diligentia sia de mostrare il libro di quel tempo che si domandasse al Mandatario, ouero altri per nostra commissione, sotto pena de vno scudo perciasche volta, la qual diligentia vsata se si trouasse poi il Banchiero in fraude di hauere hauto detto pegno senza scriuerlo al libro incorra in pena della perdita del pegno, & di vinticinque scudi per ciasche volta

21 Item si dichiara che tutti instrumenti in forma Cameræ, & tutte altre scritture publiche, ò priuate de mutuo fatti, ò da farsi da essi Banchieri à ogn'altra persona ancorche dichino in forma de puro deposito gratis, & amore, ò che dicessero mutuo gratis, & amore, s'intendino correrci l'interessi soliti à 18. per cento l'anno dal di che gionge il tempo del pagamento, dechiarato in qualsiuoglia delle dette scritture sin che saranno intieramente pagati, & satisfatti.

22 Item si ordina, & commanda espressamente à tutti li Banchieri, cōpagni, & fattori, che nissuno di essi in materia di pegni, vsure, & interessi, Compagnia di offitij presuma in virtù di qual si voglia instromento ancora che fusse obligatione in forma Cameræ, & ancora che l'instrumento dicesse gratis, fare citare, ò conuenire persona alcuna dinanti ad altro Tribunale che al nostro, & essendo citato, ò conuenuto, non debbia in modo al-

do alcuno comparire, ma subito procurare le inhibitioni si in causa ciuile, come criminale, & quando fusse preso per qualche delitto appartenente al detto essercitio, debbia al primo essamine opponere l'eccettione dell'incompetentia, & domandare di esser rimesso al Tribunal nostro, sotto pena di scudi venti per ciasche volta che contrauenisse.

23 Item si prohibisce sotto pena di priuatione della facoltà di fare il banco, che dopo sonate le 24. hore, & la mattina prima che sia vn'hora di giorno alcuno delli Banchieri, ne per se, ne per altri ardisca prestare a persona alcuna, & prestando contra al detto ordine, & trouandosi poi che il pegno sia rubbato, sia tenuto a restituirlo al vero patrone senza sorte, & senza vsura.

24 Item che se il pegno fusse rubbato, o si perdesse, dando l'Hebreo sufficienti inditij della perdita, o del furto l'habbia a pagar quãto fosse prouato che valesse, ouero se piu piacerà al Christiano doi terzi di piu di quella somma di danari che gli hauerà imprestato sopra, & in caso, che per li sudetti indicij non si prouasse sufficientemente il detto furto, o perdita, lo paghi quello che il Christiano giurerà che valesse dalla somma che il nostro Vicegerente tassarà in giu. Et se il pegno fusse d'oro, o d'argento basti pagare il suo peso, & per la manifattura quello che giurerà il Christiano, similmente dalla somma che il nostro Vicegerente tassarà in giù.

25 Item che non siano tenuti li predetti Hebrei banchieri, a restituire pegni, ne far altra cosa appartenente allo essercitio del banco in giorno di sabbato ne di loro altre feste.

26 Item che non siano tenuti di accettar sequestro che si facesse sopra pegni a essi impegnati, saluo che dal nostro tribunale, sotto pena di scudi cinque.

27 Item che i detti Banchieri per conseruatione delli panni, & massimamente acciò non siano offesi dalle tarme, oltra la diligentia, che per loro secondo la ragione commune si deue, siano tenuti a sbattere la poluere delli panni almeno due volte l'anno, & tenere ordinariamente gatti, perche non siano offesi dalli sorci. Et non vsando tal diligenza, & di poi accadendo che qualche pegno fosse tarmato, macchiato, ouero rosigato da sorci siano obligati a pagare quello che per ciò tali pegni saranno di peggio, secondo saranno stimati da periti da essere deputati dal nostro Vicegerente. Ma fatte le dette diligenze non siano tenuti a tal peggioramento.

28 Item che tutte le cause, e differenze che nasceranno sopra il sudetto officio, & essercitio del banco, ouero contratti vsurarij, & altri contratti loro, tanto fra li prefati Hebrei, & l'impegnante, quanto tra essi Hebrei, & qual si voglia altra persona, debbiano esser conosciute & giudicate, & decise con la mano regia, attesa sola la verità del fatto per la corte nostra, & ne gli atti del nostro Notario, sotto detta pena di scudi dieci, osseruando quanto al processo il solito.

29 Item si dichiara ancora che nessuno delli predetti Hebrei possa vsare ne permettere, che altri vsi in qual si voglia modo le cose impegnate, che si costumano con l'vso senza licensia delli patroni, sotto pena di scudi 25. per ogni volta contrauenisse, & satisfattione del danno della parte, contra li quali si possa procedere solo alla querela della parte come di sopra.

30 Item che le cause ciuili restino decise senza rimedio di qual si voglia appellatione, ne anche si dia rimedio di appellatione nelle cause criminali, ma possino hauer ricorso da noi, che cõmettiamo la causa a vn nostro Auditore quando ci parerà che giustamente si grauino.

31 Item si dichiara, che venendo caso, nel quale si habbia da citare, o intimare qual si voglia Prelato, o altro Signor grande, basti citare, o intimare il suo Mastro di casa.

32 Item si ordina che li sopradetti Banchieri tenghino li presenti capitoli stampati, & attaccati al banco, cioè dentro in la bottega del banco, imperò in luogo tale, che i Christiani li possino commodamente vedere, & leggere, sotto pena di perdere la facoltà di imprestare, & di scudi cinque per ogni volta, che si cõtrafacesse.

33 Item si ordina, che non sia lecito fare alcun patto, o altra conuentione contra la forma de i presenti capitoli, sotto pena di venti scudi per ogni volta, che si contrauenisse.

34 Item si dichiara, che per conto di questi nuoui capitoli, non s'intenda in modo alcuno derogato a gli antichi Capitoli, Motu proprij, & Bolle de' Pontefici in quella parte, che toccasse l'autorità, giurisdittione, & cõmodo dell'vfficio nostro, & facolta di poter ad ogni arbitrio nostro mutare, & renouare detti capitoli, ne mãco s'intenda derogato a Bolle, Priuilegij, & indulti concessi a gli Hebrei, se non in quella parte che repugnassero a i presenti capitoli.

35 Item che nissuno de i detti Banchieri possi, ne habbi ad essere accusato per alcuna causa criminale appartenente al detto essercitio, se non nel nostro tribunale, & dalla parte accusatrice scoperta in actis.

36 Item che contrauenendo i detti Banchieri a qual si voglia de i sudetti Capitoli, nel qual non sia specificata pena, incorrino in pena, o di perdere la facolta del poter imprestare, o altre pene da imporsi ad arbitrio nostro, riseruando ancora in noi di poter moderare, disporre, & applicare le sopradette pene a nostro arbitrio, & secondo ci parerà.

Cum autem sicut etiam accepimus dictus Aloysius Camerarius Bancherijque præfati cupiant omnia & singula Capitula præmissa, & præinserta pro eorũ subsistentia firmiori per nos confirmari, & approbari: Nos igitur eosdem Camerarium, & Bancherios specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes Motu simili, & ex certa sciẽtia maturaque deliberatione nostra, & de Apostolicę potestatis plenitudine omnia, & singula Capitula limitationes & reformationes præmissa, & præinserta, & prout illa concernunt omnia, & singula in singulis literis instrumentis volumine, & documentis desuper conficiendis contenta confirmamus, & approbamus, illisq; Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, ac illa perpetua roboris firmitate subsistere, suosq; plenarios effectus sortiri, & per Camerarium, & Bancherios præfatos, & quoscunque alios quod quomodolibet concernunt, & concernent in futurum inuiolabiliter obseruari debere decernimus, omnesq; & singulos tam iuris quàm facti defectus si qui forsan in præmissis interuenerint supplemus. Necnon præmissa capitula limitationes & desuper forsan conficiendas literas de surreptionis vel obreptionis vitio aut intentionis nostræ defectu notari, seu impugnari non posse neq; debere. Sicque in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque iudices, &c. etiã S. R. E. Cardinales ac Palatij Apostolici causarum Auditores sublata, &c. iudicari, &c. debere, irritumque, &c. decernimus. Nec nõ

Confirmatio dictorum Capitulorum.

Decretum irritans.

Inhibitio cōtra Iudices, ne in causis cō. ex cōtentibus hęc capitula, se intromittant.

Sciasautē quod Iudex ordinarius erat Vicarius in causis Iudæorum, vt in Iul 3. const 59. f.563.

Almæ Vrbis nostræ Curiæ Causarum Cameræ Apostolicæ Generalis, Auditori, Gubernatori, Vicario, Senatori, Conseruatoribus, Gabellarijs alijsque Ro. Cu. iudicibus eorumq; locatenentibus ne eosdē Bancherios Hebræos super præmissis ac dictorum capitulorum cognitione seu causis, tam ciuilibus, quàm criminalibus dicta capitula seu eorum aliqua concernentibus se intromittere, aut eosdem Bancherios occasione dictorum capitulorū, & ab illis dependen. in persona rebus vel bonis suis directe vel indirecte quouis quæsito colore, vel ingenio, Sub excommunicationis, & indignationis nostræ ac mille ducatorum auri de Camera pro medietate Cameræ nostræ Apostolicæ, & altera medietate eisdē Bancherijs irremissibiliter applicā. & pœnis molestare perturbare vel inquietare audeant vel præsumant districtius inhibemus, decernentes irritū, &c. Non obstant constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis ac Vrbis nostræ statutis & consuetudinibus ac legibus imperialibus & municipalibus etiam iuramento, &c. robotatis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis etiam Auditori, Gubernatori, Vicario, Senatori, Conseruatoribus prædictis, ac Populo Romano, ac eius districtus incolis, & habitoribus & quibusuis alijs etiam Ro. Cu. iudicibus & personis etiam cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs Clausulis irritantibusque & alijs decretis etiam motu simili etiam per nos seu quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, & Sedem Apostolicā super transgressionibus Hebræorum aut alias in contrarium concessis, confirmatis, & innouatis etiā iteratis vicibus quibus omnibus, & singulis in literis latissime extenden. hac vice latissime derogamus cęterisque contrarijs quibuscunque, cum clausulis opportunis, & consuetis.

Clausulę derog.

Fiat Motu proprio V.

Camerarius exe cutor, & Iudex deputatur.

Et Cum absolutione cen. ad effectum, &c. Et de cōfirmatione approbatione adiectione defectuum suppletione singulis decretis inhibitione derogatione & alijs in præmissis vt supra, quæ hic pro sigillatim, & ad partem repetitis & expressis habentur, vt supra latissime extenden. Et cum deputatione eiusdem Cardinalis Camerarij pro præmissorū Capitulorū obseruatione iudicis executoris qui assistat, & præmissa omnia obseruari faciat causamque & causas occasione præmissorum Capitulorum ortas & oriendas cum eorum incidentibus dependentibus emergentibus, annexis & connexis, audiat, videat, cognoscat, & decidat etiam sub censuris Ecclesiasticis, & pœnis etiam pecuniaris suo arbitrio imponen. moderan. & applican. Cum facultate citandi, & inhibendi, &c. aggrauan. contradictores, &c. per easdem cēsuras, & pœnas compescendo, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Et quod præsentis Motus proprij sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio & extra, quacunque regula contraria non obstant. seu videbitur literæ per breue nostrum cum nominum cognominum qualitates aliorumque necessariorum maiori, & veriori specificatione & expressione expediri possint.

Sola signatura sufficit.

Data in Camera Apostolica sotto il dì primo di Febraro. 1577. Anno Quinto.

Datum Romæ apud Santum Petrum duodecim Kl. Decembris.

Registrat. libro secundo Secretorum. fol. 117.

XLIIII.

Bona Regularium extra claustra degentium, veniunt sub nomine spoliorum, & spectant ad Reuerendam Cameram Apostolicam.

Confirmatur hæc const. infra in const. 72. Cum sicut accepimus.

De materia Spoliorum, vide in d. const. 72.

De materia autem Apostatarum, & extra claustra degentium, habes sup. in Pauli Quarti const 29. Postquam, fol. 610.

Pius 4. in eius cōst. 8 Sedis Apostolicæ, fol.

ad terminos iuris, & sacrarū cōstitutionum reduxit const. Pauli 4 quam habes supra, fol 610. numero 29. in qua inter cætera applicauerat bona regularium degēnā extra claustra, Monasterijs in quibus illi primo professi fuerant.

Sed ex constitutione Pau. 3. quę est sup. fol. 420. nu. 31. illorū bona spectabāt ad Cameram Apost.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.

OFFICII NOSTRI partes sedulo præstare tenemur, vt dubia, quæ ab aliquibus falso sub prætextu, vel nimis subtiliter excitata, in Cameræ nostræ Apost præiudiciū tendunt, declaratione nostra dilucidentur. Nuper accepimus quod etsi fe. re. Pius Papa iv. prædecessor noster constitutionem, & quæcunque in illa continerentur per piæ memoriæ Paulum Papam iv. etiam prædecessorem nostrū contra Apostatas, editam, per quam inter cætera decreuit bona quęcunque mobilia & immobilia, ac census redditus, & prouentus, iura, & actiones per regularem ordinem professos extra claustra suorum regularium locorum, etiam de licentia suorum superiorum degentes, tempore quo extraclaustra huiusmodi fuissent acquisita, etiam si acquisitiones huiusmodi ab ipsis professis ex redditibus beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura per eos obtentorum seu detentorum, aut ex propria industria, seu artificio, mercatura, vel ex testamento, siue successione ab intestato quorumuis consanguineorum, affinium, vel amicorum suorum, aut quorumcunque aliorum factæ essent, non Fisco, aut Cameræ Apostolicæ, sed religioni, aut monasterijs, in quo, seu quibus primo professi fuissent, eo ipso applicata esse & censeri debere, ad iuris & sacrarum constitutionum forma reduxerit: Nec non præfata bona regularium extra claustra, vt præfertur, degentium siue mendicantium siue non mendicantium, aut militiarum professorum, etiam si loca, & canonicales portiones, aut dignitates in cathedralibus, vel collegiatis Ecclesijs cuiusuis ordinis regularibus obtinuerint, ac Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, Primitiali, vel quauis alia præfulserint dignitate, post eorum obitum ad eandem Cameram Apostolicam, & iuxta constitutionem fe. re. Pauli Papæ iij. super spolijs sub Dat. videlicet, tertio nonas Ianuarij, Pontificatus sui Anno Tertio promulgatam, legitime spectent & pertineant, idque per Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, dum Collector generalis ad recuperandum spolia regularium specifice deputatus fuit, aperte demonstratum extiterit, ac in possessione illa exigendi, ac recuperandi eadem Camera merito semper fuerit, nihilominus

non

nonnulli vano sub dictæ constitutionis Pauli iv. prædecessoris præfati prætextu contrarium aliquando asserere non dubitarint. Nos omnem circa prædicta dubitandi occasionem dimouere, simulque æquitate & iustitia suadentibus eiusdẽ Cameræ indemnitati, ne in dies molestijs & incommodis afficiatur, consulere volentes, præsentium auctoritate, declaramus res, & bona quæcunque per dictos regulares extra claustra ecclesiarum, monasteriorum, domorum, & quorumcunque regularium locorũ degentes, quocunque iure, & actione, siue ex causa testati, siue intestati acquisita, & in posterum acquirenda, vel ad eos delata in quibusuis prouincijs, dominijs, regnis, & locis consistant, nisi ijdem, ad quos illa spectauerint, sufficienti fuerint testandi, aut de illis disponendi facultate suffulti, eaque legitime vsi fuerint, ad eandem Camerã pleno iure pertinuisse & spectare, ac bona quæcunque eorundem sub spoliorum nomine comprehensa per ipsam Cameram, eiusque nomine a quibuscunque illa quandoque occupantibus & detinentibus recuperari, ac vindicari potuisse & posse, ac iuxta Pauli iv. & aliorum prædecessorum nostrorum literas eadem Camera Apostolica in huiusmodi bonis spolia nuncupatis vere vniuersaliter succedẽte. quod ipsa Camera quæ cæteris hæredibus, & successoribus ampliori est priuilegio munita, cuiq; merito magis fauendum est, dum in eam rerum, & bonorum dominium, ac possessio nulla traditione præcedente transeat, in quacunque bonorum & spoliorum iure ad regulares dum viuerent spectantium successione, quibuscunque in rebus, siue pecunijs illa consistant, etiã si nominatim, aut alia speciali nota illa designanda essent, quæ ad eandem Camerã iure spoliorum pertinuerunt, & pertinebunt in posterum, omni prorsus fictione penitus cessante, ius & nomen veri hæredis in eisdem spolijs habere, illiusque naturam sortiri, ac veri hæredis priuilegijs, & iuribus in quibuscũq; bonis, pecunijs, iuribus, & actionibus, vti antehac potuisse & nunc posse, idq; eorundem prædecessorum, ac nostræ etiã intentionis semper fuisse & esse auctoritate præsentium declaramus,

Multi tamen eò statium prætendere voluerunt.

Ideo Pont. declarat bona eorundem ad Cam. Apost. spectasse, & spectare pleno iure.

Sicque per quoscunque Iudices in quibusuis causis, etiam per appellationem aut alias pendentibus & futuris, ac in quacunque causa, vel instantia, sublata eis, & eorũ cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari & diffiniri debere, necnon quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentatũ forsan est hactenus, vel in posterũ contigerit attentari, irritũ, & inane decernimus. Mandantes dilecto filio Magistro Ludouico Tabernæ Notario & Thesaurario, necnon spoliorum ad dictam Cameram pertinentium in vniuersa Italia Collectori generali nostro, eiusque in dictis officijs successoribus, quatenus præsentem nostrã declarationẽ, & in ea contenta quæcunque inuiolabiliter obseruari curet, & faciat, non permittendo eandem Camerã contra illius seriem quacunque rõne vel causa, aut quouis quæsito colore vel ingenio, directe, vel indirecte molestari aut perturbari, contradictores quoslibet & rebelles per opportuna iuris & facti remedia ac demum per sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas appellatione postposita compescendo, necnon legitimis super his habendis seruatis processibus, sententias censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggrauãdo, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apost. necnon ecclesiarum, & ordinum, vel militiarum cuius illæ fuerint monasteriorumque, vel regulariũ locorum etiã iuramento, cõfirmatione Apost. vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis earundem ecclesiarum prælatibus, capitulis, ac monasteriorum, regularium que locorum conuentibus, illorumque ordinibus, superioribus & personis, necnon ciuitatibus, prouincijs, dominijs, & regnis, in quibus bona, vel pecuniæ collocatæ aut illarũ redditus percipiendi forsan fuerint, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, & ad fauorem religiosis concessis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus (etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quæuis alia expressio habenda esset, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris) hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non faciẽtes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet alijs priuilegijs & indulgentijs generalibus vel specialibus quorumcunq; tenorũ existant, per quę præsentibus non expressa vel totaliter non inserta, effectus præsentium impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habẽda sit in nostris literis mentio specialis, quæ quoad hoc volumus eis nullatenus suffragari. Cæterum præcipimus præsentium exemplis etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, & dicti Thesaurarij, seu alterius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ sigillo munitis, eandem prorsus fidem adhibendam in iudicio & extra, quæ præsentibus adhiberetur, si exhiberentur vel ostenderentur.

Decretũ Irritãs.

Executor deputatur Thesaurarius generalis.

Clausula derogatoria.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris die 21. Ianuarij millesimo quingentesimo septuagesimo septimo.

Cæ. Glorierius.

XLV.

Erectio Collegij Græci in Vrbe, ac deputatio ac facultates Cardinalium illius Protectorum.

De materia Græcorum, vide supra in Pij Quarti, const. 97. Romanus, fol. 805. & ibi notaui.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

IN APOSTOLICAE Sedis specula disponente Domino meritis licet imparibus constituti, ad vniuersarum gentium populorumq; Christi fidem colentium salutem procurandã ita nos esse agnouimus debitores, vt non minus longe, quàm iuxta positis charitatis & vigilantiæ nostræ studium impartientes, quod expedire censemus, hucusque pro viribus exequamur. Itaque cum Christiani Orbis partes mentis nostræ oculis perlustramus, inter varias horum temporum ærumnas animum nostrum iubet miseratio Græciæ Nationis, quæ diu olim literarum scientiarumque eruditione præstans, & imperij florentis sublimitate, postea

Turcarum

Græci Imperio sub Turcarum scientiis erant sublimes, sed ad præsens in maxima sunt calamitate, & ignorantia, & a fide Catholica deuiarunt.

Turcarum subiecta Tirannidi, ad extremam fuit redacta calamitatem, & quod miserrimum est corporum seruitutem sequuta est captiuitas animorum, quia in tantam scientiarum omnium ignorantiam Græciæ populi deuenerunt, vt vix vllus inter eos reperiatur, qui illas profiteri, & alios docere possit, atque adeo omnes, qui Episcoporum, presbyterorum, alteriusque Ecclesiastici ordinis gradum inter eos obtinent sędissimis ignorantiæ tenebris obuoluti, sacræ Theologiæ rudes, Catholicorum dogmatum ignari, & orthodoxorum religionis semita, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ omnium matris & magistræ obedientia recedétes, in varios errores, & schismata prolapsi sunt, & laicos in eandem erroris foueam secum pertraxerunt. Quo circa cupientes antiquam & celebrem Nationem ab huiusmodi ignorantiæ, & eorum caligine ad veritatis lucem & salutis viam reuocare, nullum ad id aptius remedium a nobis existimauimus posse adhiberi, quàm si in alma hac Vrbe nostra Collegium erigatur, in quo pueri & adolescentes Græci ex ipsa Græcia, & alijs Prouincijs, ac locis vbi commorantur conquisiti, alantur, & Græcis literis, liberalibus disciplinis, ac scientijs, sacra præsertim Theologia, Ecclesiasticis præterea ritibus, a viris probatæ fidei & doctrinæ sedulo instruantur, & postquam in Catholicæ fidei firmitate solidati fuerint, & in huiusmodi studijs profecerint, ad eorum Prouinciam & loca redeuntes alij, qui monasticam vitam maluerint profiteri, cæteros monachos, & religiosos Catholicè instruere, & ad monasticam disciplinam regularemque obseruátiam a qua penitus declarare videntur, iuxta sanctorum Patrum instituta reuocare studeant; Alij aút qui in clerú ascribentur, Nationis suæ populis prodesse & præesse animarú curá exercere, verbú Dei sincere prædicare, Populos ab erroribus & schismate remouere, & ad salutarem orthodoxæ fidei veritatem reducere possint: Reliqui vero, qui in laicali vita permanserint, publice per Ciuitates aliorum Græcorum, filios eiusdem fidei rudimenta & veritaté, literasq; & artes liberales edocere, ac similiter in orthodoxæ religionis cultu continere valeant, Atque ita diuina fauente gratia sperari possit, vt sana & integra fidei prædicatio & doctrina in ipsa Græcia, & totius præterea Orientis partibus, aliquando restituatur. Priscorumque gentis eiusdem patrui lumina clarescant. Proinde ad omnipotentis Dei gloriam, sanctæ fidei Catholicæ exaltationem animarum eorumdem Græcorum salutem, ac perpetuam ipsorum cum Ecclesia Romana vnionem, Motu proprio, certaque scientia deque Apostolicæ potestatis plenitudine, vnum Collegium Græcorum puerorum, & adolescentum in eadem Vrbe nostra, loco ad id statuendo auctoritate Apostolica, tenore præsentium erigimus & instituimus, eique dotis nomine centum scuta auri ex nostris, & Cameræ Apostolicæ pecunijs, donec aliter opportune prouideatur in singulos menses soluenda assignamus. Præterea cum Cathedralis Ecclesia Chisamen. insulæ Cretæ certo modo vacauerit, & vacet ad præsens. Nos considerantes Ecclesiam ipsam clero populoque Latino, exceptis paucis quibusdam Canonicis, qui tamen ab immemorabili tempore, siue ob tenuitatem præbendarum, siue alias ob causas ibi nunquam resederunt, sed Cydoniæ ibi propinquæ habitare soliti sunt, omnino carere conuenire iudicauimus, subsidium aliquod Collegio prædicto in substentationem Scholarium ex huius Ecclesiæ fructibus applicare, donec Deo dante talis constitui possit Episcopus, qui etiam clero & populo Græco sacramenta, & quæ sunt pontificalis ordinis valeat ministrare, quare omnes dictæ Chisamen. Ecclesiæ fructus redditus & prouentus, omniaque iura, obuentiones, & emolumenta, exceptis ducentis scutis annuè administratori, seu Vicario, qui a nobis eidem Ecclesiæ deputabitur persoluendis, & annua pensione centum scutorum auri similium, quàm venerabili fratri nunc Episcopo Milouien. vt commodius substentari possit, assignari decreuimus ipsi Græcorum Collegio a nobis erecto ad annos quindecim, eadem auctoritate Apostolica applicamus, attribuimus, & assignamus, ita vt ab ipsius Collegij procuratoribus propria auctoritate ea omnia exigi, percipi, & leuari, prædiaque domus & bona quæcunque locari, aliaque ad id opportuna & necessaria fieri possint. Volumus autem idem Collegium, illiusque Rectores, Oeconomos, Magistros, Præceptores, atque Scholares pro tempore in eo existentes, & eorum domesticos Officiales, & Ministros, ipsiusque Collegij bona mobilia & immobilia cuiuscunque qualitatis & quantitatis in dicta Vrbe & extra, ac alias vbique locorum consistentia exempta esse ab omni iurisdictione, correctione, visitatione, dominio, superioritate, & potestate pro tempore existentis Senatoris Conseruatorum Reformatorumque dictæ Vrbis, necnon Rectoris Studij Generalis, Vicarij Vrbis, & ordinariorum locorum, aliorumue quorumcunque Iudicum & Officialium in ipsa Vrbe, vel alias vbilibet constitutorum, Collegiumq; ipsum etiam proprijs eius rebus, & bonis cum ipso, & eius nomine supradicta contrahentes a solutione & exactione omnis, & cuiuscunque pedagij, gabellæ, bulletini, decimarum, & cuiuscunque alterius tam ordinarij, quàm extraordinarij oneris ex quacunque causa impositorum & imponendorum eximimus, & prorsus liberamus, ac sub Beati Petri, & Sedis Apostolicæ, atque nostra protectione suscipimus, Orbisque & dictæ Sedi immediate subijcimus, ac liberos immunes & exemptos declaramus, eidemque quoque Collegio, & Scholaribus, Rectoribusque, & Oeconomis omnibus & quibuscunque priuilegijs, exemptionibus, libertatibus, facultatibus, & indultis, quibus Studium generale almæ Vrbis, & illius Rector, Doctoresque in eo etiam actu legentes quouis modo vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere valeant, in omnibus & per omnia concedimus & indulgemus, illaque eis communicamus. Necnon Senatori, Conseruatoribus, Reformatoribus, Rectorique, & alijs Iudicibus, officialibus, & personis prædictis, ac pro tempore existenti Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, Præsidentibusque & Clericis Cameræ Apostolicæ, ac quibusuis Commissarijs ad exactionem decimarum, & aliorum onerum præfatorum pro tempore deputatis, ne quarumcunque literarum eis sub quibuscunque tenoribus, & formis concessarum prætextu, Collegium, Scholares, Rectores, Oeconomos, Officiales, & Ministros prædictos, seu eorum aliquem in præmissis quouis modo molestent, seu molestari permittant districtius inhibemus. Et præterea Regentibus, ac Superioribus dicti Collegij cum assistentia tamen Cardinalium protectorum, qui pro tempore fuerint, siue alicuius eorum, vel de ipsorum consilio, & expresso consensu illos, quos in dicto Collegio, & alibi per debitum tempus studuisse, ac scientia, & moribus idoneos esse repererint, ad Bacchalariatus licentiaturæ, Doctoratusque Magisterij gradus, seruata forma Concilij Viennen. iuxta Vniuersitatis eiusdem Vrbis consuetudinem, seu alias promouendi, & ipsorum graduum solita insignia eis exhibendi: quodque sic promoti facultates, in quibus studuerunt legere & interpretari, & de eis disputare, & quoscunque gradari, seu gradibus huiusmodi concernentes actus exercere, ac omnibus & singulis gratijs, fauoribus, prærogatiuis, & indultis, quibus alij in prædicta, seu alijs Vniuersitatibus, & alibi iuxta illius, & aliarum Vniuersitatum huiusmodi constitutiones & mores, ad gradus prædictos promoti de iure, vel consuetudine vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterút quomodolibet in futurum vti, potiri, & gaudere possint, & debeant,

Marginal notes:

Hic igitur Pontifex volens eos ad salutis viam, & lumé reducere, statuit in Vrbe Collegium Græcorú instituere.

Erectio Collegij.

Assignatio redituum.

Exemptio a superioritate ordinariorú, & aliorum.

Exemptio a solutione Gabellarum, & c.

Concessio priuilegiorum studij Vrbis, eiusq; Doctorum.

Quæ vide sup. in Bonif. 8. cóst. a bl. 33. & ibi no.

Concessio facultatis promouédi Scholares Collegij ad grad. & c.

debeant perinde, ac si gradus prædictos in ipsa Vniuersitate iuxta consuetudinem, & mores prædictos suscepissent concedendi, & indulgendi liberam eadem auctoritate tribuimus facultatem. Insuper vt ipsius Collegij cōseruationi bonoque regimini, tam in his, quæ ad institutionem & disciplinam, quàm quæ ad victum & vestitum, aliaque huiusmodi necessaria pertinent opportunius consulatur, Dilectos filios nostros Iacobum Sanctæ Mariæ in Transtiberim Sabellum, & Guglielmum Sancti Laurentij in Panisperna Sirletum, ac Iulium Antonium Sancti Bartholomæi in Insula Sanctæ Seuerinæ titulorum presbyteros, necnon Antonium Sanctæ Mariæ in Cosmedin Diaconum Carafam, nuncupatos Cardinales eiusdem Collegij Protectores, & Defensores constituimus & deputamus, quorum consilio & spe supradicta, & alia quæcunque ad eosdem in Collegio admittendos Scholares retinendosve, ac admittendos spectantia agant, & ordinent. Dantes eisdem & pro tēpore existentibus protectoribus plenam & liberam facultatem & auctoritatē pro salubri directione & conseruatione dicti Collegij, illiusque bonorum & rerum ac iurium, tam spiritualium, quàm temporalium Oeconomos Aduocatos, Procuratores, aliosque ministros & officiales in eo deputandi, amouendique, & alios eorum loco sufficiendi ordinationesque, & statuta licita tamen & honesta sacrisque canonibus, & Concilio Tridentino non repugnantia faciendi, & edendi, eaque cum visum fuerit reuocandi, immutandi, corrigendi, aliaque de nouo condendi quæ postquam facta edita, reuocata, immutata, & correcta fuerint, perinde haberi volumus, ac si auctoritate Apost. approbat, & cōfirmata essent, illaque ab omnibus Rectoribus, Magistris, Scholaribus, alijsue personis in Collegio seruientibus & ministrantibus inuiolabiliter obseruari, ac iuxta eorundem dispositionem, & quibusuis Iudicibus sublata eis, quauis aliter iudicandi facultate iudicari, ac diffiniri debere: Et si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & dictæ Vrbis iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate, roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis & literis Apostolicis eisdem Senatori, Conseruatoribus, Reformatoribus, Camerario, Vniuersitatibus, ac earum Collegijs, Rectoribus, & personis, alijsque prædictis, necnon præfatæ Vrbi, & Populo Romano sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam iteratis vicibus cōcessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ erectionis, institutionis, applicationis, attributionis, assignationum, voluntatis, exemptionis, liberationis, susceptionis, subiectionis, declarationis, concessionis, indulti, communicationis, inhibitionis, tributionis, constitutionis, deputationis, dationis, decreti, & derogationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Deputatio, & E... Cardinalium Protectorum ipsius Collegij.

Decretum irritans.

Clausula derogatoria.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Domini 1576. Idibus Ianuarij, Pontificatus nostri, Anno Quinto.

Cæ. Glorierius.

M. Datarius.

A. de Alexijs.

Die vigesimaoctaua Martij millesimo quingentesimo septuagesimoseptimo præsentes literæ Apostolicæ præsentatæ fuerunt in Camera Apostolica, & ex decreto in eo factæ admissæ & registratæ fuerunt libro signaturarum diuersorum Pontificum penes me infrascriptum dictæ Cameræ Notarium existentem, fol. 95.

Admissio, & registratio in Camera Apost.

Tydeus de Marchis Notarius.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

XLVI.

Confirmatio, & ampliatio constitutionum Apostolicarum, & Decretorum Cameralium, contra impedientes Affidatos animalia in Dohanam Patrimonij conducentes, aut aliquid ab eis exigentes, vel Fidam Dohanæ soluere recusantes.

Quo ad impedientes Affidatos, habes supra Pij 5. const. 10. fol. 82. Pau. 5. const. 2. fol. 87. Leonis 10. constitu. 58. f. 532. & Iul. 3. const 57. fol. 560.

Quo vero ad recusantes soluere Fidam, habes supra Innocen. 8. constitu. 15. fol. 133. & Alexan 6. constitu. 5. fol. 137. & Iul. 3. constit. 58. fol. 562.

Dohanæ autem limites, qui sint, declarantur infra in constitu. 69.

Romanum decet.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.
DECET ROMANVM Pontificem Cameræ Apostolicæ, ac cum ea contrahentium indemnitati consulere, & his quæ a Romanis Pontificibus ad eum finem statuta & ordinata fuerunt, approbationis suæ robur adijcere, vel alijs opportunis rationibus prouidere, vt & prædicta Camera indebitè non grauetur, & contrahentes cum ea perpetua possint præmissorum securitate lætari. Nuper siquidem non sine animi nostri displicentia accepimus, quod licet quamplurimi Rom. Pont. & præcipue fel. rec. Pius Secundus, Innocentius Octauus, Alexander Sextus, Leo Decimus, Paulus Tertius, & Iulius Tertius prædecessores nostri, &

Pontifices isti (quorum const. indicant hic in rubrica) ex causis hic expressis, decreuerunt, & mandarunt Fidã Dohanę quosdcunque soluere debere,

stri, & ipsa quoque Camera Apostolica prouide considerantes vt fructus & introitus Cameræ prædictæ præseruarentur illæsi, & Camera prædicta quotidianas impensas, & onera grandia pro Romanæ Ecclesiæ statu, & illius populis conseruandis in dies incumbentia facilius tolerare valeret: Quoniam introitus & prouentus Cameræ prædictæ ex dohana pecudum pascuorum Vrbis, Campaniæ, Maritimæ, & Patrimonij prouenientes, qui inter primarios haberi consueuerunt, per multas controuersias, lites, & tergiuersationes dohanerijs dohanæ prædictę in exigendo eorum Fida ab omnibus etiam Prouincialibus dictæ dohanæ cum eorum quibusuis animalibus etiam porcinis in pascuis alienis quomodocunque, & quotiescunque pascentibus, ac per damna vexationes & impedimenta quamplurima, quæ conducentibus animalia diuersi generis ad pasculum in Dohanam prædictam per communitates, vniuersitates, comites, barones, dominos, castellanos, ac alias particulares personas in veniẽdo, & redeundo, in personis, animalibus, bonis, ac rebus eorum inferebantur, plurimum damni contingebat, ac plurimi in graue damnum & præiudicium ipsius Cameræ, timentes huiusmodi damna eorum animalia transmittere nolebant, inter cætera priuilegia, & capitula dictæ dohanæ & affidatis concessa, prospicientes quod dohanerij prædicti cum Camera bona fide contrahunt, quodque affidati sub fide publica & clypeo ipsius Cameræ ad dictam Dohanam vndique concurrunt, & debitum Dohanæ persoluunt, mandauerint, & ordinauerint omnibus & singulis communitatibus, populis, vniuersitatibus, comitibus, dominis, baronibus, nobilibus, particularibusque personis præsentibus & futuris S. R. E. mediate vel immediate subiectis, & tam intra dictæ Dohanæ prouincias, quàm extra eas existentibus, cuiuscunque status, gradus, ordinis, vel cõditionis, aut dignitatis essent, clericis & laicis, etiam capitulis, collegijs, & quibusuis alijs vniuersitatibus, quatenus ex tunc de cætero prætextu alicuius prætensæ consuetudinis, præscriptionis, non vsus, seu quauis alia ratione vel cã dictis pro tẽpore Dohanerijs fidam pro quibusuis eorum animalibus etiam prouincialibus & porcinis in alienis pascuis pascentibus minime soluere recusarent, sed illam soluere tenerentur omnino & quatenus etiam ex tunc de cætero sub prætensæ consuetudinis, vel alia quauis ratione, occasione, vel causa, directe vel indirecte, conducentibus huiusmodi animalia ad pascendum sub fide in Dohanam prædictam, damnum, molestiam, aut quoduis aliud impedimentum in personis animalibus, rebus & bonis eorum in veniendo, stando, & redeundo, nullatenus inferre auderẽt, aut præsumerent, sed huiusmodi animalia conducentes benigne reciperent, & beneuole pertractarent, sineque iniuria, vel alio prorsus impedimento reali, personali, absque aliqua solutione alicuius gabellæ, passagij, oneris, & corteliæ, per eorum loca & tenimenta libere transire, & immunes per triduum in quolibet territorio in ipso eorum itinere permanere, seu moram trahere permitterent, sub refectionis omnium & singulorum damnorum, expensarum, & interesse dictis Dohanerijs, ac partibus læsis respectiue reficiendis, ac excommunicationis, interdicti, & quingentorum ducatorum auri de Camera ipso facto incurrendis, & respectiue Cameræ Apostolicæ applicandis pœnis, super præmissis etiam certum Commissarium deputandum cum facultate etiam per viam repræsaliarum contra delinquẽtes huiusmodi, & eorum Cõmunitates procedendi, & pœnas exigendi, Mandando omnibus & singulis legatis, gubernatoribus, potestatibus, cæterisque iustitiæ ministris, & executoribus, necnon baronibus, & ductoribus gentium armorum, quatenus prædictis Dohanerijs, & Affidatis in præmissis omnibus opportune fauerent, ac executionem realiter & personaliter in recusantes & contrauenientes respectiue facerent, Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis etiam in prouincialibus, priuilegijs, indultis, consuetudinibus, quomodocunque & qualitercunque introductis, cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque. Et postremo etiam per Cameram Apostolicam super huiusmodi indebitis molestijs, impedimentis, & angarijs contra formam eorum Fidæ eis illatis prouisum extiterit, & alias prout latius in literis singulis tam sub plumbo, quàm per Breue prælibatorum Pij Secundi, Pauli Secundi, Innocentij Octaui, Alexandri Sexti, Leonis Decimi, Pauli Tertij, & Iulij Tertij prædecessorum nostrorum, ac patentibus Cameralibus latius constat & apparet: Nihilominus quamplurimæ communitates, & particulares homines in prouincijs Dohanæ prædictæ subiectis, se ab huiusmodi solutione Fidæ eximere, illamque excutere anhelantes, ac varijs litibus, & tergiuersationibus Dohanam prædictam fatigare procurantes, etiam vsque in præsentem diem Fidam huiusmodi pro eorum quibuscunque animalibus in alienis pascuis pascentibus soluerę recusant, & nonnulli alij iniquitatis filij adhuc varias molestias, angarias, & grauamina in prædictis affidatis inferre non cessant, ac adeo communitates, vniuersitates, duces comites, barones, dominos, potestates, castellani, gabellarij, passuum custodes, & aliæ priuatæ personę contra dictos affidatos insolescunt, prohibendo pascua, capiendo agnos, hœdos, clauarros, castratos, & pecudes, pœnas pro prætensis damnis aliaque ab illis extorquẽdo licet indebite, ac animalia, res, & bona deprædando, & deprędata occultando, & diuersimode damnificando, personasque offendendo, vt ipsi Dohanerij in magna parte introitus Dohanæ prædictæ defraudẽtur, & ipsi affidati merito, nisi de opportuno remedio prouideatur, cum eorum animalibus ad ipsam Dohanam accedere pertimescant, sicque prædictæ Cameræ introitus diminuuntur. Nos itaque attendentes æquum esse vt prædictis Dohanerijs, & affidatis, qui propterea censum conuentum, ac debitum Dohanæ persoluunt, capitula, instrumenta, conuentiones, exigentia, priuilegia, & immunitates, ac eorum Fidę respectiue obseruentur, & in contrarium tentantes si non virtutis amore, saltem metu pœnæ coerceantur; cupientesque in præmissis opportune prouidere, prædecessorum nostrorum vestigijs inhærendo, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine Pij Secundi, Pauli Secundi, Innocentij Octaui, Alexandri, Leonis, Pauli Tertij, & Iulij Tertij literas Apostolicas, ac patentes, decreta, instrumenta, capitula, & declarationes Camerales, & in eis contenta quæcunque, & alia prædicta, de præmissis certã notitiã habentes, ac illorum omnium & singulorum tenores pro expressis & insertis habentes, Apost. auctoritate tenore præsentium approbamus, confirmamus, & nostræ Sedisq; Apost. auctoritatis munimine roboramus & innouamus, ac de nouo concedimus, supplẽtes, quatenus opus sit, omnes & singulos tam iuris quàm facti defectus, si qui forsan in eisdem interuenissent. Declarantes quod non solũ forenses, & qui extra prouincias Dohanæ prædictæ subiectas degunt, Fidam prædictam prælibatis Dohanerijs soluere teneantur, & obligati sint, sed etiam oẽs & singuli prouinciales in prædictis prouincijs pascuorum Vrbis, cãpaniæ, maritimæ, & patrimonij quomodolibet subiectis tam intra stangam, quàm extra stangam & tam si bullectam sibi dari fecerint, quàm non, pro quibusuis eorum aĩalibus etiam porcis in pascuis alienis pascentibus, ita & taliter quod nemo siue sit Romanus, siue forẽsis, siue districtualis, vel prouincialis ex prædictis prouincijs Dohanæ prædictæ subiectis, siue intra stangam, siue extra eam, ab huiusmodi solutione fidæ sub quouis prætextu cuiusuis consuetudinis, præscriptionis, non

Affidatosque cõducentes animalia in Dohanam nullo pacto ullã molestari, aut aliquid ab eis exigi posse.

Multi tamẽ cõtrauenichant cõ fictionib, tergiuers.

Idem hic Pont. præfatas constit. confirmat, & innouat.

Declarat etiam quoscunque teneri ad solutionem fidæ.

vsus

ssus,permissionis,seu quauis alia ratione,occasione,vel causa (exceptis his,qui eorum priuilegia, & immunitates in scriptis habēt,& de illis in actis Cameræ Apostolicæ legitime docuerint.) nullatenus liber & exēptus sit vel censeatur,sed ad illius solutionem,omni mora & appellatione remota,cogi & compelli valeat. Et nihilominus omnibus & singulis cōmunitatibus,vniuersitatibus,ducibus,baronibus,comitib us,dominis, castellanis, vicarijs,potestatibus,commissarijs,locatenentibus,gabellarijs, passuum custodibus, barisellis, capitaneis,& alijs quibusuis etiam priuatis personis, cuiuscunque status,gradus,conditionis,dignitatis,honoribus & præeminētiæ existant,etiam si Cardinalatus dignitate præfulgeant, tam clericis quàm laicis etiam capitulis, & alijs quibuscunque sub indignationis nostræ,ac excommunicationis,interdicti, & mille ducatorū auri Cameræ Apostolicæ applicandorum ipso facto inuiolabiliter incurrēdia pœnis districtius inhibendo,harum serie præcipimus & mādamus,ne de cætero audeant vel præsumant contra dictos affidatos,seu eorū aliquem,vel eorum pastores,famulos,animalia,res & bona,in veniendo ad ipsam dohanam, stando, toto tempore eorum fidæ,& redeundo, damnum, molestiam, aut quoduis aliud impedimentum,afferre, seu se quomodolibet opponere, & quominus iuxta præmissa pascuis cum eorum animalibus, ac priuilegijs,immunitatibus,& alijs præmissis,alijsque in eorum fida contentis libere vti,frui & gaudere valeant,& præsertim ne hædulos,agnos,crauarros,castratos,pecudes,pecuniam vel quidquam aliud ab eis prætexto vel ratione passagij,gabellæ,pedagij,cortesiæ,seu quauis alia causa,& occasione extorquere, petere, seu etiā ab vltro dantibus accipere, quinimo tute,libere & secure absque aliqua molestia,iniuria,vel impedimento pascere,transire,ire,& per triduū in quolibet territorio, quando sunt in itinere,stare,pernoctare,ac redire omnino faciant,& permittant, nec pro damnis per eos datis toto tempore eorū fidē quibusuis prouincijs,terris,& locis status ecclesiastici,etiam proprijs,ad aliquā pœnam,sed tantum ad damni emendam teneantur, excepto quando in itinere per triduū in quolibet territorio pernoctari,& morari contigerit quia tunc ad aliquam damni emendam,nisi in seminatis,vineis,& similibus damnum dederint,non teneantur. Et vt præmissa facilius exequantur,& ipsi dohaneri amplius litibus,& molestijs non fatigentur, & affidati sincero animo,& hilari mente absque aliqua trepidatione vel timore ad ipsam dohanā accedere,& in illa stare valeant, Dilectis filijs præsidentibus & clericis nostræ Cameræ Apostolicæ tenore præsentium committimus & mandamus, vt præmissa obseruent, & ab alijs ad vnguem obseruari faciant, & præsertim Clerico dohanarum Præsidenti,qui vna cum moderno,& pro tēpore existenti dohanerio de rebus ipsius dohanæ informato præmissa omnia & singula prædictis omnibus & singulis, ac quibus opus fuerit,& eis visum fuerit intiment,& intimari faciant,& quatenus aliqui culpabiles, existant,irremissibiliter ad executionem dictarum pœnarum per dictum dohanerium, necnon Cameram Apostolicam, & Clericum pro tempore præsidentem deputatum seu deputandum ab ea, & alios quoscunque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ officiales tam coniunctim quàm diuisim procedi volumus,etiam per viam repræsaliarum quas ex nunc etiam contra vniuersitates,communitates,& dominos locorum in quorum territorium damnum,molestiam,& impedimentum dari,& in præmissis delinqui,seu contra præmissa quidquam fieri,vel quomodolibet attentari contingat,decernimus & relaxamus. Statuentes conducentibus ipsa animalia,quoad damna illata,agnosque,seu alia animalia,pecuniarum summa,res, & bona eisdem siue eorum famulis,& pastoribus ablata,illorumque existimationem,& valorem, ac quantitatem & qualitatem, & loca damnorum sibi illatorum, & bonorum ablatorum,& nomina, personasque auferentium, & inferentium medio iuramento plenam fidem adhiberi in iudicio, & extra. Ac volumus quod intimatio de prædictis facienda facta in personam Dominorum locorum etiam domi dimissa copia,vel in persona alicuius ex Prioribus locorum,vel Potestatis,vel Massarij,aut Vicarij siue Castellani,Gabellarij, vel Custodis passuum, aut dimissa copia collationata ad valuas,loci seu locorum, Vbi homines congregari pro eorum negotijs publicis solent,periode afficiat,ac si personaliter omnibus & quibuscunque, ac in pleno & generali consilio intimata forent. Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ omnibus & singulis Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Locatenentibus, Auditoribus,Vicarijs, Potestatibus,cæterisque iustitiæ ministris quarumcunque ciuitatum,prouinciarum,terrarum, & locorum S. R. E. mediate vel immediate subiectis, vt præmissa omnia obseruent, & ab alijs obseruari faciant,prædictisque Dohanerio & Affidatis,vel in præmissis deputandis ab eo,faueant & assistant, nec ab aliquo eisdem contrauenìri impune permittant. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis,etiam prouincialibus statutis iuramento,seu quauis firmitate alia roboratis,priuilegijs,concessionibus,consuetudinibus,præscriptionibus,vsibus,promissionibus, immunitatibus,& indultis,ac alijs,quæ etiam ī dictis literis Pij, Pauli ij. Innocentij,Alexandri, Leonis, Pauli iij. & Iulij iij. prædecessorum nostrorum decreta fuerunt, non obstare,cæterisque contrarijs quibuscunque.

Molestantibus dictos Affidatos pœnas hic expressas imponit.

Et quoad damna illata decernit credi debere medio iuramento conducentib. animalia. Hoc idē voluit fol. 1. in d. c. in constit. 37.

Intimationemque faciendam vni ex Dominis & Prioribus locorum, omnes ligare debere.

Executio Deputatio.

Clausula derogatoria.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 18. Februarij millesimo quingentesimo septuagesimo septimo, Pontificatus nostri Anno Quinto.

Cæ. Glorierius.

Die 28. Martij, anno millesimo quingentesimo septuagesimo septimo, Suprascriptæ literæ Apostolicæ admissæ,& in eiusdem Cameræ libris registratæ fuerunt ex decreto in dicta Camera eadem die desuper facto, & in fidem, &c.

Admissio, & registratio in Camera Apost.

Rodulphus Cellesius.

Confirmatio

XLVII.

Confirmatio Indulgentiarum, Facultatum, & Priuilegiorum Archihospitali S. Spiritus in Saxia de Vrbe concessorum.

Priuilegia, & Indulg. huiusmodi, vide sup. in Innoc. 8. cõst. 4. fol. 509. & Leon. 10. const. 5. fol. 172. & Pij 4. const. 51. Cum sicut, f. 721.

Illorum vero moderationes, & reuocationes, habes sup. in Clem. 7. constit. 34. fol. 338. Pauli 3. const. 51. fol. 462. Pij 4. const. 37. fol. 701. & const. 75. fol. 757. & const. 78. fol. 764. & const. 119. fol. 841. & Pij 5. const. 30. f. 969.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.

SI INTER præcipuas virtutes, quas Theologicas dicimus, charitas principem locum obtinet, iactis fidei, & spei fundamentis, vt cuius virtutis effectus, qui insignes nobis ante oculos obuersantur, ac præsertim in Archihospitali nostro Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe elucent, dum in cuiusuis generis languentes, vulneratos, infirmosque curando, infantibus expositis alendis, puellis nubilibus in matrimoniũ collocandis, summo Christianæ pietatis studio officia exercentur, illa non solum, eo in Archihospitali conseruari, verum etiam in dies augeri summa ope curãdum nobis est, eamq; ob causam facile induci patimur, vt quæ a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, & ad eius Arch. hospitalis, & ab illo dependen. locorum decus & ornamentum, & pauperum subuentionem concessa sunt, Apostolicę firmitatis robur adijciamus, aliasque desuper disponamus, prout in Domino conspicimus expedire. Dudum siquidem Innocentius Papa iij. qui dictum Archihospitale fundauit, & instituit, ac de inde successiue pleriq; Romani Pontifices prędecessores nostri, inter quos Sixtus Papa iiij. idem Archihospitale maximè auxit, cupien. illud, ac eius bona & iura perpetuò conseruari, defendi, & protegi, idem Archihospitale, illiusque præceptoriam, quæ conuentualis, ac caput aliarum præceptoriarũ Hospitalis & ordinis prædictorum existit & a qua omnes aliæ præceptoriæ per fratres eiusdem Archihospitalis teneri solitæ dependet, ac personas, quæ eius curam gerent ab eodem Archihospitali dependen. prædictas præceptorias, Prioratus, Oratoria, Ecclesias, Capellas, membra, Grangias, ac in eis respectiuè institutas, & erectas Confraternitates, illarumque Confratres varijs indulgentijs etiam plenarijs, ac facultatibus, priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, & gratijs tam spiritualibus quàm temporalibus, etiam per solam signaturam, aut viuæ vocis oraculo in genere & in specie, tam per viam communicationis, siue extensionis priuilegiorum tam mendicantium, quàm non mendicantium, ordinibus concessorum ornarunt, & decorarunt, ac locupletarunt, illaque antea concessa confirmarunt, & approbarunt, ad omnia loca prædicta ab ipso Archihospitali dependentia extenderunt, & ampliarunt, & alias prout in singulis dictorum prędecessorum literas desuper confectis plenius continetur. Cum autem ea firmius subsistere, ac maiorem vim & robur obtinere noscantur, quò sæpius fuerint Apostolica auctoritate communita: Propterea dilectus filius Theseus Aldrouandus modernus eius Archihospitalis Præceptor nobis humiliter supplicari fecit, vt in præmissis eiusdem Thesei Præceptoris honesto desiderio satisfacere, aliasque in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur grauium onerum quæ dicto Archihospitali incumbunt, dum facultas, redditusq; omnes in pauperum, miserabiliumque subuentionem erogantur, rationem haberi esse censeri, & propterea ne dum priuilegia & facultates, & alia eidem Archihospitali, & ab eo dependentibus locis illorumque personis, ac quibusuis intuitu dicti Archihospitalis cõcessa conseruanda, verum etiam quantum cum Deo nobis licet, augenda esse existimã tes, ac quarumcunque indulgentiarum, priuilegiorum, facultatum, exemptionum, immunitatum, indultorum, & cuiusuis generis gratiarum cum quibusuis clausulis & decretis, tam per dictos, quàm quoscunque Romanos Pontifices quibusuis prædictis, ac alijs forsan rationibus concessarum tenores, & prout illa concernunt omnia & singula in eis contenta præsentibus pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis haben. omnia & singula priuilegia, facultates, gratias, exẽptiones, immunitates, libertates, indulgentias, peccatorũ remissiones, cõcessiones, & indulta supradicta, & alia quæcunque siue dicto Archihospitali, siue eius Præceptori, ac ab eodem Archihospitali dependen. Prioratibus, Præceptorijs, Oratorijs, Cappellanis Membris, Grangijs, & locis, necnon illorum respectiue ministris, & officialibus, ac tam in dicto Archihospitali, quàm alibi institutis Confraternitatibus, & Cõfratribus quandocunque, & qualitercunque concessa, indulta, & approbata, quatenus sint in vsu, ac sacris canonibus, & Concilio Tridentino non contraria, ex certa nostra scientia denuo Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac innouamus, illisque perpetuæ & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, omnesque & singulos tam iuris, quàm facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, supplemus; eademque omnia & singula, quæ per dictos prædecessores concessa fuerunt, prout per illos concessa, indulta, & elargita extiterunt, quatenus vt præfertur sint in vsu, aduersus quascunque contrarias dispositiones restituimus, reponimus, & plenariè reintegramus; illaque omnia & singula dicto Archihospitali, aut in eo institutæ Confraternitati, aut quibusuis certis & designatis locis duntaxat forsan concessa vniuersis & singulis, quæ ab eodem Archihospitali dependent Prioratibus, Præceptorijs, Ecclesijs, Capellanijs, Hospitalibus, Oratorijs, Eremitorijs, Grangijs, membris, & locis, ac Confraternitatibus, illarumque Confratribus, & quæ illis in vim priuilegiorum prædictorum iam fuerunt, & in posterum vniri contigerit, illorumque ministris, ac seruientibus communicamus, concedimus, & impartimur eademque omnia ad illa extendimus, & ampliamus. Decernentes pręsentes literas sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, aut derogationibus similium gratiarum, indulgentiarum, concessionum, & aliorum quorumcunq; nullatenus comprehendi, sed semper ab illis exceptas esse, censerique debere, ac de surreptionis, vel obreptionis vitio, seu intentionis defectu notari, aut impugnari non posse, sed validas semper, & efficaces existere, ac perpetuo suffragari: Sicque & non aliter in præmissis omnibus & singulis per quoscunque Iudices ordinarios & delegatos quauis auctoritate fungentes (sublata eis, & eorũ cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate) vbique iudicari & diffiniri debere; Irritumque & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate

Inno 3. erexit in Vrbe Hospitale S. Spiritus, & Six. 4. illud ampliauit, vt sup. in Leonis 10. const. 5. fol. 172. & multi Pont. concesserunt multa priuilegia & Indulg. vt hic in sub.

Confirmat hic Pont. modo Indulgentias, & Priuilegia dicti Hospitalis, cum clausula quatenus sint in vsu, & sacris Canonibus, & Conc. Trident. non contraria.

Clausula præseruatiua.

Decretũ irritãs.

auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Quo circa venerabilibus fratribus nostris sacri Concilij S. R. E. Cardinalium Decano, ac Cancellariæ Apostolicæ Regenti, & causarum Curiæ Cam. Apostolicæ Auditori generali nunc & pro tẽpore existentibus per apostolica scripta committimus & mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunque vbi & quando opus fuerit, & quoties pro parte dicti Thesei, & pro tempore dicti Archihospitalatus Præceptoris, aut aliorum in præmissis ius & interesse quomodolibet habentium, vel dependentium, fuerint requisiti solemniter publicantes, illique in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra Theseum & pro tempore Præceptorem prædictum & alios quoscunque confirmatione, approbatione, alijsque præmissis iuxta præsentium continentiam & tenorem pacificè frui, & gaudere, non permittentes illos desuper per quoscunque quomodolibet indebite molestari, perturbari, & inquietari; Contradictores quoslibet & rebelles, ac præmissis non parentes per sententias, censuras & pœnas, aliaque opportuna iuris & facti remedia (appellatione postposita) compescendo; necnon legitimis super his habendis, seruatis processibus, illos sententias, censuras & pœnas incurrisse declaran. necnõ eos & iteratis vicibus aggrauando; Inuocato & ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus fe. re. Bonifacij Papæ viij. de vna & concilij generalis de duabus dietis, dummodo quis vigore præsentium vltra tres dietas ad Iudicium non trahatur; ac piæ memoriæ Pij Papæ V. etiam prædecessorum nostrorum reuocatione dictarum indulgentiarum cum clausula manus adiutrices porrigentibus, quas dempta ea clausula, nec aliàs suffragari volumus; in prouincialibusque & synodalibus concilijs, editis generalibus vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, necnon aliorum Hospitalium, Monasteriorum, Ecclesiarum etiam Cathedralium, vel Metropolitanarum, tam mendicantium, quàm non mendicantium ordinum, Confraternitatum, piorumque locorum quorumcunque statutis, & consuetudinibus etiam Iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis stabilimentis, vsibus, & naturis, priuilegijs quoque, indultis. & literis apostolicis eisdem vel alicui eorum, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis, etiam motu proprio, ac ex simili scientia, & de apostolicæ potestatis plenitudine etiam forsan consistorialiter concessis, confirmatis, & innouatis: Quibus omnibus etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, indiuidua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, siue quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque, Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab apostolica sit sede indultum, quòd interdici, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Cæterum quia difficile foret præsentes literas ad quæcunque loca, ad quæ necesse fuerit deferri, Volumus præsentium transumptis etiam impressis manu Notarij, seu Secretarij prædicti Archihospitalis subscriptis, ac sigillo dicti & pro tempore Archihospitalis prædicti Præceptoris munitis, eandem fidem in iudicio & extra adhiberi, quæ præsentibus exhibitis vel ostensis vbique gentium & locorum haberetur. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die xv. Martij. M. D. LXXVII. Pontificatus Nostri Anno V.

Executorum deputatio, & facultates.

Clausulæ derog.

Cæ. Glorierius.

XXXVIII.

Deputatio, facultates, & iurisdictio Archipresbyteri, & iudicis Basilicæ Sancti Ioannis Lateran. de vrbe.

Archipresbyter nunc est Illustriss. & Reuerendiss. Marcus Siticus presbyter Cardinalis de Altaemps Tit. S. Mariæ in Transtiberim.

Iudex autem deputatus est R. P. D. Lutius Saxus Episcopus Ripanus.

Hanc Basilicam Santi Ioannis Lateranen. Greg. XI. & Pius V. declararunt esse maiorem supra omnes Vrbis, & Orbis Ecclesias, & etiam Basilicam Petri de Vrbe, vt sup. in Pij V. const. 94. fol. 2063.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.

CVM SICVT accepimus, sæpe contingat dilectos filios Capitulum, Canonicos, Beneficiatos Clericos, Capellanos, Cantores, Sacristas, Ministros, & alias personas Ecclesiæ Lateranen. pro suis ratione Archipresbyteratus, & dictæ Ecclesiæ negotiis, rebus, & bonis per diuersa Tribunalia distrahi, & ea inde varijs sumptibus, & expensis, & molestijs defatigari. Nos cupientes eorum indemnitatibus hac in parte opportune prouidere, ac illorum intuitu personas ipsas à similibus sumptibus, expensis, & molestijs eximere, ac fauore prosequi gratiæ specialis, à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis Sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes. Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine omnes, & singulas causas ciuiles, & beneficiales, spirituales, profanas, meras, & mixtas, ac etiam criminales inter ipsosmet Capitulum, Canonicos, Beneficiatos, Clericos, Cappellanos, Cantores, Sacristas, Ministros, & personas huiusmodi, earundemque litium consortes, seu quomodolibet ab eis causam habentes in Rom. Curia coram quibuscumque Iudicibus ordinarijs, vel delegatis, seu Executoribus quauis auctoritate fungen. etiam Almæ Vrbis Vicario, Gubernatore, Senatore, & Conseruatoribus, ac alijs Iudicibus, nec non Cameræ Apostolicæ Clericis causarum Curiæ eiusdem Cameræ, seu Palatij Apostolici Auditoribus

Causa huius constit.

Auocatio quarũcunq; causarum tangen. Ecclesiam Capitulum, &c. S. Io. Lateran. coram quocumque Iudice Rom. Cur. verten.

ditoribus, vel eorum locatenen. ac S. R. E. Cardinalibus, superquibuscumque bonis etiam emphyteoticis, censibus, Canonibus, responsionibus, fructibus redditibus, prouentibus, Iuribus, actionibus, creditis, debitis pecuniarum summis, & alijs rebus Capitulum, & Ecclesiam huiusmodi tangentibus, etiam in vim Cameralium & aliarum quarumcunque obligationum, etiam cum iuramento, & quibuscumque renunciationibus factarum in prima, vel secunda, aut alia vlteriori instantia indecisas pendentes, in eisdem statu, & terminis in quibus reperiuntur, ab ipsis Iudicibus ad suos harum serie auocamus, illasque etiam, quatenus de nouo inchoandas & quascumque alias similes, vel dissimiles causas ciuiles, & beneficiales, seu spirituales, & prophanas, meras, & mixtas ac etiam criminales, citrà tamen pœnam sanguinis, & corporis afflictiuam, quas de cetero perpetuis futuris temporibus inter Capitulum, Canonicos, & singulos alios prædictos, ac eorum quemlibet litis consortes, & causam habentes prædictos super bonis, Censibus, responsionibus, fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, actionibus, creditis, debitis, pecuniarum summis, obligationibus etiam Cameralibus, ceterisque rebus prædictis etiam in actis causarum huiusmodi latius deductis, & deducen. cuiuscumque qualitatis, quantitatis; & annui valoris, & illorum occasione moueri, & exoriri contigerit, cum omnibus, & singulis suis inciden. dependen. emergen. annexis, & connexis Dilecto filio Marco tituli Sancti Georgij in Velabro presbytero Cardinali Altaemps nuncupato; & alijs pro tempore existentibus Archipresbyteris dictæ Ecclesiæ tam coniunctim, quam diuisim, per se, seu Vicarium, seu Vicarios ad id ab eis deputatos seu deputandos summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura Iudicij, sed sola facti veritate inspecta, & quatenus opus sit executiue, & manu regia absque terminorum substantialium & alicuius telæ iudiciariæ obseruatione sine confectione regestri, seu extractus, etiam singulis diebus, & horis, ac etiam quarumcumque feriarum præterquam in honorem Dei indictarum, vel indicendarum temporibus audiendas, cognoscendas, decidendas, & fine debito terminandas committimus, & mandamus, sibique dictas partes respectiue sua communiter, vel diuisim interesse putantes etiam in executione citationis, seu citationum desuper decernendarum nominandos, in dicta Curia, vel extra, docto tamen etiam extraiudicialiter de non tuto accessu citandi, ac quibus, & quoties oportuerit sub cen. Ecclesiasticis, & pecuniarijs pœnis suo arbitrio moderan. & amplian. etiã per similem edictum inhibendi, & in euentum non paritionis pœnas, & censuras prædictas incurrisse declarando, aggrauandi, reaggrauan. ac brachij secularis auxilium inuocandi, vel loco sententiæ, seu sententiarum per eum ferendarum mandatum, seu mandata executiua in forma solita, & consueta decernendi, illudque, & illa, ac quicquid per eum iudicatum fuerit exequendi expensas quascumque taxandi, & moderan. Nec non Capitulum, Canonicos, & alias dictæ Ecclesiæ personas ab excommunicationis alijsque sententijs, censuris, & pœnis simpliciter, vel ad cautelam, prout iustum fuerit absoluendi. Nec non aduersus lapsum temporis, & fatalium si necesse fuerit restituendi, & quatenus lapsa non sint, eorum arbitrio prorogandi, Attentataque, & innouata quæcumque, pro vt Iuris fuerint, reuocandi, omniaque alia, & singula in præmissis necessaria, seu quomodolibet opportuna faciendi, dicendi, gerendi, exercendæ, & exequendi, Nec non Iudici, seu iudicibus coram quibus causas huiusmodi per viam appellationum à sententijs dictæ Ecclesiæ latis interpositarum introduci contigerit dictis ferijs iudicendis, ac modo, & forma præmissis ad illarum totalem, & celerem expeditionem procedere possint, plenam, liberam, & omnimodam facultatem, & potestatem, & auctoritatem concedimus, & elargimur. Decernentes causas huiusmodi à dicto Cardinali & pro tempore Archipresbytero existente, vel eius Vicario prædicto nullo vnquam tempore auocari posse, & quascunque illarum auocationes nullius roboris, vel momenti fore, nisi illa per speciale rescriptum nostra, vel pro tempore existentis Rom. Pontificis manu signatum etiam cum præsentium literarum de verbo ad verbum facienda insertione, Motu simili, vocatis, & citatis Marco Cardinali, & pro tempore existente Archipresbytero, & Capitulo prædictis factæ fuerint, Irritum quoque, & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstan. ferijs, & alijs præmissis, ac regula Cancellariæ Apostolicæ prohibente mandata executiua alias quam sub plumbo expediri, nec non alijs constitutionibus, & ordinationibus apostolicis stylo Palatij, & aliarum dictæ Vrbis Curiarum, & Tribunalium, ac Vniuersitatum, Collegiorum, & locorum statutis, & consuetudinibus Iuramento roboratis, priuilegijs quoque indultis, & literis apostolicis, illis, illorumque Iudicibus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, vel alias quomodolibet concessis approbatis, & innouatis; Quibus omnibus etiam si de illis specialis specifica, expressa, & indiuidua, oon autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quæuis alia expressio habenda foret, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris die 13. Iunij 1577. Pontificatus nostri anno Sexto.

piūlo

Deputatio Cardinalis Altaemps, & pro tempore existentis Archipresbyteris eiusdem Ecclesiæ, ad audien. omnes causas ipsius Ecclesiæ & Capituli summarie &c.

Facultas eiusdē in Cos & extra citan, & inhiben. & inobedientes coercendi,

Canonicosque & alios ab excom. absoluen.

Fatalia que prorogan, & adnec fus rorum lapsū in integrum restituen.

Attentata quoque reuocan.

Iudices causarū appellationum procedere posse sine non obstan. ferijs.

Causæ ab Archipresbytero auocari non possint nisi à Pontifice illo citato.

Decretum irritans.

Clausula derog.

XLIX.

De institutione, & professione, ac priuilegijs Monachorum & Monasteriorum Prouinciæ Hispan. Ordinis S. Basilij, Ac de electione potestate & officio Visitatoris eiusdem Prouinciæ, & Abbatis, seu Vicarij generalis ipsius Ordinis.

Ad hæc vide etiam infra const. 59. Benedictus.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.
COGIT MVNERIS apostolici ratio de omnium religiosorum statu nos esse sollicitos, atque eorum curam suscipere diligentem, qui reiectis mundi delitijs & illecebris antiquorum sanctorum Patrum exemplo io solitudines concesserunt, ieiunijs, orationibus, & cælestium contemplationi assidue insistentes, vt cum talium numerum alicubi auctum intelligimus, ipsorum vitam, & mores sub certa alicuius approbatæ regulæ norma ad Dei gloriam, & eorundem salutem prouide dirigamus.

Ad nostram

Ad nostram siquidem peruenit notitiam, quod cum viginti ab hinc, vel circiter annis quondam Matthæus de la Fuente de Halmeruete Toletan. diœc. dum soli Deo placere studeret, vna cum duobus, vel tribus socijs in Eremum del Tardon Corduben. diœc. se recepisset, & in ea proprio labore victum parans pauperem vitam duceret, nonnulli alij eius exemplo, & religiosæ vitæ fama commoti, sæculi curis posthabitis eandem viuendi rationem amplexi sunt, & se illis socios adiunxerunt, ipsum præterea Matthæum per loci ordinarium ad sacros, & presbyteratus ordines fuisse promotum.

Quid Matthæus della Fuente in Eremo del Tardon pauperem ac religiosam vitam degere cœpit, & multi eũ secuti sunt.

Et licet Eremi cultores inter se distinctas cellulas inhabitarent, eos tamen consueuisse ad eundem Matthæum tanquam eorum Patrem, & superiorem, a quo in via Domini instruerentur recurrere, statutisque horis in quodam Oratorio ad pie orandum simul conuenire, ac sub dicti Matthæi voluntaria obedientia degere, huncque viuendi morem eo vsque fuisse seruatum, donec ad eorum notitiam constitutio felicis recordationis Pij Papæ V. prædecessoris nostri deducta fuit, qua sancitum est, ab ijs, qui in Congregationibus sub obedientia voluntaria viuerent, quorum habitus a presbyteris sæcularibus esset distinctus, prout ipsorum erat, professionem omnino esse emittendam, electa ab ipsis vna sub qua degerent ex Regulis approbatis.

Qui tandem notitiã habuerunt const. Pij V quę est supra f. 1035. nu. 75. & propterea Regulam S. Basilij professi sunt.

Nam postquam idem Matthæus, & socij constitutionis huius certiores facti fuerunt, Regulam Sancti Basilij eorum viuendi instituto, vt censuerint magis accommodatam, ad cuius præscriptum Altissimo pium exhiberent in habitu humilitatis obsequium, delegerunt. Et deinde Matthæus professionem iuxta dictam Regulam emittere volens, presbyterum ex suis socijs Eremitis, in cuius manibus profiteretur, suo arbitrio elegit, & in cius manibus tria vota iuxta regulam prædictam quantum in se fuit, professus est. Reliqui vero omnes Eremitæ in dicti Matthæi manibus similem professionem emiserunt, & derelicto cellularum vsu in domos apud Eremum del Tardon, vt præfertur, & Vallis del Galleguillos Ispalen. diœc. proprijs eorum manibus ad Monasterij formam constructas, clausuraque munitas numero quadraginta, & vltra demigrarunt, vbi religiosorum, & Monachorum more viuerent, prout de præsenti viuunt, horasque canonicas in Choro, & Missas conuentualiter quemadmodum in alijs Monasterijs fieri consueuit, iuxta Romanum vsum celebrarunt, necessariaque ad vitam proprijs manuum laboribus iuxta eorum institutum parando, nec eleemosynas petierunt, nec oblatas acceperunt.

Et quosdam domos in ipsos Eremo del Tardon eorum manibus ad Monasterij formã fabricatas, habitare cœperũt, Monachorũ more viuẽdo & diuina officia conuentualiter recitandos, necessariaq; ad victũ suorum proprijs laborib. parãdo.

Religiosisque in prædictis locis sic, vt præfertur, redactis, idem Matthæus in vtriusque domibus quasi illæ in Monasteria iam erectæ essent, nonnullorum qui periti habebantur consilium sequutus, Abbatis munere donec vixit sine canonica prouisione functus fuit, & post eius obitum credentes religiosi prædicti Monasteria veri, & legitimi Abbatis regimine esse destituta, alium Religiosum ex eorum numero, videlicet dilectum filium Didacum Vidal in eiusdem Matthæi locum elegerunt.

Ipseq; Mat. Abbatis munere functus fuit. Eoq; mortuo Didacus Vidal. Abbas creatus fuit.

Cum autem ijdem Eremitæ prædictam professionem in manibus eius qui illam recipiendi facultatem non habebat emiserint, eademque possessio nulla, & inualida reddatur, ac del Tardon, & Vallis del Galleguillos Domus, & Eremitoria huiusmodi in Monasteria Ordinis Sancti Basilij adhuc canonice erecta non fuisse, nec esse constet.

Quia tamen eorum professio nulliter emissa erat & dicta Eremitoria canonice non erant erecta in Monasteria ipsius ordinis.

Nos dictorum Eremitarum statui opportune consulendum esse existimantes, ipsosque, & eorum singulos a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis a iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, Ad omnipotentis Dei gloriam, & Religionis Christianæ propagationem prædicta del Tardon, & Vallis de Galleguillos Eremitoria, seu Domos in Monasteria dicti Ordinis Sancti Basilij, cum suis ecclesijs, & Conuentibus, necnon Mensis, Sigillis, Arcis, alijsque omnibus insignibus ad id requisitis, & consuetis, ac in singulis dignitatem Abbatialem, administrationes, & officia, in alijs Monasterijs ipsius Ordinis haberi solita pro Abbatibus, & Monachis ad iustum numerum Conuentus, monasticum cultum, & regularem disciplinam ibidem obseruaturis, perpetuo erigimus, & instituimus. Ac illis sic erectis, eorumque Mensis, bona, census, actiones, & iura omnia suarum cuiusque domorum, seu Eremitoriorum sic in Monasteria erectorum perpetuo applicamus, & appropriamus.

Ideo hic Pont. dicta Eremitoria in Monasteria erigit, & in eis dignitatẽ Abbatiale & alia officia instituit.

Ac ipsorum Monasteriorum sic erectorum, Abbatibus, Conuentibus in suis quisque ecclesijs prædictis sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum cum debitis honore, & reuerentia habendi, & retinendi. Missas, & alia diuina Officia latina lingua secundum consuetudinem, seu ritum Roman. Ecclesiæ, & iuxta Breuiarium, & Missalem Roman. ex decreto Concilij Tridentini nouissime restituta, & iussu prædicti Pij Papæ edita, donec aliud sedi apostolicæ expedire videbitur celebrandi, recitandi, & cantandi licentiam tribuimus.

Illisq; dat facultatẽ in eorũ Ecc. Eucharistia retinẽdi Missasq; & alia officia celebrãdi iuxta Missale & Breuiariũ nuper restituta. De Breuiarij restitutione habet sup. in Pij V. § 2051. const. 72. De Missalis restitutione habes Pij V. const. 118. fol. 1099.

Ipsaque sic erecta Monasteria del Tardon, & de Galleguillos, ac etiam Monasterium S. Mariæ de Ouiedo eiusdem Ordinis Sancti Basilij Giennen. diœc. a felicis recordationis Pio Papa IIII. erectum, & institutum, & a nobis per nostras litteras in forma Breuis Monachis eiusdem Ordinis in Italia existentibus, sub vnius Abbatis, seu Præsidentis generalis in toto Ordine eligendi obedientia subiectum, ac perpetuo coniunctum, & quæcunque alia Monasteria eiusdem Ordinis Sancti Basilij in Hispaniarum Regnis in posterum construenda, & erigenda, dicto Ordini Sancti Basilij, sub obedientia futuri, & pro tempore existentis Abbatis, seu Vicarij generalis eiusdem Ordinis aggregamus, annectimus, & incorporamus, eademque sic erecta, & erigenda Monasteria, eorumque Abbates, & Monachos sub immediata nostra, & sedis apostolicæ protectione recipimus, illaque & illos ab omni Ordinarij iurisdictione, auctoritate, & potestate eximimus penitus, & liberamus.

Monasteriaque prędicta del Tardon & Galleguillos. ac S. Mariæ de Ouiedo, & alia in Regnis Hispaniarũ construenda subijcit ordini S. Basilij. Et sub protectione sedis Apost. recipit, & ab Ordinariorum iurisd. liberat.

Ita tamen, vt tam del Tardon, & Galleguillos, quàm de Ouiedo, & alia in dictis Regnis sub eadem Regula in futurum construenda, & erigenda Monasteria, vt præfertur, postquam constructa, & erecta fuerint, vnam faciant, & inter se constituant Prouinciam Hispaniarum nuncupandam, in qua prouinciale Capitulum vnoquoque triennio per Abbates, & Monachos, a Conuentibus singulorum Monasteriorum suorum deputandos celebretur, & in eo vnus Visitator eligatur, qui cum primum electus fuerit, eo ipso apostolica auctoritate confirmatus censeatur nulla alia requisita confirmatione, nisi eidem Capitulo Abbatem, vel Vicarium eiusdem Ordinis generalem contigerit præsidere, vel esse præsentem, cuius auctoritate eo casu omnino debeat confirmari, dictæque Prouinciæ Monachi secundum Regulam eiusdem Sancti Basilij quam profitentur de cætero viuere.

Eadem Monasteria constituant inter se vnã Prouinciam nuncupandam Hispaniarum, in qua prouinciale capitulum fiat quolibet triennio.

Atque

Habitusque nigro Monachi omnes de cætero vtantur forma antè habitus declaratur infr.

Atque vt Monachi prædicti del Tardon, & Galleguillos in habitu cum reliquis dicti Ordinis Monachis etiam in Italia existentibus conueniant, loco habitus Grisei, seu Brunei coloris cuiusmodi in præsentiarum gerunt, monasticum habitum nigrum, prout etiam aliàs Monachis dicti Monasterij de Ouiedo per dictas nostras literas concessimus deferre, & ita in posterum reliqui omnes eiusdem Ordinis, & Prouinciæ Monachi futuri eodem habitu regulari, vti debeant.

Priuilegia quoque ols Ordini S. Basilij, & Congregationi S. Iustinæ de Padua concessa, Pont. concedit Monasterijs huius Prouinciæ Hispaniarum quatenus sint in vsu, ac sacris Canonibus, ac Concilio Trident. & institutis ipsius ordinis non contraria.

Præterea eisdem, ac Prouinciæ Hispaniarum Monasterijs quibuscunque, ac alijs membris, & locis ab ea dependentibus, illorumque Abbatibus, Prælatis, Monachis, & personis omnia priuilegia, indulta, immunitates prærogatiuas, exemptiones, libertates, gratias, & indulgentias Ordini Sancti Basilij prædicti, necnon congregationi Montis Casinen. aliàs Sanctæ Iustinæ de Padua Ordinis Sancti Benedicti, tam per nos, quàm per alios Roman. Pontifices prædecessores nostros, sedemque prædictam aliàs in genere, vel in specie quomodolibet concessa (quatenus vsu recepta sint, & Concilij Tridentini decretis alijsque sacris canonibus, & ipsius Ordinis Sancti Basilij institutis non aduersentur) concedimus, & communicamus.

Monachi celebrent quamprimum Capitulum Prouinciale Hispan.

Ac insuper vt eadem Monasteria feliciter in via domini dirigantur, prædictorum omnium Monasteriorum dictæ Prouinciæ Conuentibus, & Monachis præcipimus, vt quamprimum prouinciale Capitulum eorundem Monasteriorum Prouinciæ Hispaniarum celebrent, in quo vsque ad numerum viginti eorum Abbates, & Conuentuum discreti, seu Procuratores, & Monachi habitu, vel professione in eisdem Monasterijs, tam de Ouiedo, quam del Tardon, & Galleguillos antiquiores, donec tot Monasteria dicti Ordinis Sancti Basilij in eadem Prouincia erecta fuerint, quod illorum Abbates, & Conuentuum Discreti, seu Procuratores in eodem Capitulo congregandi eundem numerum viginti constituant, conueniant.

Visitatorèsque ad Triennium eligant ex Monachis ipsius Prouinciæ Hispan. Visitatoris Prouinciæ Hispan. facultates.

Atque in eo ex Monachis eiusdem Prouinciæ vnum quem magis ad id habilem, & idoneum duxerint eligendum, in eorum Visitatorem ad Triennij tempus, & eo completo successiue in prouinciali Capitulo tertio quoque anno, vt præmittitur, celebrando eligant.

Qui omnem in quibuscunque Monasterijs prædictæ Prouinciæ iurisdictionem habeat, & exerceat, ipsorumque Monasteriorum Monachis, tam in capite, quam in membris visitet, corrigat, & reformet, salua semper & reseruata dicti Abbatis, seu Vicarij eiusdem Ordinis generalis pro tempore existentis etiam in præmissis obedientia, auctoritate, & superioritate, ac Capitulis prouincialibus huiusmodi præsit, & electioni Abbatum, quorum munus etiam triennale erit, per Monachos singulorum Monasteriorum faciendæ assistat, vel ad assistendum electioni huiusmodi alium ex dictæ Prouinciæ Monachis specialiter deputet.

Visitator Abbates, & cæteri di Prouinciæ Hisp. subiecti sint Abbati seu Vicario Generali Ordinis.

Prædictus autem Visitator Prouinciæ Hispaniarum huiusmodi, necnon Monasteria Abbates, Monachi, & personæ dictæ prouinciæ Hispaniarum prædicto Abbati, seu Vicario generali vniuersi Ordinis Sancti Basilij in Italia, pro tempore eligendo constituendo, vel deputando subiecti existant, & ab eo dependeant. Ita vt idem Abbas, seu Vicarius generalis pro tempore existentes, tam in dictum eiusdem Prouinciæ Hispaniarum pro tempore Visitatorem, quam in prædicta, & alia omnia eiusdem Prouinciæ erecta, & erigenda Monasteria, Abbates, Priores, & alios Prælatos, ac Monachos, & personas pro tempore existentes, plenam & omnimodam iurisdictionem, auctoritatem, & superioritatem habeat, dictumque Visitatorem, Monasteria, Abbates, Priores, & Prælatos, ac Monachos, & personas, tam in capite, quàm in membris visitare, corrigere, & reformare simul, vel ad partem valeat, ipsique Visitator, Abbates, Priores, & Prælati, ac Monachi, & personæ dicto Abbati, seu vicario generali pro tempore existenti tanquam membra capiti subiaceant, eiusque monitis, & mandatis in præmissis, & alijs omnibus, omni prorsus appellatione, reclamatione, & recursu postpositis, parere & obedire, illumque, cum ad eos, vel dicta Monasteria diuertere, seu pro visitatione huiusmodi, aut aliàs accedere contigerit, honorifice & benigne recipere, & pertractare teneantur.

Visitator prædictus conuenire debet in electionem Abbatis Generalis, ac alijs rebus &c.

Idemque Visitator Prouinciæ Hispaniarum in eiusdem Abbatis generalis electione pro tempore facienda, ac alijs rebus ad vniuersum Ordinem Sancti Basilij pertinentibus, pro quibus pertractandis aliarum Prouinciarum Visitatores, & Superiores euocabuntur, conuenire debeat.

Et in electione Abbatis habet vocem actiuam & passiuam.

Ac in electione Abbatis generalis huiusmodi idem Visitator actiuam, & passiuam vocem habeat.

In Capitulo Prouinciali fieri possint ordinationes Concilio Trid. & Ordinis constitutionibus, & sacris Canonibus non contrariæ.

Necnon eidem Visitatori, & alijs in Capitulo prouinciali congregatis, tam hac prima vice, quam in posterum singulis Triennijs quæcunque statuta, & ordinationes licita, & honesta, sacris Canonibus, ac prædicto Concilio Tridentin. dictique Ordinis regularibus institutis, ac generalibus illius ordinationibus, & constitutionibus non contraria condendi, & postquam condita fuerint illa in toto, vel in parte iuxta rerum, & temporum qualitates mutandi, reformandi, illaque in toto, vel in parte tollendi, & abrogandi, aliaque de nouo statuendi, quæ tamen ab Abbate, seu Vicario dicti Ordinis generali, & in eius defectum a Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinale eiusdem Ordinis Protectore, qui tunc erit, approbari debeant, licentiam, & facultatem concedimus.

Degentes in Eremitorijs del Tardon & de Galleguillos, si professionem Ordinis S. Basilij emittere voluerint recipiantur in Monachos.

Cæterum personis Eremitoriorum, seu Domorum, del Tardon, & de Galleguillos sic in Monasteria erectorum. & earum statui quamprimum consulendum esse rati, Dilectis filijs prædictis Sanctæ Mariæ, & Sancti Benedicti Ispalen. Ordinis eiusdem Sancti Benedicti Monasteriorum Abbatibus, per Apostolica scripta mandamus, vt ipsi, vel aliter eorum illos singulos in Monachos, & in fratres suorum quemque Monasteriorum del Tardon, & Galleguillos admittant, & ab eis professionem regularem dicti Ordinis Sancti Basilij, si illam sponte emittere voluerint, recipiant: facientes eos sincera ibi in Domino charitate tractari.

Qui vero per annum sub voluntaria obedientia vixerunt professionem facere debeant.

Sed & eos qui in prædictis Domibus, seu Eremitorijs del Tardon, & de Galleguillos sub voluntaria obedientis per annum, & vltra iam permanserint, statim vbi præsentium notitiam habuerint, ad profitendum, vt præfertur, omnino teneantur, quod vt faciant præcipimus per præsentes.

Exemptio a solutione Decimarum.

Postremo animaduertentes eosdem del Tardon, & de Galleguillos post prætensam professionem in dicti Matthæi manibus sic vt præfertur emissam pro vere professis habitos fuisse, decernimus, & declaramus illos inata exemptiones, ac priuilegia Ordinis Sancti Basilij, vel aliàs concessa ad solutionem decimarum frugum, & animalium ac aliarum rerum, quæ ex suarum manuum labore a die professionis prætensæ huiusmodi vsque ad hæc tempora collegerunt, ac in posterum vsque ad nouæ professionis tempora colligent, vel administrabunt, minime teneri, nec obligatos fuisse, aut esse, nec ad id per locorum Ordinarios aut alios quoscunque, ad quos decimarum earundem collectio spectat, cogi siue compelli posse.

Irritum

Irritumque, & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quinetiam eos vniuersos, & singulos a solutione prædicta absoluimus, & liberamus. *Decretum irritans.*

Quocirca venerabili fratri nostro Patriarchæ Alexandrin. & dilectis filijs Archidiacono Ecclesiæ Ispalen. ac Abbati Sanctæ Fidei in Ecclesia Granaten. per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte prædictorum, & aliorum quorum interest, intererit, aut interesse poterit, aut præsentes literæ quomodolibet concernent, fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque, in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra easdem literas, & quæcunque in illis continentur firmiter obseruari. Non permittentes eos, vel eorum aliquem desuper a quibuscunque indebite molestari, contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmissis non parentes per iuris, & facti remedia opportuna, ac demum per sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas appellatione postposita compescendo. Ac legitimis super his habendis seruatis seruandis processibus illos sententias, censuras, & pœnas huiusmodi incurrisse declarando, illasque etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam adhoc si opus fuerit auailio braebij secularis. *Executorũ dep. & facultates.*

Non obstantibus piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres aliquis vigore præsentium ad iudicium non trahatur, & quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac Ordinis prædicti, illiusque Monasteriorum etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis apostolicis cum quibusuis clausulis, & decretis in genere, vel in specie, ac cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis: quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus babenda esset mentio specialis, perinde ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro expressis, & incertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmoni mentionem. *Clausulę derog.*

Volumus autem præsentium exemplis manu Notarij publici subscriptis, ac Sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eandem prorsus fidem in iudicio, & extra haberi, quæ eisdem præsentibus haberetur exibitis, vel ostensis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, erectionis, institutionis, applicationis, appropriationis, tributionis, aggregationis, anneaionis, incorporationis, receptionis, exemptionis, liberationis, concessionis, communicationis, præcepti, decreti, declarationis, liberationis, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo septuagesimo septimo, Octauo Kl. Iulij. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Cæ. Glorierius.

A. de Alexijs.

M. Datarius.

L.

De solutione sex Decimarum super fructibus & pensionibus Beneficiorum Italiæ impositarum.

Impositionem istam habes sup. prox. in const, 31. Quo in statu fol. 131. & ibi not.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

PLVRIMIS grauissimisque causis adducti, quinto decimo Cal. Martij Pontificatus nostri anno quarto imposuimus & indiximus de fratrum nostrorum cõsilio sex integra, decimas omnium & quorumcumque fructuum, redditIIuum, prouẽtuum Iurium, obuentionum, distributionum quotidianarum & emolumentorum ecclesiasticorum ordinariorum, & extraordinariorum, necnon pensionum annuarum super illis in omni Italia, easdemque decimas tribus ęquis partibus soluẽdas duximus: primam partem videlicet intra tunc proximum diem festum Sancti Michaelis Mensis Septembris: alteram vero intra eundem festum anni tunc proxime futuri, & tertiam intra illum ipsum diem anni consequentis, pro vt in literis nostris super hoc editis plenius continetur. Sed vt facultatibus ecclesiasticis parceremus, & vniuersum Clerum subleuaremus quoad eius fieri posset, res nostras quamuis grauissimis difficultatibus affectas, conquisitis aliunde subsidijs adhuc gessimus & sustinuimus exactionem decimarum quamdiu ipsæ res nostræ id potuerunt proferentes vt ab ea si licuisset omnino abstineremus verum præsenti bello Gallico contra Hæreticos, alijsque nouis quotidie super alias calamitatibus atque incõmodis obsessi, & circumuenti grauitatemque tantorum onerum aliter sustinere nequeuntes, ad executionem ditarum litterarum decreuimus procedendum, Quo circa volumus, statuimus, & mãdamus, vt literæ ipsæ ad debitum, & integrum effectum perducantur. Et sex integræ decimæ prædictæ pro vna, intra proximum diem festum Sancti Michaelis Archangeli qui dicto mense Septembri celebratur, & pro alia intra eundum diem festum anni proxime futuri, ac pro reliqua partibus æqualibus, intra ipsum diem festum consequentis protinus anni: alias vero seruatis prorsus modis & formis literarum earundem omnino exigantur. Non obstãtibus omnibus quæ in ipsis literis voluimus nõ obstante, cæterisq; cõtrarijs quibuscunq;. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginã nostræ volũtatis statuti, & mãdati infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis aũt hoc attẽtare præsũpserit, indignationẽ omnipotentis Dei ac beatorũ Petri, & Pauli Apostolorũ

Imposuit his Pôt. sex decimas super Beneficiis Italiæ vt sup. in eius cõst. 31. Exactionẽ vero illorum distulit vsque modo. Nunc autem ex causis hic expressis easdem solui præcipit.

Clausulæ derog.

eius se nouerit incursurum Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo septimo id. Iunij Pontificatus nostri anno sexto.

Cæ. Glorierius.

M. Datarius.

A de Alexijs.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo septuagesimo septimo, indictione quinta, die vero decima octaua mensis Iunij, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo patris & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ xiij. Anno Sexto, retroscriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt in valuis Ecclesiæ S. Ioannis Lateranensis, ac Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ apostolicæ, & in acie Campi Floræ, per nos Scipionem de Octauianis, & Nicolaum Tagliettum Apostolicos Cursores.

Probibitio

Petrus Aloysius Gayta Mag. Curs.

LI.

Reductio sex Decimarum super fructibus & pensionibus Beneficiorum Italiæ impositarum ad tres Decimas pro Ordinibus Mendicantium.

Hæc impositio habetur sup. in const. 31. Quo in statu fol. 1531. & ibi notaui.

Exemptiones autem & priuilegia Mendicantium vide sup. in Pij 4. const. 10. De statu fol. 659. & Pij v. const. 14. Dum ad vberes fol. 944. cum ibi not.

GREGORIUS Papa XIII. Ad futuram rei memoriam.

CVM NOS nuper vrgentibus temporum conditionibus, & ex alijs causis tunc expressis, sex decimas super redditibus ecclesiasticis quibuscunque, etiam ordinum mendicantium professoribus bona stabilia ex priuilegio apostolico habentibus persoluendas, in vniuersa Italia, & locis tunc nominatis imposuerimus: Nos vestigijs prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum inhærentes, qui hoc ipsum dilectis filijs quorumuis ordinum Mendicantium Prælatis, Superioribus, professoribus, & Monialibus concesserunt, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, non ad ipsorum superiorum, & professorum ordinum mendicantium huiusmodi, aut alicuius alterius pro eis super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione ipsos, & eorum singulos a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis a iure, vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, eisdem Prælatis, Superioribus, Professoribus, & Monialibus ordinum Mendicantium, quod ratione dictarum sex decimarum per nos vt præfertur impositarum, nisi illarum medietatem videlicet tres decimas tantum sicuti, vt asserunt, facere consueuerunt, soluere non teneantur, nec ad aliud per ipsarum decimarum Collectores, Subcollectores & Commissarios nunc, & pro tempore deputatos, seu quoscunque alios quauis auctoritate fungentes cogi, seu coarctari, aut propterea aliquibus censuris, aut pœnis ecclesiasticis innodati possint, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Mandantes dilectis filijs modernis, ac pro tempore existentibus nostro, & S. R. E. Camerario, & Clericis præsidentibus Cameræ apostolicæ, necnon quibusuis alijs decimarum huiusmodi hactenus deputatis, & in posterum deputandis Collectoribus, subcollectoribus, & Commissarijs, & quauis auctoritate, dignitate, & prærogatiua fungentibus, quatenus prædictos Prælatos, Superiores, Professores, & Moniales ordinum Mendicantium occasione sex decimarum huiusmodi ratione domorum suorum ordinum & illatum fructuum vltra causarum medietatem quouis modo vel quæsito colore vel ingenio directe vel indirecte grauare molestare aut perturbare non audeant neque præsumant, sed exactione medietatis sex decimarum huiusmodi contenti illos, ab ipsis omnino quietent & liberent ac penitus absoluant in omnibus & per omnia, perinde ac si dictas decimas integre persoluissent. Non permittens eos aut eorum quempiam per eosdẽ collectores subcollectores & commissarios seu quoscumque alios quauis facultate munitos, quouis prætextu, contra præsentium tenorem vexari vel impediri. Non obstantibus præmissis ac quibusuis constitutionibus & ordinationibus ac literis apostolicis nec non facultatibus super impositione decimarum huiusmodi emanatis, etiam si per illas presentibus aduerbum derogari videretur quas aduersus præsentes nullatenus suffragari posse volumus cæteris que contrarijs quibuscumque. Decernentes quod præsentium transumptis manu Notarij publici subscriptis & sigillo alicuius Curiæ Ecclesiasticæ seu personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iuditio & extra adhibeatur quæ ipsis originalibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die decima septima Septembris millesimo quingentesimo septuagesimo septimo Pontificatus nostri anno sexto.

Hæc impositio habetur sup. in const. 31. f. 1531.

Reductio sex decimarum, ad tres decimas pro Mendicantibus.

Inhibitio contra collectores Decimarum ne Mendicantes super Decimis aliter molestent.

Clausula derog.

Cæ. Glorierius.

Probibitio

LII.

Prohibitio mercandi sal exterum in locis S. R. E.

Hæc Constitutio declaratur vt comprehendat non modo inmediate sed etiam mediate subiectos sedi Apostolicæ vt infra in const. 93. Alias emanarunt.

Similem prohibitionem fecit etiam Iul. 3. in eius const. 35. Ex incumbenti fol. 536.

GREGORIVS Papa XIII. Ad futuram rei memoriam.

EX INCVMBENTI nobis Apostolicæ seruitutis officij, ad ea libenter intendimus, per quæ subditorum nostrorum commoditati, & Cameræ Apostolicæ indemnitati opportune consulatur. Cum itaque, sicut accepimus, quantitas salis, quod in salinis Ciuitatis nostræ Ceruiæ ob necessariam ductorum filiorum illius Ciuium, & incolarum sustentationem quotannis conficitur, & à Camera Apostolica certo conuento pretio emi consueuit, adeo aucta sit, vt non nisi congrui temporis spatio distrahi possit, & ex hoc nisi remedium opportunum adhibeatur, vel ipsos Ciues, & incolas ab vlteriori eiusdem salis fabrica non sine graui eorum dispendio cessare, vel ipsam Cameram pecuniarum recuperatione, quas pro dicto pretio erogat, frustrari oporteat: Nos cupientes, vt par est, non solum eorundem Ciuium & incolarum, quos paterna beneuolentia prosequimur, verumetiam indemnitati eiusdem Cameræ opportune prospicere, ac fe. re. Iulij Papæ iij. prædecessoris nostri vestigijs inhærentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, quòd de cætero in Ciuitatibus, Terris, & locis sanctæ sedi Apostolicæ immediate subiectis, nulli prorsus locorum Vniuersitati collegio, Communitati, vel priuatis personis quauis dignitate etiam Archiepiscopali, Cardinalatus, vel maiori Ecclesiastica vel laicali dignitate fulgentibus, sal exterum, & illud præsertim, quod ab oris Dalmatiæ, seu Orientalibus vel Meridionalibus, & alijs mundi regionibus aduehitur, in publicos, vel priuatos vsus mercari liceat, sub excommunicationis latæ sententiæ, & quoad Communitates aut Vniuersitates mille, & quoad reliquas priuatas personas, & collegia personarum Ecclesiasticarum centum ducatorum auri de Camera, & amissionis salis exteri huiusmodi Cameræ præfatæ applican ipso facto per quemlibet contrauenientem, & pro qualibet contrauentione incurrendis pœnis, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & decernimus. Mandâtes dilectis filijs Legatis, Præsidentibus, & Gubernatoribus Prouinciarum, & illorum Locatenentibus, ac locorum Gubernatoribus, & alijs officialibus ad quos pertinebit, in virtute sanctæ obedientiæ, vt statutum & decretum nostra huiusmodi inuiolabiliter obseruari faciant, contemptores, & inobedientes per opportuna facti, & iuris remedia compescendo. Non obstan. præmissis, ac fe. re. Bonifacij Papæ viij. prædecessoris nostri de vna, & concilij generalis de duabus dietis, alijsque cōstitutionibus, & ordinationibus tam apostolicis generalibus, quàm prouincialibus, necnon etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & cōsuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis apostolicis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis quomodolibet concessis, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Volumus autem atque decernimus, quòd præsentium transumptis manu alicuius Cameræ apostolicæ Notarij subscriptis, & sigillo dilecti filij nostri & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarij munitis, ea prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris die xvij. Decembris, M. D. LXXVII. Pontificatus nostri anno sexto.

Causa huius constit.

Iul. 3. const. ista est sup. fol. 536. nu. 35.

Prohibitio mercandi sal exterū in locis S. R. E. Ad quod vide infra const. 93

Executorum deputatio & facultates.

Clausula derog.

Cæ. Glorierius.

Tydeus de Marchis.

LIII.

Prohibitio extrahendi frumenta, blada & animalia extra Statum Ecclesiasticum, & impediendi illa afferentes ad Vrbem, & facultas ordinariorum absoluendi à censuris incursis ob extractiones iam factas.

Licentiarum vero extrahendi frumenta reuocationem habes sup. in Pij 4. const. 533. Inter multiplices f. 875. & Pij V cōst. 176. Romani, Et tales licentias Camerarium tantum dare posse decreuit hic Pont. infra in const. 119. Quæ à Romanis, & Vectigal pro eis solui voluit sup. in const. 8. Inter varias fol. 1201.

Agriculturas autem exercentium & Blada ad Vrbem deferentium priuilegia vide sup. in Pij 5. const. 51. Cupientes fol. 950.

GREGORIVS Papa XIII. Ad futuram rei memoriam.

VOLENTES pro nostra pastorali solicitudine prouidere, vt ea quæ communem vitæ vsum & sustentationem concernunt, in statu nostro ecclesiastico, honesto pretio habeantur, vestigijs quoque felic. recor. Pij Papæ Quarti prædecessoris nostri inhærentes, Motu proprio & ex certa scientia nostra omnibus & singulis Communitatibus, Vniuersitatibus, ac personis tam laicis quàm ecclesiasticis etiam quorumuis ordinum regularibus, cuiuslis status, conditionis, & ordinis existentes, etiam Archiepiscopali & Episcopali, vel alia maiori dignitate fungentibus, ac etiam Baronibus, Domicellis & Dominis temporalibus Status nostri Ecclesiastici, ac sanctæ Sedi Apostolicæ immediate subiectis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ, ac excommunicationis latæ sententiæ pœnis, tenore præsentium inhibemus, ne quouis prætextu directe vel indirecte cuiusuis generis frumenta, blada, & legumina, atque animalia quæcumque extra statum ecclesiasticum extrahere & asportare audeant seu præsumant:

Prohibitio extrahendi frumē ta extra statum Eccles.

Pœnæ contrauenientium. Alias pœnas vide hic infra.

Executores dep. & facultates.

Clausulæ derog.

Eos vero, qui contra inhibitionem nostram huiusmodi commiserint, vltra prædictas, etiam amissionis frumentorum, bladorum, leguminum, & animalium præfatorum, necnon quinque scutorum pro qualibet salma frumenti, bladorum, & leguminum huiusmodi, & duorum scutorum pro quolibet capite animalis, pœnas Fisco & Cameræ nostræ apostolicæ applicandas, ipso facto incurrere volumus ac decernimus. Mandantes dilectis filijs Aloysio tituli S. Marci presbytero Cardinali Cornelio nuncupato, nostro & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, necnon Magistro Andreæ Spinolæ dictæ Cameræ Clerico, & Annonæ præfecto, quatenus ipsi præcipuam in præmissis curam habentes, præsentes nostras literas, & in eis contenta quæcunque ab omnibus, quos illa concernunt, firmiter obseruari, executionique debitæ demandari; necnon in Prouincijs, ciuitatibus, terris, & locis status ecclesiastici præfati, vbi opus fuerit publicari & notificari curent, ac ad exactionem pœnarum prædictarum, quacunque appellatione remota, quibusuis opportunis iuris & facti remedijs procedant, & procedi faciant. Contradictores ac præmissorum executionem quomodolibet impedientes per prædictas alias pecuniarias, ac sibi visas pœnas, etiam omni appellatione cessante, compescant. Super quibus omnibus, alijsque circa ea necessarijs & opportunis plenam & liberam per easdem præsentes ipsis concedimus facultatem. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, necnon statutis & consuetudinibus etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis, & literis apostolicis communitatibus, vniuersitatibus, ac personis quibuscunque etiam vt præfertur qualificatis, etiam Motu simili, vel alias quomodocunque & qualitercunque concessis, confirmatis & innouatis, quibus omnibus, eorum tenores ac si ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, ad effectum præsentium specialiter & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque: aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem præsentium transumptis etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eandem prorsus fidem adhiberi, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die decima octaua Decembris, millesimo quingentesimo septuagesimo septimo, Pontificatus nostri Anno Sexto.

Cæ. Glorierius.

Sequitur Facultas Ordinariorum absoluendi a censuris incursis ob extractiones iam factas.

Ordinarijs facultas absoluendi a censuris incursis ob extractionem frumentorum recepto iuramento talia in futurum non committendi.

GRegorius Papa XIII. Ad futuram rei memoriam. Cum ad nostram perlatum fuerit notitiam, quamplures personas status nostri ecclesiastici, & etiam ciuitatis Senogalien. ob extractionem, & asportationem frumenti, bladorum, & leguminum, ac etiam animalium extra statum ecclesiasticum hactenus factam contra prohibitionem fel. rec. Pij Papæ Quarti, & forsan aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum excommunicationis latæ sententiæ pœnam incurrisse: Nos pro paterna nostra erga fideles singulos caritate cum personis præfatis misericorditer agere, & illarum animarum saluti consulere cupientes, quibusuis locorum Ordinarijs personas quascunque suæ dioec. quæ occasione præfata hactenus excommunicationis vinculo innodatæ ad ipsos humiliter recurrerint, & absolutionem petierint, recepto ab eis iuramento quod talia deinceps non committent, ab excommunicatione huiusmodi, & alijs censuris propterea incursis absoluendi, auctoritate apostolica tenore præsentium facultatem concedimus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod præsentium transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem vbique fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die decimaoctaua Decembris, millesimo quingentesimo septuagesimo septimo, Pontificatus nostri Anno Sexto.

Cæ. Glorierius.

Registrata in Camera Apostolica.

Tydeus de Marchis

Sequitur Prohibitio extrahendi frumenta extra statum Ecclesiasticum, & impediendi afferentes illa ad Vrbem, & emendi vltra necessarium vsum vnius anni.

Causa consti.

Prohibitio Annonæ ex Vrbe & alia loca. vide sup. in nob. pag. 1034

GRegorius Papa XIII. Ad futuram rei memoriam. Inter multiplices nobis ex alto commissi pastoralis officij curas, ad eam libenter intendimus, per quam in statu nostro ecclesiastico annonæ abundantia habeatur, & subditi nostri in rerum humano victui necessariarum copiosa affluentia latè viuant, neque illarum penuria opprimantur. Quod vt fiat experientia rerum magistra docente, id maxime necessarium esse cognouimus, vt ne ipsa annona e statu nostro prædicto extrahatur, vtque ad almam vrbem nostram vndique libere afferatur, neque afferentibus vllum impedimentum præstetur, neque aliqui proprijs commodis studentes, contra publicam vtilitatem de his rebus monopolia facere valeant, omni studio prouideamus. Idcirco nos pro nostri officij debito in præmissis opportune prouidere volentes, Motu proprio & ex certa nostra scientia, ac matura deliberatione, quòd nulli nobis & S. R. E. mediate vel immediate subiecti cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis existant, etiam si Barones, Domicelli, Comites, Marchiones, vel Duces, & Domini temporales, aut Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, vel etiam S. R. E. Cardinales existerint, sub excommunicationis maioris, ac læsę maiestatis criminis, dominiorum, & bonorum suorum confiscationis, feudorum amissionis & quorumuis priuilegiorum suspensionis, & alijs etiam pecuniarijs arbitrio nostro imponendis, & applicandis, ac etiam in publicis edictis, & proclamatibus per Præfatos Annonæ pro tempore tā hactenus editis, & emissis, quàm in futurum edendis, & emittendis, quæ nos ex nunc prout ex tunc Apostolica auctoritate approbamus, & confirmamus, contentis censuris, & pœnis, triticum, ordeum, legumina, ac omnis generis frumenta, & fruges etiam ex bonis ecclesiasticis collecta, a terris, & locis dicti status nostri ecclesiastici absque expressa nostra, & a nobis obtenta in scriptis, & manu nostra signata licentia, extrahere, vel extrahi facere, nullique ex prædictis eorum subditos & vassallos, aut alias quascūque personas quo minus triticum, ordeum, legumina, fru-

na, frumenta, & fruges præfata a quibusuis locis eis subiectis, quouis prætextu, etiam molituræ, aut cuiusuis alterius oneris solutionis ad almam Vrbem nostram afferant, prohibere, aut per se, vel alium, seu alios directè vel indirectè impedire audeant, quin potius illis sic afferentibus omnem opem, & fauorem præstent: Ac insuper nulli aliquam tritici, ordei, leguminum, omnisque generis frumentorum, & frugum quantitatem, nisi pro suo, suarũque familiarum vnius anni dumtaxat vsu emere valeát, & contrafacientes pœnas prædictas incurrisse declarentur, & aggrauentur ipso facto, statuimus atque decernimus. Mandantes dilecto filio Aloysio tituli sancti Marci presbytero Cardinali Cornelio nuncupato nostro, & S. R. E. Camerario, ac dictæ, Annonæ Præfectis, vt contra eos, qui statuto, & decreto nostro huiusmodi in aliquo contrauenerint, manu regia, & nulla tela iudiciaria seruata procedant, ac eos pœnas prædictas incurrisse declarét, aggrauét, reaggrauét, interdicant, & brachium sæculare in eos adhibeant. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apost. ac quibusuis statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & literis, ac gratijs Apostolicis eisdem personis, ac ciuitatibus, terris, & locis, ac quibusuis alijs per Cameram, aut per nos, & prædecessores nostros in genere, vel in specie, etiã ex causa onerosa, ac sub quibuscunque tenoribus, & formis forsan concessis, confirmatis & sæpius innouatis, quibus omnibus etiam si de illis eorũque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habétes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat latissime derogamus, & ad effectum prædictum ad beneplacitum nostrum suspensa esse volumus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Et vt præmissa omnia ad notitiam omnium deducantur, ne aliquis de eis ignorãtiam prætendere possit, volumus quòd præsentes literæ per aliquos Curiæ nostræ Cursores ad Basilicæ principis Apostolorum de Vrbe & Cancellariæ Apostolicæ valuas, & in acie Campi Floræ affigantur, & cum inde amouebuntur, earum exempla in eisdem locis affixa remaneant. Mandantes quoque Legatis, vicelegatis, Gubernatoribus & alijs dictorũ locorum Officialibus, quatenus præsentes publicent, & publicari faciant: Et quod earum transumptis, etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutę munitis, eadem fides adhibeatur quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Prohibitio extrahendi frumẽta, &c. extra statũ Eccles. & impedièdi illa afferentes ad Vrbem. Et illa emendi vltra vsũ vnius anni.

Deputatio, & facultates executoris.

Clausulæ derogatoriæ.

Licentiæ etiam ex causa onerosa reuocantur.

Ad hoc habes supra in Pij 4 const.133 Inter multiplices. fol. 875.

Forma & effectus public.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die prima Maij millesimo quingentesimo septuagesimo octauo, Pontificatus nostri Anno Sexto.

Cæ. Glorierius.

Die duodecima Maij millesimo quingentesimo septuagesimo octauo præsentes literæ Apostolicæ exhibitæ & præsentatæ in plena Camera Apostolica, instante magnifico D. Rodulpho Bonfiolo illius Commissario generali, & ex decreto in eadem Camera facto admissæ, & registratæ fuerunt libro tertio Signaturarum Sanctissimi D. N. apud me infrascriptum dictæ Cameræ Notarium.

Admissio in Camera Apost.

Tydeus de Marchis.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingẽtesimo septuagesimo octauo, Indictione sexta, die vero septima mensis Maij, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno eius sexto, affixæ & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, dimissis ibidem copijs affixis eorum, per me Petrum Aloysium Gaytam eiusdem sanctiss. D. N. Papę Cursorem.

Publicatio.

Claudius Mengiat Magister Cursorum.

LIIII.

Confirmatio exemptionum Indulgentiarum, ac priuilegiorum Congregationis S. Hieronymi Iesuatorum.

De his priuilegijs, vide sup. in Pij Quinti, consti. 48. Apostolicæ. fol. 1001.

GREGORIVS Papa XIII. Dilecti filij salutem & Apostolicam benedictionem.

SPECTATVS, QVI in castitatis, paupertatis, & obedientiæ præceptis, diligenter & exacte custodiendis, in vobis elucet, religionis zelus, quo duce, cœlestis beatitudinis assidua contemplatione, siue corporis afflictione, siue orationis sanctæ studio, contra humani generis aduersarium vos communitis, nos inducunt, vt his, quæ a prædecessoribus nostris ad vestræ Congregationis decus, commodum, & ornamentum, ac animarum salutem concessa sunt, apostolicæ firmitatis robur adijciamus, aliasque desuper disponamus, prout in Domino conspicimus expedire. Dudum siquidem fe. re. Martinus Papa Quintus prædecessor noster vestræ congregationis, qui tunc essent, & in posterum forent personas, oratoria, domos, atque loca constructa, & construenda vbicũq; forent constituta, cum personis, iuribus, & pertinentijs, necnon possessionibus, rebus, & bonis sub Sedis apostolicæ protectione suscepit. Ac deinde piæ memoriæ Eugenius Papa Quartus, Nicolaus Quintus, Pius Secundus, Sixtus Quartus, Innocentius Octauus, Alexander Sextus, Iulius Secundus, Leo Decimus, Adrianus etiam Sextus, Clemens Septimus, Paulus Tertius, & Iulius etiam Tertius, ac Paulus Quartus, & Pius Quartus, & forsan alij Romani Pontifices prædecessores nostri Congregationis eiusdem vtriusque sexus personas varijs indulgentijs etiam plenarijs, ac peccatorum remissionibus, & facultatibus, priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, & gratijs, tam spiritualibus, quam temporalibus, etiam per solam signaturã, ac viuæ vocis oraculo, ac alias per literas sub plumbo, & sub annulo Piscatoris concessas in genere, vel in specie, tam principaliter eidem Congregationi, quàm per viam communicationis, siue extensionis priuilegiorum, tam in Mari magno nuncupatis, quàm alijs literis quibuscunque, tam Mendicantium ordinibus concessorum cõcessis, ornarunt, & decorarunt, ac locupletarunt, illaq; antea concessa confirmarunt, & approbarunt, ac perpetua roboris firmitate consistere voluerunt. Necnon vltimo loco recolendæ memoriæ Pius Papa Quintus etiam prædecessor noster omnia & singula priuilegia, facultates, immunitates, exemptiones, gratias, libertates, indulta, tam

Causa huius edit.

Mart. v. suscepit sub protectione Sedis Apost. Congregationem Iesuatorum.

Eug. 4. & alij Põtifices multa priuilegia exẽptiones, & indulgentias concesserũt eidem Congregationi.

Pius V concessit eid Cōg. omnia priuilegia Mendicantium,& sub Mendicantiū ordinib. cōprehendi decreuit, vt sup. in eius const. 45 Romanus fol. 597.

Hic vero Pont. priuilegia omnia cōfirmat cū clausula quatenus sint in vsu, & sacris Canonibus,& Conc. Triden. non contraria.

ta,tam tunc per ipsum,quàm quoscunq; alios Rom. Pont. prædecessores nostros, & sedem apostol. quolibet Mendicantibus ordinib. concessa,ad vos vestrāq; Congregationē,fratres,domos,ecclesias,& loca quæcunque,quoad ea quæ vestræ regulæ,& modo viuendi nō repugnarent, extēdit & ampliauit,vosq; vere mendicantes,& sub mēdicantiū ordinib. esse,& cōprehendi debere; necnon omnia & singula Conc. Triden. decreta pro mēdicantibus hmōi declarata & modificata, etiā pro vestra Congregatione huiusmodi declarauit & modificatus fuit. & alias prout in singulis prædictorum prædecessorum literis desuper confectis plenius continetur. Cum autem ea maiorem vim & robur obtinere noscantur, quæ sæpius fuerint auctoritate nostra communita, ac pro parte vestra, qui prædicta auctoritate nostra communiri,& approbari mirum in modum desideratis, nobis fuit humiliter supplicatum, vt in præmissis petitiones vestras ad exauditionis nostrę gratiam admittere, vobisque satisfacere de benignitate apostolica dignaremur: Nos igitur vos specialibus fauoribus & gratijs prosequi volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, priuilegiorum,facultatum,exemptionum,immunitatum,indultorum,& cuiusuis generis gratiarum per dictos, & quoscunque alios Romanos Pontifices, quibusuis etiam specialibus rationibus concessorum tenores, præsentibus pro expressis habentes, omnia & singula priuilegia, facultates, gratias, exemptiones, immunitates, libertates, indulgentias, ac peccatorum remissiones (citra tamen clausulam porrigendi manus adiutrices) & concessiones etiam per vos sufficienti ad id facultate suffultos, ad vestræ Congregationis, aggregatos, infraternatos, nuncupatos, extensas, ac indulta supradicta quomodocunque, & qualitercunque concessa & approbata (quatenus sint in vsu, ac sacris canonibus,& Concilio Tridentino non contraria) ex certa nostra scientia denuo in perpetuum apostolica auctoritate tenore pręsentium approbamus & confirmamus: illisque perpetuæ & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, pręsentisque scripti patrocinio communimus: omnesque & singulos, tam iuris quàm facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem supplemus.

Clausulæ præseruatiuæ.

Decernentes præsentes literas sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, aut derogationibus, similium vel dissimilium gratiarum, indulgentiarum concessionum,& aliorum quorumcunque nullatenus comprehendi; sed semper ab illis exceptas esse censerique debere: ac de subreptionis, vel obreptionis, vitio seu intentionis nostræ defectu notari, aut impugnari non posse, sed easdem validas semper & efficaces existere, ac vobis & vestræ Congregationi, in perpetuum suffragari, nec ad probandum omnia & singula præmissa alterius probationis adminiculum requiri, verum eadem in iudicio,& extra abunde fidem facere: Sicque,& non aliter in præmissis omnibus & singulis per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos quauis auctoritate fungentes, etiam causarum palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Card. (sublata eis & eorū cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari & diffiniri debere: Irritum quoque & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Decretū irritās.

Quocirca Venerabilibus fratribus Patriarchæ Venetiarum,& Archiepiscopo Mediolan. ac Episcopo Bononien. siue eorum in spiritualibus Vicarijs generalibus per præsentes mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios pręsentes literas,& in eis contenta quæcunque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte vestra, aut alicuius ex vobis, & pro tempore dictæ Congregationis fratribus nunc & in futurum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra vos, & pro tempore dictæ Congregationis fratres,& alios quoscunque confirmatione, approbatione, suppletione, decreto, alijsque præmissis iuxta præsentium continentiam & tenorem pacifice frui & gaudere: Non permittentes vos & vestræ Congregationis pro tempore fratres per quoscunque indebite molestari, perturbari, aut inquietari: Contradictores quoslibet, ac rebelles,& in ijs, quæ præmissa concernunt, non parentes per opportuna iuris & facti remedia, ac demum per sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas, appellatione postposita, cōpescēdo: Nec nō legitimis super his habēdis, seruatis processibus, sentētias, cēsuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiā ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis.

Executorum deputatio,& facultates.

Non obstantibus præmissis, ac similis memoriæ Bonifacij Papæ Octaui prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo quis vigore præsentium vltra tres dietas ad iudicium non trahatur, ac quibusuis alijs Apostolicis, necnon in prouincialibus & synodalibus concilijs editis generalibus vel specialibus cōstitutionibus,& ordinationibus, necnon dictæ Congregationis,& ordinis sancti Hieronymi, ac regulæ Sācti Augustini, sub qua militatis, necnon aliorum, tam mendicantium, quàm non mendicantium ordinum, etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis statutis,& consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis apostolicis eisdem, vel alicui eorum sub quibuscunque tenoribuss & formis, ac cum quibusuis clausulis, irritantibusque,& alijs decretis etiam Motu proprio et ex simili scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine concessis, confirmatis,& innouatis: quibus omnibus, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica,& expressa, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruāda foret eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter,& expresse derogamus, necnon omnibus illis quæ dicti prædecessores in eorum literis voluerunt non obstare, contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Cæterum quia difficile foret præsentes literas ad quæcunque loca, ad quæ necesse fuerit, deferri, volumus pręsentium exemplis etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, ac dictæ Congregationis, aut alicuius eiusdem Congregationis superioris sigillo munitis, eandem fidem in iudicio,& extra adhiberi, quæ præsentibus exhibitis, vel ostensis vbique gentium & locorum haberetur.

Clausula derogatoria.

Datum Romæ, apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die prima Februarij 1578. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Cæ. Glorierius.

De iurisdictione

LV.

Iurisdictio & facultates Reuerendiss. D. Hieronymi Matthæi Romani, Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Auditoris.

Locumtenens in ciuilibus A. C. est R. P. D. Hieronymus Gsbutius Maceraten. vtriusque Sign. Referendarius, & in criminalibus est Magnificus D. Horatius Alauiolus I.C. Maceraten.

Hæc constitutio declaratur, & intelligitur iuxta Reformationem Pij 4. quam habes sup. in eius const. 74. Inter multiplices, fol. 755. & iuxta aliã Reformationem Pij 5. quam habes supra in eius const. 117. Inter illa quæ, fol. 1094.

De materia facultatum A. C. habes etiam sup. in Six 4. const. 5. Sanctissimus, fol. 98. & Iul. 2. const. 13. Decet, fol. 159. & const. 117. Ad eximiæ, fol. 164 & Leo. 10. const. 3 Iniunctum, fol. 170. & const. 33. Ministerio, fol. 238. & Pauli 3. const. 15. Grats, fol. 377. & const. 17. Officij nostri, fol 380. & Iul. 3. const. 19. Ad eximiæ, f. 518 & Pij 5. const. 1. Cum sicut nobis, fol. 921. & const. 20. Considerantes, fol. 949. & const. 178. Cum alias, fol. 1181 & const. 190. Accepimus multos, fol. 1196.

De Notariorum A. C. materia, vide supra in Pij Quinti constit. 117. Inter illa. fol. 1094.

GREGORIUS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio magistro Hieronymo Matthæo Clerico Romano, vtriusque iuris doctori, Capellano nostro & causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditori, salutem, & Apostolicam benedictionem.

AD GENERIS nobilitatem, eximiãq; doctrinã, ac in rebus gerendis experientiã & dexteritatẽ, necnon fidei, & iustitiæ zelum, ac integritatem, singularemque probitatem, necnon cæteras virtutes, quibus clarere dignosceris, nostræ dirigentes considerationis intuitum, ac indubie sperantes, quod ea quæ tibi duxerimus committenda, summa cum prouidentia, & exacta diligentia laudabiliter exequeris: dignum, quin potius debitum arbitramur, vt personam tuam condignis honoribus, & gratijs prosequamur. Cum itaque nuper officium generalis Auditoratus seu Audientiæ causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ, quod nuper dilectus filius noster Alexander, S. R. E. Cardinalis tit. S. Mariæ in Aracæli Riarius nuncupatus, tempore assumptionis per nos de persona sua ad Cardinalatus honorem factæ, obtinebat, ex eo quod nos officium ipsum per assumptionem huiusmodi vacare decreuimus, vacet ad præsens. Nos post lõgam super hoc habitam discussionem, & maturam deliberationem in te oculos nostræ mentis conijcientes, & de supradictis tuis virtutibus specialem in Domino fiduciam habentes, ac sperantes quod tu, qui vtriusque signatura nostra Referendarius, & Prælatus domesticus noster, ac de nobili genere vtroque parente procreatus existis, dextera Domini tibi assistente propitia, officium sciẽs, volẽs, & poteris ad laudem & vtilitatem fideliter exercere: Teque præmissorum meritorũ tuorum intuitu specialis gratiæ fauore prosequi volentes, & a quibusuis excommunicationis, suspensionis & interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis a iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harũ serie absoluentes, & absolutum fore censentes. Necnon singulorum priuilegiorum, indultorum, facultatum officio prædicto, ac quarumcunque literarum, seu scripturarum illi concessorum, & literarum desuper confectarum tenores præsentibus pro expressis habentes, Motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed mera deliberatione, & ex certa scientia nostra officiũ Auditoratus siue Audientiæ causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ huiusmodi, siue per huiusmodi assumptionem, seu alias quouis modo, quẽ præsentibus haberi volumus pro expresso, aut ex alterius cuiuscunque personæ vacet, cum officio correctoriæ Archiuij Romanæ Curiæ, alijsque illi annexis, necnon omnibus, & singulis illius honoribus, priuilegijs, iuribus, regalibus, & emolumentis consuetis, ac facultatibus & indultis, necnon decretis etiam in ordine, & modo procedendi in causis eidẽ Alexandro Cardinali, & alijs qui pro tempore fuerunt causarum Curię huiusmodi generalibus Auditoribus, etiam per felicis recordationis Iulium II. Leonem X. Clementem VII. Paulum III. Iuliũ etiam III. & alios quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam nos & sedem Apostolicam sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, tam sub plumbo, quàm in forma breuis, & alias ex vsu, stylo, & consuetudine quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis, Apostolica tibi auctoritate concedimus, & assignamus: Teq; nostrum & dilecti filij nostri Aloysij tit. S. Marci presbyteri Cardinalis Cornelij nuncupati moderni, & pro tempore existentis Camerarij nostri, se causarum Curiæ huiusmodi generalem Auditorem cum honoribus, oneribus, priuilegijs, iuribus, emolumentis, facultatibus, & decretis prædictis constituimus, & deputamus, ac in locũ dicti Alexandri Cardinalis, quoad huiusmodi Auditoratus officium, eiusque liberum exercitium, quoad vixeris substituimus, & surrogamus: Tibiq; vt per te, vel aliũ seu alios idoneum, vel idoneos locumtenentem, seu locumtenentes tuos, vel vicegerentes, quos pro tempore duxeris assumendos, aut deputandos, & de omnibus, & singulis causis modis & formis præsentibus expressis cognoscendi, & decidendi facultatem concedimus. Ita quod tu tam in causis obligationum in forma Cameræ celebratarum, quã in forma iuris garentigiæ vel Ripæ, & Ripettæ celebratis, ac etiam in alijs obligationibus, in quibus, etiam absque obligatione in forma Cameræ debitores consentiunt in mandatum executiuum, vnica, vel sine citatione. &

Officium A. C. vacauit ob promotionem Alexãdri Riarii ad Cardinalatus honorem.

De cuius facultatibus habes supra in Pij 4. const. 120. Ad generis, fol 842.

Et illud Pontifex modo Hieronymo Matthæo cõfert cũ facultatibus infrascriptis.

Iul. 2. & aliorum Pont. const. indicatis hic in sub.

Facultas cognoscẽdi causas per locumtenentes.

quarum obligationum, vel consensuum vigore in alijs tribunalibus executiue per relaxationem mandatorum proceditur, quouis modo solus, præterquam inter Ciues Romanos, inter quos priuilegium, seu constitutionem

Motu proprium Pij 4. habes sup. fol. 751.

vltimo loco per recolendæ memoriæ Pium Papam Quartum etiam prædecessorem nostrum desuper in fauorem Populi Romani, Motu proprio factam seruari volumus: Alij vero quicunque etiam Romanæ Curiæ Iudices in similibus causis nullatenus, nulloque modo procedere possint: Ac de omnibus, & singulis obligationibus in forma Cameræ, vbiuis locorum, & inter quascunque personas factis, & faciendis, his dumtaxat exceptis, quæ in dependentibus a litibus, & causis in eadem Camera, aut coram alijs Iudicibus pro tempore introductis, factæ,

Facultas reassumendi causas dictarum obligationum a quibuscunque Iudicibus, præterquam commissas vigore rescripti speciale mentionem de eis facientis.

seu receptæ fuerint, & tunc non per viam censurarum, sed per viam mandati executiui cognoscas: Ita vt quascunque causas, quæ de cætero perpetuis futuris temporibus in eadem Curia super ipsis obligationibus, alijsque omnibus prædictis, in alio quàm præfati Auditoris tribunali, præterquam in vim specialis commissionis nostræ, de dictis obligationibus specialem mentionem facientis, motæ fuerint, in illarum statu, gradu, & terminis in quibus reperientur, tua ordinaria auctoritate, exceptis causis Curiæ Capitolij contra dictos Ciues Romanos pro tempore iuxta formam dicti priuilegij motis reassumere: Inhibendo iudicibus, quibus sunt commissæ, ac coram quibus illæ pendebant, ne in eis, aut de illis quoquomodo, aut quouis quæsito colore, directe vel indirecte se intromittere: Itidemque omnibus, & quibuscunque iudicibus, eorumque locumtenentibus, & auditoribus, tam ecclesiasticis, quàm secularibus, ne in executionibus, ac processibus prædictarum obligationum, & contractuum de cætero contra tenorem præsentium ad instantiam cuiusuis personæ, collegij, vniuersitatis, capitulorum, & quorumuis priuilegiatorum, sub excommunicationis latæ sententiæ, indignationisque nostræ pœnis, ac partibus ipsis, notarijs, procuratoribus, sollicitatoribus, executoribus, officialibus sub eisdem censuris, & pœnis, ac priuationis officiorum suorum, & inhabilitatis ad illa in posterũ, & quin-

Et vigore talium obligationũ censuras promulgandi.

gentorum ducatorum fisco, & Cameræ nostræ applicandorum, refectionisque expensarum partibus arbitrio tuo & nullitatis processuum, quouismodo directe vel indirecte, se intromittere præsumant, & quicquid secus super his contigerit attentari, irritum, & inane decernendo. Præterea solus vigore dictarum obligationum censuras

Causasq; cognoscendi. Prælatorũ, & Officialiũ Curiæ, ac Notariorum ipsius Auditoris ac suorum & Papæ familiarium, Campsorumque, & Mercatorum, ac Pensionum etiã alibi soluẽdarum.

ecclesiasticas promulgare, Necnon omnes & singulas spirituales, ecclesiasticas & prosanas, ac quorumuis eiusdẽ Rom. Eccl. Card. eorumque, & nostrorum familiarium, continuorum commensalium, necnon quorumcunque Prælatorum in ipsa Curia degentium ac etiam Imperatoris, Regum, Principum, ac communitatum, & vniuersitatum, oratorum, necnon dictæ curiæ officialium eandem curiam sequentium, ac familiarium eorundẽ, & ipsius curiæ causarum huiusmodi Auditoris notariorum, & eorum familiarium, campsorum quoque, & quorumuis mercatorum, ac pensionum annuarum super fructibus, redditibus, & prouentibus ecclesiasticis assignatarũ, etiam si earum solutio non in ipsa curia, sed in partibus sit facienda: Et quascunque alias etiam commissarias causas, tam ciuiles, quàm criminales, & mixtas, cõiunctim, vel diuisim in eadem Curia quomodocunque, & qualitercunque motas, & mouendas, & inter quascunque partes etiam per viam inquisitionis, aut ex officio quomodolibet pendẽtes, ac quæ per appellationẽ a grauaminibus illatis, & inferri comminatis, seu sententijs diffinitiuis vel inter-

Appellationum quoque interpositarum a sententijs in Curia latis (præterquam à Vicario, Gubernatore, ac Iudicibus Capitolinis) & latis etiam extra Curiam a quibuscunque Iudicib. ordinarij, & arbitris, &c. in Terris S. R. E. subiectis.

locutorijs a quibusuis Iudicibus ordinarijs, & arbitris, atque arbitratoribus in curia, & Vrbe prædictis (Vicario nostro, ac Gubernatore, & Senatore Vrbis prædictæ, & iudicibus capitolinis dumtaxat exceptis) & extra eas a quibuscunque iudicibus ordinarijs, vel delegatis, seu arbitris, vel arbitratoribus, ac etiam dictæ sedis legatis & eorum Vicelegatis in terris eidem Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subiectis, aut alijs earum Gubernatoribus vel officialibus, & quibusuis, in feudum, seu vicariatum, aut alias quomodolibet concessis pro tempore latis, & promulgatis, interpositam, seu alias ad eandem sedem, etiam per viam reclamationis iudicialis, vel extraiudicialis, aut nullitatis, vel recursus a quibuscunque sententijs quorumcunque ordinariorum, etiam extra statum ecclesiæ hactenus deuolutæ sunt, & in posterũ deuoluentur, eas videlicet, in quibus non agetur vltra summam ducentorum ducatorum auri de Camera, aut de re verum prædictæ summæ valorem non excedente, seu quæ inter, & contra Mercatores dictæ Curiæ pro quibuscunque negocijs ad quamcunque summam ascendant, & pro Notarijs tuis, ac inter, & contra ipsos, & eorum familias pro tempore vertantur, summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, sola veritate inspecta, etiam manu regia, absque obseruatione termi-

Hoc vide mutum in collige, vt in dicta Pij 4. constit. 74 & Pij 5. const. 137.

norum, qui de stylo, seu ordinatione Palatij Apostolici, aut alias obseruari consueuerunt, etiam priuatiue quoad alia Tribunalia, alias vero summam, aut illius valorem excedentes, & inter, ac contra alios, quàm mercatores vertentes, seruatis terminis, & alias summarie prout in beneficialibus, eisdemque terminis quomodocunque male, & nulliter, præpostere, ac confuse tentis, pro minore partium dispendio, etiam vnico contextu, citatione & audientia reiteratis, etiam per affixionem citationis pro tempore faciendæ ad valuas habitationis ipsorum

Summarieq; &c. procedẽdi i causis non exceden. valorem 200. ducat. auri de Cam. & in causis Mercatorum Curiæ, ac Notariorũ ipsius Auditoris.

citandorũ, quoad obligatos in forma Cameræ, seu Guarentigiæ, Ripæ, & Ripettæ, ac alijs supradictis formis executiuis, et quoad alios aliter obligatos, vbi non agetur de maiori, quàm de viginti ducatorum summa, audire, cognoscere, decidere, & fine debito terminare: Necnon de omnibus, & singulis quibuscunque, & quantumcunque enormibus criminibus, delictis, & excessibus, tam in Vrbe, & curia prædictis, quàm extra eas per quoscũque tam eiusdem Sedis officiales, quàm dictam Sedem sequentes, & alios etiam a iurisdictione ordinariorum exemptos, & prædictæ sedi immediate subiectos cuiuscunque ecclesiasticæ vel mundanæ dignitatis, etiam episcopalis vel maioris, & per quoscunque alios cuiuscunque status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint perpetratis vel perpetrandis, tam ad procuratoris fiscalis denunciationem, & promotionem, quàm etiam partium accusatio-

Reiterationesque terminorum vnico contextu admittendi.

Excessus delictorũ in Curia vel extra per Officiales Sedis Apostolicæ, vel Sedẽ ipsam sequentes, & alios exẽptos à iurisdictione Ordinariorũ cognoscẽdi.

nem, vel etiam instigationem, seu ex mero officio, & quoad omnes priuatiue perpetratis per notarios tuos, ac substitutos, & alios in eorum officijs, & intus ea solum inquirere, & super illis, tam per viam inquisitionis, quàm accusationis seu denũciationis, & instigationis huiusmodi procedere, & culpabiles repertos iuxta suorum excessuum exigentiam, & qualitatem quouismodo punire: Dummodo monitoria contra episcopos, vel eorum superiores ad comparendum personaliter, nisi præuia commissione, manu nostra signata, non decernas: Necnon quascunque literas Apostolicas generales, aut particulares, tam sub plumbo etiam per officium Audientiæ nostrarum literarum contradictarum expeditas, quàm in forma breuis, & quarum solam signaturam sufficere concessum fuerit, supplicationes per nos, & pro tempore existentes Romanos Pontifices, aut in eius, seu nostri præsentia signatas: Nec non literas pro tempore existentis Camerarij, & Pœnitentiarij maioris nostrorum (dummodo in illis, & literis Apostolicis prædictis alij executores deputati non fuerint) solus: in quibus vero deputati erunt ac cumulatiue cum illis exequi, & super illis processus debitos in forma solita, etiam cum promulgatione censurarum.

rum in similibus promulgari solitarum decernere: Ac tuarum, per tuosque locumtenentes, seu quosuis alios, tam ecclesiasticos, quam seculares iudices, & tam delegatos quàm subdelegatos, ac etiam causarum dicti palatij Apostolici auditores, vel nos, aut Ro. Pont. pro tempore existentes, tam in specie, quàm in genere, ac alias quomodolibet in eadē Curia pro tempore latarum sentētiarum, necnon quorumcunque processuum generalium vel specialium, tā in die cænæ Domini, quàm alias cum censurarum, & pœnarum ecclesiasticarum fulminatione fieri solitorum executionem, quas etiam si delegatis, vel subdelegatis prædictis, aut quibusuis alijs, etiam specialiter per nos, & sedem prædictam commissę fuerint, dicto Auditori accumulatiue, & non priuatiue commissas esse volumus atque decernimus, seruatis terminis in Tribunali Auditoris huiusmodi seruati solitis, etiam singulis diebus & horis, prout in ordinarijs, consuetum erat, facere, illamque, & illos debitæ executioni, etiam si opus fuerit cum auxilij brachij sęcularis inuocationi demandari: Et quascunque communitates, vniuersitates, collegia, capitula, necnon etiam extra dictam Curiam degentes personas, pro debitis per eos in eadem Curia contractis, aut salario, seu contractu in dicta Curia inito, degentes vero in eadem Curia, seu curiales ecclesiasticos sæculares, vel regulares, etiam ab ipsa Curia absentes cuiuscunque status, gradus, ordinis, dignitatis etiam Pontificalis, conditionis, vel pręeminentiæ existentes, pro quibusuis rebus, & pecuniarum summis, ad quorumuis etiam absentium quorum intererit, pro tempore instantiam, quotiens expedierit, etiam per edictum publicum, constito summarie & extraiudicialiter de non tuto ad eos accessu, ad satisfaciendum de eorum debitis, & præstandum ea, ad quæ pro tempore tenebuntur, monere, & citare; Ac literas quascunque remissoriales, & cōpulsoriales, tam generales, quàm speciales vbi, & quotiens opus fuerit arbitrio tuo decernere: Necnon etiam in vim constitutionis Eugenianæ, in fauorem Curialiū emanatæ, ac Leoninæ, & cuiuscunque illius extensionis inhibere: Ac monitoria citationes, & inhibitiones ad partes etiā per simile edictum decernere, eos quoque arrestare, & carcerare, ac si tibi videbitur, quascunque pœnas, & mulctas simili arbitrio dimittere, & relaxare, ac pro delictorum, & excessuum, necnon criminum qualitate eis per te, tuosque locumtenentes infligere, & imponere: Necnon quoslibet inobedientes excommunicare, a diuinis suspendere, generaliter, vel specialiter interdicere, ac sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas per te, & locumtenentes tuos pro tempore latas, etiam iteratis vicibus aggrauare. Et quod a te, vel Locumtenentibus tuis pro tempore excommunicati, seu alias censurati ab alijs, quàm ab Auditore, vel Locumtenente prædictis, etiam de partium consensu, præterquam in mortis articulo constituti absolui non possint, ad euitandum collusiones statuere: & cum tibi visum fuerit expedire, Communitates, vniuersitates, collegia, capitula, & personas quascunque a quibusuis sententijs censuris & pœnis ac mulctis Ecclesiasticis, spiritualibus, vel temporalibus, per alios videlicet, quam per te, & tuam Curiam inflictis, in diebus Paschalibus, & Natalitijs cum reincidentia absoluere, necnon sententias, censuras, & pœnas, ac mulctas huiusmodi, & quæcunque interdicta suspendere, tollere, & eis relaxare. Necnon obligationes in forma Cameræ, etiam post mortem debitoris, quo ad illius bona tantum, etiam per viam confessionis debiti per aliquem ex procuratoribus in qualibet obligatione constitutis more solito faciendæ, & hæredibus legitime citatis, seu alias arbitrio tuo exequi; & executioni demandari facere: Et generaliter omnia, & singula quæ ad officium Auditoris causarum Curiæ huiusmodi de iure, vel ex priuilegio, aut vsu, seu literis, & consuetudine prædictis olim spectabant, & quæ illi, qui pro tempore fuerunt Curiæ huiusmodi Auditores ex concessis eis facultatibus facere, decernere, mandare, statuere, ordinare, & exequi quomodolibet poterant, seu consueuerant, facere, dicere, mandare, statuere, ordinare, & exequi habituri ratos, & gratos processus, & sententias quas tu, & locumtenentes tui præfati pro tempore habuerint, & tulerint, ac reliqua omnia quæ in præmissis, & circa ea, ac quodlibet eorum fecerint, dixerint, mandauerint, statuerint, & ordinauerint, ac facturi ea omnia auctore domino, ab omnibus vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari: Et insuper eisdem auctoritate, & potestatis plenitudine tam Iulij Secundi, Leonis Decimi, aliorumque prædecessorum huiusmodi literas, quàm omnia, & singula priuilegia, indulta, facultates, iurisdictiones, & gratias officio Auditoratus, & Auditoribus prædictis quomodolibet concessa, ac cum omnibus, & singulis in eisdem contentis clausulis singulas desuper confectas literas, quarum omnium, & singularum literarum prædictarum huiusmodi tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur pręsentibus, haberi volumus pro expressis, approbamus, confirmamus, & innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari debere decernimus, illaque omnia ad officium Auditoratus, & Auditorem pro tempore, perinde ac si eis specialiter, & expresse concessa, & pro eis, seu in illorum fauorem statuta, & ordinata fuissent, extendimus, & ampliamus. Quodque constitutiones, quæ Odoardus, & Peruenit incipiunt, ac quæuis alternatiuæ, seu moratoriæ, & dilationes etiam Salinariæ per quoscunque, etiam eiusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Clericos Cameræ, & illius Camerarium pro tempore decretæ quoad obligatos, vt supra, tam respectu bonorum, quàm personarum nullatenus prosint, quinimo obligationes supradictæ debitæ executioni demandentur, etiam post mortem debitoris quoad bona, Et non obstante quacunque appellatione, & superinde obtenta commissione, de huiusmodi obligatione expressam mentionem non faciente, aut discussione hæreditatis vbilibet pendente, si per creditores data fuerit idonea cautio in forma depositi de restituendo id quod receperint, prioribus, & potioribus, creditoribus in euentum succumbentiæ. Quodque tu in Capella, & in reliquis actibus, tam publicis, quàm priuatis primum locum post eundem Gubernatorem, & Oratores Principum, si Prælati fuerint, habeas, indulgemus, statuimus, volumus, & ordinamus. Contradictores, & rebelles, tibique in præmissis non parentes opportunis iuris remedijs compescendi, & ad id, si opus fuerit auxilium brachij sæcularis inuocandi, cæteraque in pręmissis, & circa ea quomodolibet necessaria & opportuna, tam in dicta Vrbe nostra, quàm vbique locorum faciendi, & exequendi, iuxta facultatem alias per pię memorię Pium Papam Quintum similiter prædecessorem nostrum eidem Alexandro Cardinali attributam, plenam & liberam, auctoritate & tenore præmissis concedimus facultatem. Ac etiam statuimus, & ordinamus, quod si in causis in tuo Tribunali tam motis, quàm in futurum mouendis comparuerint creditores vsque ad summam quinquaginta scutorum inclusiue

Sententiasque in Curia latas, executioni demandandi.

Et cognoscendi causas contra cōtractus & alios extra Curiam degētes pro negocijs vel contractibus in Curia factis. Et contra degentes in Curia, vel Curiales etiā absentes pro quibuscunque rebus.

Cōpulsoriales & remissoriales eius arbitrio decernendi.

Quod limitatur quo ad Fiscum, vt in dicta Pij 4. const. 74.

Et in vim Eugenianę (quam habes sup. fol. 66.) & Leoninæ (quā hic non habes) inhibendi stantibus Curiale extra Curiam.

Huc autem lege, vt in P. 4. cōst. 74.

Censuras quę promulgandi a quibus excōmunicati absolui per alium non possunt nisi in articulo mortis.

Excōmunicatosque ab alijs absoluendi in dieb. Paschalib. & Natalitijs.

Obligationesque in forma Cameræ exequendi & post mortem debitoris, & cæt.

Ad quod vide declarationem in d. cōst. Pij V. const. 117.

Confirmatio constitutionis Iu. 2. & aliorum prædecessorū circa iurisdictiones. A. C.

Quas indicaui sup. in rubr.

Dilationes, & alternatiuę nō prosint obligatis in forma Cameræ.

De materia autē alternatiuarum habes sup. in cōst. Clemen. 7. const. 32.

Præcedentia A. C. in Capella papę & alibi.

Paruibus preferé di miserabiles p sonas in causis discussioná, creditoribus anterioorib. iuxte for má consti Pij 5. quem habes sup. fol 1198 n. 190. Accepimus mul tos pauperes.

pro quolibet, qui vere sunt miserabiles personæ, ijs de eorum credito, etiam quod non sint priores, aut potiores satisfieri posit, ac debeat. Mandantes propterea tibi, quatenus constito tibi prius etiam summarie, & extraiudicialiter, & quantum tibi sufficere videbitur, de præmissis paupertate, & miseria, dictos pauperes ad satisfactionem eorum crediti admittas, eisque satisfieri mandes, & facias realiter, & cum effectu: super quibus tibi plenam, & liberam facultatem cum simili potestate quoscunque vbi, & quando, ac quoties opus fuerit, etiam per edictum publicum, constito summarie, & extraiudicialiter de non tuto accessu, ac etiam sub Ecclesiasticis sententijs, censuris, & etiam pecuniarijs, alijsque pœnis imponendis, moderandis, & applicandis, citandi, monendi, & inhibendi, & in euentũ non paritionis declarandi, aggrauandi, reaggrauandi, excommunicandi, interdicendi, auxiliumque brachij sæcularis, si opus fuerit, inuocandi, necnon perpetuum desuper silentium omni, & quacunque appellatione, & recursu remotis imponendi, omniaque, & singula alia in præmissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna faciendi, gerendi, & exercendi, iuxta concessionis eiusdem Papæ Pij Quinti prædecessoris desuper ipsi Alexandro Cardinali factæ, tenorem, concedimus, & impartimur. Et postremo tibi omnes, & quascunque causas, vt tam per te, quàm locumtenentes tuos super omnibus & singulis articulis, negocijs, & causis, in constitutione Motu proprio per præfatum Pium Quartum prædecessorem pro pecunijs ad cambium, & recambium vsurarie, & malo modo per mercatores dictæ Vrbis accipiendis facto contentis, & dependentibus ab eis, prout pro singulorum casuum circumstantijs alias de iure faciendum tibi videbitur.

Facultas cognoscédi causas cambiorum iuxta formam const. Pij 4. quam habes supra. fol. 990 nu. 154. Cũ sicut accepimus.

Non obstante facultate Motu proprio per Pium Quartum prædecessorem huiusmodi in fauorem Gubernatoris Vrbis concessa, partibus iustitiam administres, ac in causis ipsis, non tanquam specialis Commissarius, sed prout solet in similibus causis, iuxta suarum facultatum tenorem, & ordinarium Curiæ tuæ stylum procedas, cum potestate citandi, & inhibẽdi: ac quascunq; inhibitiones per dictæ Vrbis Gubernatorem decretas reuocandi, & criminalitates cõtra mercatores tollendi, aliasque, & alia quę in premissis, & circa ea fuerint neccessaria, & quomodolibet opportuna faciendi, ac aliae in omnibus & per omnia iuxta concessionis per Pium quartum prædecessorem huiusmodi Dilecto filio nostro Flauio Cardinali Vrsino nuncupato, tunc temporis Curiæ causarum eiusdem Cameræ generali Auditori factæ tenorem, auctoritate & tenore similibus committimus & mandamus.

Iudices molestantes A. C super premissis, aliasque excõ cationis censuræ ęis incurrant.

Mandantes propterea, & districtius inhibentes quibusuis iudicibus, & personis quocunque nomine nuncupatis, ac quouis priuilegio munitis, etiam si eiusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinales fuerint, sub indignationis nostræ pœna, ac interdicti, necnon excommunicationis sententijs, quas si secus fecerint eo ipso incurrant, & a quibus, præterquam in mortis articulo constituti, alias quàm a Romano Pontifice pro tempore existente absolui non possint, ne in obligationibus supradictis, illarumque executionibus, aut alijs præmissis contra earundem præsentium tenorem quomodolibet, nisi vt præfertur, se intromittere, aut te, vel locumtenentes prædictos super præmissis molestare præsumant.

Decretum irritans.

Sicque per quoscunque iudices etiam Commissarios, & etiam eosdem Cardinales, ac causarum Palatij huiusmodi Auditores, in quauis instantia sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere: Ac ex nunc irritum & inane, ac nullius roboris, vel momenti quicquid secus super præmissis aut circa ea quauis auctoritate etiam a nobis aut successoribus nostris Rom. Pontificibus pro tempore existentibus, absque expresso tui & pro tempore existentis Auditoris consensu, & licentia, scienter, vel ignoranter contigerit attẽtari, decernimus.

Camerarius immittat in possessionem officij A. C.

Quo circa prædicto Aloysio Cardinali & Camerario per Apostolica scripta pari Motu mandamus quatenus per se, vel alium, seu alios te, vel procuratorem tuum nomine tuo in corporalem, realem, & actualem possesionem officij Auditoratus, & annexorum, iuriumque, & pertinentiarum, ac priuilegiorum, & facultatum prædictorum, seu quasi auctoritate nostra inducat, & defendat inductum, amoto ex inde quolibet illicito detentore, faciens te, vel pro te procuratorem tuum prædictum ad officium huiusmodi, eiusdemque liberum exercitium, necnon honores, onera, salaria, & emolumenta in ipsius Alexandri Cardinalis locum admitti, tibique emolumentis prædictis integre responderi: contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita compescendo.

Clausulæ derogatoriæ.

Non obstantibus præmissis, ac nostra de non tollendo ius quæsitum, alijsque Cancellariæ Apostolicæ regulis editis, & edendis, & quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Curiæ, & Palatij stylo, necnon Vrbis, & Cameræ huiusmodi, & quarumcunque aliarum Ciuitatum, Terrarum, & locorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ac reformationibus etiam nouis & nouissimis, ac decretis, & ordinationibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis quibusuis communitatibus, vniuersitatibus, domicellis, baronibus, feudatarijs, & alijs quibuscunq; eidem sed mediate vel immediate subiectis, ac quibusuis alijs quacunque dignitate, etiam Episcopali, Archiepiscopali Patriarchali, & Cardinalatus honore fungentibus personis, vbiuis locorum existẽtibus, ac etiam nostris, & sedis prędictę Nuntijs Legatis, etiam de latere, per nos, & Romanos Pontifices prædecessores nostros, sub quibuscũque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, & pro quibuscunque causis etiam motu similĩ concessis, confirmatis, & approbatis, ac etiam iteratis vicibus innouatis, & in posterum concedendis, confirmandis, approbandis, & innouandis, quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis specialis specifica & expressa mentio habenda, & certa exquisita forma obseruanda foret, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat harum serie motu, & scientia similibus specialiter, & expresse derogamus, ac pro plene, & sufficienter derogatum esse decernimus, & declaramus, ac omnibus illis quæ in præmissis concessa fuerunt non obstare, ceterisque contrarijs quibuscunque.

Declaratio quod hæc constitutio non præiudicat Cõc. Tridẽtini, neque Reformationibus, Pij 4. & Pij V. prædictis.

Per præsentes autem non intendimus reformationibus de Auditoribus huiusmodi, & alijs dictæ Curiæ officijs tam per Pium Quartum, & Pium Quintum prædecessores prædictos quàm per nos factis, necnon Concilij Tridentini decretis in aliquo derogare, vel alias præiudicare, sed illas & illa salua esse, ac in suo robore permanere, Et quæ omnia per te, & alios ad quos id quomodolibet spectat, omnino & inuiolabiliter seruari mandamus.

A. C. præstet solitum iuramentum de fideliter exercendo officium.

Et insuper volumus, quod antequam tu officium Auditoratus huiusmodi exercere incipias, solitum de illo fideliter exercendo in manibus præfati Aloysij Cardinalis & Camerarij, seu dilecti filij eius locumtenentis præstes iuramentum. Quodque præsentium transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, &

tur, & adhiberi debeat, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Tu igitur prædictum Auditoratus officium prompta deuotione suscipiens, sic illud diligenti studio, cura, meditatione, & integritate exequaris, vt tua opera ad Dei laudem, & gloriam, ac earundem ecclesię, & Curiæ bonum publicum, priuatorumque commoditatem, & exemplum laudabile cedant: aque apud nos, & sedem prædictam, vt speramus, merito peramplius recommendent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, assignationis, constitutionis, deputationis, substitutionis, surrogationis, approbationis, confirmationis, innouationis, extensionis, ampliationis, statutorum, indulti, inhibitionis, derogationis, voluntatum, mandatorum, & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1578. quintodecimo Kalen. Aprilis, Pontificatus nostri, Anno Sexto.

M. Datarus.

Cæ. Glorierius.

T. Mandosius.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingētesimo septuagesimo octauo, Indictione sexta, Die vero decima quarta mensis Maij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & Domini Nostri Domini Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno sexto, Retroscriptę literæ affixæ & publicatæ fuerunt in valuis Cancellariæ Apostolicæ, & acie Campi Floræ, (vt moris est) illas ibidem per aliquantulum temporis spatium affixas dimittendo, per nos Marcum Antonium Brutum, & Petrum Guerram eiusdem Sanctissimi Domini Nostri Papę Cursores. Publicatio.

Petrus del Bequez Magister Curs.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo septuagesimo octauo, Indictione sexta, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno septimo, Die vero vndecima mensis Iulij, Retroscriptę literæ, ac omnia & singula in eis contenta intimata & præsentata fuerunt DD. Alexandro de Romaulis, & Ascanio Mazaiotto Curiæ Reueren. Domini Vicarij Vrbis Notarij, & D. Lucæ Remerio eiusdem Domini Alexandri substituto, tradita cuilibet ipsorum earundem literarum copia, ac Domini Cęsari Stellæ Curiæ magnæ Ripę Notario, & die duodecima eiusdem Reuerendissimo Domino Conrado Asinario almæ Vrbis Gubernatori, ac RR. DD. Antonio Canali, Ioanni Antonio Fusconio, & Angelo Michaeli Bucchio eiusdem Locatenentibus, ac Magnifico Domino Prospero Cafarello nobili Romano eiusdem Notario, & Domino Nicolao de Bottis eiusdem substituto tradita sibi copia in eius officio, necnon Illustrissimo Domino Galeatio Poggio Inclyti Romani Populi Curiæ Capitolij Senatori, ac Magnificis Dominis Horatio Marzario Vicentino, & Petro Francisco Giptio Bononien. eius primo & secundo respectiue Collateralibus, tradita copia eidem Illustrissimo Senatori, Curtio Saccoccio publico Notario Romano tradita sibi copia, Laurentio Iacobino Notario actuario in officio Reueren. P. D. Pauli Alberi supradicti, Reuerendissimi Domini Gubernatoris Notario tradita sibi copia, ac Domino Francisco Gratiano Curiæ Burgi Sancti Petri Notario, & Domino Lucio Catenæ eiusdem Curię Notario actuario, tradita sibi copia, & die decimaquarta eiusdem Magnifico Domino Antonio Scappo Bononien. eiusdem Curiæ Burgi Iudici, Francisco Petruccio, & Tarquinio Seuero Curiæ de Sabellis Notarijs, Simoni Mancino Notario actuario in officio eiusdem Domini Francisci tradita cuilibet ipsorum copia, Domino Simoni Gugnetto Curiæ supradicti Reuerendissimi Vicarij Notario, & Ioan. Baptistæ Zanto eius substituto dimissa eidem copia, necnon Magnifico Domino Bartholomæo Albertario Curiæ Ripettæ Iudici, & Domino Martio Papachio eiusdem Curiæ Notario actuario tradita sibi copia, & die decima eiusdem Reueren. P. D. Pyrrho Tharo Curiæ Reuerendissimi Vicarij supradicti Vicegeren. Reueren. Domino Mario Martio eiusdem Reuerendissimi Vicarij in ciuilibus locumtenen. tradita copia eidem Reueren. P. Domino Pyrrho, Magnifico Domino Curtio Victorio nobili Romano Magnæ Ripæ Camerario tradita sibi copia, Magnifico Domino Dominico Grattarola Curiæ de Sabellis Iudici, necnon Magnificis DD. Paulo Falconerio, & Marco Antonio Vbaldino nationis Florentinę in Vrbe respectiue Consuli, & Consiliario, & Domino Augustino Camello eorum Notario, tradita sibi copia, omnibus Romæ personaliter repertis, inhibendo eisdem singulariter iuxta earundem literarum formam, per me Scipionem de Octauianis Apostolicum Cursorem. Præsentatio, & inhibitio.

Calistus Brunettus Magister Curs.

LVI.

Declaratio Regulæ Fratrum Reformatorum Ordinis Minorum S. Francisci de Obseruantia, ac Superioritate, & Iurisdictione Ministri, & Commissarij generalis ipsius Ordinis.

Alias declarationes, vide infra in const.70. Ex quo nos Deus, & const.99. Ad hoc nos Deus.

De istis Reformatis, habes etiam supra in Clemen.7.const.41. In suprema, f.346. & Pij 5. const.82. Iniunctum. 1045.

De materia autem Fratrum de Obseruantia posui concord.sup. in constit.35. Ex benigna, fol.1237.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.

CVM ILLIVS vicé, meritis licet minime suffragantibus, geramus in terris, qui pacem in terras intulit, charitatemque ad inuicem præ cæteris omnibus eius fidelibus præcipit, officij nostri debitam prosequimur actionem, si regularium personarum, quæ relicto sæculo, sub suaui voluntariæ paupertatis iugo, Dei obsequio se dedicarunt, pro commisso nobis officio, concordiæ, ac quieti consulere cupientes, pacem, & charitatem inter ipsos inducere, inductamque confouere, & quæ ijs contraria sunt, falce vigilantiæ pastoralis ad radicem posita, prout rerum & temporum qualitas requirit, quantum nobis ex alto conceditur, totis viribus curamus. Sanè licet alias per felicis recordationis Clementem Septimum prædecessorem nostrum multa ad quietum, & tranquillum statum pertinentia dilectorum filiorum professorum Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de strictiori Obseruantia, Reformatorum nuncupatorum (vt qui Regulam ipsam beati Francisci pure, & plene iuxta illius literam, & declarationes Nicolai Tertij, ac Clementis Quinti Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, vt veri beati Francisci filij & alumni obseruare contendant) edita, & statuta fuerint, vt in literis Clementis Septimi sub Datum Romæ apud Sanctum Petrum decimo sexto Calendas Decembris, Pontificatus sui Anno Nono latius continetur: Nihilominus quidam ex Reformatis supradictis nobis detulerunt, quòd ipsis Reformatis, quàm plures perturbationes, damnaque non mediocria a dilectis filijs Fratribus Minoribus de Obseruantia nuncupatis sub quibusdam prætextibus, etiam contra dictarum literarum Clementis Septimi formam, inferebantur. Nos igitur eorumdem Fratrum Reformatorum nuncupatorum quieti, & indemnitati, eiusdemque Ordinis prosperitati, ac propagationi consulere volentes, Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Ro.Eccl. Cardinalibus super causis Episcoporum, & regularium deputatis, atque etiam eiusdem Ordinis prædicti Protectori, causam huiusmodi audiendam, & cognoscendam commisimus: Qui re mature discussa, necnon quorum interest, aut intererat partibus auditis, literisque Clementis Septimi prædictis plene consideratis, nobis retulerunt, quæ reformationem huiusmodi magis prospere dirigere visa sunt. Quare de eorumdem Cardinalium consilio, literis Clementis Septimi prædictis addenda quædam decreuimus. Itaque volumus, & Apostolica auctoritate statuimus, & ordinamus, vt Nouitij Reformatorum præsentes, & futuri annum continuum inter dictos Reformatos agant, ad deliberandū an inter Reformatos prædictos permanere velint a die ingressus in custodias, seu loca Reformatorum. Si vero in familia Fratrum de Obseruantia professionem emiserint, & ad Reformatos de strictiori Obseruantia transierint, vel in futurum transire voluerint, habeant itidem annum continuum a die ingressus ad deliberandum, an remanere in hac strictiori Obseruantia voluerint. Post præsentium autem nostrarum publicationem, & dictum annum completum, declaramus prædictos professos earra Reformatos, haberi vt professos inter custodias Reformatorum: nec ipsos, sicut nec alios inter easdem custodias professos, ab ijs, sine speciali Apostolicæ Sedis licentia, recedere posse, sine apostasiæ nota: quo etiam anno peracto, tam Nouitios in custodijs expresse professos, quàm professos in familia, & in custodijs annum continuum agentes, volumus ad puram, & plenam Regulæ Sancti Francisci Obseruantiam, iuxta ipsius literam, ac Nicolai Tertij, & Clementis Quinti Romanorum Pontificum declarationes, & Clementis Septimi literas prædictas teneri; nec ab ea, Reformatorumque ipsorum obedientia recedere, minusque a Reformatis ipsis expelli valeant, nisi incorrigibiles, iuxta antiqua eorum instituta hactenus obseruata, & nisi qui ad Capucinos transeundi licentiam in scriptis, iuxta Pauli Tertij, & Iulij Tertij literas, a proprio Custode obtinuerint. Liberum vero sit eidem Custodi, etiam nullo Ministri Prouincialis, vel aliorum suorum Prælatorum habito, vel requisito consensu, vel licentia, nulloque cum ijsdem verbo facto, per se, vel alium iuxta Tridentini Concilij formam, atque ordinis consuetudinem, Nouitios, necnon & fratres Ordinis prædicti de Obseruantia tam propriæ, quàm alienæ Prouinciæ reformandos, ad ordinem, ac professionem, & reformationem pro sua custodia, absque vllo penitus impedimento (de consilio tamen, & consensu Fratrum illius loci, pro quo recipiuntur) admittere. Teneantur autem Minister Prouincialis, vel illo absente Præsidens Capituli, vel Congregationis, & Diffinitores in Capitulis, & Congregationibus Prouincialibus, quando familiæ mutari solent, ad petitionem dictorum reformatorum alia etiam Prouinciæ loca, siue Monasteria alias Reformatorum locis, quàtum fieri poterit contigua, vel cómoda, iuxta eiusdē Clemētis Septimi literas, dare, & assignare, & Prioribus eorū locis addere; nec Fratrū Reformatorū paucitatē (dūmodo ad decem Fratres recipiēdos sint idonea, vel breui tēpore in ea illos introduci posse sperādū sit) nec aliā quāpiā excusationē quo minus id faciant, obijcere possint. Generalis Minister dictorum Fratrum de Obseruantia tantum, minime autem Prouincialis, siue alij dictorum Fratrum de Obseruantia Prælati, aut Commissarij in dictos Fratres Reformatos, siue illorum custodias iurisdictionem, visitandique, & corrigendi facultatem, siue per seipsum, siue per eiusdem Ordinis, etiam alienæ custodiæ

Clem. 7. sub eius constit.41. In suprema quam habes sup. fol.346. nonnullas tradidit ordinationes pro Regula Reformatorum, & desuper a Fratribus de obseruantia non molestari iussit. Et nihilominus molestantur.

Pontifex ideo decernit Nouitios, & Fratres de Obseruantia etiam professos, ad Reformatos transeuntes, annum habere ad deliberandum, an velint inter Reformatos manere.

Et professos, in decessisse Apostatas esse declarat.

De quarum pœnis, vide supra, fol.in Pau.4. cōsti. 29.

Reformatos non nisi ad Capucinos, habita prius licentia Custodis transire permittit, iuxta formā constitu. Pau.3. quam habes supra, fol. 411. nume. 26.

& Iul.3. quam habes supra, fol. 906. sub nu 10. officij.

Nouitij, & Fratres reformandi, per custodem recipi possunt, habito tamen consensu Fratrū eius loci.

Loca Reformatis assignentur. De quo habes & supra in Pij V. const. 82.

diæ reformatos ipsos habeat; minime tamen possit aliquem ad Prælationem, vel officia, etiam in custodiis promouere; aut correctionis, vel quouis prætextu, statutis, censuris, casibus, reseruationibus proprijs, vel ordinis, reformatos subiugare; aut Custodiæ, Custodis, vel fratrum Reformatorum respectiue potestatem, facultatem, immunitatem, concessiones, gratias, statuta, & pacem quouis prætextu, modo, & quæsito colore, directe, vel indirecte annullare, suspendere, arctare, alterare, immutare, impedire, contrafacere, aut inquietare; nec etiam de propria eorum Custodia, domibusque & locis (nisi pro aliarum custodiarum dicta visitatione) dictos reformatos, vel eorum aliquem amouere, extrahere, mittere, vel transferre; nec illos ad quascunque alias partes, prouincias, vel custodias, & alia propriæ ipsorummet custodiæ loca etiam sub specie prædicationis mittere, collocare, vel retinere; nisi prout in singularum custodiarum Capitulis, vel ab ipso Custode fuerit ordinatum; locaque huiusmodi eisdem Reformatis fuerint assignata; & multo minus ad reformatorum, vel custodiarum loca non Reformatos, etiam Nouitios, vel monialium confessores, aut alios quoscunque etiam reformandos à reformatis non receptos mittere, aut in eisdem collocare, vel retinere; Nec etiam reformati ipsi aliquem prædictorum non reformandum recipere, vel ad conuiuendum, siue de familia in eorum locis retinere vllo modo possint, exceptis lectoribus a Prælato ipsorum licentiatis, propriæ custodiæ necessarijs: Qui tamen in Custodia vocem actiuam, vel passiuam habere non possint, sed illa ad reformatos tantum in Custodia pertineat, exceptis quoque opportunis prædicatoribus similiter licentiatis, vel impetratis; & hæc pro tempore tantum necessitatis, sed sine consensu Custodis in scriptis, non possint quicunque dicti ordinis Prælati, fratres non Reformatos in auditorijs ad ipsorum locorum confines, iuxta morem ordinis pertinentibus ad prædicandum; Nec in eisdem confinibus quoscumque fratres ad eleemosynas colligen. destinare: Pro necessarijs autem negotijs, & alijs pijs causis possint Custodes ad quæcunque ordinis, & aliorum loca, etiam extra Reformatorum Custodias, maxime ad sedem Apostolicam, & ad totius ordinis Protectorem, & pro prædicatione ire, ac fratres suos mittere, sed causa manendi de familia in locis ordinis extra reformatos pro studio, vel alia causa nullo modo Custodes, vel Custodiæ mittere, vel licentiam dare; nec fratres ire, vel manere; nec Prælati ordinis eos recipere, vel retinere possint. Capitula Custodialia singulis annis in proprijs Custodiæ locis distincte, & non extra custodiam per Reformatos quando, & vbi per proprium Custodem, vel Custodiam fuerit constitutum, fiant: eant tamen & ipsi reformati ad Capitula etiam Prouincialia, vt in dictis litteris Clementis septimi statuitur, & in illis vocem non actiuam tantum, sed etiam passiuam posthac habeant. Huiusmodi autem custodiarum Capitulis solus custos, qui erit pro tempore, vel eo decedente commissarius Custodiæ, vel ipse Generalis Minister, si personaliter tantum interesse voluerit, præsidere posthac valeat. In ijs autem Capitulis vnaquæque Reformatorum Custodia plenam, & absolutam habeat potestatem quæcunque statuta, & ordinationes (dummodo contra Deum, animam, ac regulam, & decreta Concilij Tridentini non sint) iuxta litteras Clementis Septimi prædictas condendi, & statuendi: nec in eo per Ministros generales, vel prouinciales, vel eorum Commissarios, aut alios dicti ordinis Prælatos quomodolibet impediri valeat. Electione Custodum per reformatos ad triennium facta, custodes per se, vel per litteras in signum humilitatis confirmationem tantum infra mensem petere teneantur a Ministro Prouinciali, quandocumque statim facto exhibendam. Possint autem Custodes, etiam dum expectatur, & antequam petatur confirmatio prædicta, cum plena auctoritate libere officio suo fungi: quòd si confirmationem huiusmodi intra tres dies non obtinuerint: a sede Apostolica, ipso facto tenore præsentium confirmati censeantur. Guardiani vero in Capitulis electi, vel a Custodibus instituti, à Ministro, vel alio quopiam confirmari deinceps non egeant, sed eorum institutio in Capitulis, vel extra ab ipsis Custodibus facta sufficiat. Custos pro tempore electus, vel eligendus in suo officio a prima electione continuet ad triennium, videlicet vsque ad Capitulum Custodiale, siue citra, siue vltra triennium fiat, absque eo, quòd singulis annis rursus eligatur. Custodis autem successoris electio a Custode prædecessore, Guardianis, & Discretis locorum custodiæ fiat; si tamen etiam intra triennium in singulis annalibus Capitulis vniuersitati electorum videretur custodem minime idoneum esse, & vniuersitati Reformatorum non vtilem, alium sibi custodem ex regulæ ipsius præscripto eligere possint, & teneantur. Ipso autem custode decedente, alius custos extra Capitulum posthac non eligatur; sed aliquis erit Custodiæ Commissarius vsque ad proximum Capitulum Custodiale, prout Reformati in suis Capitulis ordinauerint. Potestatem vero eandem habeant singuli Custodes in suas Custodias, & fratres, quam Ministri Prouinciales in suas Prouincias, & fratres habent, tam ex vigore regulæ, quàm ex Romanorum Pontificum concessis gratijs, dummodo huiusmodi strictiori obseruantiæ reformatorum non sint contrariæ. Præsertim vero custodes possint loca ipsa iuxta eorum exigentiam resarcire, & augere; locis, quæ Guardianum habere non solent, ipsum Guardianum in Capitulis Custodialibus constituere; & in eisdem Capitulis, siue prout in illis fuerit ordinatum, Prædicatores, & Confessarios sæcularium, seruata forma Concilij Tridentini examinare, & approbare, & illis officium prædicationis, & confessionum audiendarum concedere, & ad illa promouere; atque à casibus, & censuris, Prælatis ordinis reseruatis, & reseruandis per se absoluere, vel per alium absolui curare: eos quoque, qui idonei sunt, pro suo arbitrio ad sacros ordines recipiendos approbare, & mittere. Volumus tamen, quòd si in Capitulis generalibus constitutiones aliquæ, vel decreta præsentibus litteris, & huic obseruantiæ strictiori non contraria, sed quæ magis ei fauere videantur, ordinata fuerint, Reformati ea obseruare omnino teneantur. Quo vero ad vestitum induantur prædicti reformati vilioribus indumentis, & despecto colore, & possint ea repeciare secundum beati Francisci regulam. Litteras vero prædictas Clementis Septimi, quatenus supradictis non aduersentur, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, illisque perpetuæ firmitatis robur adijcimus: Decernentes præsentes litteras nullo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, seu intentionis nostræ defectu, etiam ex eo, quòd omnes interesse habentes, vel fratres de obseruantia prædicti, aut quicumque alij vocati non fuerint, notari, argui, seu impugnari, aut sub quibusuis reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus, etiam ab eadem sede Apostolica emanatis, & in posterum emanandis comprehendi posse: sed illas pro omnibus, & singulis prædictorum Reformatorum Custodijs, Custodibus, & fratribus reformatis præsentibus, & futuris semper validas, & efficaces existere, suosque plenarios, & integros effectus sortiri debere; sicque per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici auditores, ac S. R. E. Cardinales, sublata eis

Minister Generalis Fratrum de Obseruantia & non alij, facultatẽ habet, visitandi & corrigendi Reformatos vt hic.

Tu autem vide infra const. 70. ex qua nos Deus const. 99. Ad hoc nos Deus.

Reformatis non retineant in eorum locis aliquẽ non reformandũ nisi Lectores & prædicatores cũ suorum superiorum licentia.

Custos potest mittere fratres etiã ad loca extra Reformatorum custodias pro negotijs necessarijs, & pijs causis.

Capitula custodialia singulis annis in locis custodiæ ad electionẽ Custodis fieri debent.

Capitulo præesse possint, Custos, vel eo mortuo Cõmissarius, vel ipse Minister Generalis Fratrum de obseruantia.

Custodes ad triennium, eligantur, & cõfirmationẽ petant à Ministris Prouincialibus.

Custode decedente, eligantur Cõmissarius vsque ad Capitulum Custodiale.

Custodum facultates.

Constitutiones facta in Capitulis generalibus, non contrariæ isti obseruantię obseruantur per Reformatos.

Vestes eorũ sint viliores, & despecti coloris.

Clausulæ præseruatiuæ.

Decretũ irritũ.

lata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi faculeate, & auctoritate vbique iudicari, ac diffiniri debere; necnon irritum, & inane si secus super his à quaquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: Districtius inhibentes Generali, & prouincialibus Ministris dictorum fratrum de obseruantia nuncupatorum, & eorum Commissarijs nunc & in perpetuum pro tempore existentibus, & illorum generalibus, & Prouincialibus Capitulis, personisque quibuscunque in illis congregandis, ac omnibus, & quibuscunque quos præmissa concernunt, aut in posterum quomodolibet concernent, & quibusuis alijs cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, ne sub indignationia nostræ, & excommunicationis latæ sententiæ eo ipso si contrafecerint incurrendæ pœnis Reformatos prædictos, illorumque Custodias, Custodes, Discretos, Officiales, & Fratres, aut alios quoscunque, quos præmissa quomodolibet concernunt, aut in posterum concernent, quo minus prædictis omnibus, & singulis pacificè fruantur, seu prædicta omnia, & singula suum debitum sortiantur effectum impedire, retardare, aut perturbare audeant, vel præsumant.

Executorum deputatio & facultates.

Quocirca venerabilibus fratribus Archiepiscopo Mediolanensi, & Episcopo Laudensi, ac dilecto filio curiæ Causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, necnon vniuersis, & singulis Patriarchis, archiepiscopis, Episcopis, & Ecclesiarum Prælatis, ac quibuscumque in dignitate Ecclesiastica constitutis per præsentes mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte fratrum Reformatorum prædictorum desuper fuerint requisiti solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra eos præmissis omnibus, & singulis iuxta præsentium continentiam, & tenorem pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eos desuper per Ministrum Generalem, aliosque prædictos quomodolibet indebite molestari, Contradictores quoslibet, ac rebelles, & præmissis non parentes per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, omni appellatione postposita compescendo; necnon legitimis super his habendis seruatis processibus, illos sententias, censuras, & pœnas prædictas incurrisse declarando: illasque etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis.

Leon. x. const. 31 tũ habes sup. fol. 231 nu. 20. tũ & vos Clem. 7. const. 113 habes sup. fol. 146. nu. 41. In supremo.

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, præsertim felicis recordationis Leonis Decimi, prædecessoris nostri super vnione omnium fratrum minorum de obseruantia & nuncupatione eorundem, & alijs in dictis litteris Clementis Septimi contentis, & quæ eidem Clementi placuit non obstare, necnon dicti Clementis Septimi litteris prædictis pro Reformatis; & Bonifacij Octaui de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo quis vigore præsentium ad iuditium vltra tres dietas non trahatur, Bulla aurea, Mari magno, alijsque constitutionibus, & ordinationibus apostolicis quibuscunque, dictique ordinis statutis, consuetudinibus, priuilegijs, indultis, & litteris apostolicis, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, etiam in forma Breuis, vel quibuscumque verborum formis, solemnitatibus, clausulis etiam insolitis, & quantumcumque fortissimis dicto ordini, vel quibuscumque Prælatis eiusdem in contrarium concessis, approbatis, & innouatis, & in futurum concedendis, approbandis, & innouandis, etiam si talia forent, quod pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales mentio habenda foret;

Clausulæ derog.

Quibus omnibus eorum tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque; Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Cæterum, quia difficile foret presentes litteras nostras, & litteras Clemẽtis Septimi prædecessoris nostri dictis Reformatis, vt præfertur, concessas, ad singula quæque loca, vbi necesse fuerit, deferri: volumus, & auctoritate apostolica decernimus, quòd transumptis præsentium litterarum, & transumptis dictarum litterarum Clementis Septimi, etiam impressis, sigillo alicuius in dignitate Ecclesiastica constituti munitis, & manu Notarij publici subscriptis, eadem fides tam in iudicio, quam extra illud vbilibet adhibeatur, quæ ipsis originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die iij Iunij. M. D. LXXIX. Pontificatus Nostri Anno Octauo.

Cæ. Glorierius.

LVII.

Prorogatio ad Triennium Facultatum alias ad annum concessarum Cardinalibus à Pio V. deputatis, super affrancatione & liberatione bonorum Ecclesiasticorum Italiæ.

Has Facultatea vide sup. in Pij 5. const. 144. Et si benedictus fol. 1147.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Pius V. deputauit ad ãnũ quosdam Card. super liberatione bonorum Eccles. vt sup. in eius cõst. 144. fol. 1147. Et hic Pont. eorũ facultates plu ries prorogauit, sed proro autem hic nõ hñ.

CVM AB initio Pontificatus nostri vrgentissimis causis impulsi constitutionem nonnullorum S. R. E. Cardinalium in Commissarios pro censuum canonum & liuellorum ecclesiasticorum liberatione a fel. record. Pio Papa V. prædecessore nostro ad annum editam, per singulos annos, & nouissime ad biennium prorogauerimus, sicut diuersis alijs nostris literis continetur, causæque huiusmodi propter quas id fecimus adhuc durant. Idcirco biennium prædictum cuius finis impendet ad aliud biennium à fine antedicti biennij inchoandum cum omnibus clausulis & decretis in dictis nostris literis contentis ac iuxta earum tenorem auctoritate apostolica, tenore præsentium extendimus ac prorogamus. Volentes vt præsentium exemplis etiam impressis, manu Notarij publici, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis, eadem prorsus fides adhibeatur, quę ipsis originalibus haberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ extensionis prorogationis voluntatis infringere vel ei au[illegible]

meratio

merario contraire si quis autem & cet. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Domini 1578. Kl. Septembris Pont. nostri anno septimo.

M. Datarius.

Cæ. Glorierius.

A. de Alealijs.

Die xiiij. Nouembris 1578. ex decreto Cameræ apostolicæ admissæ, & registratæ fuerunt retroscriptæ literæ apostolicæ libro secundo signaturarum Sanctissimi penes me Notarium fol. lvuj. *Admissio & reg. in Camera Apo.*

A Martini.

Anno a Natiuitate Domini 1578. die vero xv. Mensis Nouẽbris Pont. Sanctissimi D. nostri Domini Gregorij diuina prouidentia Papæ decimitertij anno septimo retroscriptæ literæ affixæ & publicatæ fuerunt, in acie campi Floræ per me Ioannem Freile prælibati sanctiss. D. N. Papæ Curs. *Publicatio.*

Petrus Aloysius Gayta Mag. Curs.

LVIII.

Confirmatio Constitutionis à Pio V. editæ circa electionem quolibet triennio in Capitulo generali, fienda Prioris Generalis & aliorum Prælatorum Congregationis Canonicorum Regularium S. Saluatoris, Ordinis Sancti Augustini.

De Materia autem Fratrum Eremitarum Ordinis S. Augustini vide infra in const. 61. Pro nostri, vbi ootabo.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam. Dilectis filijs Priori generali, Visitatoribus, Abbatibus, Præpositis, Prioribus, Vicarijs, Prælatis, Procuratoribus, ac officialibus quibuscunque nunc & pro tempore existentibus quocunque titulo nuncupatis, necnon Canonicis, Nouitijs, Conuersis, commissis, ac quibusuis alijs personis in Congregatione canonicorum regularium sancti Saluatoris ordinis sancti Augustini degẽtibus salutem & Apostolicam benedictionem.

QVAE inter religiosorum cœtus dissidia excitant, ea ne altius expullulent, sunt à nobis radicitus extirpanda: Cum igitur fe. re. Pius Papa V. prædecessor noster per suas in forma breuis literas super reformatione Congregationis vestræ sancti Saluatoris Ordinis sancti Augustini emanatas sub dat. vi. Decembris. 1571. pontificatus verò sui anno sexto, iustis & grauibus de causis inter alia statuisset, ordinasset, & decreuisset, vt de cætero Capitulum generalem eiusdem Congregationis in quo Prior generalis, Visitatores, cæterique Prælati, ac etiam Procurator generalis eligerentur, quolibet triennio tantum, non autem vt antea singulis annis celebraretur. Nosque per alias nostras litteras sub dat. xxvij. Martij. M D. Lxxiiij. licet quoad rationem eligendi Priores, aliosque Prælatos Conuentuales tantum prædictas litteras, ita ratione, & nouo rerum euentu suadente immutauerimus ac modificari fuerimus, cæteris tamen omnibus in eisdem litteris contentis, & ordinatis, ac præsertim triennali electioni huiusmodi non solum non aliqua alia ex parte detrahere, aut vlla tenus derogare velle professi expresse fuerimus, vt ipsa quoque Conuentualium prælatorum officia ad Triennium extendentes, ea omnia confirmauerimus, atque approbauerimus: quemadmodum in dictis nostris litteris plenius continetur. Nihilominus quia nuper nobis est insinuatum nonnullos vestræ Congregationis huiusce modi ordinationi, ac statuto à prædecessore nostro prouida, ac matura deliberatione inuento, à nobis confirmato, & in vestro generali Capitulo acceptato, & iam in vsu recepto non solum acquiescere velle, sed colore quodam de huiusmodi litterarum nostrarum validitate dubitandi, re autem vera temeritatis, & ambitionis stimulis agitatos de illa immutanda infirmanda vel etiam reuocanda, verba facere ausos fuisse. Nos ad tollendum omne dubium, & huiusmodi audaciam compescendam, & pacem, tranquillitatemque in dicta Congregatione vestra perpetuò confouendam, & retinendam, apostolica auctoritate tenore præsentium hac nostra declaratione, determinatione, ac diffinitione, supradictam, de triennali electione, & administratione, ordinationem constitutionem & decretum, iterum & de nouo, quatenus opus sit, approbamus, confirmamus, eique perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, ac super eo specialiter, & expresè perpetuum silentium imponimus. Mandantes propterea vobis omnibus & singulis in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub priuationis perpetuæ tam officiorum, dignitatum, & administrationum quarumcunque, quam vocis actiuæ & passiuæ, alijsque ecclesiasticis censuris arbitrio nostro moderandis, & infligendis pœnis districtè præcipientes, & inhibentes ne quis vestrum publicè vel priuatim secreto vel palam in Capitulis generalibus vel conuentualibus intra monasteriorum septa, vel extra, ac tandem vsque vel nunquam omnino de supradicto Triennio corrigendo, vel mutando amplius loqui seu tractare præsumant. Contrarijs quibuscunque non obstantibus. Volumus autem ad huius declarationis & prohibitionis nostræ faciliorem notificationem præsentium exemplis etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, vel etiam Prioris generalis pro tempore existentis vestræ congregationis munitis eandem prorsus fidem adhiberi, quæ præsentibus haberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die xvi. Decembris, M. D. LXXIX. Pontificatus Nostri Anno Octauo.

Pius V. ordinauit quod bis triennium celebrari Capit. generale & ibi eligi Priorem generalem & alios Prælatos

Et hic Pontifex hoc confirmauit

Quidam tamen in dubium id reuocabant.

Ideo hic Pontifex id denuo cõfirmat.

Inhibetque sub pœnis hic expressis ne de cętero tractetur de immutando hoc decreto & confirmatione.

Clausulæ derog.

Cæ. Glorierius.

D. Re-

LIX.

De Reformatione Ordinis S. Basilij. ac Abbatis, & aliorum Officialium electione & officio, Priuilegiorumque, exemptionum, & Indultorum confirmatione.

Ad quod habes etiam sup. constit. 49. Cogit muneris fol. 1262.

S. Basilius Magnus Monachorum Ordinem erexit.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. BENEDICTVS Dominus Deus noster, a quo sancti sui intelligentiæ Spiritu repleti, tanquam imbres sapientiæ suæ eloquia emiserunt, eumque in oratione confessi sunt. Quo gratiæ munere beatus Basilius cognomento magnus, à diuina benignitate locupletatus, omnis bonitatis tantæque in se beneficentiæ auctori, quod recepit fertilissimi agri more, cum centesimo reddidit incremento. Nam præter ea quæ effudit Theologicæ scientiæ eloquentiæque flumina, quæque edidit continentiæ abstinentiæ, & susceptorum pro Christo laborum tolerantiæ documenta, adoptatos sibi nouæ sobolis fœtus, in cœnobiaque procul à communi viuendi ratione segregatos in compositum Ordinem redegit, & salutaribus præceptis instituit, vt perpetua futurorum temporũ successione verbo & opere à se instructi Deum confiterentur, Catholicæque Ecclesiæ ornamento essent, atque in dubijs rebus adiumento.

Cuius ordinis Monachi in Sanctitate & doctrina olim floruerunt nunc autẽ quasi defecerũt.

Qui vitæ sanctitate, & doctrina insignes toto terrarum orbe, maxime vero in Asia, Palestina, Thracia, Græcia, & Italia multis sęculis floruerunt, Postea vero (quod non sine maximo animi nostri merore recensemus) temporum iniuria, totiusque Orientis à dira Turcarum tyrannide oppressi calamitate, crebrisq, ita hominum exigentibus culpis, exorientium schismatum dissensionibus, Ordo ille alibi penitus corruit, alibi ita fuit imminutus, vt disciplina regulari laxata, charitas illa pristina deferbuerit, Monachique alij alio dispersi sine capite sicuti oues sine pastore errauerint, in aliquibus autem ne vestigium quidem Monastici remanserit instituti, monasteria euersa, & bona fuerint dissipata.

Ideo hic Pontifex pro reformatione dicti Ordinis, præcipit fieri Capitulum eiusque Abbatem generalem, & alios officiales.

Cui incommodo (quod à nobis nostri Apostolatus ratio exposcit) prouidere, ipsumque Ordinem pristinæ dignitati, regularique obseruantiæ, quantum Domino adiuuante possumus, restituere volentes, vt quàmprimum, in agro Domini vberes fructus maiorum suorum, & præcipue tanti Patris, & Magistri exemplo edere valeant, maxime expedire duximus a Monasterijs, quæ in Italia, & in vtriusque Siciliæ Regnis consistunt, quorum plagas propius inspeximus, huiusmodi Ordinis instaurationem inchoare, ipsaque Monasteria in vnam Congregationem iuxta constitutionem felicis recordationis Innocentij Papæ III. Prædecessoris nostri in Concilio generali editam, quæ incipit In singulis, ac Concilij Tridentini decreta redigere, & vt hæc facilius optatum consequi possent effectum, primum Generale Capitulum dicti Ordinis celebrari mandauimus, in quo Abbas Generalis, qui in singula prædicta & alia eius Ordinis Monasteria Conuentus, & regularia loca vbicunque sub obedientia nostra, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ illa fuerint illorumque personas absoluta sit auctoritate præditus. Ac præterea Visitatores, Procurator Generalis, & alij Officiales quorum electio in Capitulo generali facienda esset, in Monasterio santi Philareti eiusdem Ordinis Militensis diœc. in festo Pẽtecostes proxime præterito eligerentur, illo prius de more indicto per Dilectum filium nostrum Gulielmum tit. sancti Laurentij in Panisperna Presbyterum Cardinalem Sirletum nuncupatum dicti apud nos Ordinis sedemque Apostolicam Protectorem, Dilecto filio Paulo Abbate Monasterij Castri Villarijs Ordinis sancti Benedicti Cassinensis diœc. Congregationis Cassinensis, eidem Capitulo eiusdem Guilelmi Cardinalis nomine præsidente, ac in eius manibus, antequam ad electionis negotium procederetur, per Priores, & alios Monachos Monasteriorum dicti Ordinis sancti Basilij præsentes, vocemque in Capitulo Generali habere debentes, professione regulari, quæ per Monachos eiusdem Ordinis sancti Basilij emitti debet, expresse emissa.

In quo capitulo Abbas, Visitatores, & alij Officiales electi fuerũt.

Et tandem cum pro electionibus, vt præfertur celebrandis iam in vnum conuenissent, vocatis omnibus, qui voluerunt, potuerunt, & debuerunt, electionibus huiusmodi commode interesse, die ad eligendum præstituta, vt mos est, dilectum filium Nicolaum Antonium Abbatem Monasterij sancti Nicolai de Butramo dicti ordinis sancti Basilij Hieracensis diœc. in Abbatem Generalem, ac duos Visitatores, & vnum Procuratorem Generalem, aliosque Officiales per secreta suffragia elegerunt.

Et modo hic Pont. dicti capit. celebrationẽ. & dictorũ officialium electiones confirmat.

Nos autem reductionem eorundem Monasteriorum, Priorum, & Monachorum in Congregationem & Capitulum dictique Capituli indictionem, & præsidentiam ac electiones huiusmodi ratas & gratas habentes, Motu proprio & ex certa scientia nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine easdem tenore præsentium approbamus, & confirmamus, omnesque tam iuris, quam facti, ac omissarum solemnitatum etiam substantialium, vel ex ordinis prædicti sancti Basilii statutis requisitarum defectus, si qui interuenerit, in eisdem supplemus.

Abbatemque generalẽ in eo electum. de nouo ipse Pont. eligit illique curam & administrationẽ cõcedit, omniũ Monachorũ & Monasteriorũ ordinis S. Basilij.

Et nihilominus prædictum Nicolaum Antonium Abbatem eidem Congregationi vniuersæ in Abbatem Generalem præficimus, curam illius vniuersam, & in spiritualibus, & temporalibus plenissime committendo, ita vt ipse, & Abbas Generalis pro tempore electus, æque vt alij aliorum Ordinum in Congregationes reductorum Abbates Generales, & præsidentes in suisque Capitulis, Congregationibus, & ordinationibus de iure, priuilegio, & consuetudine habent, & exercent, habereque & exercere possunt, plenam, & omnimodam superioritatem iurisdictionem, & auctoritatem habeat & exerceat, tam in ea omnia quæ in Italia & Regnis prædictis sunt, quam etiam in sanctæ Mariæ de Ouiedo Genuensis, & del Tardon Cordubensis, ac vallis del Galjuguillos Ispalensia diœc. eiusdem Ordinis sancti Basilij Prouinciæ Hispaniæ, dudum à nobis in Regnis Hispaniarum institutæ, & prorsus in alia quæcunque Monasteria, Domos & loca in eadem Prouincia sub regula sancti Basilij hactenus erecta, & in posterum erigenda, eorumque Abbates, Conuentus, Monachos & personas, quæ nos pridem cum Monachis eiusdem ordinis sancti Basilij in Italia existentibus, & eorum Congregationi prædictę sub obedientia inde futuri Abbatis seu Vicarijs Generalis eiusdem Congregationis perpetuo coniunximus: eaque, necnon Visitatorem eiusdem Prouinciæ Hispaniæ Abbati, seu Vicario Generali Congregationis huiusmodi in Italia pro tempore eligendo subiecimus, & ab eo dependere decreuimus inter alia, quemadmodum nostris diuersis litteris prioribus, videlicet, cal. Maij secundo, posterioribus vero Octauo cal. Iulij

Sexto

Sextò Pontificatus nostri annis dat. plenius continetur.

Iubemus itaque vniuersos, & singulos eiusdem Congregationis sancti Basilij Abbates, priores, & Prælatos, nec non Monachos, & alias quascunque personas, ipsi Abbati Generali, tanquam membra capiti, & eorum legitimo superiori, in omnibus, quæ ad officium Abbatis Generalis pertinent, eorumque animæ salutem, regularisque obseruantiæ rationem concernunt, prompte & humiliter obedire.

Et vt habitus, qui exterius geritur, religiosis mentis affectibus pariter respondeat, statuimus, vt omnes Congregationis eiusdem professores eundem habitum à Nouitijs distinctum ex panno nigri coloris cum Caputio siue Cucula Monachali omnino deferant, veluti ex antiquo eiusdem Ordinis instituto prisci patres & Monachi gestare solebant.

Habitusque nigri coloris vt hic gestans.

Vtque omnes eiusdem ordinis sancti Basilij Monachi & Religiosi, qui in dicto Ordine iam admissi sunt, ad professionem regularem eiusdem Ordinis in manibus Abbatis, si ibi fuerit vel prioris Monasterij in quo reperientur, expresse emittant. Deinceps vero nemo in dicto Ordine, illiusque Monasterijs ad eiusdem Ordinis habitum regularem, siue tacitam, siue expressam admittatur, nisi in ætate legitima constitutus, anno demum integro in probatione iuxta eiusdem Concilij Tridentini decreta perstiterit.

Professionē quoque emittant.

Generale autem Capitulum in quo de Ordinis prædicti reformatione, & regulari obseruantia agendum erit tertio quoque anno celebretur.

Capitulum generale celebretur, quolibet triennio.

Eorundem, siue Abbatis Generalis, siue Visitatorum, siue Procuratoris, item Generalis munera, siue Officia Triennalia sint: licebit tamen in eodem Capitulo Generali, vbi manifestè cognitum fuerit expedire, eosdem omnes, aut eorum aliquos ad aliud Triennium in eodem quod gesserint officio, nec vltra confirmare: qui tandem ab eisdem muneribus absoluti, saltem per aliud simile Triennij spatium officio vacent.

Abbatis, & aliorum hic q. sunt triennalia, & ad triennium confirmari possunt.

Cæterum si dicto Guilelmo Cardinali, & pro tempore dicti Ordinis Protectori videbitur opportunum, ac quousque ille id expedire censuerit, consilium, & auxilium alicuius Abbatis Congregationis Casinensis, in huiusmodi Capitulis celebrandis, ex longa consuetudine & experientia plenius instructi, ad ipsum Capitulum generale poterit adhiberi, qui eiusdem Protectoris auctoritate etiam eidem Capitulo præsideat Generali.

In Capitulis præesse potest aliquis Abbas Cōgr. Casin. si Protectori Ordinis videbitur opportunum.

In singulis vero Capitulis Generalibus locus in quo proxime futurum Capitulum Generale celebrandum sit designetur.

In quolibet Capitulo designetur locus alterius futuri cap.

Electiones autem per suffragia secreta fiant prout Concilij Tridentini prædicti decretis est statutum.

Electiones fiant per suffragia secreta.

Ad hæc vt ipsi Monachi degentes in Monasterijs in quibus mensa Conuentualis non est ab Abbatiali separata, quæq; clericis secularibus, & alijs cuiuscunque gradus, & dignitatis, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant commendata sunt, obsequijs altissimi liberius vacare possint, mensam Conuentualem a mensa Abbatiali distinguimus, & ab eisdem Monasterijs quousque illa commendata fuerint, eam bonorum stabilium proprietatum iurium q; partem, quæ tamen inter immobilia censeantur, perpetuo dismēbramus, atque diuidimus, quæ ad alendū solitum Monachorum, & Ministrorum numerum, ac victum & vestitum, aliaque ad eorum sustentationem necessaria comparanda sufficiant, eosdemque Commendatarios ad assignandum totidem bona proprietates, & iura prædicta intra tempus per eundem Guilelmum Cardinalem protectorem præfigendū omnino teneri volumus. Hæc autē bona stabilia, proprietates, & iura sic per nos dismembrata, necnō omnia alia mobilia, & immobilia, que ex piorum fidelium testamentis, legatis, largitionibus, aut alias quomodocunque ipsis Conuentibus, & Monachis in posterum donata, concessa, & relicta fuerint, pro quorum consequutione Monachi Conuentuum eorundem nomine etiam in iudicio agere, & experiri, ac in illo interuenire valeant, sed & oblationes atque eleemosynas in eorundē Monasteriorū Ecclesijs erogādas pro cōstituēda mensa Cōuentuali in singulis Monasterijs prædictis, ac pro augmēto earundē mensarū Cōuentualiū etiā perpetuo applicamus, & appropriamus.

In monasterijs Commendatis clericis secularibus & alijs, Mēsa Conuentualis sit distincta ab Abbatiali. & Commendatarij assignent tot bona, quæ pro Monachorum subuentione sufficiant.

Nihilominus tamen Commendatarijs incumbat prout tenentur in eisdem Monasterijs quæ Conuentum habent, Monasteriorum, & Ecclesiarum eorundem reparationi, ac alijs ad diuinum cultum necessarijs prouidere quorum Monasteriorum Claustra, & ædificia pro vsu Monachorum constructa ad Monachos prædictos in eis permanere contigerit, eorum liberi atque absoluti iuri esse decernimus. Liceat porro Abbatibus, Prioribus, cæterisque dicti Ordinis Monachis, & Religiosis, corporalem possessionem bonorum sic dismembratorum, & applicatorum, ac vt præfertur assignandorum cum primum illa per Commendatarios assignata fuerint, & Claustrorum, ac ædificiorum, Monasteriorum prædictorum Conuentum habentium, per se vel alium seu alios propria auctoritate absque alicuius Iudicis ministerio libere apprehendere, & apprehensam retinere, ac eorundem bonorum siue proprietatum & iurium fructus in communes eorundem Monachorum & Ministrorum vsus & vtilitatem conuertere, ipsorumque Claustrorum, & ædificiorum libero vsu pacifice frui, & gaudere quorumuis licentia super his minime requisita.

Vt autem prædicta Monasteria Ordinis sancti Basilij sic in vnam Congregationem redacta, eliminatis omnibus abusibus, in via domini quotidie magis proficiant, Conuentus omnium Monasteriorum virorum Conuentum habentium dicti Ordinis Sancti Basilij, quæ iam in Italia, & prædictis Regnis erecta sunt, quæcunque, quotcunque, & qualiacunque sint & per quoscunque etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in titulum, comendam, vel administrationem, aut alias obtineantur, Dignitatibus Abbatialibus eorundem semper saluis, ita vt de eis quotiescunque vacabunt per Roman. Pontificem & sedem prædictam omni tempore disponi libere debeat, & sine præiuditio iurium eiusdem sedis, quæ inuiolata permanere volumus, Ac etiam de Oueda, & del Tardon, ac Vallis del Galleguillos prædictorum, necnon omnium, & quorumcunque aliorum, quæ deinceps à Congregatione & Monachis prædictis Deo adiuuante erigentur & construentur in eisdem Italia, & Regnis, ac Prouincia Hispaniæ, ipsi Congregationi in perpetuum aggregamus.

Monasteria omnia etiam commendata huic cōgregationi aggregata censeantur salvis remanētibus dignitatibus Abbatialibus de quibus sedes Apost. libere disponere possit.

Ac Monasterijs, Conuentibus, Prioribus, & Monachis prædictis, necnon Conuersis, & Oblatis, alijsque etiam dictorum Monasteriorum sancti Basilij Religiosis, & personis, vt de cetero omnibus & quibuscunque priuilegijs, prærogatiuis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, indulgentijs, fauoribus, gratijs, & indultis tam spiritualibus, quam temporalibus, Congregationi prædictæ Casinensi, illiusque personis & locis per quoscunque Roman. Pontifices prædecessores nostros ac nos & dictam sedem in genere, & in specie concessis,

Priuilegiorū & gratiarū omnium Ordin. S. Basilij vel Cōg. Casin. concessorum, cōfirmatio.

sis, confirmatis, & innouatis, ac etiam per viam communicationis, ad eandem Congregationem Casinensis extensis, quibus illi vtuntur, potiuntur & gaudent, & vti potiri gaudere poterunt quomodolibet in futurum (que tamen vsu recepta sint, & sacris Canonibus, ac dicti Concili Tridentini decretis, ipsiusque ordinis sancti Basilij institutis non aduersentur) vti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant concedimus, & indulgemus.

Exemptio a Iurisdictione Ordinariorum, & Commendatariorum qui teru S. Basilij professi non fuer.

Eandemq; Congregationem sancti Basilij, illiusque Conuentus, Monachos & personas quascunque ab omni Ordinariorum locorum, ac etiam eorum qui Monasteria dicti ordinis etiam Archimandritatus appellata in Cõmendam, vel aliàs quomodolibet obtinuerint, eundemque Ordinem sancti Basilij expresse professi non fuerint iurisdictione, authoritate, & potestate penitus eximimus, & liberamus, ac sub nostra & Beati Petri protectione immediate suscipimus. Ita tamen vt omne sub dicta exẽptione comprehensi, Abbatis Generalis, Visitatorum, Abbatum, Priorum, & aliorum Officialiũ, tam in dicto Generali Capitulo, quam extra illud canonice electorum, & aliorum, qui pro tempore eligentur, iurisdictioni, visitationi, morumque correctioni iuxta eandem regulam sancti Basilij, ac eius Ordinis instituta omnino, prout eorum incumbit muneri sint subiecti.

Abbas & Visitatores visitent & reforment Monachos, & inobedientes corrigant & cæt.

Insuper Abbati Generali, & Visitatoribus in Capitulo generali deputatis, vt Monasteria, Prioratus & alia loca, ac Abbates, Priores, Conuentus, & personas Congregationis prædictæ iuxta dicti Concilij decreta & regularia instituta prædicta visitare, & tam in Capite, quam in membris reformare, delinquentes inobedientes & rebelles corrigere puniri & castigare, regularia dicti Ordinis sancti Basilij instituta in illis exacte custodienda introducere, ac in dicto Capitulo Generali pro tempore congregatis eiusdem Congregationis Monachis quæcunque statuta, & ordinationes ad salutare ipsius Congregationis regimen, & ad regularem obseruantiam pertinentia (licita tamen & honesta, ac sacris Canonibus, & Cõcilij Tridentini decretis, necnon regulæ sancti Basilij prædictis minime contraria) ab ipso tamen Gulielmo Cardinale & pro tempore existente dictæ Congregationis Protectore antequam promulgentur examinanda, & approbanda condere valeant licentiam tribuimus.

Decretũ irritãs.

Decernentes supradicta omnia perpetuo inuiolata fore, Sicque per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, in quauis causa & instantia, sublata cuique aliter iudicandi, & interpretãdi facultate, & auctoritate vbique iudicari debere, necnõ irritũ & inane quicquid secus super his à quoquã quauis auctoritate scienter, vel ignoranter cõtigerit attentari.

Gulielmus S. dictus Cardinalis Protector, deputatur executor huius const. cum facultatibus hic expressis.

Sed ne præsentium literarum effectus in longum protrahatur Guilelmo Cardinali prædicto præcipimus, vt per se, vel aliũ, seu alios ipsas præsentes litteras, & quicquid in eis continetur ab vniuersis & singulis ordinis & Congregationis sancti Basilij prædicti Abbatibus, Prioribus & Monachis alijsque prædictis, & dictorum Monasteriorum & Archimandritatuum prædictorum Commendatarijs etiam vt præfertur qualificatis inuiolate faciat obseruari, & ad assignandum & cum effectu tradendum pro monachorum & Ministrorum numero alendo, ac Mensa Conuentuali in his Monasterijs quibus eorum Conuentus existunt partem bonorum & proprietatum ac iurium, Claustraque & ædificia prædicta libere consignandum intra duos menses à die publicationis earundem literarum hic de more Constitutionum & literarum Apostolicarum faciendæ numerandos, etiam per priuationem Monasteriorum & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum ab eis obtentorum, cæteraque omnia iuris & facti remedia opportuna compellat. Nos enim illi, & pro tempore existenti Protectori per se, vel alium seu alios contra Commendatarios omnes Monasteriorum & locorum Conuentuum prædictorum sic in Congregationem reductorum, qui congruam assignationem bonorum, proprietatum, ac iurium dismenbratorum prædictorum præstituto tempore facere distulerint, recusauerint, negauerint, vel etiam quouis modo impediuerint, cæterosque omnes sua in præmissis quomodolibet interesse putantes etiam per edictum locis publicis affigendum citandi, & monendi, ac contra eos & prorsus contra quoscunque alios contradictores & rebelles, eisque auxilium cõsilium & fauorem publice vel occulte præstantes, etiam summarie simpliciter & deplano ac sine strepitu & figura iudicij, sed sola facti veritate inspecta, omni & quacunque appellatione remota, procedendi: & ad hunc aliorumq; præmissorum omnium executionem & effectum, tam eisdem quam etiam quibuscunq; Iudicibus & personis etiam sub censuris & pœnis ecclesiasticis, ac etiam per simile edictum, inhibendi, censuras & pœnas ipsas etiã sæpius aggrauandi, interdictũ ecclesiasticum apponendi, auxiliumq; brachij secularis vbicunq; opus fuerit inuocandi, necnon partem proprietatum & possessionũ Mensarũ Abbatialium prædictarũ, quæ ad redditum annuum pro victu & alijs ad vsum soliti Monachorũ, & Ministrorum numeri satis sint arbitrio eiusdem Gulielmi Cardinalis & pro tempore Protectoris, vel eorum qui ab eo deputabuntur, eligendorũ, pro Mensa Conuentuali etiã per subtractionẽ & alias, prout ei visum erit, perpetuo cõstituẽdi & assignãdi, ceteraq; in præmissis & circa ea necessaria & opportuna faciendi & exequendi, etiam si talia fuerint quæ mandatum requirant magis speciale quã præsentibus est expressum, plenam & liberã tenore præsentiũ cõcedimus facultatẽ.

Clausula derog.

Non obstantibus præmissis, ac nostris de vnionibus committendis ad partes, ac valore fructuum exprimendo, necnon de non tollendo iure quæsito, ac Generalis, & vniones perpetuas nisi in casibus à iure permissis fieri prohibentis nouissime celebrati Lateranen. Conciliorum, ac piæ memoriæ Innocentij iiij. quæ incipit Volentes, & Bonifacij viij. Roman. Pontificum de vna, & in eodẽ Concilio Generali edita de duabus dietis, alijsq; Apostolicis constitutionibus, necnon Monasteriorum & ordinũ prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis & literis Apostolicis eisdẽ Monasterijs, & ordinibus, eorumq; Superioribus & personis, etiã Monasteria & Archimandritatus eiusdem ordinis in Commendã obtinentibus, per quoscũq: Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & eandem sedẽ, etiam per modũ statuti perpetui, ac initi & stipulati cõtractus, ac alias sub quibuscũq; tenoribus & formis, ac cum quibuscunq; etiã derogatoriarũ derogatorijs, alijsq; efficacioribus & insolitis clausulis, irritãtibusq; & alijs decretis in genere & specie etiam ab immemorabili tempore quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, ac etiam vsu receptis, ac quocunq; tẽpore factis & promulgatis, & quibuscunq; alijs indulgentijs, & literis Apostolicis specialibus vel generalibus quorumcunq; tenorũ existant, per quæ præsentibus non expressa ant omnino non inserta effectus earum impediri valeant quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis: quæ omnia contra earundem præsentium tenorẽ nolumus cuiquam in aliquo suffragari, contrarijs quibuscunque: aut si Commendatarijs & personis prædictis, vel quibusuis alijs communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari nõ possint per literas apostolicas nõ facientes plenã & expressam & ad verbũ de indulto huiusmodi mẽtionẽ.

Postremo

Postremo volumus vt lapsis statim duobus mensibus à publicatione prædicta literæ prædictæ ita vnumquemque supradictorum arctent, ac si singulatim intimatæ fuissent, earum quoq; exempla etiam impressa, Notarij publici manu, & Prælati Ecclesiastici sigillo obsignata, eandem illam prorsus fidem vbique locorum in iudicio & extra illud faciant, quam ipsæmet præsentes facerent exhibitæ vel ostensæ. Hæc const. ligat post duos menses à die publicationis. Quo publ. mox. sequitur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, suppletionis, præfectionis, commissionis, statuti, distinctionis, dismembrationis, diuisionis, applicationis, appropriationis, decretorum aggregationis, concessionum, indulti, exemptionis, liberationis, susceptionis, tributionis, præcepti & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrũ Anno incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Nono, Kl. Nouembris, Pontificatus nostri anno Octauo.

M. Datarius.

Cæ. Glorierius.

Ia. Brohue.

Anno à Natiuitate Domini 1580. Indictione 8. die vero 8. Mensis Ianuarij, Pont. S.D.N.D. Greg. diuina prouidentia Papæ xiij. anno 8. præsentes literæ appost. affixæ & publicatæ fuerunt in valuis principis apostolorum de Vrbe, & acie campi Floræ, & cancellariæ apost. & per aliquot temporis spatium dimissæ per me. Io. Freile S. D. N. Papæ Cursorem. Publicatio.

Io. Andreas Panizza Magister Cursorum,

LX.

Exemptio Monialium Ordinis Cistercien. à Superioritate & correctione Abbatum & Ministrorum eiusdem ordinis, & subiectio earundem Iurisdictioni Ordinariorum.

De Materia Ordinis Cistercien. vide sup. in const. 23. Superna dispositione fol. 1216. vbi notaui.

De Monialium vero clausura, & exemptionibus notaui sup. in Pij 4. const. x. De statu fol. 659.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

VNIVERSI Dominici agriculturæ præpositi eam operam in frugiferis religiosorum omnium plantationibus domino excolendis, & custodiendis, ita impendere debemus, vt minime timendum sit, consitas plantas, vel soffocari, vel expectatos ea eis prouentus differri, aut quomodolibet impediri. Quod ne Cisterciensium ordini, qui vniuersali semper ecclesiæ, & ornamento fuit, & adiumento, ea diuersarum Sanctimonialium gubernatione eueniat, ne ve spes vberioris fructus, quæ in eorum vitæ tranquillitate, solitudine, & spiritualibus exercitationibus posita esse debet, nos, atque ipsos frustretur, omni studio cauere volentes: De tradita nobis à Domino potestatis plenitudine omnia, & quæcunque Monasteria, prioratus, loca, & Conuentus Monialium dicti Ordinis omnium prouinciarum, & locorum Italiæ, etiam recens reformata, & restituta, vniuersasque, & singulas Abbatissas, & alias præsidentes, ac Moniales professas, Nouitias, & Conuersas prædicti, & quorumcunque aliorum ordinum, nec non ecclesias, capellas, bona, & iura quæcumque earum spiritualia, & temporalia ab omni superioritate, visitatione, correctione, & quacunque alia subiectione, dominio, & potestate patris, & aliorum Abbatum, Diffinitorum, præsidentium, Monachorum, & aliorum Ministrorum dicti ordinis Cisterciensium, eiusque congregationum omnium perpetuo eximimus, & liberamus; Eaque omnia Episcopis, Archiepiscopis, primatibus, vel Patriarchis suæ quodque Ciuitatis, vel diœcesis, aut si nullius sint, vicinioribus, eorumque curæ, iurisdictioni, visitationi, & correctioni omnino subijcimus, quibus singulis in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, vt hoc manus quamprimum suscipiant, omnique studio, & vigilantia in eo se exercere procurent. Abbatibus vero, ac Diffinitoribus, Monachis, & alijs prædictis vniuersis, & singulis præcipimus atque interdicimus, ne post hac in vllo prædictorum, vel etiam in ordinatione Confessariorum, aut alias se se interponere, vel mutua inter se colloquia protinus, vel per interpositas personas, aut scripta habere, vel mittere audeant. Decernentes irritum, & inane quicquid secus contra præmissa per quoscunque scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus si quisquam contrafecerit, aut obedire neglexerit, eum excommunicationis sententia ipso facto innodamus, à qua nisi à Romano Pontifice (excepto mortis articulo) absolutionis beneficium nequeat obtinere. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac monasteriorum, ordinum, & congregationum huiusmodi iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis apostolicis, illis, nec non patri, & alijs Abbatibus, Diffinitoribus, Monachis, & personis prædictis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & sedem apostolicam, etiam per modum generalis legis, & statuti perpetui, ac initi, & stipulati contractus, seu quasi, & alias sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, nec non irritantibus, & alijs decretis quomodolibet, ac quotiescumque concessis, confirmatis, & sæpius innouatis, quibus omnibus eorum tenores, ac si ad verbum insererentur præsentibus pro expressis habentes specialiter, & expresse derogamus, cõtrarijs quibuscũq;. Aut si Abbatibus, & cæteris, prædictis, vel quibusuis alijs cõmuniter, vel diuisim ab Apost. sit sede indultũ, quod interdici, suspendi, vel excõmunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenã, ac de verbo ad verbũ expressã de indulto hmõi mentionẽ. Volumus insuper vt præsentium

Causa huius constit.

Exemptio Monialium ordinis Cistercien. à superioritate Ministrorum eiusdem ordinis.

Subiectio earundem Monialium iurisdictioni ordinariorum.

Inhibitio contra Abbaté & alios ipsius ordinis superiores de cætero super præmissis se intromittentes.

Decretum irritans.

Clausulæ derog.

exemplis, etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus litteris adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ exemptionis, liberationis, subiectionis, mandati, præcepti, interdicti, decreti, innodationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo nono, Quinto decimo Kal. Martij, Pontificatus Nostri Anno Octauo.

M. Datarius.

Cæ. Glorierius.

Publicatio. Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo, octuagesimo, Indictione octaua, die vero decima quarta mensis Martij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & D. N. D. Gregorij Diuina prouidentia Papæ XIII. Anno octauo, retroscriptæ literæ apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Ecclesiæ Lateranen. nec non Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Petrum Aloysium Gaytam, & Nicolaum Talliettum eiusdem Sanctissimi D. N. Papæ Cursores.

Ant. Ludouicus magister Cursorum.

LXI.

Exemptio Monialium a Fratribus Eremitarum Ordinis S. Augustini de Obseruantia, Congregationis Lombardiæ.

Facultates autem huic Ordini Ministris concessas circa alienationem bonorum ipsius Ordinis: vide sup. proximę in const. 9. Dum ad uberes.

Priuilegiaque eiusdem Ordinis & aliorum Mendicantium habes sup. in Pij v. const. 14. Dum ad vberes fol. 944.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

PRO NOSTRI apostolatus munere spirituali religiosorum ordinum otio maxime consulere debemus, illudque prouidere, vt ab ipsis tota alienorum negotiorum sollicitudine excussa, in sanctitatis feruore, & veræ pietatis obsequio, libere possint altissimo deseruiri: quod in Ordine fratrum Eremitarum sancti Augustini de Obseruantia nuncupatorum, Congregationis Lombardiæ expetentes, ne Fratres ipsi ob diuersa sanctimonialium monasteria regenda, à proprijs obeundis muneribus cum animarum suarum & ecclesiæ vniuersalis, cui semper studiosa numerosæ familiæ opera profuit, detrimento auocentur, neue vberrimi eorum prouentus periculosa modicæ erogationis huiusmodi pensitatione minuantur: De nobis tradita à Domino potestatis plenitudine omnia, & quæcunque monasteria, prioratus, domos, conuentus, & loca monialium, & sororum dicti Ordinis, etiam recens reformata, & restituta, vniuersasque, & singulas Abbatissas, & alias præsidentes, ac moniales, & sorores professas, nouitias, & conuersas dicti, & aliorum Ordinum quorumcumque, nec non ecclesias, capellas bona, & iura quæcumque earum spiritualia, & temporalia ab omni superioritate, visitatione, correctione, & quacumque alia subiectione, dominio, & potestate Vicarij generalis, ac Prouincialium, & aliorum Priorum, nec non Fratrum, & aliorum Ministrorum Ordinis, & Congregationis prædictorum perpetuo eximimus, & liberamus: Eaque omnia Episcopis, Archiepiscopis, primatibus, vel Patriarchis suæ quodque ciuitatis, vel diœcesis, aut si nullius sint vicinioribus, eorumque curæ, iurisdictioni, visitationi, & correctioni omnino subijcimus: quibus singulis in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, vt hoc munus quamprimum suscipiant, omnique studio, & vigilantia in eo se exercere procurent. Vicario vero, & alijs Prioribus cæterisque Fratribus, & Ministris, ac Congregationi prædictis vniuersis, & singulis præcipimus, atque interdicimus, ne posthac in vllo prædictorum, vel etiam in ordinatione Confessariorum, aut alias sese interponere, vel mutua inter se colloquia protinus, vel per interpositas personas habere, aut scripta mittere audeant. Decernentes irritum, & inane, quicquid secus contra præmissa per quoscumque scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus si quisquam contrafecerit, aut obedire neglexerit, eum excommunicationis sententia ipso facto innodamus, à qua nisi à Romano Pontifice (excepto mortis articulo) absolutionis beneficium nequeat obtinere. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac monasteriorum, domorum, & locorum ordinis, & congregationis prædictorum vtriusque sexus, iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, exemptionibus, & litteris apostolicis, illis, nec non Prioribus, & alijs prædictis Patri, & alijs Abbatibus, Diffinitoribus, Monachis, & personis prædictis, per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & sedem apostolicam, etiam per modum generalis legis, & statuti perpetui, ac initi, & stipulati contractus, seu quasi, & alias sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, nec non irritantibus, & alijs decretis quomodolibet, & quotiescumque concessis, confirmatis, ac sæpius innouatis, etiam Mare magnum, & Bulla aurea nuncupatis, quibus omnibus, eorum tenores, ac si ad verbum insererentur, præsentibus, pro expressis habentes, specialiter & expresse derogamus, contrarijs quibuscumque. Aut si Prioribus, domibus, conuentibus, & cæteris prædictis, vel quibusuis alijs, communiter, vel diuisim ab apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras, apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus insuper vt præsentium

exemplis,

Causa const.

Exemptio Monialium à Fratribus S. Augustini de Obseruantia.

Subiectio earundem Ordinarijs locorum.

Decretu irrita.

Clausula derog.

exemplis, etiã impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam nostræ exemptionis, liberationis, subiectionis, mandati, decreti, innodationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo nono, Kal. Martij, Pontificatus nostri Anno Octauo.

M. Datarius.

Cæ. Glorierius.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo, octuagesimo, Indictione octaua, die vero decima quinta mensis Martij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno Octauo, retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas ecclesiæ Lateranen. necnon Principis Apostolorum de vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Petrum Aloysium Gaytam, & Nicolaum Tallierium eiusdem Sanctissimi D. N. Papæ Cursores.

Ant. Lodouicus magister Cursorum.

LXII.

Confirmatio priuilegiorum, Militiæ, & Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani.

Alias confirmationes & declarationes priuilegiorum huius ordin. habes sup. in Pij V. const. 76. Et si cuncta, fol. 1036. & in Pij 4. const. 14. Circumspecta, f. 663. vbi notaui concord.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.

QVO MAGIS ac firmius Hospitalis S. Ioan. Hierosolymitani ordini sanctæ Sedi Apostolicæ, & nobis acceptissimo, ac de Christiano nomine, fideiq; Catholicæ defensione optime merito, illiusque Magno Magistro, Præceptoribus, & Commendatarijs hactenus per sedem Apostolicam concessa priuilegia præseruentur, paterno, quo eundem ordinem complectimur, affectu, æquum est prouidere. Dudum siquidem felicis recordationis Pius Papa Quartus prædecessor noster, dum fauore eiusdem Hospitalis, & religionis priuilegia eidem antea concessa confirmauit, atque approbauit, vel etiam ampliauit, animaduertens piæ memoriæ Clemẽtem Papam Septimum etiam prædecessorem nostrum statuisse, quòd omnes, & singuli Baiuliuarũ, Prioratuum, Præceptoriarum, domorum, & beneficiorum in vim collationum eis factarum possessores sæculares, aut alterius ordinis regulares, seu pensiones super illorũ fructibus, redditibus, & prouẽtibus huiusmodi, etenus etiam per Sedem eandem reseruatas, percipientes, illas, & illa infra sex menses a die intimationis dictarum literarum in manibus Magistri, & Conuentus prædictorum iuxta formam stabilimentorum dictæ religionis dimittere, & transferre, seu illarum cassationi consentire tenerentur, alioquin beneficia, & pensiones huiusmodi, nisi illa possidentes, & illas percipientes infra dictum tempus habitum susciperent, & professionem regularem ipsius religionis emitterent, lapsis mẽsibus ipsis vacarent, ac cassæ, & extinctæ essent, & esse censerentur eo ipso. Ac deinde recolendæ memoriæ Paulum Papam Tertium etiam prædecessorem nostrum, vt Magister, & singuli Priores, Baiuliui, Præceptores, Milites, & Fratres Hospitalis huiusmodi pro eorum libito parochiales, ac etiam sine cura Ecclesias, vel earum Vicarias, seu Capellanias perpetuas, aut Capellas, vel Altaria, seu alia beneficia simplicia ad eorum collationem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem ratione Prioratuum, Baiuliuatuum, Præceptoriarum, etiam Camerarum Magistralium nũcupatarum, Hospitalium, Domorum, & aliorum beneficiorum dicti Hospitalis per eos pro tempore obtentorum, de iure, statuto, consuetudine, fundatione, aut priuilegio, vel alias quomodolibet spectantia, & pertinentia, ab ipsis Baiuliuis, Præceptorijs, Domibus, Hospitalibus, & alijs beneficijs dependen. seu illis annexa, quæ dudum forsan fratribus saltem Capellanis eiusdem Hospitalis, & ab eisdem Magistro, Prioribus, Baiuliuis, ac Præceptoribus, & alijs prædictis conferebantur, a longo tamen, & forsan longissimo tempore citra, de cuius initio memoria hominum forsan non existebat, per ipsos Magistrum, Priores, Baiuliuos, Præceptores, Milites, & Fratres per abusum, aut ea defectu huiusmodi Capellanorum vel aliarum personarum eiusdem Hospitalis ad id idonearum, clericis, seu presbyteris sæcularibus collata, aut conferri, & per ipsos presbyteros, vel clericos sæculares obtineri solita, etiam fratribus huiusmodi præsertim Capellanis nuncupatis, qui, vt asseritur, a presbyteris, seu clericis, nisi quo ad gestationem Crucis, vel habitus dicti Hospitalis ad pectus non differebant, immo priuilegijs clericorum sæcularium, iuxta forsan eorum priuilegia, & consuetudines gaudere solebant, si ad id alias idonei, & habiles reperirentur, conferre, ac aliàs de illis prouidere, & disponere, ipsique fratres, quibus beneficia huiusmodi conferri contingeret, illa si sibi alias canonice conferentur, aut ipsi eligerentur, præsentarentur, vel aliàs assumerentur ad illa, & instituerentur in eis, recipere, & in titulum, etiam quoad viuerent, retinere respectiue libere, & licite valerent, statuta, & ordinationes extendisse, & ampliauisse, eisque desuper indulsisse, idem Pius IIII. cõcessiones, & priuilegia dictorum prædecessorũ confirmans, ipsos Magistrũ, & Couentũ, necnon Priorum Ecclesiæ, aliosque priores, & præceptores intra limites suarum iurisdictionum, & administrationum veros ordinarios iuxta formam suorũ stabilimentorum, & priuilegiorum existere, & esse censeri decreuit, ac beneficia ecclesiastica ad præsentationem, seu collationem Baiuliuorum, priorum, & præceptorum Hospitalis huiusmodi suffragari debere, ita quod presbyteri sæculares illa tunc temporis in Commendam, seu alias quomodolibet obtinen. Commendæ huiusmodi cedere, aut illa aliàs dimittere non possent, nisi de consensu eorum ad quos præsentatio, seu collatio spectaret, & in fauorẽ dicti Hospitalis, seu personatum, quæ habitum per fratres Capellanos eiusdem Hospitalis deferri solitum susciperent, & professionem per eos emitti solitam emitterent, nec illa deinceps ipsi nisi infra sex menses à die

Pius 4. confirmauit, & ampliauit priuilegia Hospitalis Religionis S. Ioan. Hierosolymitani, vt sup. in eius constit. 14. Circumspecta, fol 663.

Clemen. 7. decreuit possidẽtes beneficia Religionis, & Pensiones eius itra sex mẽses habitum suscipere, & profeßionem emittere debere, alias illa vacarent, vt in dicta Pij Quarti constit. 14. circa medium.

Pau. 3. declarauit Capellanos huius Ordinis de eius Ecclesijs posse prouideri, non obstante q̃ presbyteris sæcularibus conferri solitum fuerit, vt habes in eadẽ 4 const. 14. post med.

Pius 4. decreuit Magnum Mag. Conuentũ, Priores, & Præceptores esse veros ordinarios infra limites suarum Iurisdictionum, & vt in eadem const. 14. Post med.

inti

intimationis habitum ipsius religionis suscepissent, & regularem professionem infra alios sex menses emisissent possidere possent, & si secus fieret, aut cessionẽ, seu resignationem hmôi, aut de dicti ordinis beneficijs, etiam in manibus suis in futurũ fieri cõtingeret, huiusmodi cessiones resignationes, & prouisiones nullius essent roboris vel momenti, nisi in illis expresse diceretur, & de consensu Magni Magistri, & de illis iuxta formam priuilegiorum dictæ religionis prouideretur; Inter statuta etiam eiusdem religionis per similis memoriæ Paulum Papam Quartum similiter prædecessorem nostrum approbata, & confirmata, ita cautũ reperitur, Priores in suis Cameris prioratibus, Baiuliui, & Commendatarij in suis commendis habent prouisionem, vel præsentationem beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura animarum vel sine à suis commendis dependen. nisi id priuilegio, vel consuetudine ad alios pertineat. Item Frater Claudius de la Sengle Magister statuit, vt omnia beneficia Ecclesiastica eiusdem ordinis, quorum collatio, aut præsentatio ad dictum ordinem pertinet, nullis conferentur, aut nulli ad ea præsentarentur, nisi essent Fratres ipsum ordinem expresse professi, & alias prout in eiusdem Pij Quarti prædecessoris præfati literis, ac statutis, & stabilimentis, vel priuilegi s dicti hospitalis plenius continetur. Quæ omnia cum dispositione iuris communis maxime congruunt, tum auctoritati Sacrosancti Concilij Tridentini nituntur. Verum cum, sicut accepimus, clerici sæculares possessores cum cura, & sine cura beneficiorum eorundem ad collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem priorum, Baiuliuorum, Commendatariorum, & possessorum aliorum dictæ religionis bonorum iure eorũdem priorarum, Baiuliuatuum, Commẽdarum, & aliorum bonorum eiusdem religionis habitum suscipere, & professionem regularem prout in eadem religione consueuit emittere, negligant, ac recusent in statutorum eiusdem religionis contemptum, ac iuris Communis dispositioni, & Concilij præfati decretis, priuilegijs quæ ab hac sancta Sede Apostolica, vt præmittitur, concessis contrauueniendo, ac prætendant eiusdem Pij Quarti prædecessoris nostri mentis, & intentionis non fuisse ad habitus susceptionem, & professionis emissionem eos teneri, qui post ab eodem prædecessore obtentam priuilegiorum confirmationem, & ampliationem de eisdem, siue similibus beneficijs concessiones fieri quomodocunque obtinuerunt, cum de illis, qui tunc temporis in Commendam, seu alias obtinerent, eundem Pium Quartum prædecessorem sub isto verbo ad præsens statuisse duntaxat prætendatur, allegantes quòd Commendę, prouisiones, siue alias quomodocunque concessiones de similibus beneficijs eisdem factæ post datam eiusdem Pij Quarti prædecessoris literarum siue mentio fiat, siue reticeatur, beneficia esse dictæ Religionis, sunt loco absolutionis, ac derogationis tacitæ statutorum, & priuilegiorum eiusdem ordinis, ita vt ad suscipiendum illius habitum, ac professionem emittendam minime teneantur, cum susceptio habitus, & professio ab eis emittenda ex ipsarum literarum serie expresse iniunctæ fuisse non appareant, ex quibus eidem ordini, illiusque Magistro, prioribus, Baiuliuis, & Commendatarijs, maxima in dies exoriuntur incommoda, atque perturbationes, præsertim dum eorundem beneficiorum status ponitur in incerto. Quare Nos, vt par est, ex debito pastoralis officij omnium Christifidelium, præsertim vero eiusdem ordinis præfatarum regularium personarum pro Iesu Christi nomine, ac Catholicæ fidei tuitione ad interitum vsque iugiter laborantium commodis, & indemnitati, quantum in nobis est, prospicere cupiẽtes, simulque de Communi eiusdem ordinis, ac religionis bono vehementer soliciti, ne quid ei indebite detrahatur, sacrorum Canonum, ac decretorum dicti Concilij, eorundemque statutorum, & priuilegiorum auctoritati, & tenoribus innitentes, eademque priuilegia, statuta, & ordinationes, ac dictorum prædecessorum nostrorum literarum tenores præsentibus pro expressis habentes, illaque omnia approbantes, & confirmantes, pręsentisque nostri scripti patrocinio communientes, ac rata, & grata habentes, ac quatenus opus sit, innouantes, & de nouo concedentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia auctoritate præsentium declaramus, nunquam intentionis prædecessorum nostrorum, vel nostræ fuisse in prouisionibus, siue Commendis, aut quibusuis alijs concessionibus beneficiorum ordinis, & religionis huiusmodi, siue illa curata, siue sine cura sint, per eosdem prædecessores nostros, vel per nos, & eandem sedem forsan etiam cum simplici derogatione priuilegiorum, & stabilimentorum religionis prædictæ, non tamen speciali, de non suscipiendo habitum, & non emittendo professionem mentione, seu per Magistrum, Conuentũ, Priores, Baiuliuos, ac Commendatarios, vel alios quibuscunque personis cuiuscunque status, & dignitatis factis, & concessis tacite illos absoluendi, quominus iuxta eiusdem ordinis statuta, & priuilegia infra tempus, præfixum habitum suscipere, & professionem per fratres eiusdem ordinis emitti solitam emittere debeāt regularem, etiam si hoc explicite in eorundem prædecessorum, aut nostris literis adiectum vel iniunctum his, ad quorum fauorem huiusmodi beneficia concessa extiterint, nequaquam fuerit; Ac quò nostra hæc intentio singulis apertius innotescat, statuimus, vt omnes, & singuli, qui vel per sedem præfatam, vel per nos, aut Romanos Pontifices prædecessores nostros, etiam cum simplici derogatione priuilegiorum, seu per Priores, Baiuliuos, & Commendatarios fuerunt de beneficijs huiusmodi prouisi, siue hi, quibus eadem commendata, aut quomodolibet concessa extiterunt, etiam si super his in Curia, vel extra aliqua lis pendeat, ac de eisdem in posterum perpetuis futuris temporibus prouidebuntur, aut demum quibus eadem commendabuntur, vel concedentur, etiam per sedem Apostolicam, si post sex menses, a die quo id eis legitime indictum, atque denũciatum fuerit, illico numerãdos, professionem non emiserint, & habitum non susceperint ordinis prædicti, absque alia desuper facienda declaratione, & citatione, omni, & quocunque iure in dictis beneficijs, vel ad illa competente careant eo ipso, ipsiq; tanquam illiciti detentores, & occupatores, & intrusi ab eisdem amoueantur, deque illis tanquam de iure atque de facto vacantibus, Magistrum, ac Conuentum, Priores, Baiuliuos, & Commendatarios, & alios ad quos spectat, libere prouidere, ac de illis iuxta Magistri, & Religionis præfatæ stabilimenta, & consuetudines exequi posse, eorundemq; possessores ab eorundẽ beneficiorum possessione, vel potius detentione, & occupatione amouendos esse, prout nos in dictum casum, & euentũ amouemus, ac regulis de annali, & triẽnali possessore, & alijs priuilegijs, remedijsq; quibuscunq; etiam in corpore iuris clausis, quibus diutini beneficiorũ possessores vtũtur, potiũtur, & gaudent, vti potiri, & gaudere non posse, quauis etiam longissimi temporis præscriptione minime obstante, verum eosdem pro amotis, & expulsis habendos esse, & censeri, amotisque, & expulsis actionem spolij nec vnde vi, vel aliud quoduis remedium possessorium, siue petitorium cõpetere seu desuper propterea agere non valere: Et quo facilius si qui ad præsens reperiuntur quomodolibet prouisi de beneficijs à Prioratibus Baiuliuatibus, & Cõmendis huiusmodi dependentibus, seu ad illorum collationem, prouisionem, præsentationẽ, seu quamuis aliam dispositionem spectantibus, etiam habitum dictæ Religionis non susceperunt, ad habitus,

Pau. 4 (cuius est statutũ hic nõ habes) confirmauit priuilegiũ Priorũ, & Commendatariorum prouidendi de beneficijs à suis Commendis dependentibus, & confirmauit decretum quod beneficia huius Ordinis, alijs quam Fratribus Ordinis professis non conferantur.

Hic vero Pontifex dictas concessiones Prædecessorũ confirmat.

Declarat etiam nũquam intẽtionis suæ, ac prædecessorum fuisse, in concessionib. beneficiorũ huius Religionis & cum simplici derogatione stabilimentorum, & priuilegiorum Religionis factis, absoluere à susceptione habitus, & professionis omissione.

Imo sic prouisos, & de cætero prouidendos decreuit infra sex menses professionẽ emittere, & habitum suscipere debere.

Inobedientes q. pęnas expressas imponit.

ipsius

ipsius susceptionem, & professionis emissionem inducâtur, eisdem Prioribus, Baiuliuis, & Commendatarijs licentiam, & facultatem concedimus, ipsis condonandi, & relaxandi eorum spolia, quæ ad dictos Priores, Baiuliuos, & Commendatarios spectant, ita vt de illis disponere possint tam in vita, quam in mortis articulo, condonationemque, ac relaxationem huiusmodi eiusdem roboris, ac momêti esse, ac si ab eadem sede emanassent. Necnon felicis recordationis Pij Papæ Quinti etiam prædecessoris nostri literis inhęrentes, illasque approbantes, & confirmantes, omnes, & singulas personas in dicti ordinis beneficijs quomodolibet existentes; à seminarij clericorum in qualibet Ciuitate iuxta dicti Cócilij decreta erecti, seu erigendi, ac decimarum subsidij, & aliorum onerum contributione totaliter eximimus, & liberamus, ac liberos, & exemptos esse volumus: Sicque in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac dicti ordinis apud nos, dictamque sedem Protectores, & alios sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate vbique iudicari & diffiniri debere, irritum quoque, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Quocirca dilectis filijs in Regnis Hispaniarum, & Neapolitani nostris, & sedis Apostolicæ pro tempore existentibus Nuntijs, aut Curiæ Causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, & quibuscunque Conseruatoribus per eosdem Magistrum, Baiuliuos, Priores, & Commendatarios iuxta formam priuilegiorum ordinis prædicti in dignitate Ecclesiastica constitutis, electis, & eligendis, per præsentes, Motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Magistri, & Conuentus, siue Priorum, Baiuliuorum, Præceptorum, & Commendatariorum præfatorum, & aliarum personarum, & possessorum præfatorum fuerint requisiti solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra eos præmissis omnibus, & singulis iuxta præsentium continentiam, & tenorem pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos desuper a quoquam quomodolibet indebite molestari. Contradictores quoslibet, ac rebelles, & præmissis non parentes per opportuna iuris, & facti remedia, ac demum per sententias, cêsuras, & pœnas Ecclesiasticas, appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus Commendis, & prouisionibus, alijsque dispositionibus, vel concessionibus, quibuscunque verborum formulis illa concessa fuerint, ac felicis recordationis Bonifacij Papæ Octaui prædecessoris nostri de una, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo non vltra tres aliquis auctoritate præsentium ad iudicium trahatur, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostol. contrarijs quibuscunque: aut si aliquibus communiter vel diuisim ab Apostolica sit Sede indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Decernentes præsentibus, & in eis contentis omnibus per quasuis literarum concessiones, prouisiones, & alias quaslibet dispositiones, aliter quàm vt præmittitur per nos, vel eandē Sedem factas, vel forte quomodolibet faciendas aut concedendas, etiam Motu proprio, & ex certa scientia derogari non posse, nec derogatum censeri, cuiuscunque tenoris, & formæ emanauerint, & cum quibuscunque decretis, & clausulis, etiam derogatoriarum derogatorijs fortioribus, & insolitis, etiam si causas qualcunque legitimas, & fauorabiles continerent, quinimo per præsentes illis omnibus expresse derogamus, earum tenores pro sufficienter expressis habentes, pręsentibus semper in suo robore permansuris, nisi harum tenor de verbo ad verbum in illis esset insertus, & Magistri, & Conuentus consensus accederet. Volumus autem quod præsentium transumptis manu alicuius Notarij publice subscriptis & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Obediêtes a dicti licet tâ prouisis spolia. côdonari posse declarat per Priores, & Commendatarios ad quos spectant.

Côfirmat etiam quo ad exêptionem à Decimis. & alijs oneribus ac accessionem Pij Quinti quæ est sup. in eius const. 76. Et si cum. &c. fol. 1036.

Decretum irritans.

Deputatio, & facultates executorum huius constitutionis, & obseruationem huius Ordinis.

Clausula derogatoria.

Clausula præseruatiua.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 23. Martij. 1580. Pontificatus Nostri Anno Octauo.

Cæ. Glorierius.

L X I I I.

Confirmatio Statutorum Almæ Vrbis nuper editorum.

Derogatio autem Stat. lib. 3. cap. 42. circa iurisdictionem Consulum Artificum Vrbis habetur infra in const. 80. Almam, Et derogatio Statutorum quo ad causas criminales, & earum processus, habetur infra in const. 111. Cum in Curia.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

VRBEM ROMAM, ex qua, veluti è capite, iuris ciuilis prudentia defluxit, atque inde, in alias nationes, longè lateq; est diffusa, legibus semper, atque optimis abundare oportet institutis, vt quæ tot donis, prærogatiuisque excellit, seipsam in primis optimè regat, alijsque deinde Vrbibus, exemplo Reipublicę recta ratione administrandæ antecedat. Quod cum nobis, pro eo, quo illam Principis Apostolorum, eius successorum, nostrique, & Christianæ religionis sedem, prosequimur, veræ dilectionis affectu, debito qua nostræ seruitutis officio, maxime semper curæ fuerit plurimū in Domino lætati sumus, dilectos filios Populum Romanū, Iustitiæ colendæ studio, solicitudini huic nostræ respondisse. Illi enim, cum Vrbis mores, consuetudines & pleraque omnia negocia, ita viderent esse confusa, vt ius sibi, cum ab antiquis, tum a iunioribus traditum, & denique ipsæmet canonicæ sanctiones, in controuersijs, quæ quotidie in iudicium vocantur, dirimendis, alijsque rebus explicandis, prout tempus, moresque postulant, non ita conuenirent, nequid ab eis in concessa sibi facultate, desiderari contingat, priuatas leges, siue statuta, præsentibus temporibus, ac negocijs congruentia, sibi condere, nostris auctoritate & præsidijs freti, instituerunt. Id vero, dum serio agūt, nouiterque in iuris huiusmodi côpositioné, nobis annuentibus incumbunt, Statuta Vrbis, quæ sibi a maioribus suis, relicta habebant, satis perplexa & confusa inuenerunt; in quorum libris, ob temporum vetustatem, Magistratuum fortasse negligentiam, multiplicesque superiorum ætatum, editas reformationes sępe, quæ adhuc vigebant, constitutiones, vna cū abrogatis

Pop. Rom. instituit reformare antiqua Vrbis, & noua condere.

Lucas Patus a Populo vna cũ alijs deputatus, in tres libros statuta redegit, & huic Pōtifici exhibuit.

Pontifex autem deputauit Cardinalem S. Seuerinæ, & alios hic nominatos, ad illa examinandum, & corrigendum, prout emendarunt, & correxerunt.

abrogatis & obsoletis, aliæque alijs contrariæ, promiscue continebantur. Cupientes itaque ijdem Populus, vt ius proprium in certam formam, & quasi non dissentientium inter se Statutorum consonantiam redigeretur, ad præsentiumque temporum mores, & negocia accommodaretur, prouinciam hanc dilecto filio Lucæ Pæto vtriusque iuris doctori, nonnullisque alijs ciuibus Romanis demandandam curarunt: eorum vero aliquibus vita functis, alijs diuersorum negotiorum occupatione districtis, idem Lucas Statuta prædicta in quinque libros prius distributa, superuacaneis amputatis, necnon inuicem pugnantibus, & ijs quæ vel desuetudine antiquata, vel contraris lege abrogata erant, sublatis, additisque nonnullis reformationibus, ad dilectorum filiorum Conseruatorum, Populique Romani Officialium Regimen, & directionem spectantibus, quæ nobis Populi eiusdem nomine obtulerant, in tres breues admodum libros, certo distinctoque ordine redegit, nobisque superioribus annis exhibuit. Qui intelligentes multa in Populum Romanum prædictum commoda, ex noua huiusmodi Statutorum compilatione esse profectura, Dilecto filio nostro, Iulio Antonio Tituli Sancti Bartholomæi in Insula presbytero Cardinali, Sanctæ Seuerinæ nũcupato, mandauimus, vt conuocatis dilectis filijs Conseruatoribus Cameræ Vrbis, & Prioribus capitum Regionum, qui pro tempore fuissent, necnon Hortensio Frangipanio Vrbis Cancellario, Antonio Vellio, Fabricio Lazaro, & qui eiusdem Populi Rom. aduocatus est Horatio Burghesio, & Vincentio Parentio Aulæ nostræ Consistorij, necnon Bernardino Biscia, & Horatio de Arrigonibus in Romana Curia, Aduocatis Stefano Crescẽtio, Marcello Alberino, Petropaulo Fabio, Hieronymo Alterino, Augustino Palonio Valerio de Valle, Prospero Cafarelo, & Ricardo Mazzatosta, Romanis Ciuibus, à dicto Populo in suis Consilijs ad hanc rem diuersis, & successiuis temporibus, vna cum prædicto Luca dilectis, congregatis quoq; dilectis filijs nostris, Alexandro T. Sanctæ Mariæ in Aracæli Presbytero Cardinali Riario nuncupato, tunc Cameræ Apostolicæ generali Auditore, deinde magistro Hieronymo Matthæo in eiusdem Alexandri Cardinalis locum, ad munus Auditoris suffecto, necnon venerabili Fratre Hieronymo Episcopo Maceratensi, locum vnius ex officijs Clericatus Cameræ Apostolicæ ex indulto Apostolico obtinente, ac dilectis item filijs, Magistris Alexandro Fromẽto, & Pyrrho Tharo, Notarijs nostris in vtraque Signatura nostra Referendarijs, ac etiam Mario Gabrielio eiusdem Aulæ nostræ Consistorij aduocato, a nobis ad hoc specialiter deputatis, Statuta huiusmodi, per dictum Lucã compilata, diligenter excuterent, atque examinarent; & quæ eis viderentur, supplerent, corrigerent, delerent, & emendarent. Qui frequentissime per plures annos in vnum congregati, eisdemque Statutis diligenter visis, & sigillatim examinatis, matureque discussis, alia emendauerunt, alia explanauerunt, nonnulla addiderunt, nonnullaque etiam sustulerunt. Denique Iulius Antonius, & Alexander, Cardinales, ac Hieronymus Episcopus, necnon Marius Gabrielius, & Lucas Pætus prædicti, eorundem Statutorũ relectione, & recognitione, omni studio & diligentia ab ipsis, de mandato nostro facta, postremam illis manum adhibuerunt. Nos volentes ea, quæ tanto labore, & maturitate ad Publicam vtilitatem digesta sunt, inuiolabiliter obseruari, Motu proprio, & ex certa scientia nostra deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia & quæcunque antiqua Vrbis Statuta, etiam reformata, & innouata, ac quibusuis approbationibus, & confirmationibus Apostolicis roborata, præsentium auctoritate abrogamus, tollimus, & penitus abolemus, neminèque ad illa deinceps obligari volumus: nouissime vero compilata Statuta prædicta, etiã certis in eis expressis casibus, iuramenti validitatem restringentia, sicuti prædictis tribus libris digesta sunt, approbamus, & confirmamus. Et, vt approbatio huiusmodi amplius innotescat, has præsentes, in principio omnium librorum eorundem voluminum, quæ vel manu scribentur, vel imprimentur, omnino describi volentes, statuimus, & Apostolica auctoritate decernimus, vt de cætero, post triginta dies à publicatione præsentium, nulla alia Statuta, quam hæc noua ad futurarum causarum decisionem, ac negociorum expeditionem allegari possint, nec quisquam illa allegans, audiri debeat, sed rantum, secundum prædicta noua, à nobis confirmata, in Curia Capitolina, & apud eam in futuris omnibus causis, in ipsa Curia Capitolina, videlicet, etiam quo ad causarum processum, & quo ad alia vbique in ipsa Vrbe, illiusque districtu, vbi particularia Statuta, de eisdem causis, & earum casibus disponentia, non habentur, quauis alia sinistra, dolosa, vel captiosa interpretatione sublata, in quacunque instantia, inuiolate, ac perpetuo obseruentur ac iuxta illa, lites & controuersiæ omnes in futurum iudicari, decidi, & diffiniri debeant; nec illis nisi per Signaturam nostram, & pro tempore existentis Romani Pontificis manu factam, nequeat derogari. Sitque irritum, & inane quicquid secus, super his à quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus, nec non priuilegijs, & indultis Apostolicis, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis irritantibusque, & alijs decretis, concessis confirmatis, & innouatis, quorũcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, aut omnino non inserta, effectus earum impediri valeat, quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus, ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem vt præsentium exemplis etiam impressis, Notarij publici manu, & personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ sigillo obsignatis, ac etiam prædictis voluminibus descriptis eandem prorsus fidem vbique in iudicio, & extra illud adhiberi; quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si exhibitæ essent, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ abrogationis, sublationis, abolitionis, approbationis, cõfirmationis statuti, decreti & voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorũ Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Antiqua igitur statuta abrogat hic Pontifex.

Nouaque statuta, vt supra condita confirmat.

Obseruari etiam præcipit in Curia Capit. generaliter, & in alijs Curijs Vrbis, & districtus, quo ad decisiones tantũ.

Derogationésque statutorum sibi reseruauit.

Derogauit autẽ postea vt indicatur hic in rubr.

Decretũ irritãs. Clausula derogatoria.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo octuagesimo, octauo Kal. Iunij, Pontificatus nostri, Anno Nono.

M. Datarius.

Cæ. Glorierius.

A. de Alexijs.

Anno

Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo octuagesimo, Indictione octaua, die vero prima mensis Iulij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & Domini Nostri Domini Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno Nono, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Ecclesiæ Sancti Ioannis Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, necnon ad valuas Palatij Curiæ Capitolij, & DD. Conseruatorum Vrbis, per nos Petrum Aloysium Gaytam, & Nicolaum Taglietium Cursores Apostolicos.

Publicatio.

Petrus Guerra Magister Cursorum.

Illustrissimi Domini Cameræ Almæ Vrbis Conseruatores, Lælius Suricus, Alphonsus Auila, & Marius Vellius; ac prior Capitum Regionum, Prosper Buccapadulius, præsentes Apostolicas literas, confirmationis Statutorum Vrbis, sub plumbo expeditas, regestandas, & in Archiuio eorum Palatij asseruandas, mihi Horatio Fusco, S. P. Q. R. Scribæ, qui tum discussionibus, & resolutionibus, tum etiam reuisionibus, & recognitionibus eorundem Statutorum in Congregationibus frequenter habitis coram Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Iulio Antonio Sanctorio Cardinali Sanctæ Seuerinæ, assidue interfui & diligenter adnotaui, & cui imprimendi, corrigendique cura commissa extitit, tradiderunt atque consignarunt hodie, Die XV. Mensis Iulij M D L X X X.

Mandatum C6a. regestrandi hanc const. in Archiuio.

Horatius Fuscus qui supra, ad fidem &c.

L X I I I I.

Contra detentores locorum & bonorum Sedis, & Cameræ Apostolicę. & non soluentes census, & alia iura.

De Materia habes supra Innoc 8. const. 16. Decet, fol. 133. & Alex. 6. const. 6. Cum ex relatione, fol. 139 & Pauli 4. const. 25. Incumbentia fol. 600. vbi notaui.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

AD ROMANI Pontificis spectat officium boni patrisfamilias exemplo, curare sedulo ac prouidere, ne Sedis & Cameræ apostolicæ dominia, proprietates, & iura depereant, ne ve contra ius fasque ab alijs occupentur, ac si qua ex eis vel temporum iniuria, vel hominum malitia, & cupiditate, vel aliquo alio casu detineri, & vsurpari contingat, illorum recuperationi decenter instare, quo & ipsius sedis ac aliorum Christianorum Principum, atque adeo vniuersæ Christianæ Reip. necessitatibus, & opportunitatibus, valeat subuenire. Hoc sane consilio & animo complures Romani Pontifices prædecessores nostri & in his piæ me. Innocentius viij Sexto non. Maij Octano, Alexander, vi. Quintodecimo Kal. Ianuarij Sexto, & Paulus iiij. Octauo Kal. Nouembris secundo Pontificatuum suorum Annis editis constitutionibus, & literis aduersus omnes & quoscunque S.R.E. et Cameræ Apostolicæ Feudatarios, Vicarios, Gubernatores, Censuarios, emphyteotas, & alios Cameræ Apostolicæ debitores, eisdem sedi & Cameræ debitas solutiones certis die & loco statutis re ipsa non facientes, pactaque & conuentiones in eorum inuestituris & alijs concessionibus, nec non modos & formas aliaq, omnia in eisdē prædecessorū literis contenta non adimplentes, sententias censuras & pœnas tā Ecclesiasticas quàm priuationis, & caducitatis Feudorum, Vicariatuum, Guberniorum, locationum, censuum & aliorum bonorum & iurium per eos a sede & Camera prædictis quomodolibet obtentorum imposuerunt, quarum deinde constitutionum & literarum vigore, ac etiam iuxta antiquam & laudabilem consuetudinem singulis annis in vigilia & festo beatorum Apostolorum Petri & Pauli hactenus in Camera Apostolica seruatam coram eiusdē S.R.E. Camerario & Cameræ prædictæ præsidentibus, Clericis & alijs Cameram prædictam facientibus, & repræsentantibus pro recipiendis censibus & alijs prædictis ibidem congregatis, eiusdem Cameræ & Fisci Procurator pro tempore existens, acceptando prius omnes & quascunque dictarum concessionum & inuestiturarū caducitates, deuolutiones & priuationes, nec non contractuū, & instrumentorum resolutiones, extinctionesque, & alias pœnas legales, seu conuentionales, ac aliter per eos incursas, eosdem non soluentes, seu non adimplentes promissa, ac in dictis inuestituris, & concessionibus contenta, seu alias per eos quolibet debita ab eorum Feudis, Vicariatibus, Gubernijs, locationibus, administrationibus, censibus, & bonis, ac concessionibus, & inuestituris cecidisse, & illis priuatos fuisse, nec per quamcunque receptionem in totum, seu in partem de eisdem censibus postea, tam in eadem Camera, quàm extra eam, & tam per ipsum, quàm alios quoscunq; factam iuribus eiusdem Cameræ præiudicari, sed quod semper ad bonum computum, ac eosdem sic vt præfertur non soluentes, & non adimplentes morosos declarari per Cameram prædictam singulis annis petijt & instetit, ac morosos, & contumaces vel alias decerni & declarari obtinuit. Itaq; idem Paulus prædecessor protestationes, declarationes, sententias, & decreta prædicta per easdem suas literas confirmans & approbans perpetuo statuit, omnes occupatores & detentores feudorum & aliorum prædictorum ad illa eidem Cameræ relaxandum, & restituendum infra certum terminum quod iampridem præterijt, quacunque præscriptione etiam centum annorum & forsan vltra non obstante, obligatos esse cogiq; posse & debere, et alia, prout in constitutionibus & literis, necnon protestationibus, interpellationibus, declarationibus, sententijs, & decretis prædictis latius continetur. Postea vero tam Pauli prædecessoris quàm prædictarum & aliarum aliorum prędecessorum nostrorum constitutionum & literarum huiusmodi vigore feudatarij & alij prædicti ad eiusdem Cameræ Fiscique procuratoris instantiam solemniter singulis annis, in vigilia & festiuitate prædictis, vt moris est ad legitime in eadem Camera comparendum, ac dictos census, canones, recognitiones seu responsiones, aliaque per eos promissa conuenta, & quomodolibet debita cum effectu adimplendum sub sententijs, censuris, & pœnis, tam in eiusdem Pauli, quàm dicto-

Innoc 8 in const. 16. fol. 133. Alex 6 in cōst 6. fol 139 Pau. 4 in constitu. fol. 600. pœnas imposuerunt non soluentibus iura debita Cameræ, & Sedi Apostolicæ.

Fiscus Cam. Apostolicæ quolibet anno in vigilia, & festo SS Petri & Pauli acceptauit quascunque caducitates, & de uolutiones, & non soluentes morosos, & contumaces declarari a Cameralibus obtinuit.

Paul. 4. comprobauit dictas Fisci protestationes, & Cameralium sententias, & decreta, vt habetur in dicta eius cōst. 25.

Postea quolibet anno Feudatarij, & alij Cameræ debitores, in vigilia, & festo SS. Petri & Pauli, citati fuerunt, vt illa soluerent, & nō soluentes, censuris & pœnis, de quibus hic innodati fuerunt.

rum & aliorum prædecessorum nostrorum literis, contentis, necnon priuationis & caducitatis Feudorum, Vicariatuum, Guberniorum, locationum, censuum administrationum, bonorum, iurium, & aliorum in eorum concessionibus quomodolibet contentorum, sæpe sæpiusque citati & interpellati fuerunt, qui tamen præmissis ac etiam literis quotannis die cœnæ Domini legi solitis, quibus detinentes loca & bona eisdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & illa non restituentes, censuris quoque & pœnis Ecclesiasticis innodantur minime attentis, non modo census, & alia per eos vt præfertur debita soluere, & adimplere cessarunt & cessant, sed etiam loca & bona ac alia prædicta temere atque indebite, & de facto occupata detinuerunt & detinent, sententias, censuras, & pœnas ipsas, ac etiam priuationis & amisionis dictorum feudorum & aliorum, & alias in eisdem literis contentas damnabiliter incurrendo. Cum autem de mandato nostro, & ad instantiam dilecti filij Rodulphi Bonfioli dictæ Cameræ Commissarij contra omnes & singulos morosos occupatores & detentores huiusmodi non solum generatim in vigilia & festo prædictis proxime præteritis, sed postea nominatim contra multos ea eis in eadem Camera, & coram diuersis illius Præsidentibus & clericis legitime, & cum protestatione ad deuolutiones caducitatesque & priuationes, necnon sententiarum, censurarum, & pœnarum prædictarum incursus agi cœptum fuerit, & in dies agatur, & sicut accepimus nonnulli eorum ad se in occupatione, detentione, & intrusione Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, Castrorum, locorum, tenutarum, arcium, fortalitiorum & aliorum bonorum & iurium huiusmodi, sic vt præfertur, ac alias ad sedem & Cameram prædictas deuolutorum confouendum, sub prætextu, quòd tam Pauli prædicti quàm aliorum Prædecessorum constitutiones, & literæ prædictæ non fuerint nec sint perpetuæ, sed ad tempus, nec vim legis siue constitutionis perpetuæ habuerint aut habeant sed feudatarios, Vicarios & alios prædictos, tunc scilicet tempore emanatarum, earundem constitutionum & literarum existentes tantummodo comprehenderint, ac quod nunquam in vsu fuerint, seu esse desierint, & quod ipsi de illis scientiam etiam ex defectu nullitatis & publicationis earundem, seu alias non habuerint, quòd que ad concessiones & inuestituras ea causa onerosa, etiam in vim contractus, seu alias quomodolibet factas,

Multi tamen ad hunc Terras, & bona Sedis Apost. detinent & in pœnas prædictas nō incurrisse prætendunt, ex causis hic narratis.

pro quibus certa annua solutio parui pretij nempe in cera vel alia minima re non commodum seu vtilitatem, sed potius recognitionem superioritatis sedis & Cameræ huiusmodi concernente fiat, seu fieri debeat, se non extenderint seu extendant, & quod in eorum concessionibus seu inuestituris prædictis conuentiones, & pacta aliqua expressa inita fuerint, per quæ cautum fuerit & sit, quod ob non factam censuum, & aliorum prædictorum debito tempore solutionem, seu ob pacta non seruata, vel nisi sub certa qualitate, & nisi infra certum tempus, vel alias nisi in certis casibus deuolutionem seu caducitatem vel priuationem, & prædictas aliasque pœnas non incurrant, vel saltem quòd eis quamcunque moram ob præmissa vel alias quomodolibet incursam & tunc incurrendam purgare, ac se se ab eisdem deuolutione, caducitate, priuatione, vel incursu, & alijs pœnis a dictis constitutionibus & literis, ac a iure communi traditis, ex varijs & diuersis per eos allegatis prætextibus licuerit, & liceat excusari, & sic istis alijsque subterfugijs, & cauillationibus, lites, & causas desuper in eadem Camera, vt præfertur, motas seu mouendas in longum protrahere, & quotidie noua impedimenta obijcere conantur, in maximum Sedis & Cameræ prædictarum præiudicium, ac eorundem animarum periculum. Nos cupientes, quantum cum Deo possumus, pro munere nobis ex alto commisso, Sedis & Cameræ prædictarum indemnitati prouidere, ac oppositionibus, & alijs præmissis opportunum remedium adhibere, de Apostolicæ potestatis plenitudine, certaque scientia nostra etiam prædecessorum nostrorum prædictorum vestigijs inhærendo, easdem Innocentij, Alexandri, & Pauli, ac omnium aliorum Romanorum Pontificum constitutiones super præmissis, & illorum occasione vel causa quomodolibet editas & emanatas, ac earum singulas, & desuper confectas literas ac in eis cōtenta quæcūque, necnon protestationes, & interpellationes, sententias & decreta in vigilia & festo prædictis, præsertim anno proxime præterito in eadē Camera factas, illorum singulorum tenores ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis & decretis, tenore præsentium perpetuo confirmamus, approbamus, & quatenus opus est, innouamus, ac ab omnibus, & quibuscunque feudatarijs alijsque prædictis inuiolabiliter obseruari debere volumus & mandamus. Declarantes illa omnia perpetuo fuisse esse & fore, vimque & robur perpetuarum legum obtinuisse, & obtinere, & sic omnes & singulos, præteritos, præsentes & futuros Feudatarios, Vicarios, Gubernatores, Administratores, & alios censuum, recognitionum, ac iurium debitores, etiam antiquos & antiquissimos diu ante vel post dictas constitutiones, seu tempore illarum creatos, seu deputatos, ac futuris deinceps temporibus in perpetuum quomodolibet creandos & deputandos, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel præeminentiæ Ecclesiasticæ, vel laicalis fuerint, & sint, etiam si Cardinalatus honore, seu Regia, Ducali, vel alia etiam maiori dignitate & auctoritate præfulserint, & præfulgeant, singulis dictis Innocentij, Alexandri, & Pauli prædecessorum nostrorum constitutionibus & literis comprehensos fuisse, & esse, illasque ipsos omnes & singulos affecisse, & afficere: & propterea singulas literas, clausulas, & conditiones, ac alia præmissa tanquam talia habenda & censenda esse, itemque acceptationes, declarationes, protestationes, interpellationes per dictum Fisci procuratorem, vt præfertur, factas, ac sententias & decreta per dictam Cameram singulis annis in vigilia & festo prædictis, vt præfertur, latas & factas, ac in futurum ferendas & faciendas, omnes & singulos Feudatarios, Vicarios, Gubernatores, Censuarios, & alios prædictos, tam præteritos, quàm præsentes & futuros, in ipsis generaliter, & alias specialiter, ac quomodolibet nominatos perinde affecisse & afficere, ac si in contradictorio iudicio, causa cognita, & seruatis de iure seruandis, facta & lata fuissent & essent, ac transgressores, & morosos caducitatis, deuolutionis, & priuationis quorumcunque Feudorum, Vicariatuum, Guberniorum, & aliorum prædictorum eo ipso, absque aliqua iudicis declaratione, incurrisse, & incurrere, dictosque Camerarium, & Præsidentes, ac clericos, & alios ad quos spectat, ad realem incorporationem Ciuitatum, Terrarum, Castrorum, locorum, bonorum, iurium, & aliorum prædictorum pro Sede & Camera prædictis omnibus præmissis, necnon omni & quacunque appellatione, reclamatione, seu recursu penitus remotis, deuenire debuisse, & potuisse, ac teneri et obligatos fuisse et esse. Et nihilominus omne dubium remouere volentes, de potestate & scientia prædictis statuimus et ordinamus, vt omnes et quicunq; Feudatarij, Vicarij, Gubernatores, et alij prædicti superius, et etiā in eisdem prædecessorum literis comprehensi, qui vel quorum auctores, sub quibuscunque tenoribus & formis etiā

Ideo hic Pōt. innouat & confirmat Prædecessorum constitutiones, & Fisci protestationes, & sententias, ac decreta prædicta.

Et declarat quoscunque Feudatarios, &c. comprehensos fuisse in dispositionib. dictarum cōst. eius Prædecessorum. Et Cam. Apostol. ad realem locorū incorporationem potuisse deuenire.

quacunque

quacunque de causa gratiosa, onerosa, vel mixta, etiam in vim cuiuscunque cōtractus, Regna, Ducatus, Ciuitates, Castra, oppida, terras, arces, fortalitia, villas, agros, possessiones cultas & incultas, casalia, lacus, syluas, proprietates, bona & iura quæcunque, ac cuiuscunq; generis & cōditionis fuerint & sint, in verū propriū vel improprium, feudū Regale, Ducale, vel alias quōlibet nobile, & gentile seu ignobile, antiquū, seu nouū, vel in vicariatū gubernij, censuū vel emphiteosim ad quamcunque agnationem, & nominationem, & in perpetuum vel ad tempus, aut alias quōcunque, & qualitercunque a Sede & Camera prædictis sub conuentione vel prouisione iurata vel non iurata, ac sub præstatione census, canonis, pensionis, regaliū & aliarum quarumcunque responsionum & recognitionum, cuiuscunque qualitatis & quantitatis, etiam parui vel minimi valoris superioritatem, præeminentiam, recognitionem dominij, commodum pecuniarum, aut alium quemcunque effectum & respectum denotantium receperint, & habuerint, ac habeant de præsenti, & huiusmodi census, canones, & responsiones per se ipsos vel eorum legitimos procuratores iuxta formam dictarum literarum in vigilia & festiuitate prædictis singulis, quibusuis successiuis, non autem intermissis annis in ipsa Camera vbicunque eam adesse contigerit, & non alibi, nec alio die, quibuscunque conuentionibus in contrariū quomodolibet factis & vsu receptis, ac consuetudinibus etiam immemorabilibus quomodolibet introductis, & alijs quibuscunque processionibus ipsis vel eorum successoribus factis non obstantibus non soluerint & integre non satisfecerint, ac pacta & conuentiones, & ad quæ tam ex forma dictarum concessionum, quàm interpellationum & requisitionum, alias de iure, vsu, & consuetudine tenentur, non adimpleuerint, & adimpleuisse ibidem docuerint, & ostenderint eo ipso absque alia monitione, requisitione, vel quauis alia iudicis declaratione desuper facienda, Feudis, Vicariatibus, Gubernijs, & alijs præfatis omnibus, & singulis priuati, ipsaque Feuda, Vicariatus, Gubernia, & alia ad Sedem & Cameram prædictas deuoluta, vtileq; dominiū cum directo consolidatum, etiam absque illorum possessionis apprehensione ad ius, proprietatem, dominium, & omnimodam possessionem eiusdem Cameræ eo ipso redijsse censeantur, & sint, etiam si feuda, vicariatus, gubernia, & alia huiusmodi antiqua & hæreditaria formalia vel informalia, ac descendentibus, vel collateralibus, aut quibuscunque alijs hominis vel legis prouidentia eis ius aliquod ad illa competierit, vel competat, seu alias acquisitum foret, & esset, ac omni quantumuis longo tempore, & quacunque immemorabili præscriptione, etiam centum annorum, & vltra non obstantibus, sine spolij, aut attentatorum, vel alio quocunque vitio illorum possessionem actualem apprehendi, & ad illorum realem incorporationem pro Sede, & Camera prædictis deueniri possit, & solutiones aliter, ac alibi quam die & loco præfatis deinceps faciendæ & recipiendæ nullę, nulliusque roboris & momenti sint, & perinde habeantur, ac si factæ, & receptæ non fuissent, & quod mora etiam modici temporis non admittatur. Quodque solutiones omnes quæ in eadem plena Camera in vigilia seu festiuitate prædictis factæ, & receptæ fuerint, & in futurum perpetuis futuris temporibus fient, ac recipientur, semper cum clausula sine præiudicio iurium ipsius Cameræ receptæ intelligantur, & sint, etiam quod clausula ista in aliquibus specialiter apposita, in alijs vero omissa fuerit. Ac præterea quod solutiones, quæ ex aliquo legitimo impedimento in plena Camera post vigiliam, seu festiuitatem prædictas oblatæ fuerint, etiam cum eadem clausula, & citato eodem procuratore Fisci, seu Cameræ Commissario, & non aliter, nec alio modo recipi debeant, alias eo ipso nullæ, ac nullius efficaciæ, & effectus habeantur. Volentes omnia in dictis & alijs prædecessorum nostrorum literis per nos vt præmittitur confirmatis, approbatis, & innouatis, contenta & narrata præsentibus non contraria perpetuis futuris temporibus a prædictis, & alijs quos præmissa, aut eorū aliqua quomodolibet concernunt, seu concernere poterunt quomodolibet in futurum, omnino seruari. Ac decernentes ita per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales in quauis causa, & instantia, sublata eis quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate vbique iudicari & diffiniri debere, necnon irritum & inane quicquid secus ab eisdem & quibuscunque alijs scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ac quacunque præscriptione etiam immemorabili, contractibus quoque inuestituris, concessionibus, pactis, & conuentionibus, necnon priuilegijs, indultis, & literis Apostolicis eisdem Vicarijs, Feudatarijs, Gubernatoribus, & alijs prædictis omnibus per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos & Sedem prædictam sub quibusuis verborum formis, ac etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis quomodocunque, ac quotiescunque concessis, confirmatis, & innouatis, ac concedendis, cōfirmandis, & innouandis etiam si in eis caueretur expresse quod vicariatibus, feudis, gubernijs, & concessionibus, administrationibus, ac alijs præfatis ob non solutionem vel pacta non seruata, vel alia quacunque de causa, seu vt nisi infra certum tempus priuari non possint, quibus omnibus, ac stylo vsu, & alijs præmissis, etiam si pro eorum sufficienti derogatione de eis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia exquisita forma ad hoc seruāda foret, tenores huiusmodi, ac si ad verbum, & forma in illis tradita obseruata insererentur præsentibus pro plena, & sufficienter expressis habentes, de simili potestatis plenitudine specialiter & expresse derogamus, necnon omnibus alijs quæ ijdem prædecessores nostri in dictis eorum literis voluerunt non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Quæ omnia nolumus cuiquam aduersus præmissa in aliquo suffragari, quo ad causas tamen nunc in Camera prædicta pendentes nulli per præsentes intendimus præiudicium generari. Sed ne quisquam præsentium ignorantiam excusare possit, Iubemus illas per vnum vel duos Cursores valuis Ecclesiæ Sancti Ioannis Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, ac Cancellariæ apostolicæ, ac Cameræ prædictæ, & in acie Campi Floræ, vbi publicabuntur de more appendi, eisque detractis ipsarum exampla etiam impressa eis in locis relinqui, & præterea in ipsa Camera dum die statuto illius præsidentes, & Ministri conuenient, alta, & intelligibili voce perlegi, & in libris ipsius Cameræ ad perpetuam rei memoriam describi. Volentes etiam vt illæ præsentes hic in Vrbe statim, extra vero eam vbicunque locorum prædictorum mediate vel immediate subiectorum ditionis prædictæ post decem dies, quam in dicta Camera lectæ & publicatæ fuerint, quemcunque Feudatariorum, Vicariorum, Gubernatorum, Administratorum, & aliorum censuum recognitionum & iurium debitorum prædictorum perinde afficiant, atque

Feudatariosq; & alios decernit anno quolibet in Camera Apostol. vbi eam adesse contigerit in vigilia, & festiuitate SS. Petri, & Pauli, debita iure Cameræ Apostolicę soluere debere.

Solutiones quæ fiant & fiendas sic per intelligendas sine præiudicio iurium R. Cameræ.

Solutiōes etiam oblatas post vigilias, & festiuitatem SS. Petri & Pauli, non recipi decernit.

Decretū irritās.

Clausula derogatoria.

Forma publicationis constit. Quomodo publ. habentur.

Literas præsentes statim, alibi vero post decem dies, quam hæc const. in Camera lectæ, & publicatæ fuerint.

afficiant, ac si eis singulis præsentibus, ac in proprijs eorum personis, & locis intimatæ fuissent, vtque ipsarum præsentium exempla etiam impressa edantur, quæ Notarij publici manu & Camerarij prædicti vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo obsignata eandem prorsus fidem vbique locorum in iudicijs, & extra illa faciant, quam ipsæmet præsentes facerent, si exhiberentur vel ostenderentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, innouationis, mandati, declarationis, statuti, ordinationis, voluntatum, decreti, derogationis, & iussionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem, hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1580. Kalen. Iunij, Pontificatus nostri, Anno Nono.

M. Datarius.

Cæ. Glorierius.
A. de Alexijs.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Reg. & admissio in Camera Apos.

Die decima Iunij millesimo quingentesimo octuagesimo præsentes literæ Apostolicæ præsentatæ fuerunt in Camera Apostolica, & ex decreto in eadem plena Camera facto admissæ, & in illius libris registratæ, s. lib. iiij. signaturarum diuersorum Pontificum, fol. xx. penes me infrascriptum dictæ Cameræ Notarium, & mandatum fuit illas seruari.

Tydeus de Marchis.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo, octuagesimo, Indictione octaua, die vero nona Iunij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno Nono, retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Ecclesiæ Sancti Ioan. Lateranen. Basilicæ Principis Apostolorum de vrbe, Cameræ, & Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, dimissis ibidem copijs impressis affixis. Necnon die decima eiusdem dum Reuerendissimi Domini dictæ Cameræ Clerici Præsidentes ad iura reddendum, & causas audiendum congregati erant, alta, clara, & intelligibili voce pluribus personis curialibus assisten. & audien. de verbo ad verbum, & iuxta earundem tenorem lectæ, & publicatæ fuerunt per nos Iulium Fontanam, & Petrum Aloysium Gaytam, Cursores Apostolicos.

Petrus Guerra magister Curs.

L X V.

Facultates Archiconfraternitatis Beatæ Mariæ Virginis Confalonis de Vrbe, Captiuos ab infidelibus redimendi.

Similes facultates habent Fratres Ordinis Redemptionis captiuorum, vt sup. in const. 37 Regimini, fol. 1240.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. CHRISTIANAE NOBISCVM Religionis cõsortes graui captiuitatis & seruitutis iugo à Christiani nominis hostibus oppressos, durisque operibus quotidie vexatos immensa sanctæ matris ecclesiæ clementia pie miseratur, eorumque afflictiones, fusis ad misericordiarum patrem & totius consolationis Deum deuotis precibus adiuuare, atque in aliorum Christianorum memoriam, in mysticis, maxime, & ad purificandas fidelium mentes sanctius institutis diebus reuocare non intermittit. Quod clementis piæ matris officium nos quoque admonet, vt miserorum Captiuorum ærumnis succurramus, fratrumque charitatem ad idem quantũ in nobis est, excitemus, ne languescente paulatim extremis malis conflictatæ carnis infirmitate, & hoste diabolo, se infirmis, & verbi Dei prædicatione, sacrificiorum, & sacramentorum solatio destitutis eorum mentibus insinuante, desperationi succumbentes, ad susceptæ in baptismo fidei desertionem inducantur, tandemque, cum nulla, si quàm habebant, subsidi. spes appareat, ad æternam redẽptarum pretioso D. N. Iesu Christi sanguine animarum, perditionẽ misere perducantur. Quare ne huiusmodi, quæ toto animo horrescimus, accidant, ne ve in qua re sacris rebus, & preciosis vasis non parcitur, & in qua à Deo acriter interrogamur, cur tot captiui in captiuitatem ducti sunt, nec redempti, negligentes diutius fuisse, aut quicquam preciosius, quàm animas ipsas habuisse arguamur, quando nostra & sedis Apostolicæ auctoritate redimendorum Captiuorum opus in alia iam diu loca est diffusum, illud quoque in alma Vrbe nostra constituere decreuimus: ad quod etiam ingemiscentium Captiuorum matrum, aliorumque propinquorum lamentis & lacrymis quotitie vrgemur, eorum maxime qui nostræ & dictæ sedis temporali ditioni subiecti, vt sibi tutelam primum & in mari nostro Tyrrheno & Adriatico securitatem sic post vincula liberationem quoque à nobis iure suo exposcere videntur. Quibus omnibus valde ad hoc opus solicitati, eum adiumenta nobis ad illud requireremus, in dilectos filios Custodes & Confratres Archiconfraternitatis Gloriosissimæ Virginis Mariæ Confalonis nuncupatæ de dicta Vrbe. quos huic operi præficeremus, mentem nostram intendimus: de quorum insigni Christianæ pietatis affectu confisi, qui nobis, cũ ob præst tam in ecclesiarum Archiconfraternitati prædictæ vnitarum diuino cultu & conseruando, & augendo inopibusque dotandis, & locandis puellis, necnon pauperibus, alijsque varijs casibus afflictis, multos annos in Vrbe operam, tum etiam dilecti filij nostri Iulijantonij sancti Bartholomæi in Insula presbyteri Cardinalis, sanctæ Seuerinæ nuncupati, testimonio nobis satis innotescit. Motu igitur proprio, & ex certa scientia, necnon matura deliberatione nostra, de que apostolicæ potestatis plenitudine, onus hoc vniuersum, quod magnum esse intelligimus, curæ & sollicitudini Archiconfraternitatis prædictæ in perpetuum imponimus: ad hoc vt ipsa Archiconfraternitas, illiusque Custodes, & Confratres pro tempore existentes quoscunque Christifideles dictæ Vrbis, ac Pro-

Causa huius edicti.

His Pontifex Redemptioni Captiuorum præficit, Confratres Archiconfraternitatis Confalonis de Vrbe.

ac Prouinciarũ, Ciuitatum, Terrarum, & locorum nostræ & dictæ Sedi ac temporali ditioni mediate & immediate subiectorum, vbicunque captos conquirant, ex infidelium seruitute rediment, eaque de causa in omni loco dictæ ditioni nostræ, vt præfertur, subiecto eleemosynas & oblata quæcunque quærant & accipiant, Collectores probos & ad charitatis officium exercendum propensos, ac aliàs ad id ab Ordinarijs locorum approbatos, quotquot necessarij fuerint, seruata forma Concilij Tridentini, constituant, qui eleemosynas, oblationes, legata & quæcumque alia subsidia tam in dicta Vrbe, quam in quibusuis Prouincijs, Ciuitatibus Oppidis, Castris, & locis ipsi ditioni, vt supra, subiectis pro huiusmodi redemptione, & causis ad eam pertinentibus perquirant, pecuniasque inde congerendas penes publicum mercatorem fide & facultatibus idoneum deponant, donec illæ in redemptionem captiuorum huiusmodi arbitrio ipsorum Custodum, & Confratrum erogentur, Ita tamen vt de alijs ipsius Archiconfraternitatis redditibus ad alios pios vsus, iuxta illius laudabilia instituta destinatis nihil omnino detrahatur. Itaque Custodes & Confratres prædictos, necnon omnes vtriusque sexus Christifideles per redemptionis nostræ Sacramentum omni cordis affectu obtestamur, vt eius membris laborantibus & oppresis compati non negligant, qui pro omnibus pati ipse dignatus est: Custodes siquidem & Confratres, vt cum nostræ benedictionis gratia redemptionis captiuorum causam prompto animo suscipiant, seque ad salutem animarum in infideliũ potestate periclitantium feruenter exerceant, ac tam ipsi quam alij Christifideles nascenti huic operi semper & vbique faueant, pijsque largitionibus prosequantur, centuplum in æternis cœli tabernaculis fœliciter recepturi. Insuper vniuersis & singulis Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Ecclesiarum Prælatis, necnon Rectoribus parochialium, & aliarum Ecclesiarum eorumque Vicarijs, ac ceteris ordinis Ecclesiastici personis secularibus, & etiam Mendicantium regularibus in quacunque dignitate Ecclesiastica constitutis ditionis prædictæ iniungimus, vt quotiescumque pro parte Custodum & Confratrum prædictorum, seu alicuius eorum fuerint requisiti, laudabile hoc opus per se vel alium seu alios, etiam adhibitis verbi Dei Concionatoribus, in suis quisque ecclesijs, plateis, & locis, & vbicumque opus erit, omnibus Christifidelibus publicent atque denuncient, ipsosque ad illud omni studio & charitate ad eleemosynas, oblationes, & legata prædicta certatim conferendo, omni studio & charitate accedant, vt miseris & afflictis captiuis, quorum animarum periculum imminet, copiosius succurratur. Cæterum vt pium hoc opus salubribus institutis directum, fœlicia in dies suscipiat incrementa, Custodibus & Confratribus prædictis licentiam tribuimus, vt ad faustum & incolumem statum ipsius operis rite atque ordine constituendum, quæcumque statuta, ordinationes, & decreta licita & honesta, sacrisque canonibus, Concilijque Tridentini decretis non contraria, & a nostro in Vrbe in spiritualibus Vicario approbanda condere, ac condita, quotiescumque opus erit, mutare & corrigere, & etiam omnino vel in parte abrogare, aliaque vt præfertur approbanda de nouo edere, ac cætera gerere, exequi, & exercere quæ in præmissis necessaria fuerint quomodocũque & opportuna. Decernentes præsentes, ac omnia in eis contenta perpetuo inuiolata consistere, Sicque per quoscumque iudices ordinarios & delegatos etiam causarum palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, vbique iudicari & diffiniri debere, necnon irritum & inane quicquid contra illas per quoscumque scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Venerabilibus fratribus nostris Hostien. & Bononien. ac Perusin. Episcopis per Apostolica scripta Motu simili mandamus, vt ipsi vel duo aut vnus eorum, per se vel alium seu alios, præsentes litteras & in eis contenta quæcumque, vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Custodum ac Confratrum præfatorum, seu alicuius eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra ipsas præsentes litteras, & in eis contenta quæcunque ab omnibus semper & vbique firmiter obseruari, ac Custodes, Confratres, Collectores prædictos, cæterosque omnes, quos litteræ ipsæ concernunt illis pacifice frui & gaudere: non permittens quemquam ipsorum desuper quomodolibet molestari, Contradictores quoslibet & rebelles per censuras & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris & facti remedia appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis seruatis processibus, censuras & pœnas ipsas etiam sæpius aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstan. fel. recor. Bonifacij Papæ viij. prædecessoris nostri de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, alijsque Apostolicis constitutionibus, Concilijs quoque vniuersalibus, etiam facultatum quæstuandi reuocatorijs, necnon prohibitionibus desuper factis, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, Hospitalium, piorum locorum, Collegiorum, & aliarum Confraternitatum, necnon Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis captiuorum, & Beatæ Mariæ de Mercede, aliorumque ordinum quorumcumque iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis, illis eorumque Superioribus & personis sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis in genere vel in specie, etiam ad Imperatoris, Regum, Reginarum, aliorumque Principum instantiam, aut etiam motu, scientia & potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter, & aliàs quamodolibet concessis, approbatis, & innouatis. quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, indiuidua, & ad verbũ, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, contrarijs quibuscumque, aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, & ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, vt earundem præsentium transumptis etiam impressis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, vel dictæ Archiconfraternitatis munitis, manuq; eiusdem Archiconfraternitatis, vel alterius Notarij publici subscriptis, eandem prorsus fides vbique in iudicio & extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ impositionis, obtestationis, iniunctionis, tributionis, decreti, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum

Facultatemq; concedit colligendi eleemosynas ad hunc effectum.

Hortatur etiam easdem Confratres & alios vt Redemptionis curã suscipiant & faueant & cæt.

Moneatq; omnes Religiosos, vt Christifidelibus hoc denuncient, & ad succurrendum huic operi hortentur.

Decretum irritans.

Executorũ dep. & facultates.

Clausula derog.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Octuagesimo primo Quinto Kal. Iunij.

M. Datarius. Cæ. Glorierius.

LXVI.

Contra Homicidas,& alios capitali crimine Bannitos,vel diffamatos,eorumq; receptatores, & fautores.

De materia non pono concord. hic,quia notabo infra in sanctiss. D. N. Six. V. constit. 6. Hoc nostri.

Causa huius constit.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. TANTA, TAMQVE horrenda quotidie succrescunt sanguinariorum, & sceleratorum hominum maleficia, vt nobis, qui subditos nostros charitatis potius vinculo, quã seueritate pœnarum in officio contineri semper optauimus, tandem necesse sit ad ipsos procul à societate humana submouendos, noua remedia adhibere, ac simul cogitare quomodo illos confouendi facultas tolli ab ijs possit, sine quorum auxilio impurissimi illi pleraque omnia a delicta neque perficere, neque pœnas effugere possent.

Innouatio constitu. prædecessorum.

Quæ indicabo infra in Six. V. cõst. 6.

Quæ fel. record. Pius II. Paulus item II. Sixtus IV. Iulius II. Leo X. Clemens VII. Pius IV. Pius V. & diuersi alij Romani Pontifices prædecessores nostri suo quisque tempore, prout necessitas tulit, bene & prouidenter reficientes, constitutiones suas in exitiale hoc genus pro temporis, & criminum ratione ediderunt, quas nos cum suis censuris, & pœnis omnibus, ac si ad verbum insererentur præsentibus, haberi volumus pro expressis, ex certa scientia nostra innouantes, ita, vt illæ omnes præsentibus, & vicissim præsentes illis vniuersis, & singulis adi omnes earum omnium casus, & partes subsidio sint.

Receptãtes bãnitos, aut in ipsi permittentes.

Hoc edicto perpetuo de Fratrũ nostrorũ consilio statuimus, vt quicunq; etiã Ecclesiastica, & quacunque dignitate præditus siue Dux, aut Comes, Marchio, Vicarius Feudatarius, Gubernator, siue alius cuiusuis conditionis & ordinis, huius status, & ditionis nostræ temporalis S. R. E. in eisdem temporalibus mediate, vel immediate subiectus, etiam dominia, iurisdictiones, & loca extra statum prædictum obtinens, ac etiam quicunq; extraneus bona in eodem statu, habens, homicidas, latrones, grassatores, & alios quocunque crimine capitali bannitos, vel diffamatos in suis quisque dominijs, locis, seu domibus tam in ipso statu, quàm extra eum cõsistentibus receptauerit, seu quod in huiusmodi locis recipientur permiserit quoquomodo.

Ac etiam quicunque, ne ij capiantur impediuerit, captosque eripuerit, vel occultauerit, potestatemue euadendi fecerit, vel carcerem, aut aliam quamcũque custodiam fregerit, conatusue fuerit, siue ad hoc homines, arma, aliaue ministrauerit, seu alias auxilium, consilium, vel fauorem palam, vel in occulto, ac quocunque modo præstiterit.

Fautoresque ipsorum,

Et impedientes Iustitiæ Ministros I captura

Ad quod vide Six. v. const. 6.

Præterea quicunque iudices, ministros, vel executores iustitiæ, in perquisitione, captura, seu abductione ac omnino in libera eorum officij executione impediuerit, verberauerit, insecutus fuerit, concusserit, perterrefecerit, arma conclamauerit, aliosue concitauerit, seu mandauerit.

Excõmunicãtur.

Hanc absolutio reuocanit ibidem Six. v.

Criminisq; læsæ maiestatis pœnas incurrunt.

Cum præsentium auctoritate excommunicationis maioris sententia innodamus, à qua solus Romanus Pontifex absoluere possit, nisi in mortis articulo, & satisfactione debita præcedente.

Ac præterea ipsum læsę maiestatis reum, & S. R. E. rebellem pronunciamus.

Bonisque & iuribus priuantur.

Necnon ducatu, comitatu, marchionatu, terris, oppidis, castris, dominijs, vicariatibus, gubernijs, feudis, & alijs, quæ a Romana, & quibuscunque alijs Ecclesijs obtinet ac obtinebit in futurum, cæterisque omnibus bonis immobilibus, mobilibus, & se mouentibus rebus, & iuribus suis, necnon omni, & quacunque etiam Ecclesiastica dignitate, gratia, exemptione reali & personali, honore, priuilegio, & beneficio ecclesiastico, & temporali priuamus eo ipso.

Ad dignitates, &c. inhabiles fiũt vna cum filijs.

Ac ipsum, & eius filios indignos decernimus ad illa, & alia in posterum obtinenda, & ad quoscunque actus legitimos exercendos, quibus etiam portæ nunquam pateant vllius dignitatis Ecclesiasticæ vel mundanæ.

Vasalli eorũ absoluũtur a fideli tatis iuram. &c.

Sintq; eius vasalli, custodes, & populi a fidelitatis iuramento, & quocunque alio iure absoluti.

Aedificia eorum dẽ diruantur, vel Cameræ applicentur.

Omnia eius ædificia diruantur, aut alijs Cameræ Apostolicæ iuribus adscribantur.

Dominia, & bona omnia Cam. Apost. applicãtur

Ducatus vero, ac dominia, vicariatus, gubernia, feuda, cæteraque bona, & iura prædicta, eorumque fructus, & emolumenta, alijs Fisci nostri iuribus perpetuo applicamus, Et ita Cameræ Apostolicæ eo ipso absque declaratione super incursu pœnæ priuationis huiusmodi, aut citatione eius, vel eorum, qui pœnam huiusmodi incurrint, facienda, aut iudicis sententia, vel decreto, vel alia iuris & facti solemnitate habenda, perpetuo applicata, appropriata, & incorporata, & ad nostram, Romanique Pontificis pro tempore existentis liberam dispositionem pertinere volumus, ac si per lapsum temporis concessionis eorum, aut finitã lineam ad ipsam reuertissent.

Priuilegia de recipiendis bãnitis non prosunt.

Nec quisquam exemptionis, vel vetusti priuilegij de recipiendis, & non consignandis huiusmodi facinorosis, & bannitis, aut alio quocunque prætextu iuuari possit.

Bona publicata non comprehenduntur in const. Pij v. quæ const. sup. f. 975. n. 35.

Declarantes, ducatus, dominia, vicariatus, gubernia, feuda, aliaque prædicta sub constitutione dicti Pij V. prædecessoris super huiusmodi dominijs, & iurisdictionibus in feudum, aut alias non concedendis edita, minime comprehendi.

Cõmunitates nõ capientes bannitos, vel eis auxiliãtes isdem pœnis afficiuntur.

Ad quod vide & Pij v constit. 12. Exigit, & Six. v. const. 6.

Cõmunitates necnon vniuersitates omnium Ciuitatum, Terrarum, & locorum status prædicti cum primum de accessu, statione, vel transitu bannitorum, & aliorum prædictorum notitiam habuerint, si statim populos suos armatos pulsu campanarum, & alijs signis non conuocauerint, illosque non cœperint, & tute custodierint, vel si illos capere non potuerint, finitimas quasque Communitates, & vniuersitates, aut Dominos non commonefecerint, vel ipsi, aut eorum aliqui illos receptauerint, vel tolerauerint, vel cibis, commeatu, auxilio, consilio, vel fauore, aut quocunque alio modo etiam vt euadant, per se, vel alios fauerint, censuris, & pœnis omnibus supradictis supponimus, earumque etiam res, & bona omnia, necnon fructus, & emolumenta Fisco prædicto modo, & forma præmissis applicamus eo ipso.

Et nihilominus

Et nihilominus dilecto filio Camerario nostro, cæterisque omnibus singularum literarum prædictarum executoribus, & præterea Gubernatori Vrbis, ac causarum Curiæ Cameræ prædictæ generali Auditori per Apostolica scripta mandamus, vt quisque pro se ad omnimodam illarum, & præsentium nostrarum, ac censurarum, & pœnarum omnium in eis contentarum executionem omnino procedentes, faciant illas omnes, & in eis contenta quæcunque, semper, & vbique per omnia loca prædicta, & ab omnibus sub illis comprehensis iuxta singularum litterarum earundem continentiam, & tenorem inuiolabiliter obseruari. Executorum deputatio, & facultates.

Non obstantibus præmissis, ac omnibus, quæ in singulis literis prædictis concessum est non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Clausulæ derog.

Vt autem præsentes literæ omnibus amplius innotescant, & ne quisquam illarum ignorationem excusare possit, iubemus illas valuis Ecclesiæ Sancti Ioannis Lateranensis, & basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, ac in acie Campi Floræ, de more appendi, eisque detractis, ipsarum exempla etiam impressa eisdem in locis affixa relinqui, factaque huiusmodi publicatione, volumus ipsas præsentes hic in Vrbe publicatas die sequenti, extra vero eam post decem dies, quoscunque perinde arctare, atque afficere, & contrafacientes pœnas, & alia supra dicta omnino incurrere, ac si eis singulis præsentibus in proprijs eorum personis, & locis intimatæ fuissent. Forma & effectus publicationis. Quam habes hic in fine.

Insuper earundem præsentium exempla etiam impressa, Notarij publici manu, & Camerarij prædicti, vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo obsignata, eandem prorsus fidem vbique locorum in iudicijs, & extra illa facere, quæ ipsæmet præsentes facerent, si exhiberentur, vel ostenderentur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, innodationis, pronunciationis, priuationis, decreti, applicationis, declarationis, suppositionis, mandati, iussionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo, octuagesimo, Quinto idus Iulij, Pontificatus Nostri anno nono.

Ego Gregorius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus sub.

Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.

Io. Card. Moronus Episcopus Ostien.
Ego Iac. Card. Sabel. Episcopus Tusc.
Ego Io. Antonius Car. S. Georgij Episc. Prænestin.
Ego Aloysius Card. Cornelius.
M. S. Card. de Altaemps.
A. Card. Gesualdus.
Ego In. Aualus Card. de Aragon.
Ego Ptol. Card. Comensis.
Ego P. Card. Sanctacrucius.
Zachar. Card. Delphinus.
Io. Fr. Card. Commendonus.
A. Card. Sfortia.
Fla. Card. Vrsinus.

Gul. Sir. Card.
Fr. Michael B. Card. Alex.
Lud. Card. Madrucius.
Marcus Ant. Card. Maffæus.
N. Card. de Pelleue.
Iulius Ant. Sanctorius Card. Sanctæ Seuerinæ.
C. Card. Rambouiletus.
Fr. Felix Card. de Montealto.
Fr. Vincentius Card. Iustinianus.
Hieron. Card. Rusticucius.
Io. Hieronymus Card. Albanus.
Ego Ph. Boncompagnus Card Sancti Sixti.
P. Card. de Deza.
Ego Fer. Card. de Medicis.
Ego Antonius Card. Carafa.
Ego Phil. Card. Vastauillanus.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo octuagesimo, Indictione octaua, die vero decima septima mensis Iulij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini Gregorij diuina prouidentia Papæ xiij. Anno Nono, Retroscriptæ literæ apostolicæ publicatæ & affixæ fuerunt ad valuas Ecclesiæ Sancti Ioannis Lateranensis, & Basilicæ Principis apostolorum de Vrbe, ac in acie Campi Floræ, dimissis ibidem earum exemplis impressis, affixis per nos Petrum Aloysium Gaytam & Nicolaum Taglietum Cursores Apostolicos.

Iulius Fontana Magister Cursorum.

LXVII.

Declaratio Priuilegiorum Militiæ & Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani, & Iurisdictionis ordinariorum in puniendis Vicarijs, Ministris & Familiaribus Militum, de eorum excessibus.

Ad hoc autem vide Pij. v. const. 139. Exposcit pastoralis fol. 1134. cum ibi notatis.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.

CIRCVNSPECTA in omnibus actibus suis Romani Pontificis prouidentia, interdum ea, quæ certis etiam rationalibus tunc suadentibus causis à sede Apostolica emanata reperiuntur, alia superueniente ratione, qua præsertim populorum offensioni occurritur, & Episcoporum iurisdictioni rite consulitur, reducere, ac suam declarationem interponere consueuit, & alias desuper disponit, prout rem

dilectos

porum, rerum, & personarum qualitate pensata, perspicit in Domino salubriter expedire. Cum itaque comp pertum sit; quamplurimos clericos seculares, nec non laicos gratijs, & priuilegijs, quibus sedes Apostolica dilectos filios Magistrum, Conuentum, & Milites hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani de Republica Christiana optime semper meritos, ac eorum ecclesias, & loca liberaliter prosequuta est, abutentes, vnde sibi religiosius viuendi legem imponere deberent, inde laxioris vitæ occasionem arripere, dum varios, sæpe etiam vanos exemptionis liberatisque titulos prætexunt: alij quidem quod pro Vicarijs, capellanis, ministris, & inseruientibus ecclesijs, dicti hospitalis quomodolibet ascripti sint, alij vero quod coloni procuratores, & familiares ipsorum militum existant, quamuis in proprijs domibus licenter degant, nihilominus ex prædictorum Militum priuilegijs, illorumque confirmatione etiam post Concilium Tridentinum á fe. re. Pio Papa Quinto prædecessore nostro obtenta, prætendant se ab omni iurisdictione ordinariorum exemptos esse, nec ab illis inquiri, visitari, puniri, aut corrigi posse, eoque ipso delictorum suorum sibi impunitate promissa, grauem in populo offensionem præbere, & in Episcoporum iurisdictione perturbationem in dies maiorem excitare dignoscantur. Idcirco nos huic malo, quod a prædicto Concilio multò ante præuisum fuerat, salubriter prouidere volentes, Motu proprio non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera nostra voluntate, ac deliberatione, & certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, & singula priuilegia, exemptiones, gratias, & indulta Magistro, conuentui, Militibus, & Militiæ dicti Hospitalis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, & sedem prædictam in genere vel in specie quomodolibet concessa, & confirmata, necnon dicti Pij Quinti literas super eorundem confirmatione emanatas sub Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die xxix, Nouembris M. D. L X V I I I. Pontificatus sui Anno Tertio, ad prædicti Concilij decretorum terminos tenore præsentium reducimus, ac reducta esse, nihilque ex ipsis priuilegijs, exemptionibus, gratijs, & indultis Ordinarijs locorum detractum esse, quominus ipsorum Militum Vicarij, capellani, Ministri, seruientes, ascripti coloni, procuratores, & familiares Militum huiusmodi, quibus ea iam concessa sunt, & in posterum concedi contigerit, ab ipsis Ordinarijs tanquam Apostolicæ Sedis delegatis, de eorum excessibus, criminibus, & delictis etiam extra visitationem, quando, & quoties opus fuerit, inquiri, visitari, puniri, & corrigi possint, ipsorumque Ordinariorum iurisdictioni plenè in prædictis subiecti existant (exceptis tamen ijs, qui ecclesijs, alijsque locis dictorum Militum actu seruiunt, & intra eorum septa, & domos resident, ac sub eorum obedientia uiuunt, quæ omnia debere simul concurrere intelligantur, siue ijs, qui legitimè, & secundum regulam prædictæ Religionis professionem fecerint, de qua loci Ordinario constare debeat): Et ita in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque iudices ordinarios, & delegatos quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate in quauis causa, & instantia iudicari, & definiri debere, Præsentesque litteras de subreptionis, vel obreptionis vitio, seu intentionis nostræ defectu notari, vel impugnari non posse, sed illas semper validas, & efficaces esse, ne per Magistrum, Conuentum, & milites prædictos quorumcunque priuilegiorum, statutorum, consuetudine, & stili prætextu vllatenus infringi, vel contra illas, & in eis contenta veniri non posse, neque debere, irritumque quoque, & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac dicti hospitalis etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, vsibus, & naturis, necnon declarationibus, sententijs, iuramentis, concordijs, priuilegijs quoque, indultis, & literis apostolicis Magistro, & Conuentui, ac militibus prædictis, & eorum vicarijs, capellanis, colonis familiaribus, procuratoribus, & alijs quibuslibet ipsorum militum intuitu, vel contemplatione per quoscunque Romanos Pontifices, & sedem prædictam quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis; Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, ad effectum præsentium duntaxat specialiter, & expresse motu simili derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Eisdem Pij Papæ V. litteris memoratis quoad alia, & in eo maximè, quòd voluit prædictorum militum priuilegia, illorumque confirmationem non comprehendere, neque Ecclesias, neque personas in his, quæ ad curam animarum pertinent, sed in his dicti Concilij Tridentini decreta omnino seruari debere, in suo robore permanentibus. Volumus autem, quòd præsentium transumptis etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem vbique fides, tam in iudicio, quam extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ, Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die xxv. Nouembris. M. D. LXXX. Pontificatus nostri Anno Nono.

Cæ. Glorierius.

Causa huius constit.

Reductio priuilegiorum & exemptionum ord. mil. S. Ioannis Hierosolymitani ad terminos Concilij Tridentini.

Declaratio iurisdictionis Ordinariorum, in puniendis Ministris & familiaribus Militum de eorū excessibus, etiam extra visitationem.

Decretum irritans.

Clausula præseruatiua.

Clausula derog.

Confirmatio dictæ constitutionis Pij V. quoad alia in ea contenta.

Annullatio

LXVIII.

Annullatio dispositionum Beneficialium, quæ fiunt personis prohibitis propter genus, aut hæresim, & à fide Apostasiam: Et declaratio quòd omnia beneficia eisdem quomodocunque collata, ad nouam Romani Pontificis dispositionem pertinent.

Similem constitutionem fecit Pius v. quam vide sup. fol. nu. 29. Cum ex Apostolatus.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

IN ECCLESIIS præsertim insignibus, hoc magnopere curandum est, vt Sacerdotes, & personæ salubribus earum institutis conuenientes ordinentur, quòd quantum in nobis est enitimur, atque eos ab illis repellendos in primis contendimus, qui propter genus, aut hæresim, & à fide apostasiam siue proprio, siue stirpis, siue cognatorum vitio contaminari, per canonicas sanctiones, aut statuta ab hac Sede firmata, aut Apostolica priuilegia prædictis ecclesijs prohibentur. Sed nobis negotiorum magnitudine distentis, huius generis nonnulli ad illarum Sacerdotia frequenter obrepunt, inter quos quidam eastimationis suæ prodigi, etsi se ab illis expulsum iri sciant, spe tamen inconcessa præsumunt, se inde vel permutatione, vel quoquo pacto beneficium pensionem, aut quid aliud exacturos. Nos malum hoc, quo dictæ ecclesiæ sæpius diuexantur, penitus euellere volentes, præsentium auctoritate decernimus, omnes & quascunque apostolicas, necnon Legatorum dictæ Sedis, & aliorum omnium ab ea facultatem disponendi habentium, ac etiam ordinarias dispositiones dignitatum, præbendarum, beneficiorum, & officiorum eiusmodi ecclesiarum in quascunque personas sic infectas, & per huiusmodi sanctiones, seu statuta, vel priuilegia, vt præfertur, inhabiles vires & effectum non habere, personasque huiusmodi, illarum prorsus vsu & commodo carere, beneficiaque ipsa vt prius vacare, & quæ ex illis tẽpore dispositionis Apostolicæ prædictis personis, illi reseruata fuerint vel affecta, sub eadem reseruatione vel affectione manere, Et tam illa quam etiam omnia alia non reseruata neque affecta, de quibus ab ipsa Sede, ac Legatis & alijs facultatem habentibus prædictis, in huiusmodi personas quomodocunque dispositum fuerit, ad nouam Romani Pontificis dispositionem dumtaxat pertinere, eaque ab alijs idoneis ab ipsa Sede dumtaxat, libere impetrari posse; Impetrationes tamen, ac etiam motu proprio concessiones, nisi modus vacationis, necnon casus ac decretum huiusmodi, non conditionaliter, aut per æquipollens, sed definitè, nominatim, ac dispositiue in illis exprimantur, omnino non valere, Ab ordinarijs vero, (cessantibus reseruationibus vel affectionibus apostolicis) pro tempore collata, deuolutioni, iuxta Lateranensis statuta Concilij subiacere, Necnon irritum & inane quicquid secus per quoscunque scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Reseruationibus apostolicis fructuum, pensionum, & aliarum rerum huiusmodi beneficiorum, in personas idoneas etiam de huiusmodi contaminatorum consensu factis, eisdemque ab illis interim præstitis vel solutis nihilominus valituris. Nemo autem ignorationem prætexens, valeat excusari, cum prædictæ prohibitiones satis manifestæ sint, & quisque ante petitionem vel acceptationem beneficiorum huiusmodi, num illorum capax sit debeat se probare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, Indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo. Id. Nouembris, Pontificatus Nostri Anno Nono.

Causa constitutionis.

Annullatio dispositionũ beneficialium pro personis prohibitis.

Reseruatio omnium beneficiorum eisdem collatorum, & modus ea impetrandi.

Decretũ irritãs.

Ignorantiæ allegatio prohibetur.

Cæ. Glorierius.

M. Datarius.

A. de Aleaijs.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini, millesimo quingentesimo octuagesimo, indictione octaua, die decimaoctaua Mensis Nouembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno Nono, Retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in valuis Ecclesiæ S. Ioannis Lateranensis, basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, per nos Petrum Aloysium Gaytam, & Nicolaum Taglietum, apostolicos Cursores.

Alexander Patabiacus Magister Cursorum.

LXIX.

Confirmatio, Declaratio, & Ampliatio Constitutionum Apostolicarum super Dohana, & Pascuis Patrimonij editarum.

Constitutiones istas indicaui supra in const. 46. Decet Romanum, fol. 1257. & habes etiam sup. in Pij 2. const. 7. Inter cæteras, fol. 80.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANVM decet Pontificẽ post multiplices pastoralis muneris sui curas, ea minime negligere quæ ad proprietatẽ tuẽda & reuocãda Cam. apost. iura pertinere noscuntur, eademq; opera præcauere, ne quid vel negligentia depereat, vel fraude occupetur; ac etiã consulere, vt tã Camera prædicta quã qui cum ea contrahunt, a noxis quantũ potest praseruentur. Cũ igitur inter alios eiusdẽ Cameræ redditus, diuersis ẽt Rom. Curiæ Officialiũ Collegijs assignatos, illi sint qui ea nostra Dohana Patrimonij percipiuntur, nec solũ Officialiũ prædictorũ sed ipsius Cameræ, quæ illis obligata existit, magnopere intersit eadem cõseruari ac quantum honeste fieri possit augeri. Ac propterea fælicis recordationis Pius Secundus, Paulus etiam Secundus, Sixtus Quartus, Innocentius Octauus, Alexander Sextus, Iulius Tertius, & forsan alij Romani Pontifices prædecessores nostri, ac ipsa quoque Camera editis constitutionibus & litteris multa & varia priuilegia,

Istorum Pont. cõstitutiones indicaui sup. in sub. cõst. 46. f. 1257.

 iurisdictiones

Prohibitio vendendi pascua existen. infra limites Dohanę alteri quam Dohanerio habetur sup. in Pij 2. cost. 7. f. 80. Hæc constitutio Innoc. 8. non est in Bullario, sed eam vidi ego Laertius apud Dohanerium.

iurisdictiones, actiones, facultates, exemptiones, immunitates, & iura Dohanerijs dictæ Dohanæ & affidatis eiusdem, præteritis temporibus etiam in vim contractus & ex causa onerosa concesserint, & inter alia quod de cætero omnes & singuli Populi, Communitates, Vniuersitates, Domicelli, Comites, alijque Domini temporales, ac Nobiles, particularesque personæ, necnon Ecclesiæ, Monasteria, Hospitalia, Capitula, Collegia, aliaque religiosa & pia loca quæcunque, sub pœnis interdicti & excommunicationis ac mille ducatorum auri ipsi Cameræ applicandis, ne quidquam de pascuis, possessionibu, tenutis, bannitis, & herbaticis ad se pertinentibus & intra limites Dohanæ prædictæ consistentibus, alicui personæ, seu Communitati, vel Vniuersitati vllo modo vendere vel alienare, neue in eisdem aut quouis eorum aliquod animalium genus introducere, locumue certum pascendi attribuere & assignare (quod fidare dicitur) nec etiam pascua, possessiones, tenutas, bannitas, & herbatica prædicta in toto vel in parte, per se vel alium quouis quæsito colore ab alijs emère, aut animalia in eisdem habere auderent, sine Dohaneriorum pro tempore existentium expressa licentia, sed sub eisdem pœnis omnia & singula pascua, possessiones, tenutas, bannitas, & herbatica huiusmodi, Dohanerijs pro eadem Camera, ac in vsum & vtilitatem Dohanæ pro precijs & conditionibus eisdem litteris expressis seu alijs iustis & æqualibus vendere & concedere deberent. Et præterea idem Innocentius Papa animaduerso quod cum Dohana Prouinciæ Patrimonij huiusmodi superioribus temporibus ampla esset lateque pateret, acciderat vt vsurpationibus & prætensis concessionibus ac tolerantia, negligentia & incuria multorum ad angustiam exiguitatemque esset redacta in non modicam præfatæ Cameræ iacturam. Idcirco volens illius indemnitati vt debebat consulere ac iura eiusdem recognosci & recuperari, quondam tunc Dohanerio dictæ prouinciæ proprio nomine expresso dedit in mandatis, vt omnes & singulas tenutas, agros, siue territoria, quæ tempore piæ memoriæ Nicolai Papæ V. dicta Dohana debebat, eiusque dominio & iurisdictioni suberant, ac per Dohanerios illius temporis regi & gubernari siue de eis disponi consueuerat, in pristinum & eo in quo erant tunc statum restituere, & sub eius aliorumque Dohaneriorum pro tempore existentium regimine, dispositione, & gubernio pro eadem Camera intra spatium octo dierum a præsentatione suarum litterarum desuper confectarum ipsi tunc Dohanerio facienda, cōputandorum, recipere & reducere curaret, amoto inde quolibet illicito detentore, Et si qui in præfatis tenutis, agris, & territorijs ius & interesse pretenderent, èos moneret, vt intra similem terminum octo dierum comparerent cum suis iuribus coram Præsidentibus eiusdem Cameræ, recepturi desuper iustitiæ complementum. Cumque deinde omnia priuilegia, statuta, iurisdictiones, iura, actiones, facultates, exēptiones, & immunitates, & litteras in fauorem dictæ Dohanæ illiusque conductorum & personarum antea factas, & emanatas, cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis & decretis, Sub. dat. videlicet duodecimo Kal. Martij, Pontificatus Nostri anno Quinto, approbauerimus & confirmauerimus, Et nihilominus complures Communitates & alij ex prænominatis ac particulares personæ, quæ intra limites & loca Dohanæ præfatæ pascua, possessiones, tenutas, bannitas, & herbatica habens & possident vel detinent, se a præmissis Cameræ iuribus & priulegijs Dohanæ prædictæ concessis, eximere & subtrahere quærentes, & eandem Cameram illiusque Dohanerios desuper diuersimode impedientes & molestantes, eo prætextu quod dictorum prædecessorum litteræ vim legis seu constitutionis perpetuæ non habuerint nec habeant, seu quod nunquam in vsu fuerint, aut iam esse desierint, quodque ipsi notitiam illarum nunquam habuerint, & quod expresse in eisdem constitutionibus & litteris nominati non fuerint, sicque his & alijs subterfugijs & cauillationibus, Cameram & illius Dohanerium præfatos, in dies litibus fatigare conati sunt & conantur, in maximū Cameræ præfatæ præiudicium. Idcirco nos quantū cum Deo possumus dohanæ præfatæ manutētioni, Officialiumque & Cameræ apostolicæ indemnitati prouidere & præmissa ac alia dubia quæcunque de medio tollere, & tam eorum qui nunc sunt, quam qui pro tempore erunt eiusdem Dohanæ Dohaneriorum quieti consulere, alijsque præmissis opportunum remedium adhibere cupientes, grauissimis etiā rationibus moti, & inter alias quod dicta Camera dū animalia intra limites Dohanæ huiusmodi venientia fidat omni gabellæ passus & cuiuslibet alterius oneris solutione ea liberat, ac per totam Romanæ Ecclesiæ ditionem tuto venire stare, & redire facit, atque in priuatis & publicis locis vsum herbarum pro itineris necessitate securum præstat, idque magna cum ipsius impensa & Ministrorum ei rei seruientium cura opera & labore, ac præterea quod triplo maior animalium numerus ad ipsos Dohanæ limites veniat quàm veniret si hæc ipsa cōmoda deessent, quo fit vt Domini longe maiores mercedes & precia ex suis possessionibus tenutis & pascuis accipiant. Quibus ac alijs rationibus & causis æquum maxime videtur, vt qui ab ipsa Camera tot commoda consequuntur eidem non nihil etiam vtilitatis & subsidij rependant, quo melius onera prædicta sustineri possint, tanto magis cum hæc omnia nō solum ad ipsius Cameræ & Romanæ Curiæ Officialium sed etiā ad totius status ecclesiastici ac publicam omnium nationum in Vrbe degentium cedant vtilitatem. De apostolicæ potestatis plenitudine certaque scientia nostra, etiam prædecessorum nostrorum prædictorum vestigijs inhærendo, easdem Pij, Pauli, Sixti Innocentij, Alexandri, & Iulij, cæterorumque omnium prædecessorum nostrorum necnon Cameræ prædictorum constitutiones super præmissis, & illorum occasione vel causa quomodolibet editas, ac earum singulas & desuper confectas litteras ac in eis contenta quæcunque, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis & decretis tenore præsentium approbamus, confirmamus, & innouamus, ac ab omnibus & quibuscunque Communitatibus, Populis, Vniuersitatibus, Domicellis, Comitibus, Dominis, Nobilibus, & particularibus personis cuiuscunque status, gradus, ordinis, vel præeminentiæ Ecclesiasticæ vel laicalis fuerint, & sint, etiam si Cardinalatus honore seu Ducali, vel etiam maiori dignitate, & auctoritate præfulserint & præfulgeant, necnon Ecclesiis, Monasterijs, Hospitalibus, Capitulis, Collegijs, religiosis & pijs locis prædictis, nullis prorsus exceptis, etiam quoad quascunque venditiones, alienationesue dictarum possessionum, tenutarum, & aliorum locorum prædictorum, aut alicuius partis illorum, tam respectu proprietatis, quàm vtilis dominij inuiolabiliter obseruari debere, volumus & mandamus. Declarantes illa omnia perpetua fuisse, esse, & fore, vimque & robur perpetuarum legum obtinuisse & obtinere, & sic omnes & singulos præteritos, præsentes, & futuros quoslibet dominos pascuorum, possessionum, tenutarum, casalium, bannitarum, & herbaticorum infra descriptorum, ac aliorum quorumcunque intra limites dictæ Dohanæ existentium, etiam si censuaria vel feudalia aut alias quomodolibet Cameræ prædictę seu Romanæ vel alteri Ecclesiæ, Monasterio, Hospitali, vel alij cuicunque pio vel religioso loco subiecta & obligata fuerint & sint, in eisdē cōprehēsos fuisse, & esse ac fore omni & qua-

Confirmatio constitutionum Apostolicarum editarum super Dohana & pascuis patrimonij.

cunque

eunque apellatione, reclamatione, seu recursu penitus & omnino remotis. Et nihilominus omne prorsus dubium ac lites, quæ oriri possent, extinguere volentes, de potestate & scientia prædictis perpetuo statuimus, decernimus & declaramus, omnia & singula pascua, possessiones, tenutas, Casalia, bannitas, & herbaticas prædicta, & infra nominatim descripta, ac omnia & quæcunque alia intra dictos limites existentia, perpetuo fuisse & esse, ac fore de comprehensis intra limites dictæ Dohanæ, & sic vigore constitutionum & litterarum prædictarum fuisse foreque & esse illi vt supra obnoxia & obligata. Nempe in Territorio Cornetano, tenutas dictas piandi sao Mattheo, la Pietrara, Monteuiccio, Bannitella, Montequaglierе, li Bagnuoli, Fontana de la Torre, la Roccaccia, Forca di Palma, la Seluaccia, Bulignano, la Fucina, Montecenpoli, pian di Spillo, Vicarano, Partano, tenuta Alexandri de Attis, Doganella di qua dal Migone, il Terzuolo di Alexandro Vitelleschi, sancta Maria del Migone, Montifscianella, sancta Ansinella: in Territorio vero Terræ Bledę, tenutas vulgariter nuncupatas il Terzuolo, il Pontone de le vigne, Pian gagliardo, li Piani; in Territorio autem Barbarani, tenutas nuncupatas li Giunte, le Corquera, le Casaline, le Cannuccie: In Territorio Terræ Capranicæ, le Prata di capranica: In Territorio Vetrallæ, tenutas vulgariter nuncupatas, Capoacqua, Montecaluo, Monte fogliano: In Territorio Ciuitellæ Cęsis, tenutas nuncupatas, le Riuerse del Mignone, la Vaccaroccia, la Bannitella, Montegrosso, Montecasella, Poggio de le Fratte, le Croquaieta Chiusia de chiusa, Ciuitella Vgolini, de Anguillaria de Sutrio, Tenutas Georgij de Sanctacruce vulgariter nuncupatas Valditroia, le Grete, Fronte alloro, il Quarto di san Pietro, le pantane: in Territorio Viterbico. tenutas vulgariter nuncupatas: il Piano di Magognano, Monteliano, Petrignano, Castel cardinale: In Territorio Suriani, la Selua di Suriano: Tenutas Hospitalis sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, vulgariter nuncupatas, Campo maggiore, la Seluotta, Bannitella de le larghe, Santa pupa, Montelaffano, Santa Marinella, Pian di san Lorenzo, Carcari, il Pian di santa Seuera, santa Anfisa, le Pietricelle, Laiola, Conuentus sanctæ Mariæ de Quercu Viterbien. le Prata, Terræ Basiani de Sutrio nuncupatæ. In Territorio Sutrino, li Quartro quarti de la Communita de Sutri nuncupati Casale, & Conuentus sanctæ Mariæ in Gradi Viterbien. Vsum Ciuitatis Castellanæ, Vsum Burghetti, In Territorio Tuscanellæ, tenutas vulgariter nuncupatas, & ad commune receptaculum animalium venientium ad vtramque Dohanam, prout per litteras Pij Secundi, sub Dat. Romæ, Anno Millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, Non. Ianuarij Anno eius Quarto, & per litteras patentes Camerales sub Dat. Romæ Anno Millesimo quadringentesimo octuagesimo primo, tempore Pontificatus dicti Papæ Quarti, Anno eius Vndecimo, die vndecima Mensis Septembris, deputatas & obligatas, scilicet Campo villano, pian di San Lazaro, pian di san Giusto, Valle Guidone, Communella, Petrel'a, Pontone di pian di vico, Pantalla, Formicone nunc Sfortiæ de Martha, Fonte de ficuna eiusdem Sfortiæ, la Sugarella equitia Thomasij de Ancona, Sanctus Iulianus Mensæ episcopalis Tuscanen. Sanctus Petrus ruttus: In Territorio Montisfalisci. tenutas, vulgariter nuncupatas, il Faserbo, la Bannira de prati, la Riguardata, la Selua di San Giouanni: In Territorio Balneoregien. tenutas vulgariter nuncupatas le Carbonare, Ficuale, Contulla, Selua della roccha del veccio, Selua di Calleno, Selua di Castel di piero, Castel vecchio de Magnano, Selua Bonmattij, pian de la colonna, piano de le troscie, pian de la naue di viano: In Territorio Montisalti tenutas dictæ Communitatis vulgariter nuncupatas, la Bannitella, la Macchia: In Territorio Vitorchiani, Banditella Vitorchiani, planum de la Colonna, Montaneam Surriani Siluam Canapinæ. In Territorio Tulphæ, tenutas dictæ Communitatis vulgariter nuncupatas il piano de le cisterne, le prata, il pian del santo, il poggio de la stella, necnon tenutas, Fabij de Sancta Cruce, vulgariter nuncupatas, il petero, Rotapoggio, Seccareccio, Radicata, Grotte salara, Campetto, pizzo gufo de Montarano: Item omnes tenutas Cameræ apostolicæ nunc per Dohanerium possessas vulgariter nuncupatas Montebello, Monteromano, la Tarquinia, la Carcarella, Sansaluatore, Orchi Sansauino, poggio martino, Mignattara, & paglietto, pian d'Arcione di sopra, & pian d'Arcione di sotto, nuper per nos & Cameram nostram à dilecto filio paride de philippensibus emptam, Campomorto, Teiao di mexo, Santo Agostino, pescia da pecore, pescia da vacche, Sansaluatore, Sancti Petri de Vrbe, vsum territorij Ciuitatis vetulæ, Ferrara da vacche, Ferrara di pecore, Rocchette, Fontana anuersa, il Quarticciolo, il Maragone, prato cipollоso, Chiaruccia, Camporosso, Castrica, Castel secco pietra arrotatoro, Motecupellaro, t asale freddara, & freddatorla, Valle cardosa, Munte santa Catharina, Fontana de la corte, Salciata Spagliosо, Campolongo, le Granciale, Colle di mezzo, pantanelle, sconfitta, Munte acquarossa, Vallecionco a Valle accetta & Monteaccettina, li Manicnni: In Territorio Ciuitatisuetulæ tenutam seu bannitam; vulgariter nuncupatam, Cerquignani de li argenti, necnon totam integram tenutam de Cincellis cum omnibus & singulis membris adiacentijs & pertinentijs suis, & alias quascunque tenutas bannitas, casalia, pascua, herbatica infra limites prædictæ Dohanæ existentia: Ac etiam declarantes, quòd si qui ex Dominis pascuorum, possessionum, tenutarum, bannitarum, & herbaticorum prædictorum in eis per se vel alios sementem facere voluerint, id eis tantum liceat in proprijs tenutis, & pro quarta seu dimidia di ntea at parte cuiuslibet tenutæ singulis annis & non vltra nisi cum expressa licentia Dohanerorum pro tempore existentium in scriptis obtenta, Ac etiã quod si ijdem Domini pascuorum & tenutarum huiusmodi dominium ac proprietatem, iuraque sua vendere & alienare, & quouis modo a se abdicare voluerint, id prius eidem Cameræ notificare teneantur, quæ quidem omnibus alijs pari conditione debeat anteferri. Quodque tam venditiones & alienationes, quam quæuis locationes si contra præsentium tenorem eas fieri contingat nullæ sint & inualidæ, sed in fauorem Cameræ ipsa volente semper factæ & firmæ censeantur. Volentes quoque omnia & singula in dictis & alijs prædecessorum nostrorum litteris per nos, & alias vt præmittitur confirmatis, approbatis, & innouatis, & in eisdem nostris contenta, & narrata perpetuis futuris temporibus ab omnibus & singulis Dominis, & quolibet ipsorum, ac alijs quos præmissa aut eorum aliqua quomodolibet concernunt, seu concernere poterunt in futurum, sub prædictis ipso facto incurrendis, & applicandis pœnis omnino, & inuiolabiliter obseruari, Ac decernentes ita per quoscunque Iudices & Commissarios quauis auctoritate munitos, etiam causarum palatij apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, vbique iudicari & diffiniri debere, necnon irritum & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, & de iure quæsito non tollendo, alijsque constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon statutis & consuetudinibus

Declaratio limitum & confinium Dohanæ Patrimonij.

Declaratio circa sementas & alienationes possessionum existentium intra dictos limites Dohanæ.

Decretum irritans.

Clausulæ derog.

etiam immemorabilibus iuramento, confirmatione apostolica, vel qouis firmitate alia roboratis, ac quacunque præscriptione etiam immemorabili, contractibus, quoque, inuestituris, concessionibus pactis & conuentionibus, necnon priuilegijs indultis & litteris apostolicis quibusuis personis quacunque dignitate præditis, Communitatibusque & Vniuersitatibus ac alijs prædictis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros ac nos & sedem prædictam sub qoibuscunque tenoribus & formis ac etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque fortioribus efficacioribus & insolitis clausulis, necnon irritantibus & alijs decretis quomodocũque, ac quotiescunque etiam cõsistorialiter concessis confirmatis & innouatis ac concedendis confirmandis & innouandis. Quibus omnibus, ac stilo, vsu consuetudine, non vsu & alijs præmissis, etiam si pro eorum sufficienti derogatione de eis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & indiuidua ac de verbo ab verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quæuis alia expressio & exquisita forma ad hoc seruanda foret tenores, huiusmodi ac si ad verbum & forma in illis tradita obseruata insererentur præsentibus pro plene & sufficienter expressis habentes de simili potestatis plenitudine specialiter & expresse derogamus, necnon omnibus alijs quæ ijdem prædecessores nostri in dictis eorum litteris voluerunt non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Quæ omnia nolumus cuiquam aduersus præmissa in aliquo suffragari. Volumus autem ne quisquam præsentium ignorantiam excusare possit, illas valuis Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, ac Cancellariæ, & Cameræ apostolicæ, & in acie Campi Floræ vbi publicabuntur de more appendi, eisque detractis ipsarum exempla etiam impressa eis in locis relinqui, iubentes etiam vt illæ statim hic in Vrbe, extra vero eam vbique locorũm intra limites Dohanæ prædictæ ac totius Status Ecclesiastici intra quindecim dies postquam si publicatæ, appeosæ, & relictæ fuerint, quoscunque Dominos & loca religiosa ex prædictis & quemlibet ipsorum perinde arctent atque afficiant ac si eis singulis personaliter & legitime ac in proprijs locis intimatæ fuissent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, innouationis, mandati, statuti, declarationum, decretorum, derogationis, volontatis, & iussionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo, Kal. Februarij, Pontificatus Nostri Anno Nono.

Formæ & effectus publicationis Quam habes his in fine.

Cæ. Glorierius.

M. Datarius.

A. de Aleaijs.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Die xxvij. Februarij, M. D. LXXXI. Præsentes literæ apostolicæ præsentatæ fuerunt in Camera apostolica per Mag. D. Rodulphum Bonfiolum illius generalem Commissarium, & ea dictæ Cameræ decreto admissæ, ac in eiusdem libris registratæ, scilicet lib. iiij. signaturarum diuers. Pont. fol. lvj. penes me infrascriptum dictæ Cameræ Notarium.

Admissio & registratio in Camera Apost.

Tydeus de Marchis.

Anno à Natiuitate Domini, millesimo quingentesimo octuagesimo primo, indictione nona die vero decima sexta Mensis Martij, Pontificatus Sanctissimi Domini Nostri Domini Gregorij diuina prouidentia Papæ Decimitertij, Anno Nono, Retroscriptæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt in valuis seu portis basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, Cameræ Apostolicæ necnon Cancellariæ Apostolicæ, & acie Campi Floræ, & per aliquod temporis spatium dimissæ, ac eidem dimissis copijs impressis affixis in eisdem valuis auscultatis, & collationatis cum eisdem litteris originalibus per me Io. Freile Sanctissimi Domini Nostri Papæ Curs.

Publicatio.

Petrus Stoch Magister Curs.

LXX.

Declaratio Regulæ & Regiminis Fratrum Reformatorum Ordinis Minorum S. Francisci de Obseruantia in Regnis Aragonæ, & Valentiæ, ac Principatu Cathaloniæ, commorantium: Ac Iurisdictioois Ministri & Commissarij Generalis, & aliorum Officialium ipsius Ordinis.

Ad hoc vide supra const. 56. Cum illius vicem 1276. cum ibi notatis.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.

EX QVO nos Deus ad regendam ecclesiam suam constituit, pastoralis officij cura nos semper excitauit, & quotidie excitat, vt regularis obseruantiæ professores, qui se totos Dei obsequio manciparunt, adiuuemus, & nihil, quod eorum sanctum piè in Christo viuendi institutum retardet, prætermittamus. Licet quidem arbitremur satis nos quieti, & status tranquillitati dilectorum filiorum professorum ordinis fratrum minorum Sancti Francisci de Obseruantia Reformatorum nuncupatorum super modo viuendi eorundem professorum Reformatorum, cum declaratione, ampliatione, & confirmatiooe aliarum literarum fe. re. Clementis Papæ VII. prædecessoris nostri per alias nostras in forma breuis die tertia Iulii. 1579. Pontificatus Nostri Anno Octauo, confectas litteras iam prouidisse; Nihilominus nuper nonnulli præfatorum fratrum Reformatorum, recollectorum nuncupatorum, Prouinciæ Cathaloniæ, ad nos recursum habuerunt, ac conquesti sunt ad huc impedimenta quædam, ac molestias sibi aliquas per fratres Minores de obseruantia eiusdem Prouinciæ inferri, quibus fit, vt secundum eorum laudabile, & pium institutum, tranquillam, & quietam vitam minime traducere possint, etiam contra dictarum nostrarum literarum seriem, ac tenorem. Quare pro parte eorundem fratrum Reformatorum dictæ Prouinciæ nobis fuit humiliter supplicatum, vt illis de sufficienti, & opportuno remedio benigne prouidere dignaremur. Nos præfatorum fratrum Refor-

Hic Pontifex edidit constitutionem obseruandam, a Fratribus de obseruantia, & eorũ Reformatis circa eorũ regulas quã habes sup. f. 1276 nu. 56. Et tamen Reformati contra formam dictæ const. molestantur ab eisdẽ de obseruantia

matorum

natorum tranquillitati, & quieti, eorumque propagationi, & profectui consulere cupientes, huiusmodi sup-
plicationibus inclinati, ac de consilio Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardi-
nalium super visitatione Apostolica, consultatione Episcoporum, & Regularium reformatione deputato-
rum, quibus hoc negocium examinandum mandauimus, omnia, & singula Monasteria, Domos, & loca eo-
rundem Fratrum Reformatorum, seu Recollectorum dictæ Prouinciæ Cathaloniæ, necnon Prouinciarum
Aragoniæ, et Valentiæ nunc, et pro tempore existentia, seu hactenus recepta, erecta, et instituta, ac in posterum
in eisdem tribus Prouincijs recipienda, erigenda, et instituenda ab eisdem tribus Prouincijs aliorum fratrū eius-
dem ordinis Minorum de obseruantia nuncupatorum penitus, et omnino in perpetuum, apostolica auctoritate
tenore præsentium separamus, seiungimus, et dismembramus, ac fratres Reformatos earundem trium Prouincia
rum ab omni iurisdictione, visitatione, correctione, et superioritate Ministrorum Prouincialium, et aliorum Præ
latorum, et superiorum fratrum dictarum Prouinciarum non Reformatorum, seu non recollectorum perpetuo
eximimus, et liberamus. Verum eorundem fratrum Reformatorum, seu Recollectorum monasteria, domos, et
loca quæcunque in Regnis Aragoniæ, et Valentiæ, ac Principatu Cathaloniæ hactenus habita, seu recepta, ere-
cta, et instituta, atque in posterum habenda, et recipienda, erigenda, et instituenda in vnam Prouinciam a præ-
fatis alijs Prouincijs penitus distinctam eiusdem ordinis minorum fratrum Reformatorum de Obseruantia nū-
cupandam, per vnum Ministrum Prouincialem in capitulo dictæ Prouinciæ ex eisdem Reformatis eligendum,
regendā, & gubernandā, Apost. auctoritate tenore præsentium in perpetuum erigimus, & instituimus, itavt Pro
uincia fratrum Reformatorum huiusmodi sic erecta, & instituta sub obedientia, & superioritate Ministri gene
ralis totius ordinis præfati, ac illius Commissarij generalis in partibus vltramontanis existentis, sicut aliæ Pro-
uinciæ eiusdem ordinis ei subsunt, perpetuo subsit, atque subiecta remaneat, ipseque Minister, vel Commissari-
us generalis per ipsum, vel alium virum idoneum eiusdem, vel alterius Prouinciæ, aut custodię Reformatorum
vel Discalciatorum, qui per septem saltem annos in eadem Reformatorum, aut Discalciatorum obseruantia ex-
titerit, iuxta eorum regulam & instituta regularia ab ipsis fratribus Reformatis obseruari solita, eos tam in ca-
pite quàm in membris visitare, corrigere, & reformare, ac etiam punire possit, intra monasteria tamen eorun-
dem fratrum Reformatorum, Ac dictus Minister, seu Commissarius Generalis nequaquam possit, aut debeat
quouis prætextu aliquibus statutis eosdem Reformatos molestare, aut perturbare, vel etiam ipsius Ministri Pro-
uincialis, vel alterius Prælati ipsorum fratrum Reformatorum potestatem, & facultatem, vel gratias, conces-
siones, & immunitates eisdem fratribus Reformatis concessas, seu illorum statuta quouis prætextu aut quæsito
colore directe vel indirecte arctare, annullare, suspendere, alterare, immutare, impedire, contrafacere, aut in-
quietare, nec etiam eosdem fratres Reformatos, aut eorum aliquem extra dictam eorum Prouinciam, nisi pro
aliarum Prouinciarum, aut Custodiarum visitatione, reformatione, vel correctione amouere, assignare, eastrahe
re, aut transferre, nec illos ad quascunque alias Prouincias mittere, aut retinere, nisi aliter in eorum capitulo
Prouinciali fuerit ordinatum, & multo minus ad ipsorum Reformatorum loca non reformatos, etiam Nouitios,
vel monialiū confessores, aut alios quoscunq; a Reformatis non receptos mittere, aut in eisdem collocare, vel
retinere, nisi de eorum consensu, nec etiam Reformati ipsi aliquem præfatorum non reformandum recipere, vel
ad conuiuendum, siue de familia in eorū locis admittere vllo modo cogi possint. Pro necessarijs autem negocijs
suæ Prouinciæ possit Prouincialis Minister Reformatorum huiusmodi ad Sedem Apostolicam, vel ad totius Or
dinis protectorem recurrere, vel mittere. Porro statuimus, & ordinamus, vt Capitulum prouinciale secundum
Ordinis constitutiones in proprijs prouinciæ locis per Reformatos fiat, quādo, & vbi iuxta easdem Ordinis cō-
stitutiones fuerit ordinatum Huiusmodi autem Capitulo prouinciali Minister, aut Commissarius Generalis præ
fatus hic si voluerit, per seipsum præsidere possit. Si vero per alium, tunc non nisi per aliquem fratrem eius-
dem, vel alterius prouinciæ, vel Custodiæ Reformatorum, aut Discalceatorum qui prædictus sit eisdem qualita-
tibus, quibus Visitator ad eos, vt supra mittendus, præsidere posthac valeat. Electione prouincialis Ministri per
Reformatos in eorum Capitulo prouinciali canonice facta, idem prouincialis Minister sic electus officiū suum
exercere possit, absque alia confirmatione, quam tamen a Ministro, vel Commissario generali mox pe-
tere, idem vero Minister vel Commissarius generalis, nisi iusta, & rationabili causa subsit, concedere tenea-
tur. Prædictus vero nunc, & pro tempore existens Minister prouincialis Reformatorum eandem potestatem
habeat in suam prouinciam & fratres, quam alij dicti Ordinis Ministri prouinciales in suas prouincias & fra-
tres habent, tam vigore Regulæ, quàm priuilegiorum, & indultorum per Romanos Pontifices prædecessores
nostros concessorum, quæ tamen obseruantiæ huiusmodi strictiori non repugnent, præsertim vero ipsos fratres
Reformatos, illorumque domos, Monasteria, & loca quæcunque, illorumque personas visitandi, reformandi, cor
rigendi, puniendi, & castigandi, iuxta Ordinis instituta, ac Capitulum prouinciale suis loco, & tempore indicen
di, conuocandi, & celebrandi, ac Custodes, Guardianos, & quoscunque Officiales necessarios vna cum eiusdem
Capitulis diffinitoribus, & vocalibus eligendi, necnon quæcunque statuta, & ordinationes bonum regimen di-
ctæ prouinciæ, ac Dei seruitium concernentia in eorum capitulo edendi, edicaque corrigendi, mutandi, & in to-
tum, si videbitur, abrogandi, ac de nouo edendi, dummodo sacris Canonibus, & decretis sacri generalis Triden
tini Concilij, ac constitutionibus Apostolicis, ac eorum reformationi, atque obseruantiæ non aduersentur, nec-
non abusus quoscunq; tollendi, & emendandi, Monasteria, & Domus in quibuscunque locis dicti principatus Ca
thaloniæ, & Regnorum Aragoniæ, & Valentiæ, cuiusuis licentia desuper minime requisita, de consensu dicti eo-
rum Capituli, ac obtenta licentia ordinarij loci, & alias, iuxta decretum eiusdem Concilij Tridentini erigendi,
construendi, & ædificandi. Præterea, vt qui in familia fratrum de Obseruantia professionem emiserint, & ad
Reformatos de huiusmodi Obseruantia Reformatorum in futurum transire voluerint, habeant annum probatio
nis continuum a die ingressus, sicut alij nouitij ad deliberandum, an in huiusmodi Obseruantia Reformatorum
remanere velint. Post præsentium autem publicationem, & dictum annum completum, declaramus illos haberi
pro professis inter Reformatos in monasterijs, & prouincia eorundem, nec ipsos ad eosdem fratres de familia, ni
si de Apostolicæ Sedis licentia speciali, sine apostasiæ nota amplius redire posse, quin etiam anno peracto, tam
Nouitios in prouincia Reformatorū expresse professos, quam professos in familia, qui annum continuum in di-
cta prouincia Reformatorum peregerunt, volumus ad Regulæ fratrum minorum, iuxta fel. record. Nicolai III.
& Clementis V. Romanorum Pontificum, etiam prædecessorum nostrorum declarationes, & Clementis VII.
literas

Ideo his Pont exemit a iurisdictione Ministrorū Prouincialium, eos Reformatos cōmorātes in Regnis Aragoniæ, & Valentiæ, ac Principatu Cathaloniæ.

Et omnia eorum loca in vnā Prouinciā redigi iubet, & a se per Ministrū Prouincialem ab eisdē Reformatis eligendum gubernari mandat.

Prouinciamq; ipsam sub obedientia Ministri, vel Commissarij Generalis remanere declarat.

Capitulo Generali, Minister vel Commissarius Generalis præsidere potest.

Minister Prouincialis confirmationē petere debet a Ministro, vel Commissario generali.

Ministri Prouincialis facultates.

Professi inter Minores de Obseruantia, & alij nouitij non professi, transeuntes ad Reformatos, habēt annum probationis, & eo finito, inde recedare non possunt. Quod habes etiā sup. in consti. 56. Cum illius, vbi notatur.

Miniſter Prouincialis poteſt eos admittere abſq; licentia Miniſtri Generalis, de cōſenſu tamen Fratrum illius loci. Quod habes in eadem conſt.

literas præfatas obſeruantiam teneri, nec ab ea, Reformatorumque ipſorum obedientia recedere poſſe. Liberum vero ſit eidem Miniſtro prouinciali, etiam nullo Miniſtri generalis, vel aliorum prælatorum aliarum prouinciarum familiæ de Obſeruantia præfatæ habito vel requiſito conſenſu, vel licentia fratres tam nouitios, quàm profeſſos earundem prouinciarum familiæ, habentes tamen bonum teſtimonium vitæ, & morum, in eadem prouincia Reformatorum ad profeſsionem, & ad obſeruantiam huiuſmodi Reformationis reſpectiue abſque vllo penitus impedimento, de conſilio tamen, & conſenſu fratrum illius loci, in quo recipiuntur, recipere, & admittere. Si vero fratres de familia præfata in aliquo eorum monaſterio, vel domo huiuſmodi obſeruantiam, & reformationem, vel maior, & ſanior pars eorum ſpōte ſua amplecti voluerit, illico dictum monaſterium, vel domus ſub obedientia eiuſdem Miniſtri prouincialis Reformatorum eſſe cenſeatur, atq; in illius prouincia connumeretur, ſicut ex nunc illa ei ſubijcimus, & præfatæ prouinciæ Reformatorum annectimus, & incorporamus.

Ordinationes in Capitulis Generalibus factæ, ſeruētur per Reformatos, dūmodo huic Reformationi nō cōtrariæ ſint.

Præterea ſi in capitulis generalibus ordinis aliquæ conſtitutiones, vel decreta præſentibus literis, & huiuſmodi Reformatorum obſeruantiæ non contraria edita fuerint, Reformati ipſi ea omnino ſeruare teneantur. Volumus etiam, vt in Terris, & locis vbi ſunt, vel erunt Monaſteria fratrum de familia, ac fratrum Reformatorum, vt eodem tempore, & die eleemoſynæ ab vtriſque oſtiatim minime petantur, ſed mandamus, vt inter ſe concordent, & dies diuidant, quibus ſinguli pro eorum Monaſterijs eleemoſynas petant, ne inuicem ſe impediant cum ſcandalo aliquorum, niſi forſan ciuitas, vel oppidum eſſet adeo amplum, vt id commode ab omnibus eo die præſtari poſſet.

Eleemoſynæ diuerſis dieb. quærantur a Reformatis, & a Minorib. de Obſeruantia.

Decernentes præſentes literas nullo vnquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, ſeu quopiam alio defectu, etiam ea eo quod intereſſe habentes, vel fratres de familia, ſeu obſeruantia præfati, aut quicunque alij vocati non fuerint, notari, argui, ſeu impugnari, aut ſub quibuſcunque reuocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut alijs contrarijs diſpoſitionibus, etiam ab eadem Sede emanatis, etiam quæ in poſterum emanabunt, comprehendi non poſſe, ſed illas ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri debere: Sicque per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbique iudicari & diffiniri debere, necnon irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ præſeruatiuæ.

Decretū irritāt.

Inhibitio contra fratres de Obſeruantia, ne Reformatos deſuper moleſtent.

Diſtrictius inhibentes Generalibus, & prouincialibus Miniſtris dictorum fratrum de Obſeruantia, ſeu familia præfatis, & eorum Viſitatoribus, Commiſſarijs, & prælatis nūc, & in perpetuum pro tempore exiſtentibus, & illorum Generalibus, & prouincialibus Capitulis, perſoniſque quibuſcunque in illis congregandis, ac omnibus, & quibuslibet, quos præmiſſa concernunt, aut in poſterum quomodolibet concernent, & quibuſuis alijs cuiuſque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, ne ſub indignationis noſtræ, & excommunicationis pœna Reformatos præfatos, illorumq; prouinciam, domos, Miniſtrum prouincialem, Cuſtodes, Guardianos, Diſcretos, Officiales, & Fratres, ſeu alios quoſcunque, quos præmiſſa quomodolibet concernunt, aut in poſterum concernent, quominus præfatis omnibus, & ſingulis pacifice fruantur, ſeu præfata omnia, & ſingula ſuum debitum ſortiantur effectum impedire, retardare, aut perturbare audeant vel præſumant.

Reuocatio quarumcunq; facultatum a ſede de Obſeruantia conceſſis, viſitandi, vel corrigēdi Reformatos.

Reuocantes præterea, & annullantes omnes, & quaſcunque facultates, commiſſiones, & mandata a nobis forſan, & Sede Apoſtolica, vel Nuntio noſtro in eiſdem partibus, & Regnis commorante quomodolibet hactenus conceſſas, factas, ſeu data aliquibus fratribus dictæ familiæ, & Ordinis viſitandi, corrigendi, & reformandi, ac puniendi præfatos fratres Reformatos in dictis principatu, ac Regnis exiſtentes, prout eaſdem tenore præſentium reuocamus, annullamus, caſſamus, & abolemus.

Executorū iſtius conſt. deputatio, & facultates.

Quocirca Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis Tarraconen. Cæſarauguſtan. Valentin. & Epiſcopo Barchinonen. ac dilecto filio noſtro, & Sedis Apoſtolicæ Nuntio præſenti, & pro tempore in Regnis Hiſpaniarum exiſtenti per præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte fratrum Reformatorum præfatorum deſuper fuerint requiſiti, ſolēniter publicantes, illiſque in præmiſsis efficacis defenſionis præſidio aſsiſtentes, faciant auctoritate noſtra eos præmiſsis omnibus, & ſingulis, iuxta præſentium continentiam, & tenorem pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper per Generalem, & prouinciales Miniſtros, ac prælatos fratrum de Obſeruantia, ſeu de familia, alioſque præfatos quomodolibet indebite moleſtari, Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſsis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſsibus illos ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas incurriſſe declarando, illaſque etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis.

Leon. x. cōſt. iſtā habes ſup. f. 231. nu. 20. Itē & vos, & cōſt. ſeq Cle. 7. cōſt. iſtam habes ſup. fol. 146. nu. 41. In ſuprema.

Clauſula derogatoria.

Non obſtan. re. me. Leonis papæ X. etiam prædeceſſoris noſtri ſuper vnione fratrum Minorum de Obſeruantia, & nuncupatione eorundem, & dictis literis Clementis VII. & quæ idem Clemens voluit non obſtare, necnon Bonifacij Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri, per quam cauetur expreſſe, ne profeſſores ordinum mendicantium loca ad habitandum abſque dictæ Sedis licentia ſpeciali recipere, ſeu de nouo ædificare poſsint, de prohibitione huiuſmodi expreſſam mentionem faciente, ac vna, & Concilij Generalis de duabus dietis, dummodo quis vigore præſentium ad iudicium vltra tres dietas non trahatur, Bulla aurea Mari magno nuncupatis, ac noſtra de non tollendo iure quæſito, quatenus opus ſit, alijſque conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti ordinis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate, alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, ac dicti Ordinis, eiuſque Generali Miniſtro, & alijs prælatis, & alijs perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium quomodolibet conceſsis: Quibus omnibus, & ſingulis etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, aut alia expreſsio habenda, ſeu aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſsis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſsint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem, quod interim, & vſque ad futurum proximum Capitulum prouinciale, dicta prouincia per præſentes erecta per dilectum filium Angelum de Paz di-

ctæ pro-

Angelus de Pez ad præsens dictæ Prouinciæ Custos, vsque ad primum Prouinciale Capitulum deputatur Vicarius Prouincialis.

ciæ prouinciæ Custodem, quem ex nunc in eiusdem prouinciæ Vicarium prouincialem, auctoritate & tenore præfatis, ac ex certa nostra scientia creamus, constituimus, & deputamus, regatur, & gubernetur. Cæterum quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca, vbi necesse fuerit, deferri, volumus etiam, & dicta auctoritate decernimus, vt earum transumptis etiam impressis, sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, & manu Notarij publici subscriptis, eadem prorsus fides, tam in iudicio, quàm extra illud vbilibet adhibeatur, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ, apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 28. Februarij 1581. Pontificatus Nostri Anno Nono.

Cæ. Glorierius.

LXXI.

Medici Hebræi vel infideles ad Christianorum curam non admittantur.

Hoc idem probibuit Paulus Quartus in eius const. 5. Cum nimis absurdum, fol. 575. & confirmauit Pius Quintus in eius const. 6. Romanus, fol. 927.

De materia Hebræorum posui concord. supra in Pauli Tertij const. 29. Cupientes, fol. 415.

De Medicorum autem officio in curatione infirmorum, vide supra Pij Quinti, const. 3. Supra Gregem. f. 923.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Pau. 4. in eius constit. 5. quam habes sup. fol 571 prohibuit Medicos Iudæos curare posse Christianos.

ALIAS PIAE me. Paulus Papa Quartus prædecessor noster edita perpetua constitutione inter alia sanciuit, ne Medici Iudæi etiam vocati, & rogati ad Christianorum ægrotantium curam accedere, aut illi interesse possent: quam constitutionem postea Pius Papa Quintus etiam prædecessor noster per suas literas approbauit, innouauit, & confirmauit, & robur perpetuæ firmitatis obtinere decreuit: ac voluit, & sub intimatione diuini iudicij præcepit, & mandauit, omnia in eadem constitutione contenta in posterum firmiter obseruari non solum in Terris, & Dominijs Sanctæ Romanæ Ecclesiæ subiectis, sed etiam vbique locorum. Quia tamen nobis non sine magna animi nostri molestia innotuit, ea minime obseruari, sed multos adhuc ex Christianis hominibus esse, qui dum suos corporum languores illicitis medijs, & præcipue Iudæorum, ac aliorum infidelium opera sanari cupiunt, veræ salutis animarum suarum, & corporum simul immemores fiunt & (quod valde dolendum est) in damnationis æternæ maximum sæpe discrimen incidunt, medicis Iudæis, & infidelibus huiusmodi ad ipsorum curationem vocatis, & adhibitis: vnde fit, vt & Iudeis, ac alijs infidelibus magna detur delinquendi occasio, & simul salutare præceptum negligatur ab Innocentio Papa III. similiter prædecessore nostro in Concilio generali quondam emissum, & deinde à prædicto Pio V. innouatum, quod omnes medici cum ad infirmos in lecto iacentes vocati essent, ipsos ante omnia monerent, vt idoneo confessori omnia peccata sua iuxta ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ confiterentur, neque tertio die vlterius eos visitarent nisi longius tempus infirmo confessor ob aliquam rationabilem causam, super quo eius conscientia onerabatur concessisset, & eis per fidem confessoris in scriptis factam constaret, quòd infirmi peccata sua confessi fuissent. Idcirco nos tam Iudæos, qui aduersus mandata huiusmodi apostolica committere audent, quàm Christianos qui illos ad se accersunt, vel medendi licentiam concedunt, & viam ad delinquendum eisdem aperiunt, coercere volentes, supradictas prædecessorum nostrorum constitutiones, Auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, confirmamus, & innouamus, ac inuiolabiliter obseruari mandamus, atque hac nostra in perpetuum valitura constitutione, eisdem constitutionibus, & præceptis, pro firmiori illorum obseruatione addentes, vniuersis vtriusque sexus Christifidelibus districte inhibemus, & interdicimus, ne posthac Iudæos, vel alios infideles ad ipsorum Christianorum ægrotantium, & infirmorum curam vocent, seu admittant, aut vocari, admittiue faciant, concedant, vel permittant. Mandantes propterea omnibus, & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, necnon dilectis filijs alijs locorum ordinarijs, & quibusuis Parochis, alijsue animarum curam habentibus, & exercentibus sub indignationis nostræ, ac alijs arbitrio nostro infligẽdis pœnis, vt præsentes nostras litteras in suis ecclesijs, quæ in illis ciuitatibus, vel diœcesibus constitutæ sunt, in quibus Hebræi, vel alij infideles moram trahunt, quamprimum ad eos perlatæ fuerint, & deinde singulis annis initio quadragesimalis ieiunij publicent, aut publicari faciant, & quòd si quis post earum publicationem etiam quomodolibet exemptus, ac cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ existens aduersus illa facere ausus fuerit, sacramenta ei ecclesiastica nullatenus ministrentur, nec etiam à regularibus exemptis: & sic decedens, ecclesiastica careat sepultura, quæ quidem omnia parochi ægrotantibus significare apto tempore non omittant, præsertim cum Iudæum, vel infidelem medicum ab eis admissum esse cognouerit. & alias ipsi locorum ordinarij contra huius mandati transgressores debita animaduersione procedant: Iudæosque ipsos nihilominus iuxta Pauli, & Pij Pontificum prædictorum literas contra illos editas pro earum transgressione puniant. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ ijdem Paulus & Pius in suis litteris prædictis voluerunt non obstare, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis quibusuis personis etiam regularibus, priuilegiatis, & exemptis, eorumue ordinibus, & congregationibus sub quibuscũque tenoribus, & formis, etiam Mari Magno, seu bulla aurea nuncupata, ac cum quibusuis clausulis & decretis in genere vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus & formis, specialis, specifica, expressa, & indiuidua mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse

P.V. in eius cõst. quã habes sup. f. 927. approbauit const. Pau 4.

Pont. iste approbat, & innouat dictas const. Pau. 4 & Pij V.

Publicetur hæc const. singulis annis initio Quadragesimæ.

Contrauenientium pœnæ.

Clausula derogatoria.

presse derogamùs, contrarijs quibuscunque. Seu si aliquibus communiter vel diuisim ab Apostolica sit sedè indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et quia difficile foret easdem præsentea ad singula quæque loca deferri, volumus, & declaramus, quod earum transumptis, etiã impressis, & manu alicuius Notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica cõstitutæ munitis, eadem prorsus fides vbicunque habeatur, quæ præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 30. Martij. 1581. Pontificatus Nostri Anno Nono.

Cæ. Glorierius.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo octuagesimo primo, Indictione Nona, die vero Quinta mensis Aprilis, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & Domini Nostri Domini Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno Nono, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, per me Petrum Aloysium Gaytam, eiusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ Curs.

Petrus Stoch Magister Cursorum.

LXXII.

Facultates Rodulphi Bonfioli Thesaurarij generalis, Collectorem, & Iudicem spoliorum deputati.

De Materia spoliorum, & facultatum Thesaurarij omitto notare hic, quia notabo infra in Sanctiss. D.N. Six. V. const. 3. Cum hodie.

GREGORIVS Papa XIII. Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. CVM SICVT accepimus, nonnulli res, & bona mobilia, & immobilia, ac se mouentia ex fructibus beneficiorum ecclesiasticorum acquisita per obitum Prælatorum, & aliarum quarumcunque personarum ecclesiasticarum sæcularium, & quorumuis ordinum regularium, quæ extra hanc almam Vrbem decesserunt, remanentia, & relicta, quæ tanquam spolia alias fe. re. Paulus Papa III. prædecessor noster ad Cameram Apostolicam spectare, & pertinere decreuit, & declarauit, necnon fructus, redditus, & prouentus mensarum patriarchalium, Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Ecclesiarum, & monasteriorum in tota Italia consistentium, & per obitum illorum Prælatorum vacantium indebite occupare, & spolijs, ac fructibus redditibus, & prouentibus huiusmodi dictam Cameram defraudare, necnon diuersas res, & bona vacantia tã in alma Vrbe, & eius districtu, quàm in toto statu Ecclesiastico ad eandem Cameram spectantia occupare, occultare, & retinere præsumpserint, & præsumant, in animarum suarum periculum, ipsiusque Cameræ præiudicium non paruum. Nos pro nostri pastoralis officij debito talium personarum ausus temerarios reprimere, & ne spolia, ac fructus, & bona vacantia huiusmodi in posterum dissipentur, & occupentur, opportune prouidere volentes, ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & quoscunque dictorum spoliorum, & fructuum per totam Italiam ad hunc vsque diem quomodolibet deputatos Collectores, & Subcollectores ac bonorum vacantium Commissarios, & Officiales primum, & ante omnia reuocantes, omnemque illis desuper attributam potestatem & auctoritatem abdicantes, Te qui coniugatus existis, & de cuius fide, integritate, & diligentia nobis iamdiu nota plurimum in Domino confidimus, nostrum, & dictæ Cameræ in vniuersa Italia spoliorum ad ipsam Cameram pertinentium, necnon fructuum, reddituum, & prouentuum mensarum huiusmodi Collectorem, ac bonorum vacantium in Vrbe, eiusque districtu, & toto statu Ecclesiastico Commissarium, & Iudicem generalem auctoritate apostolica tenore præsentium quoad vixeris, & quamdiu Thesaurariatus nostri generalis officium obtinueris, constituimus, & deputamus, dantes tibi plenam, & omnimodam potestatem, & auctoritatem omnes, & singulas res, & bona quæcunque mobilia, & immobilia, ac se mouentia spolia quomodolibet nuncupata, & bona vacantia huiusmodi, etiam per obitum apostatarum iuxta formam literarum nostrarum desuper in forma breuis, sub die 21. Ianuarij, anni 1577. expeditarum, quas etiam per præsentes approbamus, & quatenus opus sit per præsentes etiam innouamus, ac etiam illa quæ ex fructibus, redditibus, & prouentibus ecclesiasticis profecta, ædificata, refecta, & restaurata fuerint, seu alias ex eisdem fructibus, redditibus, & prouentibus quomodolibet prouenerint, per obitum quarumcunque personarum ecclesiasticarum beneficia ecclesiastica tam simplicia, quàm administrationem habẽtia obtinentium, nisi quoad simplicia de fructibus huiusmodi dispositum fuerit, vel ex priuilegio apostolico, vel ex consuetudine legitime præscripta tam sæcularium, quàm quorumuis ordinum regularium quauis etiam Pontificali dignitate fulgentium in vniuersa Italia, extra tamen dictam vrbem, pro tempore decedentium remansura, cuiuscunque qualitatis, generis, & speciei fuerint, etiam gemmas, & alia pretiosa, & pecuniarum summas, necnon etiam fructus, redditus, & prouentus mensarum huiusmodi a die ecclesiarum & monasteriorum vacationis huiusmodi vsque ad diem præfectionis, ac prouisionis, seu commendæ de illis facien. quos omnea & singulos fructus, redditus, & prouentus ad nos, & dictam Cameram spectare, & pertinere volumus, & decernimus, & eidem Cameræ appropriamus, & applicamus, necnon omnia, & singula bona vacantia cuiuscunque qualitatis, & quantitatis in vrbe, districtu, & statu præfatis nostro, & prætatæ Cameræ Apostolicæ nomine colligendi, percipiendi, exigendi, & recuperandi, ac tam super illis quàm alijs quibuscunque spolijs, quæ hactenus in ipsa Italia ex bonis vacantibus, & alijs huiusmodi per similium personarum obitum, aut alias vt præfertur, seu quomodolibet remanserunt, & indebite quocunque prætextu vsurpantur, omnibus vijs, & modis inquirendi, & inuestigandi, & pro faciliori inquisitione quascunque personas cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & præeminentiæ fuerint, etiam exemptas, necnon prætéritos collectores, subcollectores, officiales coram te, seu alio, vel alijs a te deputandis comparendum, & de administratis, exactis, & receptis

Pauli 3. constitutio ista habetur sup. fo. 420. n. 31.

Causa const.

Deputatio Thesaurarij in Collectorem, & Iudicem spoliorum & bonorum vacantium.

Hæc cõstit. de bonis Apostatarum est sup. fol. 1254. nu 44. Officij nostri.

Facultas Thesaurarij.

ceptis per eos computum, & rationem reddendum, illosque quorum testimonio te indigere cognoveris, ad se examini subijciendum, ac spoliorum, necnon fructuum, reddituum, & prouentuum, ac bonorum vacantium huiusmodi occupatores, & detentores ad spolia, fructus, redditus, & prouentus, ac bona vacantia eadem restituendum, & relaxandum, & tibi consignandum, & soluendum, & quos in præmissis, & circa ea quomodolibet deliquerint, etiam ad personaliter coram te, seu a te deputando comparendum, sub confiscationis bonorum, ac priuationis beneficiorum, inhabilitatisque ad illa, & alia in posterum obtinenda, alijsque etiam pecuniarijs tibi beneuisis, & demum excommunicationis, alijsque ecclesiasticis sententijs censuris, & pœnis tuo arbitrio per personam Ecclesiasticam per te eligendam infligen. moderandis, & applicandis, monendi, citandi, & compellendi, ac contradictores quoslibet, rebelles, ac renitentes, pœnas & censuras præfatas incidisse declaran. & illas aggrauandi, & reaggrauandi, auxiliumq; brachij sæcularis ad hoc, si opus fuerit, inuocandi, & super ijsdem spolijs, & fructibus, redditibus, & prouentibus, ac bonis vacan. pro dicta Camera, prout tibi videbitur, componendi, & concordandi, soluentesque de compositis, & solutis per eos, ac receptis absoluendi, & liberandi, necnon ad cor reuersos, si id humiliter petierint, a censuris, & pœnis, si quas incurrerint, præuia satisfactione absoluendi, & liberandi, ac in præmissis omnibus, & singulis, summarie simpliciter, de plano, & sine strepitu, & figura Iudicij, sola facti veritate inspecta, procedendi, vnum quoque vel plures loco tui cū simili aut limitata potestate substituendi & alia præmissa faciendi, Subcollectores, & Officiales Deputandi, & Subdelegandi, illosque, quoties tibi videbitur, reuocandi, cæteraque omnia & singula faciendi, gerendi, & exequendi, quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna. Et insuper, vt exactio omnium & singulorum spoliorum, ac fructuum, reddituum, & prouentuum, necnon bonorū vacantium huiusmodi celerius, & facilius fiat, Quod de cætero omnes, & singulæ lites, causæ, & controuersiæ super quibusuis fructibus, redditibus, & prouentibus, ac spolijs præfatis, necnon bonis vacan. & illorum occasione, ac alias quæ ab ipsis litibus, & causis quomodolibet dependentiam, seu cum illis connexitatem habuerint, nunc, & pro tempore penden. a nullo alio, quàm a te, seu alijs super dictis spolijs, & fructibus, redditibus, & prouentibus, ac bonis vacantibus pro tempore deputatis collectoribus, aut sub collectoribus, & officialibus aut particularibus delegatis cognosci, nec alteri nisi per commissionem manu nostra signatam, vel per nostras literas committi, aut delegari possint, & citato moderno, & pro tempore existenti dictæ Cameræ Apostolicæ Commissario generale. Quodque Monitoria, citationes, inhibitiones, processus, sententiæ, vel mandata, quæ alias quā ex commissionibus, vt præfertur, manu nostra signatis eodemque Commissario citato, vel literis nostris emanauerint quoad eorundem causarum introductionem, & litis pendentiam, seu tuorum ministrorum per te ad id deputandorum iurisdictionis vt processum impedimentum, vel retardationem nullius sint roboris vel momenti. Quodque a sententijs per te, seu tuos ministros præfatos super præmissis pro tempore latis nullatenus appellari, seu earum executio differri, aut suspendi nullatenus possit, aut debeat, nisi data prius bancharia cautione in forma depositi, dicta auctoritate per easdem præsentes statuimus, & ordinamus, Ac quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon ecclesiarum, monasteriorum, & ordinum præfatorum, vel locorum vbi bona vacantia huiusmodi sita fuerint, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis ecclesijs, monasterijs, & ordinibus & locis præfatis, eorumque superioribus, prælatis, & personis, ac quibusuis alijs sub quibuscunque tenoribus, & formis ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusq; & alijs decretis, etiam iteratis vicibus concessis, confirmatis, & innouatis, Quibus omnibus, etiam si de illis eorumq; totis tenoribus spālis, specifica, indiuidua, & expressa, ac de verbo ad verbū, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quæuis alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores hmōi, ac si de verbo ad verbum insererētur præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat ad effectū præsentium specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apost. sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari nō possint per literas Apostolicas non faciētes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionē.

Causæ spoliorum ac bonorum vacantium, aut cum eis connexitatem habentes, coram Thesaurario cognosci debēt, nisi alteri Pōtifex cōmittat, illo citato.

Appellatio super præmissis nō conceditur, nisi data cautione Bācharia in forma depositi.

Decretum irritans.

Clausula derogatoria.

Dat. Tusculi sub Annulo Piscatoris die 8. Aprilis 1581. Pontificatus Nostri Anno Nono.

Cæ. Glorierius.

Die decima Aprilis 1581. præsentes literæ præsentatæ fuerunt in plena Cam. Apost. & ex decreto ibidem facto admissæ, & registratæ libro quarto signaturarum, fol. 59. penes me infrascriptum dictæ Cam. Notarium.

Tydeus de Marchis.

LXXIII.

De Blasphemijs & flagitijs Iudæorum, pro quibus Inquisitores omnes hæreticæ prauitatis, contra eos procedere possint.

De Inquisitorum autem facultatibus, vide sup. in Clem. 7. const. 33. Cum sicut, fol. 336. vbi notaui.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

ANTIQVA IVDAEORVM improbitas, qua diuinæ bonitati semper restiterunt, tanto execratior consistit in filijs, quanto ipsi ad cumulandam patrum suorum mensuram in Dei filio repudiando, eiusque in mortem nefarie conspirando grauius deliquerunt: qui propterea suis effecti maioribus nequiores, proprijs sedibus expulsi, atque in omnes dispersi orbis terrarum regiones seruituriq; perpetuæ mancipati, non maiorem in cuiusquam ditione clementiam, quàm in Christianorum Prouincijs, maxime vero in Apostolicæ pietatis gremio inuenerunt, quæ pro eorum conuersione laborans, eos misericorditer excepit, atque in cohabitatione vna cum filijs suis sustinuit, ad veritatisque lumen allicere pio semper studio conata est, rebusque ad vitam necessarijs iuuit, iniurijs & contumelijs prohibuit, multis denique beneficentiæ suæ priuilegijs circummuniuit: illi vero nullis beneficijs mansuefacti, nihilque de suo pristino scelere remittentes, Dominū nostrū Iesum Christum in cœlo triumphantem adhuc in synagogis suis, & vbique persequuntur; Christi quo-

Iudæi qui pro eorum cōuersione ī gremio S.R.E. recipiuntur, audent in religionem Christianā multa nefanda committere.

que membris insensissimi nõ desinunt in Religionem Christianam horrenda facinora quotidie magis audere, quibus nos, ne pietatis nostræ puritas polluatur, aut a fœdis mancipijs Christo, Christianorumue nomini impune illudatur obuiare volentes, Statuimus, ac etiam declaramus, Inquisitores hæreticæ prauitatis libere procedere posse in omnibus causis, & casibus, qui sequuntur.

Iudæus igitur, & quilibet infideles, negans quæ cõmunia habet circa fidem cum Christianis.

Si quis Iudæus, aut infidelis in ijs, quæ circa fidem cum illis nobis sunt communia, veluti Deum vnũ, & æternũ omnipotentem, creatorem omnium visibilium, & inuisibilium, & similia non esse asseruerit, prædicauerit, vel priuatim alicui insinuauerit.

Dæmones inuocans, & illis immolans.

Si dæmones inuocauerit, cõsulueritue, aut eorũ responsa acceperit, ad illosue sacrificia, aut preces ob diuinationem, aliamue causam direxerit, aut quid eis immolauerit, vel thuris alteriusue rei fumigationes obtulerit, aut alia quæuis impietatis obsequia præstiterit.

Christianos nefaria ista docens.

Si Christianos verbo, facto, vel exẽplo, aut alio quouis modo nefaria huiusmodi docuerit, vel ad ea perpetrãda perduxerit, aut perducere attentauerit.

Blasphemiasque circa Christum, & eius Matrem proferens.

Si saluatorem, & Dominum nostrum Iesum Christum purum hominem, vel etiam peccatorem fuisse, Matremue Dei non esse Virginem, & alias huiusmodi blasphemias, quæ per se hæreticæ dici solent, in Christianæ fidei ignominiam, contemptum, aut corruptionem impie protulerit.

Christianos a fide deuians.

Si cuiusuis eorum opera, auxilio, consilio, vel fauore aliquis Christianus à fide desciuerit, quàmque semel susceperat, abnegauerit, vel ad Iudæorum seu aliorum infidelium ritus, cæremonias, superstitiones, vel impias sectas transierit, vel redierit, seu in hæresim aliquam inciderit, aut qui, vt Christi fidem abneget, seu in hæresim incidat, opem, consilium, auxilium, vel fauorem quomodocunque præstiterit.

Infideles ad fidẽ Christi venire impediens.

Si quis Catechumenum, vel quemcunque ex Iudæis, aut infidelibus Deo inspirante ad fidem Christianam venire volentem, post declaratam nutu, verbo, facto, aut quocunque alio modo eius voluntatem a fide, vel fidei instructione, aut à sacri baptismi susceptione retrahere, auertere, vel dehortari, aut ne ad fidem veniat, neue regenerationis lauacro abluatur, quouis modo impediuerit.

Hæreticos scienter receptans, vel auxilians. Cõsonat Inn. 4. cõst. 4. §. 36.

Si quis apostatas, hæreticosue scienter domi suæ acceptauerit, aluerit, commeatu iuuerit, seu quouismodo eis cibaria vbicunque præbuerit, aut dona, vel munera dederit, vel miserit, aut de loco ad locum deduxerit, seu associauerit, vel deducendos seu associandos curauerit, aut sumptus ministrauerit, duces, comitesue illis adiunxerit vel ne ab eis perpetrata deprehendi, aut inuestigari queant, fecerit. Quique dictos apostatas, aut hæreticos sciẽter aliquo modo receptauerit, occultauerit, defenderit, aut eis opem, consilium, auxilium, vel fauorem quomodolibet præstiterit.

Libros prohibitos retinens, vel defẽdens. Ad quod vide Pij 3 constit. 46.

Si libros hæreticos, vel thalmudicos, aut alios Iudaicos quomodolibet damnatos, aut alias prohibitos tenuerit, custodierit, vel diuulgauerit, vel in quæcunque loca detulerit, aut ad eam rem operam suam accomodauerit.

Hostiam Altaris despiciens, aut aliquid Cruci affigens deridendi quæ, &c.

Si Christianos deriserit, redemptionisque nostræ hostiam salutarem in ara crucis immolatam, Christum dominum ludibrio, & despectui habens, quandocunque, maxime vero in sacro parasceues die agnum, siue ouem, aut quid aliud cruci affixerit, aut appenderit, in eamue conspuerit, seu quodcunque contra ipsam fecerit.

Nutrices Christianas habens, siue eas cogens lac in latrinas effundere. Consonat Innocen. 4 cõst. 1. §. 5.

Si nutrices Christianas contra sacrorum Canonum statuta, diuersorumque Romanorum Pontificũ prædecessorum nostrorum sanctiones adhuc retinuerit, aut eas retinens die, qua sanctissimum eucharistiæ sacramentum sumpserint, lac vno, vel pluribus diebus in latrinas, cloacas, vel alia loca effundere coegerit.

Ab Inquisitoribus coerceantur, vt hic.

In quibus casibus vniuersis, & singulis omnes prædictæ prauitatis Inquisitores omnium Regnorum, Prouinciarum, Ciuitatum, Dominiorum, & locorum vniuersi orbis Christiani Iudices in suis quenque locis perpetuo delegamus, vt super his contra Iudæos, atque infideles quoscunque simul vel separatim, prout in causis fidei iuxta sacrorum canonum formam, necnon officij Inquisitionis huiusmodi constitutiones, diligenter inquirant, & procedant, & quos in aliquo vel aliquibus horum flagitiorum excessibus culpabiles repererint, in eos pro culpæ modo, ac etiam pro criminum numero vel multiplicatione, aut consuetudine delinquendi, flagra, remigia, etiã perpetua, rerum quoque publicationes, exilia, aliaque atrociora decernant, & alias de eis exempla edant, quæ sceleratos illos deterreant ab huiusmodi flagitijs in posterum admittendis. Nos enim venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Inquisitoribus generalibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis; & alijs locorum Prælatis, ac etiam alijs prædictis Inquisitoribus in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus districtè præcipimus, & mandamus, vt præsentes nostras literas in Ciuitatibus, & locis cuique subiectis publicare, & iuxta illarum tenorem procedere, ipsasque debitæ executioni mandare procurent.

Decretum irritans.

Decernentes irritũ, & inane quicquid secus per quoscunque scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausulæ derogatoriæ.

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon exemptionibus, priuilegijs immunitatibus, commeatibus, in fidem publicam receptionibus, & tolerantijs prædictis, Iudæis, & alijs infidelibus, Maranis, & Apostatis, tam in Dominijs, Terris, & locis nostris, & sedi apostolicæ mediate, vel immediate subiectis, quàm alibi vbicunque Regnorum, Prouinciarum, & Dominiorum, gẽtium, & locorum commorantibus, vel in ea ex quibusuis Regnis, & partibus tam fidelium quàm infidelium confluentibus, eorumque Iudicibus, Aduocatis, & defensoribus quacunque auctoritate, potestate, & dignitate fungantur, etiam ad instantiã Imperatoris, Regum, Ducum, & quorumuis aliorum Principum tam per fel. rec. Paulum III. Decimo Kal. Martij, & Iulium etiã III. Non. Decembris, Tertio anno sui cuiusque Pontificatus, quàm etiam, quoscunque alios anteriores & posteriores Romanos Pontifices, ac nos, & sedem Apostolicam, eiusque legatos, ac etiam Cameram Apostolicam, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam Motu proprio, & alias quomodocunque hactenus concessis, confirmatis, & innouatis, atque in posterum concedendis, confirmandis, & innouandis, quæ omnia, etiam si de illis, illorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & indiuidua mentio, aut aliqua alia forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si ad verbum insererentur præsentibus pro plene expressis habentes, harum serie specialiter, & expresse reuocamus, abrogamus, & omnino abolemus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Forma public. hanc constit. Quam publ. habes hic in fi.

Volumus autem præsentes in locis Vrbis consuetis de more publicari, & earum exemplis etiam impressis manu Notarij publici, & sigillo Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus fidem vbique tam in iudicio, quàm extra illud adhiberi, quæ adhiberetur eisdem præsentibus si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostro-

rum

tum statuti, declarationis, delegationis, præcepti, mandati, decreti, reuocationis, abrogationis, abolitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo octuagesimo primo, Kal. Iunij, Pontificatus nostri, Anno Decimo.

Cæ. Glorierius.

M. Datarius.

A. de Alexijs.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo octuagesimo primo, Indictione nona, die vero decima mensis Iunij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno Decimo, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt ad valuas Ecclesiæ sancti Ioannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, ac etiam ad valuas septi Hebræorum, per nos Petrum Aloysium Gaytam, & Nicolaum Taglietum Apostolicos Cursores. Publicatio.

Antonius Ludouicus Magister Cursorum.

LXXIIII.

Facultas Magistri Generalis Ordinis Minorum Conuentualium, absoluendi quoscunque censuris, & pœnis incursis Fratres Clarenos, Amadeos, & alios, qui ad ipsum ordinem Conuentualium absque Sedis Apostolicæ dispensatione transierunt.

De materia istorum Conuentualium posui concord. sup. fol. 1024. in Pij V. constit. 67. Illa nos cura.

De materia vero transeundi ad alios Ordines, vel extra claustra Religionis degen. posui sup. in Pauli Quarti, const. 29. Postquam, fol. 610. & vide etiam Pij 4. cõst. 69. fol. 744.

GREGORIVS Papa XIII. Dilecto Filio Magistro Minorum Conuentualium sancti Francisci. Dilecte Fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

SEDES APOSTOLICA pia mater, recurrentibus ad eam post excessum cum humilitatis filijs, præsertim sub suaui Religionis iugo altissimo famulantibus, libenter se propitiam exhibet, ac benignam. Cum itaque sicut exposuit nobis nuper dilectus filius Philippus Sanctæ Mariæ in Cosmedin Diaconus Cardinalis Vastauillanus nuncupatus, noster secundum carnem nepos, ac Protector ordinis Fratrum Minorum Conuentualium nuncupatorum Multi dicti Ordinis professores, Quorum nonnulli Amadei, alij Clareni, alij Conuentuales nuncupati, in suis prouincijs, qui per fe. re. Pium Papam V. prædecessorem nostrum ordini Fratrum Minorum de obseruantia nuncupatorum aggregati, alij Capuccini reformati, reliqui vero de obseruantia absque Sedis Apost. dispensatione, ad dictum ordinem fratrum Conuentualium tradiderint, Apostasiæ, aliasq; notas, ac censuras, & pœnas Ecclesiasticas incurrendo, pro dicti eiusdem Philippi Cardinalis, & protectoris nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus eorundem fratrum statui in præmissis more pij patris consulere de benignitate Apost. dignarentur. Nos igitur attendentes, quòd dictæ Sedis clementia, gremium suæ pietatis petentibus claudere non consueuit, eosdem Fratres, a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, cẽsuris & pœnis a iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dũtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes hmõi supplicationibus inclinati, tibi, vt per te, vel si propter locorũ distantiam, aut alia quauis cã, id per te cõmodè fieri non possit, per Prouinciales Magistros earum prouinciarum, in quibus Frẽs, qui hmõi absolutionis beneficio indigent, cõmorari contigerit, quos ad hoc spãliter duxeris deputandos, oẽs, & singulos dicti ordinis professores Amadeos, Clarenos, Capuccinos, Frẽs Conuentuales in dictis prouincijs degentes, & Reformatos, ac Obseruantes, vt præfertur, nuncupatos, qui absq; dictæ Sedis dispensatione, ad eundẽ ordinem Fratrum Minorum Conuentualiũ nuncupatorum transierunt, & ad præsens dũtaxat, inter eos reperiuntur, si id a te, vel Prouincialib. præfatis per te deputatis humiliter petierint, & de cõmisso errore ab intimis doleant, ab Apostasiæ nota, necnon excõicationis, alijsq; sententijs, censuris, & pœnis Ecclesiasticis, si quas præmissorum occasione quomodolibet incurrerunt, auctoritate Apost. tenore præsentium absoluere, & liberare, iniuncta singulis pro modo culpæ pñia salutari, & ipsis ab Altaris ministerio, & sacrorum ordinum executione ad tẽpus, tuo, vel Prouincialium prædictorum arbitrio moderandum, suspensis, atq; vt cũ eisdem super irregularitate, si quã censuris hmõi ligati, Missas, & alia diuina officia, non tamen in contemptum clauium celebrando, seu illis se immiscendo contraxerunt, quodq; in oĩbus etiam sacris, & presbyteratus ordinib. per eos alias tamen ritè susceptis, etiam in Altaris ministerio ministrare, & qui forsan dictos ordines nondum susceperunt, ad illos promoueri liberè, & licitè valeant, dispensare, oẽmq; inhabilitatis, & infamiæ maculã, siue notam, si quã præmissorum occasione contraxerunt, ab eisdem abolere, ipsosq; in pristinũ, & eum in quo ante præmissa quomodolibet erãt, statum restituere, reponere, & plenariè reintegrare liberè, & licitè possis, plenam facultatẽ Apost. auctoritate, tenore præsentium concedimus, & indulgemus, Ipsisq; fratrib. & eorum singulis, qui a te, vel prouincialibus præfatis absolutionis gratiam impetrauerint, quòd cum fratribus Conuentualibus, apud quod ad præsens reperiuntur, sub religionis iugo Altissimo famulari, ac oĩbus & singulis priuilegijs, immunitatibus, libertatibus, fauoribus, indulgentijs, prærogatiuis, antelationibus, & alijs gratijs dicto ordini fratrum Conuentualium, hactenus quomodocunq, quauis auctoritate concessis, confirmatis, approbatis, & innouatis, vti, frui, potiri, & gaudere, liberè, & licitè possint, de spãli gratia indulgemus. Districtius inhibentes Generali, ac Prouincialibus Ministris, ac oĩbus, & singulis Superiorib.

Pius V. Iстos concessit. 54 fol. 1009. Clarenos &c. Fratribus de Obseruantia aggregauit, Illorum tamen multi, ad ordinem Conuentualium transierunt absque Sedis Apost. dispensatione.

Hic igitur Pont. facultatem cõcedit Magistro Generali dictos Trãslatos a quibuscumque censuris, & pœnis absoluendi.

Et illos sic absolutos omnibus gratijs, & priuilegijs Ordinis Conuentualium concessis, frui posse decernit.
Decretum irritans.
Clausula derogatoria.

quauis auctoritate fungentibus, dicti ordinis Fratrum Minorum de obseruãtia in virtute sanctæ obedientiæ, nè dictos Fratres, qui vt præfertur ad dictum ordinem Fratrum Conuentualium transierunt, præmissorũ, seu alia quauis occasione, causa, prætextu, seu ingenio quolibet molestare, perturbare, aut inquietare audeant, seu præsumãt, sed permittant eos inter dictos Fratres Cõuentuales (apud quos ad præsens reperiuntur) sub suaui religionis iugo Altissimo famulari. Decernentes ea nunc irritũ, & inane, si secus super his a quoquã quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus fe. re. Pij papæ V. prædecessoris nostri de fratribus Cõuentualibus in Hispanijs degentibus, & alia eiusdem Pij de Amadeis, & Clarenis, ad obedientiam, & regulam fratrum de obseruantia reducendis, & alijs quibusuis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac dicti ordinis iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, Priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis; Quibus omnibus etiam si de illis specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda foret, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice, & ad effectus præmissos dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiã impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo tuo, seu alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides vbique adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ, apud sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die 20. Decembris 1581. Pontificatus nostri, Anno Decimo.

Cæ. Glorierius.

L X X V.

Prælati, & alij Monasteriorum Monialium curam habentes, in casibus tantummodo necessarijs ea ingredi possint.

Ad hoc vide Concil. Trid. sess. 25, cap. 5. de Reg. & Mon. & sup. Pij V. const. 22. Regularium, fol. 952. & supra proxime, in consti. 36. Vbi gratiæ, fol. 1239.

De clausura autem Monialium, vide supra in Pij V. const. 100. Decori, fol. 1069.

Concilij Triden. decretũ istud habes in sess. 25. c. 5. de Reg. & Mon. Pij V. constit. sub hac data non habes, sed habes aliam sup. fol. 952. nu. 22.
Huius Pont. constit. habes sup. fol. nu. 36. 1239.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

DVBIIS, QVAE emergunt, declarationis remediũ expedit adhibere. Cũ igitur super eo quod optima primum ratione Concilium sanxit Tridentinum, deinde in constitutione fe. re. Pij Papæ V. prædecessoris nostri nonis Iulij Pontificatus sui anno tertio, atque item nostra idibus Iunij Pontificatus nostri anno quarto editis, fuit prouisum, ne cui in posterum, nisi in casibus necessarijs septa monasteriorum monialium ingrediendi concederetur licentia, à nonnullis dubitatum fuisse sciamus circa personas, quæ alterius ad id licentia non indigent, sed sui auctoritate officij nituntur, an liceat eis pro libito suæ voluntatis huiusmodi septa ingredi, vel potius seruare debeant ipsi quoque regulam à Concilio præscriptam. Nos omnem hæsitationis materiam tollere & viam scandalis præcidere, ac sanctimonialium quieti consulere volentes, harum tenore auctoritate Apostolica declaramus Prælatos omnes tam seculares quàm regulares, quibus cura & regimen monasteriorum Monialium quouis modo incumbit, facultate sibi ex officio attributa ingrediendi monasteria prædicta ita demum vti posse, si id faciant in casibus necessarijs, & à paucis, ijsque senioribus, ac religiosis personis comitati. Quocirca vniuersos, & singulos Episcopali, seu maiori, ac etiam Cardinalatus dignitate præditos, necnon quorumuis ordinum Abbates, Priores, Ministros, & alios, quoscunque Superiores regulares serio monemus, vt facultate huiusmodi, qui eam habent, præterquam in casibus, vt præfertur, necessarijs neutiquam vtantur. Quod si contrafecerint, eadem auctoritate Apostolica statuimus, atque decernimus, qui Pontificalis dignitatis fuerint, eos pro prima vice, qua contrafecerint, ingressu Ecclesiæ interdictos, pro secũda a munere Pontificali, & a diuinis suspensos, ac deinceps ipso facto absque alia declaratione excommunicatos existere, regulares vero omni officio, ac ministerio priuatos excommunicationi similiter subiacere. Non obstantibus Apostolicis, ac in generalibus, & Prouincialibus concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis quibusuis Ecclesijs earumue Prælatis, aut Ordinibus in genere, vel in specie sub quibuscũque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis quouis modo concessis, approbatis, & innouatis, etiam si illis caueretur expresse, quod nemo interdici, suspendi, vel excõmunicari posset per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam de indulto huiusmodi mentionem, quibus, eorumque totis tenoribus, perinde ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Quoniam vero difficile esset præsentes ad singula loca perferri, volumus, earum exemplis, etiam impressis, manuque Notarij publici, ac sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis quæ haberetur ipsis præsentibus, si esset exhibitæ vel ostensæ.

Declaratio, quod Prælati Monasteriorum Monialium in casibus tantũmodo necessarijs ea ingredi valeant.

Contrauenientium pœnæ.

Datum Romæ, apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 23. Decembris 1581. Pontificatus Nostri, Anno Decimo.

Cæ. Glorierius.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo Quingentesimo Octuagesimo secundo, indictione vndecima, Die vero Sabbati trigesima Mensis Decembris, Pontificatus S. D. N. Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno decimo, Retroscriptæ literæ in forma breuis publicatæ & affixæ fuerunt in acie Campi Floræ. vt moris est, per me Scipionem de Octauianis Apostolicum Cursorem.

Publicatio.

Calistus Brunettus Magister Cursorum.

Calendarij

LXXVI.

Calendarij nuper restituti, pro festis celebrandis, diuinisque officijs recitandis, approbatio, veterisque Calendarij abolitio.

Huic Calendario addendus est dies festus S. Annæ matris B. Mariæ Virginis celebrandus die 26. Iulij vt infra in const. 95. Sancta Et etiam dies festus Præsentationis ipsius B. Mariæ celebrandus die 21. Nouembris vt infra in Sixti V. const. 14 Intemeratæ.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

INTER grauissimas pastoralis officij nostri curas, ea postrema non est, vt quæ a sacro Tridentino Concilio Sedi Apostolicæ reseruata sunt, illa ad finem optatum, deo adiutore, perducantur.

Sane eiusdem Concilij Patres, cum ad reliquam cogitationem, Breuiarij quoque curam adiungerent, tempore tamen exclusi, rem totam ex ipsius Concilij decreto ad auctoritatem & iudicium Romani Pontificis retulerunt.

> Prælati Concilij Trid. remiserunt Pontifici curam restituendi Breuiarij vt in sess. 25 prope fi.

Duo autem Breuiario præcipue continentur, quorum vnum, preces laudesque diuinas festis profestisque diebus persoluendas complectitur, alterum pertinet ad annuos Paschæ, festorumque ex eo pendentium recursus, solis & Lunæ motu metiendos.

> Duo igitur hic expressa emendanda erant.

Atque illud quidem felicis recordationis Pius V. Prædecessor noster absoluendum curauit, atque edidit.

> Primũ circa officiũ recitandi executus est Pius V. vt sup. in eius const. 72. f. 1031.

Hoc vero, quòd nimirum exigit legitimam Kalendarij restitutionem, iamdiu à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, & sæpius tentatum est, verum absolui, & ad exitum perduci ad hoc vsque tempus non potuit, quod rationes emendandi Kalendarij, quæ à cælestium motuum peritis proponebantur, propter magnas, & fere inextricabiles difficultates, quas huiusmodi emendatio semper habuit, neque perennes erant, neque antiquos Ecclesiasticos ritus incolumes (quod in primis hac in re curandum erat) seruabant.

> Secundũ circa emendationẽ Calendarij non fuit vsque modo executum.

Dum itaque nos quoque credita nobis, licet indignis, à Deo dispensatione freti, in hac cogitatione curaque versaremur, allatus est nobis liber a dilecto filio Antonio Lilio artium & medicinæ doctore, quem quondam Aloysius eius germanus frater conscripserat, in quo per nouum quendam Epactarum Cyclum ab eo excogitatum, & ad certam ipsius Aurei numeri normam directum, atq; ad quãcũq; anni solaris magnitudinem accõmodatum, omnia quæ in Kalendario collapsa sunt, constanti ratione, & sæculis omnibus duratura, sic restitui posse ostendit, vt Kalendarium ipsum nulli vnquam mutationi in posterum expositum esse videatur. Nouam hanc restituendi Kalendarij rationem exiguo volumine comprehensam ad Christianos Principes, celebrioresque vniuersitates paucos ante annos misimus, vt res quæ omnium communis est, communi etiam omnium consilio perficeretur, illi cum, quæ maxime optabamus, concordes respondissent, eorum nos omnium consensione adducti, viros ad Kalendarij emendationem adhibuimus in alma Vrbe harum rerum peritissimos, quos longe ante ex primarijs Christiani orbis nationibus delegeramus: Ij cum multum temporis, & diligentiæ ad eam lucubrationem adhibuissent, & Cyclos tam veterum, quam recentiorum vndique conquisitos, ac diligentissime perpensos inter se contulissent, suo, & doctorum hominum, qui de ea re scripserunt, iudicio hunc præ ceteris elegerunt Epactarum Cyclum, cui nonnulla etiam adiecerunt, quæ, ex accurata circumspectione visa sunt ad Kalendarij perfectionem maxime pertinere.

> Hic igitur Pontifex dictæ emendationi peritissimos viros præposuit.

Considerantes igitur nos, ad rectam Paschalis festi celebrationem iuxta sanctorum Patrum, ac veterum Romanorum Pontificum, præsertim Pij & Victoris primorum, necnon magni illius œcumenici Concilij Nicæni, & aliorum sanctiones, tria necessaria coniungenda, & statuenda esse, Primum certam Verni æquinoctij sedem, Deinde rectam positionem xiiij. Lunæ primi mensis, quæ vel in ipsum æquinoctij diem incidit, vel ei proxime, succedit. Postremo primum quemque diem Dominicum, qui eandem xiiij. Lunam sequitur, curauimus non solum æquinoctium Vernum in pristinam sedem, a qua iam a Concilio Nicæno decem circiter diebus recessit, restituendum, & xiiij. Paschalem suo in loco, à quo quatuor, & eo amplius dies hoc tempore distat, reponendam, sed viam quoque tradendam & rationem, qua cauetur, vt in posterum equinoctium, & xiiij. Luna à proprijs sedibus nunquam dimoueantur.

> Cognouit tria hic expressa necessaria fore.

Quo igitur vernum æquinoctium quod à patribus Concilij Nicæni ad xij. Kalend. Aprilis fuit constitutum, ad eandem sedem restituatur, Præcipimus, & mandamus, vt de mense Octobri anni 1582. decem dies inclusiue à tertia Nonarum vsque ad pridie Idus eximantur, & dies, qui festum S. Francisci iiij. Nonas celebrari solitum sequitur, dicatur Idus Octobris, atque in eo celebretur festum SS. Dionysij, Rustici, & Eleutherij martyrum, cum commemoratione S. Marci Papæ & confessoris, & SS. Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apulei martyrum. Septimodecimo vero Kal. Nouembris, qui dies proxime sequitur, celebretur festum S. Callisti Papæ & martyris Deinde xvj. Kal. Nouemb. fiat officium & Missa de Dominica xviij. post Pentecosten, mutata litera Dominicali. G. in C. Quintodecimo denique Kal. Nouemb. dies festus agatur S. Lucæ Euangelistæ, a quo reliqui deinceps agantur festi dies, prout sunt in Kalendario descripti.

> Primo igitur loco reponit Vernum æquinoctiũ in sede sua 12. ad 12. cal. Aprilis.

Ne vero ex hac nostra decem dierum subtractione alicui quod ad annuas vel menstruas præstationes pertinet, præiudicium fiat, partes iudicum erunt in controuersijs, quæ super hoc exortæ fuerint, dictæ subtractionis rationem habere, addendo alios x. dies in fine cuiuslibet præstationis.

> Et ne inde recedat, ordinem hic seruandum proposuit.

Deinde ne in posterum a xij. Kl. April. æquinoctium recedat, statuimus Bissextum quarto quoque anno (vti mos est) continuari debere, præterquam in centesimis annis: qui quamuis Bissextiles antea semper fuerint, qualem etiam esse volumus annum 1600. post eum tamen, qui deinceps consequentur centesimi, non omnes Bissextiles sint, sed in quadringentis quibusque annis primi quique tres centesimi sine Bissexto transigantur, quartus vero quisque centesimus Bissextilis sit, ita vt Annus 1700. 1800. 1900. Bissextiles non sint. Anno vero 2000. more cõsueto dies Bissextus intercaletur, Februario dies 29. continente: idẽque ordo intermittendi, intercalandique Bissextum.

Cyclúq; epactarũ substituit in Kalend. loco aurei numeri.

Quo item xiiij. Paschalis rectè inueniatur, itemq. dies Lunæ iusta antiquum Ecclesiæ morem ex Martyrologio singulis diebus ediscendi, fideli populo vere proponantur; statuimus, vt amoto aureo numero de Kalendario, in eius locum substituatur Cyclus Epactarum; qui ad certam (vti diximus) aurei numeri normã directus efficit, vt nouilunium, & xiiij. Paschalis vera loca semper retineant. Idque manifeste apparet ex nostri explicatione Kalendarij, in quo descriptæ sunt etiam tabulæ Paschales secundum priscum Ecclesiæ ritum, quo certius & facilius sacrosanctum Pascha inueniri possit.

Et Cyclũ solarem antiquũ ediŋ nouũ & quibusq; inter Kalend. rationẽ accomodatum.

Postremo quoniam partim ob decem dies de Mense Octobri anni 1582. (qui correctionis annus recte dicĩ debet exemptos, partim ob ternos etiam dies quolibet quadringentorum annorum spatio minime intercalandos, interrumpatur, necesse est Cyclus literarum Dominicalium 28. annorum ad hanc vsque diem vsitatus in Ecclesia Romana; Volumus in eius locum substitui eundem Cyclum 28. annorum ab eodem Lilio tum ad dictam intercalandi Bissexti in cẽtesimis annis rationem, tum ad quamcumque anni solaris magnitudinem accommodatum; ex quo litera Dominicalis beneficio Cycli solaris æque facile, ac prius, vt in proprio canone explicatur, reperiri potest in perpetuum.

Calendarium sic restitutum approbat.

Nos igitur vt quod proprium Pont. Max. esse solet, exequamur, Kalendarium immensa Dei erga Ecclesiam suam benignitate iam correctum atque absolutum hoc nostro decreto probamus, & Romæ vna cum Martyrologio imprimi, impressumque diuulgari iussimus.

Illudq; imprimi prohibet sine licentia Pontificis. Hæc prohibitio fuit postea remota, licet hic nõ sit posita.

Vt vero vtrũq; vbiq; terrarum incorruptum, ac mendis & erroribus purgatum seruetur, omnibus in nostro & sanctæ Romanę Ecclesię dominio mediate vel immediate subiecto, commorantibus impressoribus sub amissionis librorum, ac centum ducatorum auri Cameræ Apostolicæ ipso facto applicandorum: alijs vero in quacumque orbis parte consistentibus sub excommunicationis latæ sententiæ arbitrij nostri pœnis, ne sine nostra licentia Kalendarium aut Martyrologium simul vel separatim imprimere, vel proponere, aut recipere vllo modo audeant vel præsumant, prohibemus.

Eodem quoque edi. vti præcipit post. diem x. Septembris 1582. & respectiue 1583. Ad quod vide declaratione quæ hic sequitur.

Tollimus autem, & abolemus omnino vetus Kalendarium, Volumusque, vt omnes Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, & cæteri Ecclesiarũ præsides, nouũ Kalendariũ (ad quod etiam accommodata est ratio Martyrologij) pro diuinis officijs recitandis, & festis celebrandis in suas quisque Ecclesias, Monasteria, Conuentus, ordines, militias, & diœceses introducant, & eo solo vtantur tam ipsi, quam cæteri omnes presbyteri, & clerici sæculares, & regulares vtriusque sexus; necnon milites, & omnes Christifideles, cuius vsus incipiet post decem illos dies ex mense Octobri anni 1582. exemptos. Ijs vero, qui adeo longinquas incolunt regiones, vt ante præscriptum à nobis tempus harum literarum notitiam habere non possint, liceat, eodem tamen Octobri mense insequentis anni 1583. vel alterius, cum primum scilicet ad eos hæ nostræ literæ peruenerint, modo a nobis paulo ante tradita eiusmodi mutationem facere, vt copiosius in nostro Kalen. anni correctionis explicabitur.

Hortaturq; Imperatorem & Principes vt Calendarium sic emendatum recipiant & seruari faciant.

Pro data autem nobis à Domino auctoritate hortamur, & rogamus carissimum in Christo filium nostrum Rodulphum Romanorum Regem Illustrem in Imperatorem electum, ceterosque Reges, Principes, ac Respublicas, ijsdemque mandamus, vt quo studio illi à nobis contenderunt, vt hoc tam præclarum opus perficeremus; eodem, immo etiam maiore, ad conseruandam in celebrandis festiuitatibus inter Christianas nationes concordiam, nostrum hoc Kalendarium & ipsi suscipiant, & à cunctis sibi subiectis populis religiose suscipiendum, inuiolateque obseruandum curẽt.

Forma publicandi hanc const. Quæ publ. mox sequitur.

Verum quia difficile foret præsentes literas ad vniuersa Christiani orbis loca deferri, illas ad Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ valuas, & in acie Campi Floræ publicari & affigi, & earundem literarum exemplis, etiam impressis, & voluminibus Kalendarij, & Martyrologij insertis & præpositis, siue manu tabellionis publici subscriptis, necnon sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis, eãdẽ prorsus indubitatam fidem vbiq; gentium & locorum haberi præcipimus, quæ originalibus literis exhibitis omnino haberetur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum præceptorum, mandatorum, statutorum, voluntatis, probationis, prohibitionis, sublationis, abolitionis, hortationis, & rogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Tusculi Anno Incarnationis Dominicæ M. D. LXXXI. Sexto Kal. Martij. Pontificatus nostri Anno Decimo.

Cæ. Glorierius.

A. de Alexijs.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo quingentesimo octuagesimo secundo, indictione decima, Die vero Iouis prima Mensis Martij, Pontificatus vero Sanctissimi in Christo patris, & D. N. Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno eius decimo: Retroscriptæ litteræ Apostolicæ publicatæ, & affixæ fuerunt in Valuis Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, vt moris est, per me Scipionem de Octauianis apostolicum Cursorem.

Francisçus Barbon Magister Cursorum.

Sequitur

Sequitur Declaratio super obseruatione Calendarij nuper editi, pro illis qui de mense Septembris 1582. illud seruare non ceperunt.

Cupientes pro Pastoralis officij nobis diuinitus iniuncti sollicitudine, Calendarium nuper cura, & iussu nostro correctum atque editum, vbique locorum ab omnibus, qui illud propter diuersa impedimenta, statuto die Mensis Octobris proxime præteriti, obseruare non cœperunt, quamprimum in vsu recipi, & prout maxime expediens est, diligenter & exacte seruari: Idcirco ne subsequens Mensis Octobris, quod quidem nimis longum esset, expectetur: volentes vigilantiæ nostræ prouidentia, opportuna remedia hisce difficultatibus celeriter adhibere: Motuproprio, & ex certa scientia, maturaque deliberatione nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura sanctione statuimus, præcipimus, & mandamus, vt quicunque in quibusuis Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, & locis constituti, Calendarium emendatum prædictum hactenus nondum obseruare cœperunt, illud modo & formula infrascripta, semotis cunctis excusationibus, & impedimentis, omnino seruent, videlicet. Cum peruentum fuerit ad diem decimum Februarij anni millesimi quingentesimi octuagesimi tertij, in quem cadit Dominica Quinquagesimæ secundum antiquum Calendarium, transitus statim fiat ad diem vigesimumprimum eiusdem mensis Februarij, omissis decem diebus inter diem decimum, & diem vigesimumprimum Februarij huiusmodi interpositis, quæ erit feria secunda post Dominicam Quinquagesimæ (mutata littera Dominicali F in B) in qua dicatur officium, & missa de Sancto Valentino presb. & martyre, cum com. SS. Faustini & Iouitæ martyrum, & Sancti Simeonis Episcopi & martyris, & Feria tertia de Cathedra, proxima autem Feria quarta erit dies Cinerum, atque hoc pacto nulla amplius erit discrepantia in Festorum tam mobilium, quam fixorum celebratione. Verum quia difficile foret præsentes litteras ad vniuersa Christiani orbis loca deferri: Volumus quod illarum transumptis etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ obsignatis, eadem prorsus indubitata fides vbiuis gentium & locorum habeatur, quæ originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die vij. Nouembris. M. D. LXXXII. Pontificatus nostri Anno vndecimo.

Causa huius declarationis.

Declaratio super obseruatione Calendarij pro illis qui de mense Octobris 1582. obseruare non ceperunt.

Cæ. Glorierius.

LXXVII.

Furnarij Vrbis, pro pretio Panis, in causis discussionum, cæteris alijs creditoribus, præferantur, Et omnes Iudices Vrbis, in eorum causis, manu regia procedere possint.

Priuilegia eorundem, ac Iurisdictionem Consulum ipsorum vide sup. in Iul. 3. const. 28. Cum sicut nobis fol. 519. quæ confirmauit his Pont. vt infra in const. 80. Almam.

De causis autem discussionum & prælationum vide sup. Clem. 7. const. 31. Cum ex multorum fol. 335. & Pij v. const. 33. Cupientes fol. 977. & const. 190 Accepimus multos fol. 1198.

GREGORIUS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.

CVM, Sicut accepimus, dilecti filij Pistores almæ Vrbis nostræ, vt plurimum panem, & furfur in eorum apothecis pro tempore existentia, diuersis personis dictæ Vrbis incolis ad credentiam, vt vocant, dare soliti sint, & pro illorum pecunijs inde recuperandis, tam ab ipsis personis, quam etiã defunctarum personarum huiusmodi hæredibus lites suscipere, & iudicia mouere nõn sine maximis eorum impensis, & laboribus cogantur, ac etiam sæpe contingat, vt ipsis personis decoctis, siue defunctis, eorum bonorum & hæreditatum discussione facta, bona, seu hæreditates ipsæ ad omnia eorum debita satisfacien. minime sufficiunt, ipsique pistores, quamuis eorum panes inter res cibarias fere præcipuum, & magis necessarium locum obtineant, & iuxta constitutionem fe. rec. Pii Papæ V. prædecessoris nostri super ordine in satisfactione creditorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, & aliorum Romanæ curiæ Prælatorum seruando editam in priori causa connumerati videantur, tamen sæpe tanquam vigore dictæ constitutionis in prima causa huiusmodi minime comprehendi, sed vt posteriores eorundem bonorum, seu hæreditatum creditores eorum creditis frustrati remaneant, in maximum eorum, qui granum à Camera Apostolica per eos pro tempore acceptũ via executiua, & manu regia soluere coguntur damnum, & præiudicium. Vnde quamplures ex ipsis Pistoribus eorum creditis sic frustrati, & aliena fide decepti, & deterioris conditionis effecti, eorum Pistoris artem deserere, ac etiam aliquando ab eadem Vrbe ne pro debitis suis exoluendis in carcerem detrudantur, & in eo marcescant, recedere coguntur. Nos igitur pro nostri pastoralis officij debito in præmissis opportune prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, modernis, & pro tempore existentibus dictæ Vrbis Pistoribus, vt de cætero perpetuis futuris temporibus in omnibus, & singulis bonorum, & hæreditatum quarumuis personarum, etiam cuiuscũq; dignitatis, gradus, & cõditionis existẽtium, coram quibusuis Iudicibus dictæ Vrbis tam ordinariis, quam delegatis, & subdelegatis pro tempore faciendis discussionibus, etsi earundem personarum potiores, & priores creditores non fuerint, in priori, & potiori loco, siue gradu, primaque causa in eadem constitutione contenta, nempe pro pane tantum haberi, & teneri debeant, cæterisque alijs personis ratione tantum pecuniarum eis occasione panis debitarum in similibus causis discussionis præferri possint, & debeant, Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus & indulgemus. Et insuper pro minori eorundem Pistorum dispendio in omnibus, & singulis eorum causis litibus controuersiis, & differentiis occasione panis huiusmodi de cætero mouendis, illarum omnium Iudices quoscunque dictæ Vrbis, prout etiam in literis piæ me. Iulii Papæ III. etiam prædecessoris nostri confirmationis statutorum, ac ampliationis, iurisdictionum, & priuilegiorum eiusdem artis, quas, quatenus opus sit, innouamus & confirmamus, cum facultate illas omnes, & singulas.

Causa const.

Pij V. const. ista habetur sup fol. 977. nu. 31. Cupientes.

Furnarij Vrbis in causis discussionum cæteris creditoribus præferri debeant.

Omnesque Iudices Vrbis in eorũ causis manu Regia procedere possunt.

& singulas summarie simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicij, manuque Regia, ac sola facti veritate inspecta, & prout in exactione pecuniarum precij grani eisdem Pistoribus ab officialibus eiusdem Cameræ Apostolicæ pro tempore dati, contra eosdem Pistores procedi solet, audiendi, recognoscendi, decidendi, fineque debito terminandi, necnon citandi, & in forma inhibendi, omnibusque alijs facultatibus necessarijs & opportunis, similiter perpetuo constituimus, & deputamus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Vrbis statutis, & consuetudinibus etiã iuramento, cõfirmatione Apost. vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apost. quibusuis dictæ Vrbis iudicibus ordinarijs, & extraordinarijs, ac delegatis, & quibusuis alijs personis, & locis etiã pijs sub quibuscunq; tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis irritantibusque & alijs decretis in genere, vel in specie etiam motu simili, & consistorialiter, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam si de illis specialis mentio habenda foret, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, quod præsentium transumptis sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, & manu alicuius Notarij publici subscriptis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur si præsentes literæ ostensæ forent.

Clausulæ derogatoriæ.

Datum Romæ, apud sanctum Marcum sub annulo Piscatoris, die 13. Nouembris 1581. Pontificatus nostri, Anno Decimo.

Cæ. Glorierius.

LXXVIII.

Declaratio quod quicunque obtinentes beneficia Militiæ, & Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani, & super illis pensiones habentes, teneantur pro rata ad solutionem quorumcunque onerum

De materia posui concord. supra in Pij 4. const. 14. Circumspecta, fol. 663.

GREGORIUS Papa XIII. Ad futuram rei memoriam.

DVDVM FEL. re. Pius Papa V. prædecessor noster motu proprio, & ex certa sua scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine decreuit, & declarauit, omnes, & singulos Prioratus, Baiuliuatus, Castellanias, Præceptorias, & alia beneficia Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani, seu illorum membra, & ab illis dependentia obtinentes, & ad illa regressus, accessus, coadiutorias, & alias gratias tam a sede Apostolica, quàm quauis auctoritate concessas habentes, necnon illorum fructus, redditus, prouentus, aut alia iura, loco pensionis annuæ, seu pensiones ipsas super eorundem fructibus, redditibus, & prouentibus quauis de causa impositas, & imponendas percipientes pro rata fructuum & pensionum earundem de omnibus & singulis annatis, vacãtibus, mortuarijs, & alijs quibuscunque iuribus per eos communi Thesauro dicti Hospitalis quomodolibet debitis, quacunque exemptione non obstante, satisfacere teneri, prout in cedula motu proprio manu eiusdem prædecessoris signata plenius continetur. Nuper autem cum acceperimus, quod quondam Ioannes Leuesque della Cassiere Magister, & dilecti filij Baiuliui, Priores, Commendatarij, & fratres dicti hospitalis de Anno 1578. capitulum generale celebrantes decreuerant imponendum esse subsidium quadraginta millium scutorum auri in auro super fructibus, redditibus, & prouentibus Prioratuum, Baiuliuatuum, Castellaniarum, Præceptoriarum, & aliorum quorumcunque beneficiorum dicti Hospitalis soluendum annis sequentibus in pluribus terminis, atque imposuerant pretium super omnibus, & singulis Prioratibus, Castellania, Emposte, Baiuliuatibus, Commendis, membris & bonis dicti hospitalis, tam exemptis quàm non exemptis vbilibet constitutis duas dimidias annatas integre, & realiter exoluendas ad verum valorem, scilicet tanti, quanti Prioratus, Castellania, Emposte, Baiuliuatus, Commendæ & membra tempore solutionis facien. locari & arrendari poterant & debebant, certis similiter terminis annis sequentibus persoluendas præter & vltra responsionem ordinariam pro extinguendis multis debitis ipsius Hospitalis, prout in decreto per Magistrum, & Fratres prædictos desuper confecto latius continetur, quodque licet multi Præceptorias, Prioratus, Baiuliuatus, Castellanias, & alia beneficia prædicta obtinentes impositionem, & annatam huiusmodi sine vlla contradictione soluerint, nihilominus nonnulli Præceptorias, Prioratus, Baiuliuatus, Castellanias, & alia beneficia prædicta obtinentes, quamuis ad hoc pluries desuper requisiti fuerint, impositionem, & annatam huiusmodi pro rata eos tangente varijs de causis, & præsertim prouisi à Sede Apostolica, sub prætextu, quod non teneantur ad solutionem impositionum extraordinariarum, hactenus soluere recusarunt, & recusant de præsenti. Nos ne præmissa prætextu quarumuis exemptionum, vel aliarum gratiarum a Sede Apostolica pro tempore emanatarum, aut alias impediantur, vel remorentur, prouidere volentes, ac ipsius prædecessoris vestigijs inhærentes, præmissis etiam de causis moti, litium quarumcunque inter fratres eiusdem Religionis, Clericosque, & Presbyteros sæculares, seu alterius ordinis regulares, & Religionem prædictam pendentium statum, & merita, & in qua instantia pendeant pro expressis habentes, illas ad nos auocantes, & extinguentes, ac collitigantibus perpetuum silentium desuper imponentes, Motuproprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine decernimus, & declaramus, omnes, & singulos fratres, & personas eiusdem Religionis, ac Clericos, & Presbyteros sæculares, seu alterius ordinis regulares Prioratus, Baiuliuatus, Castellanias, Præceptorias, & alia beneficia huiusmodi, etiam si de iure patronatus existant, seu illorum membra, & ab illis dependentia obtinentes, & ad illa regressus, accessus, coadiutorias, & alias gratias, tam à Sede Apostolica, quã quauis auctoritate concessas habentes, necnon illorum fructus, redditus, & prouentus, aut alia iura loco pensionis annuæ, seu pensiones ipsas super eorundem fructibus, redditibus, & prouentibus, quauis de causa impositas, & imponendas percipien. pro rata fructuum, & pensionum earundem de omnibus, & singulis annatis vacantibus, & alijs quibuscunque iuribus dicto communi thesauro quomodolibet spectantibus satisfacere, nec quascunque literas statutorum, stabilimentorum, vsuum, priuilegiorum, & indultorum, etiam quod pen-

Pius V. declarauit quoscunque obtinentes beneficia Religionis S. Ioã. Hierosolymitani, aut fructus vel pensiones percipientes, teneri pro rata soluere iura debita communi ærario, quacunque exceptione non obstante.

De anno 1578. in Capit. Generali fuit impositum subsidium 40. millium scutorum super fructibus Beneficiorum Hospit. &c.

Multi tamen maxime a Sede Apostol. prouisi, soluere recusarunt.

Ideo hic Pont. declarat omnes beneficia huius Religionis, etiam iuris patronatus & à Sede Apostolica obtinentes, aut pensiones habentes, quibuscunque exemptionibus obtentis, & obtinendis, non obstantibus, teneri ad solutionem quorumcunque onerum.

siones

fiones ipsæ a quocunque ooere mortuario, & passagio, vel alias quodomodolibet nuncupato, quauis etiam Apostolica, seu Magistri dicti Hospitalis, vel pro tempore existentis anctoritate exempti sint, vel beneficiorum ratam partem ipsos pensionarios tangentem pro solutione pensionis huiusmodi sibi retinere possint, & ad solutionem ratæ huiusmodi minime teneantur, ac literis huiusmodi titulares ipsi renunciassent, onusque illam soluendi in se suscepissent, in quibuscunque gratijs, commendis, prouisionibus, cæterisque dispositionibus de Prioratibus, Baiuliuatibus, Castellaniis, Præceptorijs, & alijs beneficijs huiusmodi quouis modo etiam apud sedem prædictam pro tempore vacantium, nec non fructuum, ac pensionum reseruationibus per nos, & quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros etiam Moru proprio, & ad quorumuis etiam Imperatoris vel Regum instantiam, ac etiam quibusuis personis eiusdem Religionis, ac clericis et presbyteris prædictis hucusque factis, et io posterum faciendis quomodolibet hactenus concessas, et in posterum concedendas derogatorias, necnon desuper pro tempore cōfectas literas Apostolicas etiam quascuoque generales, vel speciales, etiam derogatoriarum derogatorias, et efficaciores, ac insolitas clausulas, necnon irritantia decreta sub quacunque expresione in se continentes personas prædictas, quibus Prioratus, Baiuliuatus, Castellaniæ, Præceptoriæ, seu ab illis dependentia beneficia prædicta, aut illorum membra collata, seu commendata fuerunt, seu fructus, aut pensiones annuæ reseruatæ, et asignatæ fuerunt, aut in quarum fauorem de illis dispositum extitit, vel illa commendabantur, seu conferentur, aut fructus et pensiones reseruabuntur, et assignabuntur, vel alias disponentur, a solutione, aut præstatione censuum, passagiorum, annatarum vacantium; et mortuariorum, aut aliorum quorumcunque iurium, seu responsionum aut ordinariarum, vel extraordinariarum impositionum vigore dictorum stabilimeotorum, et priuilegiorum, aut alias debitorum in toto vel in parte eaimere, vel liberare, aut alias communi thesauro Hospitalis huiusmodi, seu iuribus in aliquo præiudicare, nec per illas præiudicatum, seu præiudicium aliquod generatum fuisse, & esse, vel in posterum fore, sed derogationes ipsas ad effectum validitatis collationum commendarum, & aliarum dispositionum huiusmodi dumtaxat procedere, & suffragare debere, illasque io quantum communi Thesauro, & illius iuribus in aliquo præiudicarent, à nobis, & Sede Apostolica per præoccupationem, & circumuentionem præter, & contra voluntatem nostram exortas, ac nullius roboris, vel momenti fuisse, esse, & in posterum fore, illisque non obstantibus omnes, & singulas persooas prædictes huiusmodi derogationes nunc, & pro tempore habentes, & prosequentes, etiam si à iurisdictione Magistri, & Conuentus prædictorum, & aliorum quorumcunque iudicum Apostolica auctoritate quomodolibet exempti, ac nobis, & Apostolicæ Sedi mediate subiecti fuerint, ad exhibitionem, & relaxationem fructuum, ac pensionum, vt præfertur, eidem communi Thesauro faciendo teneri, & astrictos fore in omnibus, & per omnia perinde, ac si prouisiones, commendæ, regressus, seu accessus, coadiutoriæ, & aliæ dispositiones, necnon fructuum, & pensionum reseruationes oon à Sede Apostolica, sed à Magistro, & Conueotu prædictis emanassent, & ad id etiam per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia cogi, & compelli posse, præsentesq; literas, & in eis contenta quæcunque nullo vnquam tempore de subreptionis, & obreptionis vitio, aut intentionis nostræ defectu notari, vel impugnari posse, minusue sub quibusuis reuocationibus, suspensionibus, & limitationibus similium, vel dissimilium gratiarum comprehendi nullatenus posse, sed quoties illæ emanarent, toties in pristinum & validissimum, & eum, in quo antequam illæ emanarent statum restitutas, & plenarie reintegratas, & de nouo, etiam sub quacunque data per eosdem Magistrum, & Conuentum toties quoties opus fuerit, cōcessas esse, & vlterius supradictas, & alias derogatorias clausulas in quibuscunque literis personis præfatis concessis appositas, in quantum eidem commuoi Thesauro, quo ad præmissa præiudicare viderentur, reuocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, ac toties quoties concessæ fuerint, toties pro nullis, & infectis haberi, nullamque prorsus in iudicio, vel extra fidē facere, vel effectum sortiri debere, & constitutionem nostram de non tollendo iure quæsito aduersus præsentes locum sibi vēdicare nō posse, ac illis minime suffragari volumus, Et sic per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis etiam dicta auctoritate fungentes, etiam S.R.E. Cardinales, & causarum sacri Palatij Apostolici Auditores io quauis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari & diffiniri debere, irritum quoque, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignorāter contigerit attentari. Quocirca dilectis filijs nostris Philippo Sanctæ Mariæ in Cosmedin diacono Cardinali Vastauillano nuncupato dicti Hospitalis protectori, ac causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditori, ac nostris, & Sedis Apostolicæ Nuntijs in quibuscuoque Regnis, & Dominijs commorantibus motu simili mādamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis cōtenta quæcunque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Magistri, & Conuentus dicti Hospitalis fuerint requisiti solemniter publicantes, faciant auctoritate nostra eos præmissis omnibus, & singulis iuxta præsentium tenorem pacifice frui, & gaudere, ac personas prædictas præceptorias, & alia beneficia prædicta, ac pensiones annuas obtinentes, vt præfertur ad solutionem impositionum, & onerum prædictorum cogant, & compellant, contradictores quoslibet & rebelles, & præmissis non parentes per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, ac in statutis, & priuilegijs eiusdem Religionis contentas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Non obstante fe.re. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo non vltra tres dietas aliquis vigore præsentium ad iudicium trahatur, ac alijs constitutionibus, & ordioationibus Apostolicis, ac ipsorum Prioratuum, Baiuliuatuum, & Castellaniæ iuramento, cōfirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus, stabilimentis, vsibus, & naturis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis eisdē Prioribus, Baiuliuis, Castellanis, Præceptoribus, & fratribus, ac quibusuis personis prædictis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacissimis & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis per quoscūque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & dictam Sedem, etiam ad Imperatoris, Regum, vel aliorum Principum instantiam, seu eorum intuitu, aut motu simili, vel alias quomodolibet concessis ac etiam iteratis vicibus approbatis, & ionouatis, quibus omnibus, etiam si pro eorū sufficienti derogatione de eis eorūq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa & indiuidua, ac de verbo ad verbū nō aūt per clausulas generales idē iportātes mētio, seu quæuis alia expresio habēda, aut aliqua exquisita forma seruāda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbū nihil penit' omisso,

Decretũ irritãs.

Deputatio. & facul. Executorum illius const.

Clausulæ derogatoriæ.

& forma in illis tradita obseruata inserti forent præsentibus pro sufficiẽter expressis habẽtes, illis alias ĩ suo ro
bore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque: aut si præfa-
tis, vel quibusuis alijs communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel
excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad ver-
bum de indulto huiusmodi mentionem. Cæterum quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca,
in quibus de eis fides facienda erit deferri, volumus quod earum transumptis, etiam impressis manu Notarij
publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, ea prorsus fides in
iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si realiter exhiberentur, & ostenderentur. Et
vt præmissa omnia ad eorum notitiam quorum interest deducantur, nec aliqui eorum ignorantiam aut excusa-
tionem afferre possint, statuimus, quod literæ huiusmodi, seu earum transumptum in acie Campi Floræ, &

Forma & effectus publ. quam habes hic in fi.

Cancellariæ Apostolicæ, ac Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe valuis, necnon in loco, in quo capitulum
eiusdem Hospitalis celebratur, ac in singulis Prioratibus, Baiuliuatibus, Castellania, & Præceptorijs præ-
dictis more solito publicentur, eorumque exemplum inibi affixum dimittatur, eademque publicatio, & affi-
xio omnes, & singulos his præsentibus literis comprehensos arctet, & afficiat in omnibus, & per omnia perin-
de, ac si eis personaliter eædem nostræ literæ intimatæ fuissent, cum non sit verisimile eos ignorare ea quæ tam
patenter fuerint publicata. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die xx. Aprilis. 1582.
Pontificatus nostri anno decimo.

Cæ. Glorierius.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini, millesimo quingentesimo octuagesimo secundo, Indictione decima, die vero Io-
uis, septima mensis Iunij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini Nostri, Domini Gregorij di-
uina prouidentia Papæ XIII. Anno vndecimo, retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad
valuas Sancti Petri de Vrbe, in Cancellaria Apostolica, & in Campo Floræ, & per spatium temporis dimissæ,
& deinde in eisdem locis illarum copijs affixis, & dimissis per me Claudium Mongeat Apostolicum Curs.

P. Aloysius Gayta Mag. Curs.

LXXIX.

Indulgentiæ Confraternitatis Sanctissimi Nominis Dei, & Iuramentorum.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.
ALIAS PER felicis recordationis Pium Papam quartum prædecessorem nostrum accepto,
quod in Burgensi, & pluribus alijs Hispaniarum Ciuitatibus, & alijs locis vna saluberrima Confra-
ternitas sub vocabulo Sanctissimi Nominis Dei instituta erat, cuius Confratrum partes potissimum
esset diligenter cauere, ne ipsi, vel alijs coram eis aliquo modo, nisi ob causam grauissimam iurarent, & con-

Pius 4 concessit indulg. hic expressas Cõfratribus Nominis Dei, vt in eius const. 101. fol. 804.

trafacientes modeste admonerent, quodque ipsi Confraternitati plurimi Christifideles se conscribi fecerant,
quorum opera, & studio, blasphemiæ, periuria, & aliàs illicita iuramenta prohibeantur, dictus prædecessor
omnibus, & singulis dictæ Confraternitatis vbiuis Terrarum pro tempore diffusæ, vtriusque sexus Confratri-
bus in illa pro tempore descriptis, qui vere pœnitentes, & confessi die Festo Circuncisionis Domini Nostri
Iesu Christi, annis singulis sacratissimum Eucharistiæ Sacramentum susciperent, & solemnitati per ipsam Cõ-
fraternitatem dicto die Festo, vbiuis locorum pro tempore celebrari solitæ in toto, vel in parte interessent, quo-
ties id agerent, toties pro quolibet die Festo, huiusmodi plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam
& remissionem concessit: illis vero dictæ Confraternitatis Confratribus qui qualibet prima die Dominica cu-
iusque mensis totius anni ad Missam, quam ipsi Confratres audire tenerentur audiendam conuenirent, quotie-
scunque id agerent, decem annos, Qui vero temere iurantem, aut alias diuinum nomen blasphemantem, mo-
deste, & charitatiue admonerent pro quolibet vice centum dies, & cuicunque Prædicatori verbi Dei, sæcu-
lari, vel cuiusuis ordinis regulari, qui Christifideles vt à iuramentorum abusibus cauerent, & hanc dictæ Con-
fraternitatis regulam amplecterentur, hortatus foret decem annos de eis iniunctis pœnitentijs, misericordi-
ter in Domino relaxauit, Necnon ipsis Confratribus, vt dicto die Circumcisionis quoscunque sibi beneuisos,

Confessoresque approbatos eligendi eandem facultatem concessit vt ibidem.

& idoneos Presbyteros sæculares, vel cuiusuis ordinis regulares per ordinarium loci approbandos in suos pos-
sent eligere Confessores, qui confessionibus eorum diligenter auditis, eos, & eorum quemlibet ab omni, &
quacunque excommunicationis, etiam maioris, & alijs sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine,
aut mixtim, quauis occasione, vel causa latis, (saluo tamen iure tertij) necnon omnibus peccatis, crimini-
bus, excessibus, & delictis quantumcunque grauibus, & enormibus, etiam locorum ordinarijs, & Sedi Apo-
stolicæ reseruatis (præterquam in Bulla die Cœnæ Domini legi consueta contentis) absoluere, ac vota quæ-
cunque Hierosolymitano visitationis liminum Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli prædictorum de Vrbe, ac
Iacobi in Compostella, necnon Castitatis, & Religionis, votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commu
tari valerent concessit. Præterea eisdem Confessoribus, vt ipsis Confratribus iuramenta quælibet sine alterius
præiuditio relaxare. Necnon eidem Confraternitati, illiusque Confratribus, ac Ecclesijs, Capellis, & Altaribus
eiusdem vbilibet constitutis, quod quocunque tempore cuiusuis interdicti, & cessationis à diuinis, videlicet du-
cto die Festo Circumcisionis à primis vesperis vsque ad occasum solis eiusdem diei inclusiue Vesperæ, Missæ, a-
liaque diuina officia, in Ecclesijs, Altaribus, & Capellis prædictis, solemniter, & publice celebrari, qualibet vero
prima die Dominica cuiuslibet mensis prædicti Confratres priuatam eorum Missam ex eiusdem Confraterni-
tatis instituto celebrari solitam celebrari facere, illisque interesse, ac semel in mense Dominicum corpus sume-
re, & quoties aliquem, seu aliquos ex ipsis Confratribus quocunque tempore interdicti, seu cessationis à diuinis
huiusmodi mori contigeret, dummodo causam non dedisset interdicto, eorum cadauera, cum moderata pompa
sepelliri libere, & licite valerent, & interim interdicta, & cessationes à diuinis huiusmodi quæcũq; essent ad ef-
fectum præmissum omnino suspenderentur, & suspensa esse censerentur, indulsit; Et deinde piæ memoriæ Pius
Papa V. etiam prædecessor noster, quod in Ciuitatibus oppidis, & locis totius Orbis Christiani, in quibus fo-
rent Eccl. ord. Præd. dũtaxat dicta Societas, seu Cõfraternitas erigi possit, nec deinceps noua Societas, seu Con
fraternitas huiusmodi institueretur in Ciuitatibus, oppidis, & locis, in quibus non foret, dicti ordinis do-
mus, aut in finitimis Ecclesijs absque licentia Prioris Prouincialis, seu Conuentualis dicti ordinis, in cuius

distri-

districtu sita foret Ecclesia, in qua dicta Confraternitas esset, vel foret erigenda, quod si secus factum fuisset, Cōfratres taliter admissi, dictæ Confraternitatis indulgentias non consequerentur, nec fauoribus, aut priuilegijs gauderent, quæ Confratribus legitime ascriptis, per Sedem Apostolicam concederentur. Motuproprio statuit, & ordinauit, prout in diuersis literis dictorum prædecessorum desuper confectis plenius continetur; Quare pro parte dilectorum filiorum Confratrum Confraternitatis Sanctissimi Nominis Dei in Ecclesia Beatæ Mariæ supra Mineruam de Vrbe canonice institutæ, nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus literis prædictis, robur Apostolicæ confirmationis adijcere, aliasque in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dictos Confratres à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis, sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes; Necnon tenores dictatum literarum præsentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, literis prædictis, ac omnibus, & singulis in eis contentis Apostolica auctoritate tenore præsentium, ex certa nostra scientia robur Apostolicæ confirmationis adijcimus, illisque approbamus, & confirmamus. Vt autem Christifideles eo libentius dictam Confraternitatem ingrediantur, quo exinde dono cælestis gratiæ conspexerint se vberius esse refectos. De Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorũ Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus, & singulis vtriusque sexus Christifidelibus, qui vere pœnitentes, & confessi, ac sacra Communione refecti, dictam Confraternitatem ingredientur, in die primi illorum ingressus, ac in mortis articulo plenariam omnium, & singulorum peccatorum suorum indulgētiam, & remissionem Apostolica auctoritate, tenore presentium elargimur. Non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ in dictis literis expressum est non obstare, cæterisque contrarijs quibuscũque. Cæterum quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca vbi necesse fuerit deferre, volumus quòd illarum transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem protsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die nona Iulij. 1580. Pōtificatus nostri anno nono.

Pius V. decreuit Cōfraternitates istas instituendas esse in Ecclesijs ord. Præd. si ibi existant, sin vero alibi de cōsensu Prioris vt in eius cōst. 133. Decet Romanũ.

Hic Pont. prædictas constit. Pij 4. & Pij 5. confirmat.

Indulgentiamq; plenariam Confratribus pœnitētibus, confessis, & Communione refectis in die ingressus, ac in mortis concedit.

Clausulæ derogatoriæ.

Sequitur translatio celebrationis Missæ a prima, ad secundam Dominicam mensis. Et concessio indulgentiarum pro Confratribus interessentibus processioni.

AD perpetuam rei memoriam aliàs fe. rec. Pius Papa IIII. prædecessor noster, vt Confraternitas Nominis Dei nuncupata in maiori semper reuerentia haberetur, & Christifideles illam libentius ingrederentur, plurimis spiritualium gratiarum donis insigniuit, & inter cætera omnibus, & singulis dictæ Confraternitatis vbiuis locorum tunc, & pro tempore diffusæ vtriusque sexus Confratribus in illa tunc, & pro tempore descriptis, qui qualibet prima die Dominica cuiuscunque mensis totius anni in perpetuum ad Missam quam ipsi Confratres audire tenentur audiendam conuenirent, quotiescunque id agerent, decem annos de iniunctis eis pœnitentijs in forma Ecclesiæ consueta misericorditer in Domino relaxauit, prout in eiusdem Pij prædecessoris literis plenius continetur. Cum autem sicut accepimus, maior pars Ciuitatum, & oppidorum Dominica prima mensis ob solemnitatem Rosarij impedita sit, Nos huic incommodo prouidere volentes, dictæ Missæ celebrationem ex prima in secundam, vel aliam, quoties in dicta secunda legitimum aliquod adfuerit impedimentum, cuiuslibet mensis Dominicam, Apostolica auctoritate tenore præsentium vna cum relaxatione pænitentiarum, vt præfertur, perpetuo transferimus, ac translatam esse decernimus. Præterea omnibus, & singulis Confratribus præfatis, qui processioni solenni per eos semel in mense celebrandæ vere pænitentes, & confessi, ac Sanctissima Communione refecti deuote interfuerint, & ibi pro pace inter Christianos Principes conseruanda, ac hæresum extirpatione, Sanctæque Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino perpetuo concedimus, & elargimur. Contrarijs non obstantibus quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die v. Septembris. M. D. LXXX. Pontificatus nostri anno nono.

Translatio celebrationis Missæ à prima, ad secūd. Dominicam.

Indulgentiarum concessio pro Cōfratribus interessen. processioni.

L X X X.

Reintegratio, & ampliatio facultatum iurisdictionis, & priuilegiorum, Vniuersitatibus Mercatorum, Merciariorum, Aromatariorum, & aliorum Vrbis artificum, eorūq; Consulum, & Iudicum concessorum.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.

ALMAM VRBEM nostram, dilectosque filios illius Ciues, & incolas, eos præsertim, quorum laboribus, & industria bona, & merces ad vsum quotidianum necessariæ, & vtiles ad Vrbem ipsam, ex diuersis mundi partibus conuehuntur, & conseruantur, ac onera ipsi Vrbi incumbentia cura, & labore assiduo sustinent, paterno affectu prosequentes, in ea libenter intēdimus, per quæ priuilegia, & gratiæ illis à prædecessoribus nostris, nobisque ipsis concessæ, & consuetudine confirmatæ, & approbatæ fuerunt, Apostolica auctoritate roborantur, & hæsitationes circa ea subortæ elucidātur, & de medio tollantur. Cũ itaq; dilecti filij Mercatores, Merciarij, Aromatarij, & quāplurimi alij diuersi generis artifices, quorũ omniũ, & singulorum artes, exercitia, denominationes, ac alia hic forsan latius, vel de necessitate exprimenda, ac speciali nota digna, pro expressis, ac de verbo ad verbũ insertis haberi volumus, perinde, ac si specialiter, ac seriatī exprimerētur, ad Vrbē ipsā confluētes, illius necessitati, & vtilitati, ac decori, & ornamēto, altissimo cooperante maxime prospexerint. Et propterea fel. rec. Mart. V. Paulus III. Iulius etiam III. Pius IV. & nōnulli alij Romani Pontifices prædecessores nostri, ac etiam nos ipsi cōsiderantes artes huiusmodi, illarumque artifices ipsi Vrbi ad modum necessarias, & vtiles existere, singulosque ipsos artifices sine Rectoribus, & Ducibus, ac sine certis iudicibus degentes, ipsi Vrbi parum vtiles, sibique ipsis non admodum proficuos futuros, dum pro suorum cre-

Mart. 5. & Paul. 3. concesserant iurisdictionem Consulibus Mercatorum Vrbis cognoscēdi causas ad artem spectan. vt sup. in Pauli 3. cōst. 47. fol. 451.

Pius 4 idem cōcessit Cōsulibus Merciariorũ, vt sup. in eius cōst. 118. fol. 839.

Iul. 3. idem concessit Consulib. Aromatariorum vt sup. in eius const. 51 f. 554. Et etiam Furnarijs, vt in eius cōst. 28. f. 529.

ditorum consecutione, ad diuersa Tribunalia, & quod peius est, ad Iudices de artificio, & minus pretio ipsarum artium omnino inexpertos, & ignaros distracti, propria eorum negotia, & artes ipsas deserere cogerentur, artificibus ipsis Collegia habere, & Consules, Officiales, ac Iudices ex ipsorum corpore creare, & de mercibus, & mercedibus, alijsque rebus, causis, & negotijs, cuiusque artis, & ad artem quomodolibet respectiue spectantibus vsque ad certas, in singulis literis, & priuilegijs huiusmodi comprehensas, & expressas summas, agnoscere, & iudicare concesserunt, & indulserunt.

Et Consules] vigore huiusmodi facultatum causas de rebus ad artem spectan. cognoscebãt etiam contra personas quæ non erant de arte.

Ac insuper ex antiqua consuetudine, quæ vim legis habere dignoscitur, vt etiam Collegia specialibus priuilegijs non munita causas easdem de rebus ad artes ipsas spectantibus, etiam inter homines extra ipsa Collegia constitutos cognoscere, & decidere consueuerint, inductum, & obseruatum fuerit: eademque priuilegia, indulta, & consuetudo vsu ipso approbata, in ipsius Vrbis, artificumque prædictorum vtilitatem non paruam cedere comperta sunt. Quo factum est, vt Vrbs ipsa ciuibus, & incolis, omnisque generis artis excellentium virorum copia redundauerit, & redundet de præsenti. Cum autem elapsis mensibus antiqua statuta ipsius Vrbis de mandato nostro reformata, & innouata, & inter cætera eorundem statutorum lib. 3. cap. 52. Statutum, & decretum fuerit, vt Consules artium huiusmodi causas tantummodo inter ipsos homines de arte, & de rebus spectantibus ad artem ipsam cognoscere, & iudicare possent,

Sed statuta noui ter edita, & per hunc Pont. confirmata, vt sup. constit. 63. talem Consulum iurisdictionem limitarunt, quo ad homines de arte tantum, lib. 3 c. 41

Ea propter à nonnullis nimium scrupulosis, priuilegijs, indultis, & consuetudine cuiuslibet artis, & Collegij circa cognitionem, & decisionem causarum, & negotiorum, quæ licet de rebus ad artes ipsas spectantibus, contra homines extra artes, & Collegia degentes pro tempore oriuntur, & agitantur, maxima ea parte derogatum, & præiudicatum extitisse hæsitatum fuerit, & hæsitetur adhuc. Vnde aliqua ex ipsis Collegijs penè dissoluta, & dilapsa reperiuntur, Consulum iurisdictione penè, præter, & contra mentem, & intentionem nostram) sublata. Quapropter dilecti filij Angelus Clauarius, Franciscus Caluius, & Curtius Sergardius Cameræ dictæ Vrbis Conseruatores, necnon Baldasar Cincius Prior Capitum regionum nobis ex dubietate, & hæsitatione huiusmodi maximum ipsi Vrbi, illiusque incolis, & præcipue iurisdictioni ipsius Curiæ Capitolij prouenisse, ac in futurum prouenire posse damnum, & incommodum, non sine animi nostri displicentia suggesserunt. Malis igitur, & incommodis huiusmodi quanto citius occurrere, quantum cum Deo possumus satagentes. Motuproprio, non ad ipsorum Conseruatorum, & Prioris, nec Consulum, aut artificum prædictorum, seu alicuius eorum, vel pro eis, aut eorum aliquo, nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex nostra mera, & deliberata voluntate, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine hæsitationem, & dubitationem prædictam de medio tollentes, intentionis, & voluntatis nostræ minime fuisse, nec esse, priuilegijs, indultis, statutis, & consuetudinibus singularum artium, earumque Collegiorum, Consulum, & Iudicum, quorumcunque, circa cognitionem, & decisionem omnium, & singularum causarum de rebus, & bonis ad artes singulas respectiue spectantibus, etiam inter, & contra homines, qui de ipsis artificibus, & Collegijs non sunt, nec pro tempore erunt, vertentes, & quæ futuris perpetuis temporibus verti contigerit, in aliquo derogare, aut derogatum fuisse declaramus, & attestamur, decernimus, & diffinimus præsentium per tenorem.

Ideo hic Põt. modo declarat hæc statut. non præiudicare facultatibus dictorum Consulũ artium Vrbis.

Et nihilominus pro potiori eorundem corporum, & Collegiorum omnium, & singulorum ipsorumque, & cuiuslibet eorum priuilegiorum, indultorum, statutorum, & consuetudinum circa cognitionem, & decisionem causarum similium denuo, quatenus opus sit, priuilegia, indulta, & consuetudines Apostolica auctoritate eorundem, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque omnibus, & singulis perpetuæ firmitatis robur adijcimus.

Facultatesque & priuilegia eorundem confirmat.

Decernentes omnes, & singulos Consules, & alios quoscunque officiales, & Iudices omnium, & singularum artium, & Collegiorum huiusmodi de negocijs, & causis ad singulas quasque artes respectiue spectantibus, etiam inter, & contra homines, qui de corporibus, & Collegijs artium ipsarum pro tempore non sint, cognoscere, & iudicare potuisse, & debuisse posseque, & debere, prout, & quemadmodum ipsi omnes, & singuli Consules, & Iudices singularum artium antedictorum statutorum publicationem, & confirmationem per nos, vt præfertur, editam, & promulgatam, & iuxta cuiusque ipsorum priuilegia, indulta, & consuetudines cognoscere, decidere, & iudicare poterant, & consueuerant, de rebus tamen ad singulas artes ipsas respectiue spectantibus cognoscere, & iudicare in prima instantia, dummodo in articulis iuris, Consultorem, seu Assessorem adhibeant, auctoritate, & tenore præmissis concedimus, & indulgemus.

Appellarique posse decernit ab eorum sententijs ad Consl. tãtum Hoc fuit correctum, & ideo, vel appellãtur ad Capitaneũ appell. uel ad Gubernatorem vt hic I fi. Clausulæ præseruatiuæ. Decretũ irritãs. Clausulæ derog. Publicatio.

Declarantes à sententijs, declarationibus, & decretis Consulum, & Iudicum prædictorum infra terminum octo dierum à die latæ sententiæ, seu facti decreti, ad Conseruatores, & non alios quoscunque Iudices appellari, & recurri posse, & debere, & aliter, seu ab alijs factæ inhibitiones, & significationes prætextu appellationum, & recursuum, nemini suffragari; Præsentesque literas de subreptionis, & obreptionis vitio, mentisque, aut intentionis nostræ defectu notari, aut impugnari nullatenus posse, Sicque per quoscunque Iudices, etiam S.R.E. Cardinales iudicari, & diffiniri debere. Irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis statutis ipsius Vrbis, vt præfertur, per nos editis, promulgatis, & confirmatis, ac constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, et Cancellariæ nostræ regulis, etiam de non tollendo iure quæsito, priuilegijs, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, per nos, et prædecessores nostros quibusuis dictæ Vrbis Iudicibus, et Tribunalibus quomodolibet concessis, et innouatis, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, cæterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die prima Maij, M. D. LXXXI.

Anno à Natiuitate Domini, millesimo quingentesimo octuagesimo primo, Indictione nona, die vero vigesima secunda mensis Maij: tempore, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, et D.N D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno eius nono. Retroscriptæ literæ Apostolicæ in forma Breuium affixæ, et publicatæ fuerunt in acie Campi Floræ, Cancellariæ Apostolicæ, et Curiæ Capitolij valuis; cum dimissione copiæ illarum, vt moris est per me Alamannum de Alamanis S.D.N. Papæ Cursorem.

Io. Andreas Panizza. Mag. Cursorum.

Die 23. eisdem mensis Maij. 1581. Illustrissimi Domini Conseruatores Cameræ Almæ Vrbis existẽtes in Camera, eorum Palatij, dictum breue admiserunt, & mandauerunt registrari mihi scriptori infrascripto, prout registratum apparet libro rubeo, fol 226. præsentibus etc. dd. Iacobo de Orlandis, & Nicolao Piroto testibus, etc.

Petrus Paulus Mutianus Scriptor Illustrissimorum DD. Conser. rogatus, etc.

Sequitur

Subiuncta declaratio, quod constitutio præinserta non præiudicat facultatibus Gubernatoris Vrbis, & Capitanei Appellationum.

Motu proprio, &c. Ne per præinsertas literas in forma Breuis nostri aliquod præiudicium bono & pacifico regimini almæ Vrbis nostræ, & illius Gubernatori, ac alijs iudicibus ordinarijs ipsius Vrbis inferatur.

Dicimus & declaramus intētionis nostræ minime fuisse nec esse, quod per præinsertas literas in aliquo iurisdictionibus & facultatibus, ac superintendentiæ eiusdem Moderni ac pro tempore existentis eiusdem Vrbis nostræ Gubernatoris, ac aliorum Iudicum ordinariorum dictæ Vrbis, circa causarum cognitiones in præinsertis litteris expressas, perinde, ac si præinsertæ litteræ a nobis emanatæ non fuissent, minime præiudicetur; Nec vllo vnquam tempore eisdem Gubernatori, & Iudicibus, ac eorum Locatenentibus, & eorum cuilibet, præiudicatum esse intelligatur, prout præiudicare nolumus, sed quod eorundem Gubernatoris, & Iudicum, & Capitanei Appellationum iurisdictiones & facultates, quas per prius habebant, saluas & illæsas circa præmissa perpetuo maneant, & illis præinsertas eis non obstare volumus, appellationesque & prouocationes omnes ad eos, cæterosque Vrbis, & Curiæ ordinarios, & eorum tribunalia, sicut prius videlicet ante dicta statuta, sine vllo impedimento deferantur. Decernentes, &c. & sic per quoscunque etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinale, ac alios Iudices, &c. iudicari, &c. debere, sublata, &c. irritum quoque, &c. scienter contigerit attentari, &c. ac solam præsentium signaturam in iudicio, & extra sufficere, & plenam fidem facere, regula contraria non obstante.

Constitutio præinserta nō præiudicat facultatib. Gubernatoris, & Capitanei appel. Vrbis.
Gubernator tūc ē Episcopus Marturan. cuius ego Laertius sum Locumtenens.
Capitaneus ē Magn. D Hieronymus Nuccius E. C. Eugubinus.

Placet Motu proprio V.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, Non. Iulij, Anno Decimo.

LXXXI.

Extinctio Montis & Gabellæ Farinæ, & erectio Montis augmenti Gabellæ Studij almæ Vrbis.

De erectione autem & materia Montis Gabellæ Studij, posui concord. sup. in Pij 4. const. 122. Cum sicut, fol. 846.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.

DILECTOS FILIOS Senatum Populumque Romanum, almamque Vrbem nostram peculiari, vt par est, dilectione prosequentes, in ea libenter mentis nostræ aciem connectimus, quæ eorundem Senatus, & Populi, ac Vrbis huiusmodi commoditatibus fore conspicimus opportuna. Cum igitur sicut accepimus alias fel. rec. Iulius Papa Tertius prædecessor noster, suorum temporum necessitate coactus gabellam duorum carlenorum pro molitura cuiuslibet Rubri frumenti in eadem Vrbe, illiusque districtu molendi, de expresso in eorum publico consilio accedente consensu, imposuisset; Et successiue super eiusdem gabellæ redditibus Montem non vacabilem farinæ nuncupatum instituisset, & loca eiusdem montis varijs & diuersis personis, quæ vnum corpus, & collegium Montistarum constituerent, tradidisset & vēdidisset, illisq; annuos redditus decem scutorum pro quolibet loco assignasset, reseruata eidem facultate post quinquēnium Montem ipsum in toto vel in parte extinguendi, restitutis eisdem Montis pecunijs in eo collocatis. Piæ mem. Pius Papa Quartus etiā prædecessor noster pro exoluēdis Cameræ Apostolicæ debitis dicta facultate extinguendi, & redimendi vti volens, eisdem Montistis suas pecunias restitui mādauit, dictumque redditum annuum decem scutorum pro quolibet loco Montis ad septem cum dimidio reduxit: Postmodum autem recol. mem. Pius Papa Quintus similiter prædecessor noster receptis & approbatis modo & forma tunc sibi pro parte prædictorum Senatus, & Populi, suggestis, vt restitutis ipsis Montistis per Populum eundem pecunijs sibi debitis Mons huiusmodi extingueretur & vectigal Populo, & præsertim pauperibus graue, de medio tolleretur, administrationem & gubernium eiusdem Montis ab eisdem Montistis sustulit, & remouit, illam prædictis Senatui Populoque Romano, & pro tempore existentibus dictæ Vrbis Conseruatoribus concessit; Et quod facilius Mons ipse extingui & vectigal de medio tolli valeret, annuos redditus eosdem ex septem cum dimidio, ad septem tantum reduxit, & moderatus fuit prout in singulis eorundem prædecessorum desuper confectis literis latius continetur: Et propterea iuxta dicti Pij V. prædecessoris votum, non parua eiusdem Montis pars extincta fuit. Nuper vero nobis Vrbem ipsam, & pauperes onere gabellæ farinæ huiusmodi totaliter liberare cupientibus auctoritate nostra, præcipua vero cura & industria dilectorum filiorum Domitij de Caualeriis, Ricardi de Mazzatostis, & Honorij Trincij modernorū Cameræ dictæ Vrbis Conseruatorum, necnon Alfonsi Soderini Capitum Regionis Prioris, ac etiam Vincentij de Fonte, & Antonij Tronsarellæ Capitum Regionum Montium, & Parionis Hortensij Frangipanij, & Io. Baptistæ de Serlupis dictæ Vrbis Cancellariorum: Horatij Burghesi sacræ aulæ nostræ, & Romani Populi aduocati Consistorialis: Dominici Nerutij curiæ Capitolij nostri Procuratoris Fiscalis, Thomæ Caualerij, Pauli & Mutij de Mattheis, Dominici Iacobatij, Parritij de Patrijs, Andreæ Vellij, Marij Capisuechi, Gometij de Quattrochijs, Curtij de Rubeis, Valerij de Valle, Vincentij Capocij, Hieronymi Ruys, Camilli Contreras, Hieronymi de Buballis, Fuluij de Amodeis, & Alexandri de Cardellis, ad id per ipsum Populum Deputatorum in publico, & generali consilio more maiorum solēniter congregato, per ipsos Senatum & Populum Romanum de ordine & mādato nostro decretum, & statutum fuit, vt gabella farinæ penitus & omnino extincta, antiquata, & abolita, pro illius extinctione, & locorum Montis alias super eadem erecti redemptione, gabella Studij cum illius augmento reperibili licitaretur, & plus offerenti quanto citius cum pactis, capitulis, & conditionibus veteribus locaretur, seu venderetur & super augmentis, & reliquijs dictæ gabellæ Studij saluis semper, integris, illæsis, & intactis remanentibus prouisionibus salarijs, emolumentis, exemptionibus, & immunitatibus ciuium Romanorum, officialium, & Montistarum super dicta gabella debitis, & assequendis, nouus Mons locorum mille centum & quinquaginta non vacabilium, sed tamen ex superextantibus, & pro tempore exuberantibus ipsius Montis fru-

Iul. 3. imposuit Gabellam Farinę carlenorū 2 pro molitura rubri grani, & Mōtem vacabilem desuper erexit cum emolumentis ad decem pro cent. sed nō posui hāc const.

Pius 4. dicta emolumenta reduxit ad septem cum dimidio, sed usque posui hanc const.

Pius v. illa reduxit ad septem, & administrationē Montis concessit Pop. Rom. vt in eius constit. 170. fol. 1275.

Pop. Rom. auctoritate Papæ Grego. 13. extinxit Gabellā Farinæ, & pro eius extinctione erexit Mōtem Gabellę Studij locorū 1150. non vacabiliū cum fructib. ad quinque pro centenario.

tis fructibus extinguibilium, cum annuo redditu quinque scutorum pro quolibet loco de bimestri in bimestre, & in fine cuiuslibet bimestris pro rata soluen. pro pretio, seu pretijs reperibilibus quibuscunque illa emere volentibus venden. ac alias, & aliter decreuerunt, sanxerunt, & ordinauerunt, prout in decreto, seu Senatus consulto desuper factis, quod, ac omnia & singula in eo contenta præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus. Nos propterea decretum, & Senatus consultum huiusmodi vectigalisque farinæ prædictæ extinctionem, dictique Montis augmenti Gabellæ studij erectionem, & venditionem auctoritate nostra, & in eorundem ciuium, & incolarum dictæ Vrbis, & præcipue pauperum vtilitatem, & leuamen non modicum emanasse cognoscentes, non mediocri lætitia in tali Ciuium, & incolarum dictæ Vrbis communi gaudio affecti, onera omnia subiectorum nostrorum, præcipue vero dictæ Vrbis quantum cum Deo possumus, leuare satagentes, Motu proprio non ad ipsorum Senatus, vel Populi, aut Conseruatorum, & Prioria deputatorumque prædictorum, vel alicuius pro eis nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex nostra mera, & deliberata voluntate, ac ex certa nostra scientia, & de apostolicæ potestatis plenitudine: Senatus consultum, seu decretum huiusmodi, dictæque gabellæ farinæ, illiusque Montis extinctionem nouique Montis augmenti Gabellæ Studij prædicti erectionem, & creationem prædictam confirmantes, & approbantes, omnesque & singulos tam iuris, quàm facti defectus, si qui interuenerint in eisdem, supplentes, Gabellam farinæ huiusmodi, Montemque desuper erectum, illiusque redditus, & prouentus, priuilegia, auctoritates, & potestates Montistis prædictis, illorumque Collegio, & particularibus personis penitus & omnino Apstolica auctoritate tenore præsentium cassamus, & abolemus, & de medio tollimus, ac pro cassis, abolitis, & sublatis haberi, dictamque gabellam farinæ omnino cessare, & quiescere: ac dictam gabellam studij sic vt præfertur locari, seu vendi, & super ea, illiusq; augmento, & emolumẽtis prædictis, dictis prouisionibus, salarijs, emolumentis ciuium Romanorum, Officialium, & Montistarum ratione eorum officiorum tam ad vitam vnius, vel plurimarum personarum, tam per nos, quàm prædecessores nostros in statu & terminis, in quibus reperiuntur, ea quauis causa, & occasione quomodolibet datis, assignatis, & constitutis, & alijs prædictis, semper saluis, intactis, illæsis, ac firmis remanentibus. Montemque augmenti gabellę studij nuncupatum locorum Mille Centum & Quinquaginta non vacabilium, sed tamen extinguibilium, cum dicto annuo redditu Quinque scutorum pro quolibet loco erigimus, & iuxta Capitulorum formam, per dictum Populum çditorum, instituimus, eisdemque Conseruatoribus, & Deputatis locs huiusmodi quibusuis personis, illa emere volentibus, vendant, & vendere possint, & valeant, ac etiam pro eiusdem Montis, & locorum prædictorum, ac Montistarum dicta loca ementium securitate & cautela, augmentum gabellæ Studij huiusmodi, ac alias dictæ Vrbis gabellas, quarum regimen, & administratio penes dictos Conseruatores, & Populum Romanum existit, & fructus ex eis prouenientes, necnon etiam omnia alia, & singula bona mobilia, & immobilia, & officia quæcunque eiusdem Senatus, Populique Romani in quacunque meliori, & ampliori forma pro summa quinque Millium, & Septingentorum, ac quinquaginta scutorum pro fructibus ipsorũ locorum, Mille & centum ac quinquaginta constituen. cum omnibus clausulis consuetis, etiam Iuramento vallatis, obligare, & hypotecare, & personis, quæ dicta loca emerint vt præfertur, redemptionis, seu extinctionis tempore suas pecunias videlicet Centum scuta similia pro quolibet loco in totum, vel in partem restituere: ac demum locis prædictis vt præfertur extinctis, & redemptis, Montem ipsum eo ipso ex nunc, prout ex tunc, & econtra, onere hmói extinctum, liberatum, & sopitũ fore, ac censeri: ac volumus, statuimus, & ordinamus, quod omnes, & singuli tam Ecclesiastici, quàm sæculares, qui dicta loca, & eorum singula vt præfertur emerint, & ement, ac eorum filij, & successores, & hæredes ex testamento, vel ab intestato quicunque etiam ex titulo venditionis, donationis, resignationis, vel cuiusuis cessionis, aut alias ab eis super dictis locis ius habentes, etiam si personæ inhabiles, & incapaces, etiam si de incapace in capacem plures transierint, ex quocunque Iure tam mares, quàm fœminæ, etiam Viros habentes, aut vitam vidualem ducentes cuiuscunque ordinis religiosi, & religiosæ, fratrum, & militum cuiuscunque militiæ fuerint, emolumenta, seu fructus ad rationem quinque pro quolibet loco, ex dictis residuis, & augmentis Gabellæ studij huiusmodi prouenientes, quæ rõne cuiusuis, etiam læsæ maiestatis, præterquam in personam Romani Pontificis, & S. R. E. Cardinalium cómissis, minime confiscari sed talia perpetrantes etiam si vltimo fuerint supplicio affecti, tam illi, quàm alij supradicti de pecunijs per eos in Monte prædicto dicti augmenti positis & eorum emolumentis, tanquam de alijs eorum bonis patrimonialibus vel alijs temporalibus ex testamento vel alias inter viuos, etiam coram Notario, & testibus fidedignis semper eorum cedulam manu propria scriptam vel subscriptam, dummodo ad notitiam infrascripti Secretarij ipsorum ad fraudes, & deceptiones vitandas, peruenerint, ad eorum libitum disponere, & supradicti, ac illi, in quorum fauorem ipsa loca, vel aliqua ex eis quomodolibet translata fuerint, omnibus & singulis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, & indultis ac gratijs, & concessionibus alijs Montistis dictæ Vrbis per prædecessores nostros erectis, & institutis, ac singulis Montistis per eosdem prædecessores concessis, & concedendis, ac si eis pariformiter, & absque vlla differentia ea concessa fuissent; prout harum serie earum tenores præsentibus pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, eis concedimus, & elargimur, Illisque vtantur, potiantur, & gaudeant, ac vti, potiri, & gaudere libere & licite possint & valeant; ac ad dictam rationem videlicet quinque pro quolibet loco fructus, & emolumenta absque aliquo conscientiæ scrupulo atque infamiæ nota, vel vsurarum suspitione exigi, & solui possint, & in sortem principalem computari non debeant: Quodque omnis & singula præmissa, & præsentibus contentis suum plenarium sortiantur effectum perinde ac si a Senatu Populoque Romano, ac à nobis, & successoribus nostris, ac consistorialiter, & de fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio facta fuissent, obseruari debeant, Dictaque loca ementes, & eorum singula, quod dictæ pecuniæ per emptores singulorũ locorum solutæ, & in dictam causam cóuersæ fuerint, nullo vnquam tempore probare minime teneantur, sed præsentibus absque alia probatione stetur in iudicio, & extra, volumus, statuimus, & ordinamus: Et sic, & nó aliter in præmissis omnibus & singulis per quoscunque Indices iudicari & obseruari debere, Sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudican. & interpretan. facultate, & auctoritate, vbique iudicari, ac diffiniri debere; irritum quoque, & inane decernimus, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Volumus autem quod emptores dictorum locorum dilecto filio Horatio Fusco Secretario dicti Montis, eiusque hæredibus, & successoribus quibuscunque Iulium vnum, dumtaxat pro singulo loco, vt præfertur emendo, siue resignando, dare teneantur, attento quod dictus Horatius

prædictum

Hic idem Greg. 13 modo approbat extinctioné Gabellæ, & Montis Farinæ, & erectionem augmenti Montis, Gabellæ, & Studij Vrbis.

Administrationé que Pop. Rom. concedit.

Et Montistis indulta hic expressa elargitur.

Priuilegia etiam cócedit, quæ alijs Montistis cócessa fuerunt.

Montistę non teneantur probare pecunias per eos solutas cóuersas esse in dictá causam.

Decretum irritans.

prædictum Secretariatus officium ex titulo oneroso, dictique Montis farinæ iam sublati olim habebat, qui etiam listam diuisionum, & solutionum singulo bimestri conficere teneatur, earumque exemplis per Notarium Conseruatorum subscriptis, & populi prædicti sigillo impressis, sicut ipsis originalibus fides vbique debeat adhiberi. Non obstantibus præmissis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & legibus imperialibus, etiam certam formam alienationis rerum ad Ciuitates pertinentium statuentibus, ipsiusque Vrbis, & Populi Romani, Gymnasij siue studij, dictique Montis farinæ priuilegijs, & indultis, statutis, reformationibus. & consuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, & tam prædictis, quàm personis exemptis quomodocunque concessis renouatis, priuilegijs quoque, indultis, & literis apostolicis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & sedem prædictam in præiudicium, seu contrarium præmissorum, & præsertim fel. recor. Bonifacium Octauũ, Eugenium Quartum, Leonem Decimum, Iulium Secundum, Iulium Tertium, Pium Quartum, & Pium Quintum prædecessores nostros, in fauorem gymnasij, seu studij, illiusque gabellæ, ac Rectoris, Reformatorum, Doctorum, & Scholarium, illis præsertim, quibus certa & exquisita forma in ipsarum pecuniarum ex gabella studij huiusmodi, ex illius cuiuscunque augmento exigendarum erogatione statuta, & determinata esse dicitur, cum decretis irritantibus, ne pecuniæ ipsæ in alios quàm ibi expressos vsus conuerti possint. Montis farinæ huiusmodi, seu illius Montistarum, & particularium personarum, & contra illegitimos, seu bastardos editis, & promulgatis; quibus omnibus, etiam si de illis specialis mentio habenda foret, eorum tenores præsentibus pro expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat ad effectum validitatis omnium præmissorum latissime derogamus, ac illis omnibus ad plenum derogatum esse volumus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Istorum Pont. est. indicatis, hic in rubr.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die primo Ianuarij. 1583. Pontificatus Nostri Anno Vndecimo.

LXXXII.

Duellum priuatim committentes, eorumque auxiliantes, &c. subjeiuntur pœnis a Concilio Tridentino indictis contra Duellum permittentes, eorumque Patrinos, & Fautores.

Hanc prohibitionem habes in Concil. Triden. ses. 25 cap. 19. De Reformat. & alias prohibitiones habes sup. in Iul. 2. constitu. 9. Regis. fol. 155. & in Leo x. const. 29. Quam Deo, fol. 232. & Clem. 7. const. 11. Consueuit, fol. 298 & Iul 3. const. 56. Cum sicut accepimus, fol. 558. & Pij 4. const. 25. Ea quæ, fol. 686.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. AD TOLLENDVM detestabilem Duellorum vsum, Concilium Tridentinum excommunicationem, & alias grauissimas pœnas in concedentes locum ad Monomachiam, ac pariter impugnantes, necnon Patrinos, consulentes, suadentes, & spectatores salubriter quidem decreuit: sed crescente hominum malitia facinorosi non desunt, qui quod publice prohibitum est, priuatim exequi non dubitent, dum se pœnas prædictas hoc modo eludere posse arbitrantur. Nos ad hæc coercenda plenius, euidentiusque prouidendum esse rati, considerantesque Duellum priuatum non minus cruentum, & animæ, & corpori noxium esse, quàm quod publice perpetratur: Auctoritate Apostolica statuimus omnes illos, qui ex condicto statuto tempore & in loco conuento Monomachiam commiserint, etiam si nulli Patrini, socijue ad id vocati fuerint, nec loci securitas habita, nullæue prouocatoriæ literæ, aut denuntiationis chartulæ præcesserint, censuris, & pœnis omnibus à dicto Concilio propositis teneri perinde, ac si publico, & consueto abusu singulare certamen iniuissent, Volentes etiam locorum Dominos, si certamen ex cõdicto huiusmodi permiserint, aut quantũ in se fuerit, non prohibuerint, omnesque illud fieri mandantes, instigantes, auxilium, consilium, vel fauorem dantes, equos, arma, pecuniam, commeatum, & alia subsidia scienter subministrantes, aut ex composito spectatores, vel socios quouis modo sese præbentes, eisdem censuris, & pœnis subiacere, etiam si illi qui ad locum destinatum pugnaturi accesserunt, impediri pugnam non cõmiserint, si per ipsos non steterit, quominus illa committatur Non obstantibus priuilegijs, immunitatibus, & exemptionibus, cæterisque contrarijs quibuscunque, Constitutionibus tamen, & alijs sanctionibus Apostolicis hac de re disponentibus in suo robore duraturis.

Concil. Trid in ses. 25. cap 19. De Reformatione, pœnas impositas permittentibus Duellum, ac duellantibus, eorumque Patrinis ac fautoribus, & spectatoribus.

Hic Pont. extendit dictas pœnas ad permittentes Duellum etiam priuatum, ac suadentes, & Fautores.

Clausula derogatoria.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1582. Non. Decem. Pontificatus nostri, Anno Vndecimo.

Cæ. Glorierius.

M. Datarius.

A. de Alexijs.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo octuagesimo secundo, Indictione decima, die vero Veneris 24. mensis Decembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno Vndecimo, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt ad valuas Ecclesiæ sancti Ioannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, per nos Petrum Aloysium Gaytam, & Nicolaum Taglietttum Apostolicos Cursores. Publicatio.

Petrus delbequez Magister Cursorum.

Erectio

LXXXIII.

Erectio Eccleſiæ Booonien. in Metropolim, et Archiepiſcopatum.

Similem erectiooem fecit Pius Secundus de Eccleſia Senenſi, vt ſupra io eius conſt. 1. fol. 74.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. VNIVERSI ORBIS Eccleſijs, eo diſponente, qui cunctis imperat, & cui omnia obediunt, meritis licet imparibus præſidentes, in omoes agri dominici partes oculos noſtræ mentis vigilis more paſtoris inrendimus, inſpicientes, quid Eccleſiarum ipſarum, præſertim Cathedralium inſignium, ſtatui et decori maximè conueniat, atque hoc quidem tanto liberalius promptiuſq; curandum cenſemus, quanto magis ciuitatum celebritas, ac ciuium, et populorum ſuorum vota id expoſcunt, ac diuino fulti præſidio illius, qui cuncta ea ſua benignitate ad fidelis populi ſui ſalutem diſponit, ad ea, quæ ad dignitatem, et ſtatum Eccleſiarum huinſmodi augendum pertinent, officij ooſtri partes libenter conuertimus, prout cognoſcimus in Domino ſalubriter expedire. Cum itaque Eccleſia Bononienſis ſedi Apoſtolicæ immediate ſubiecta, cui dilectus filius noſter Gabriel Tit. S. Martini in Mõtibus Presbyter Cardinalis Palæotus nuncupatus ex diſpenſatione Apoſtolica præeſt, & quæ in primis Sancti Petrooij Epiſcopi, & Protectoris Bononiæ interceſſionibus & meritis, omni quidem tempore diuinæ pietatis abundantia magnis multiſque ornamentis exculta, non modo diœceſis magnitudine ſatis in omnem partem patens, ſed cleri, populique pietate, dignitate, & amplitudine florens, Epiſcoporum, quoque ordine ſuccedentium, quos item multos ab initio ferè naſcentis religionis, ſæuientibus adhuc in fidelium perſecutionibus, fidei defenſores, & in Sanctorum conſortio adſcriptos habet, numero affluens, ſacrarũ præterea reliquiarũ copia abundans, religioſiſſimis quoque templis, Baſilicis, Monaſterijs, locis pijs, & alijs quæ ad omnem eiuſdem cleri, populique Bononienſis laudem inſignia ſunt, pietatis Chriſtianæ monumentis ornata, valde per ſe ipſa elucet. Cumque Ciuitas ipſa iam inde vſque à Theodoſio Imper. ampliſſimis illuſtrata priuilegijs, et a diuerſis Romaois Pontificibus prædeceſſoribus noſtris ad Regum congreſſus, Imperatoris coronationem, Concilij Oecumenici translationem, aliaſque maximas res gerendas delecta, eiuſdemque Apoſtolicæ ſedis primogenita, et ſtudiorom mater ab omoibus meritò nuncupata, nobiliſſimo Gymnaſio, Doctorumque et Scholarium ex omnibus orbis Chriſtiani partibus illuc confloentium frequentia, clariſſimo, Quadragintauirum, Senatu, et Magiſtratibus decorata; aliorum itẽ illuſtrium virorũ, apud quos et veræ Religionis cultus, et ſumma in Rom. Pont. ipſamq; Sedẽ obſeruãtia, et ſtudiũ ſemper enituit, copia quidẽ inſignis, quippe quæ in omnib. ſchiſmatibus partes veri Pontificis perpetuo ſuſtinuerit, et viros dignitatibus Eccleſiaſticis claros, Epiſcopos, Cardinales, Pontificeſq; de Eccleſia Dei optimè meritos ſæpenumero tulerit, ædificiorũ itẽ magnificẽtia, opibus, fertilitate, populi magnitudine, egregia erga caeteros hoſpitalitate, ac præcipua erga oẽs beneuolẽtia & charitate, omnique alia virtute illuſtris & ſit, & habeatur; Nos aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorũ, qui eodem honore patriam ſuam condecorarunt, morem exemplumque ſecuti, & eiuſdem etiam Cardinalis Epiſcopiq; Bononienſis, cuius non ignota eſt cura, & ſollicitudo in gloria Dei, ſaluteque animarum procuranda pio ſtudio adducti, & patriæ ipſius noſtræ Bononieoſis, quam vnice in Chriſto diligimus, ſingularibus erga hanc ſedem meritis commoti, paternoque deſiderio, & ea ſpe, qua tenemur, id fore, vt patria ipſa Bononien. hoc ſingulari beneficio noſtro excitata, ſeſe in dies ad bene agendum magis magiſque conformet, accenſi necnon Eccleſiæ ipſius, quam totis in Chriſto viſceribus complectimur, meritis permoti, ad illam meritis honoribus augendã & promoueodam adducti, pijs quoque ſupplicationibus dilectorum filiorum eiuſdem Ciuitatis Quadragintauirum, aliorumque Magiſtratuum excitati, poſt habitam cum venerabilibus fratribus ooſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus maturam deliberationem, de illorum conſilio, atque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudioe ad laudem, gloriam & honorem omnipotentis Dei, ac Beatæ Mariæ ſemper Virginis, & Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, eiuſdemque S. Petronij Epiſcopi, & Patroni Bononiẽſis, necnon ad vniuerſalis Eccleſiæ exaltatiooem, Eccleſiam ipſam Bononienſem in Metropolitaoam Eccleſiam, & ſedem Epiſcopalem Bonooienſem io Archiepiſcopalem, Archiepiſcopaliſque, & Metropolitani Præſidis ſedem, & prouinciæ caput pro illius Archiepiſcopo pro tempore exiſtenti, qui pallij, & crucis vſum aliorum Archiepiſcoporum more habeat, omoibuſque alijs inſignibus Archiepiſcopalibus, necnoo priuilegijs, honoribus, & prærogatiuis alijs Archiepiſcopis debitis & conceſſis, gaudeat, tenore præſentium perpetuo erigimus, & inſtituimus, ac nomine, titulo, & honore Archiepiſcopali, & Metropolitano decoramus. Nec non Placentin. Parmen. Regien. Mutioen. Imolen. Ceruien. & Cremen. Eccleſias, earumque omnium, & ſingularum Ciuitates, & Diœceſes cum omnibus & ſingulis earum Territorijs; & terminis, ac dilectos filios Clerum & Populum vniuerſum cum ſuis Collegiatis, Parochialibus, & alijs Eccleſijs, necnon Monaſterijs vtriuſque ſexus, ceteriſque beneficijs, & officijs Eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura, ſecularibus, & quorumuis ordinũ regularibus, necnon hoſpitalibus, domibus, collegijs, & locis religioſis quibuſcunque ab eiuſdem ſedis Apoſtolicæ immediate ſiue alterius cuiuſcunque etiam Metropolitani ſubiectione etiam perpetuo diuidimus, & ſeparamus, illaſque & earũ diœceſes, ac Ciuitates poſthac in prouincia Bononienſi eſſe, & conſiſtere, neque in alia Prouincia cenſendas, & numerandas eſſe decernimus, & declaramus, & quatenus alteri Prouinciæ Archiepiſcopoue etiam Mediolanenſi, & Rauẽnatenſi, tam antiquo iure, conſuetudine, priuilegio, vel alterius Metropolis erectione ſiue inſtitutione, quàm iure electionis ex ſacri Concilij Tridentini decreto factæ, vel alia quauis ratione, & cauſa antea adiunctæ, ſubiectæque in toto, aut in parte eſſeot, vel cenſerentur, ſiue io illius poſſeſſione, vel quaſi ſe eſſe prætenderent, ab omni illius ſiue alterius Prouinciæ, vel Archiepiſcopi etiam Mediolauenſis, & Rauennatenſis, aut illorum Capitulorum iure Metropolitico correctione, viſitatiooe, ſubiectione, & omni quacunque alia iuriſdictione, obedientia, & ſuperioritate, ſi qua forſan quauis occaſione illis competeret, ſiue competat, ſimiliter perpetuo eximimus, & liberamus. Necnon dictæ Booonienſi Eccleſiæ prædictas Placen. Parmen. Regien. Mutinen. Imolen. Ceruien. & Cremen. Ciuitates, &

Eccleſiæ Bononienſis commendatio.

Ciuitatis Bonon. commendatio.

Eccleſia Bonon. erectio, in Eccleſiam Metropolitanam, & Archiepiſcopalem, cũ priuilegijs omnibus Archiepiſcopalibus.

Eccleſiarum Placentin. Parmen. &c. ſubiectio Archiepiſc. Bonon.

tes, & Diœceses pro sua Metropolitana Prouinciæ, ac Placentin. Parmen. Regien. Mutinen. Imolen. Ceruien. & Cremen. Ecclesias præfatas, modernosque, & pro tempore existentes illarum singularum Præsules pro suis & pro tempore existentis Archiepiscopi Bononiensis Suffraganeis, qui necnon earum singularum capitula etiã quocunque priuilegio suffulta, tãquam membra capiti eidem Archiepiscopo Bononiensi iure Metropolitico sub sint, sibique obedientiam, & reuerentiam tanquam proprio Metropolitano prorsus exhibeant, pariter perpetuo subijcimus, eidemque Archiepiscopo Bononiensi prædictos suos suffraganeos consecrandi, ad prouinciales Synodos euocandi, ac cum eis etiam ecclesiastica negocia terminandi, eorum ecclesias disponendi, & causas quarumcunque appellationum, siue querelas alias iuxta sacrorum canonum statuta cognoscendi, omniaque alia & singula, quæ de iure, vel consuetudine, aut alias quomodolibet ad Archiepiscopos, & Archiepiscopale munus spectare & pertinere solent, & debent, gerendi & exercendi plenam, & omnimodam concedimus facultatẽ. Prouinciæ quoque Bononiensi clerum, & populum vniuersum pro eorundem ecclesiæ, & Archiepiscopi Bononiensis prouincialibus similiter perpetuo concedimus, & assignamus: Decernentes ex nunc irritum, et inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari: Non obstantibus regula nostra de iure quæsito non tollendo, ac quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Placentin. Parmen. Mutinen. Regien. Ceruien. Imolen. & Cremen. ac Rauẽnaten: & Mediolanen. ecclesiarum prædictarum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem ecclesijs illarumque præsulibus, & administratoribus, ac capitulis, & personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de simili Apostolicæ potestatis plenitudine & consistorialiter, & de simili consilio, ac alias quomodolibet etiam pluries concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso exprimerentur, & insererentur præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dũtaxat harum serie de consilio, & potestatis plenitudine similibus specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginam nostræ erectionis, institutionis, derogationis, diuisionis, separationis, declarationis, exemptionis, liberationis, subiectionis, concessionum, assignationis, decretorum & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Episcoporũ suffraganeorũ eid. Archiepisc. subiectio.

Decretum irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

Datum Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo octuagesimo secundo. Quarto Idus Decembris. Pontificatus nostri Anno Vndecimo.

Ferd. Car. de Med. Summ.

Cæ. Glorierius.

A. de Alexijs.

LXXXIIII.

Abbatissæ & aliæ Præfectæ Monasteriorum Monialium in Italia consistentium, ad triennium tantummodo eligantur.

De Monialium electione, habes in Concilio Tridentino, sessio. 25. cap. 6. & seq. De Regul. & Monial.

De Monialium autem clausura, priuilegijs, & exemptionibus, ac prohibitione ingrediendi eorum Monasteria, vide sup. in Pij V. const. 8. Circa, fol. 930.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. EXPOSCIT DEBITVM Pastoralis officij quod disponente Domino gerimus, vt ad ea sollicite intendamus, per quæ Monasteria & alia religiosa loca, præsertim Deo dicatarum Sanctimonialium, secundum regularis disciplinæ normam regantur, & gubernentur: Perpendentes igitur varia, & multiplicia damna, quibus plerunque afficiuntur Monasteria Monialium, quæ per Abbatissas, vel alias Præfectas perpetuas reguntur, è contra vero Abbatissas, & alias Præfectas triennales scientes se lapso triennio suæ administrationis rationem esse reddituras, ac sperantes de bene gestis laudem promereri, pœnam vero, si male gesserint, metuentes, maiori studio, ac diligẽtia regimen, & administrationem Monasteriorum sibi commissorum gerere. His, & alijs rationabilibus causis adducti, hac nostra perpetuo valitura constitutione statuimus, & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus in omnibus, & singulis Monasterijs Monialium Sancti Benedicti Cistercien. Carthusien. & aliorum quorumcunque Ordinum in vniuersa Italia, & præsertim in vtriusque Siciliæ Regnis consistentibus, quæ nunc per Abbatissas, vel alias Præfectas perpetuas reguntur & gubernantur, cum primum Abbatissæ, aut aliæ Præfectæ huiusmodi regimini, & administrationi ipsorum Monasteriorum cesserint, etiam apud Sedem Apostolicam, vel decesserint, eorum Abbatissatus, seu Præfecturas vacare contigerit, Abbatissæ, aut aliæ Præfectæ non amplius perpetuæ seu ad vitam (quarum nomen, ac titulum, ex nunc prout ex tunc Apostolica auctoritate ex certa nostra scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium perpetuo extinguimus, & abolemus) sed triennalis tantum à Conuentu vniuscuiusque Monasterij, & alias iuxta decreta sacri Concilij Tridentini, & regularia suorum Ordinum instituta eligantur, & præficiantur, quæ postmodum elapso triennio, suis officijs perfunctæ, præesse desinant,

Causa huius constit.

Abbatissæ Monialium ad triennium tantummodo eligantur, iuxta suorum Ordinũ instituta, & Concil. Trid.

omnique prorsus careant auctoritate, ac à regimine, & administratione Monasterij per triennium à die finitæ administrationis inchoandum abstineant, quo elapso, seruata eadem forma Concilij Tridentini, iterum & plu ries eligi possint. Districtius inhibentes omnibus, & singulis dictorum Monasteriorum Conuentibus, Superioribus, & personis, aliquam Abbatissam, aut aliam Præfectam perpetuam, seu ad vitam, sed triennalem tantum eligere, & præficere vllo modo audeant, vel præsumant. Quod si secus à quoquam quauis auctoritate fuerit attentatum; Electionem, & Præfectionem huiusmodi, ac omnia, & singula, quæ inde sequentur, irrita, nulla, & inania, nulliusque roboris, vel momenti fore: Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in quauis causa, & instantia iudicari, & diffiniri debere decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictorum Monasteriorum, & ordinum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis eisdem Monasterijs, eorumque Superioribus, & personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis, Quibus omnibus, & singulis eorum tenores, ac si ad verbum insererentur præsentibus, pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Cæterum quia difficile foret præsentes nostras ad singula quæque loca, vbi necessarium fuerit, deferre, volumus quod illarum transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Decretũ irritãs. Clausulę derog.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die prima Ianuarij 1583. Pontificatus Nostri Anno Vndecimo.

Cæ. Glorierius.

Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo octuagesimo tertio, Indictione Vndecima, die vero Quarta, mensis Ianuarij, Pontificatus Sanctissimi Domini Nostri Domini Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno Vndecimo, Retroscriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt in acie Campi Floræ, dimissa earum copia auscultata, & collationata cum dictis literis in valuis eiusdem aciei affixa per me Ioannem Freile, Curs. Sanctissimi Domini Nostri Papæ.

Publicatio.

Petrus Delbequez Magister Curs.

LXXXV.

Iurisdictio & facultates Reuerendissimi Domini Ioan. Francisci Sangeorgij Casalen. Episcopi Ayquen. almæ Vrbis Gubernatoris, & Vicecamerarij.

De facultatibus Gubernatoris, notabo infra in Sanctiss. D. N. Six. V. const. 13. Spectata.

GREGORIVS Papa XIII. Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. SPERANTES TE pro tua eximia probitate, virtute, doctrina, & in rebus gerendis experientia, ea quæ tibi commiserimus, recte integre & iuxta animi nostri desiderium esse administraturum. Te almæ Vrbis nostræ Gubernatorem ac Vicecamerarium cum auctoritate facultatibus, iurisdictione, salarijs, & emolumentis, præterquam ex pœnis maleficiorum quomodolibet prouenien. quæ Cameræ nostræ Apostolicæ specialiter reseruamus, cæterisque honoribus & oneribus solitis & consuetis, auctoritate Apostolica tenore præsentium ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum facimus & deputamus. Mandantes dilectis filijs nostro, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, ac Cameræ Apostolicæ Clericis Præsidentibus, cæterisque ad quos spectat, vt te ad huiusmodi officium eiusque liberum exercitium, iuxta tenorem præsentium recipiant, & admittant, tibique in omnibus officium huiusmodi concernentibus respectiue faueant, pareant, & assistant. Thesaurario vero ac Depositario generalibus nostris, vt tibi de salarijs & emolumentis prædictis, debito tempore cum effectu respondeant. Contrarijs non obstantibus quibuscunque. Volumus autem quod de eodem officio iuste & fideliter exercendo, ac de non recipiendo aliquo genere muneris præter esculenta, & poculenta, quæ triduo consumi possint, iuxta formam iuris communis, in manibus ipsius Camerarij debitum præstes in forma solita iuramentum.

Deputatio Gubernatoris cum solitis facultatibus, & emolumentis. Camerarius, & alij admitt. Gubernatorem ad eius officium. Hac admissio est hic in fi. Thesaurarius, & Depositarius solita eidem præstent emolumenta. Clausula derogat. Gubernator solitũ præstet iuramentum in Camera.

Datum Romæ apud sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris die 17. Aprilis 1583. Pontificatus nostri, Anno Vndecimo.

Cæ. Glorierius.

Die vigesimanona Aprilis millesimo quingentesimo octuagesimo tertio Illustrissimus & Reuerendissimus Ioannes Franciscus supradictus, exhibuit præsentes literas in plena Camera Apostolica, & vigore decreti pau lo ante in eadem Camera facti, & iuxta dictarum literarum formam, iurauit, & ad officium almæ Vrbis Gubernatoris, & Vicecamerarij admissus fuit, & ibidem cappam recepit, & præsentes literæ admissæ, & successiue registratæ fuerunt, in libro Gubernatorum, fol. 107. penes me infrascriptum dictæ Cameræ Notarium existente.

Admissio Gubernatoris ad officium Gubernij, & Camerariatus.

Tydeus de Marchis.

Declaratio

LXXXVI.

Declaratio circa præcedentiam Fratrum Mendicantium, & Confraternitatum laicorum, in processionibus.

Aduertas autem quod Pius Quintus præcedentiam concesserit Fratribus Prædicatoribus, vt supra in eius constitutio.69.
Diuina, fol.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.
EXPOSCIT PASTORALIS officij munus, cui disponente Domino præsidemus, vt ad ea sollicite intendamus, per quæ discordiarum, & litium, ac controuersiarum quarumlibet præsertim inter personas ecclesiasticas materia tollatur. Sane nobis nuper innotuit, quod in multis ciuitatibus & dioecesibus diuersarum mundi partium nonnullæ lites, causæ, & controuersiæ inter fratres Mendicantes, aliæ etiam similes lites, & controuersiæ inter confratres Confraternitatum Christifidelium super præcedentia, vel iure præcedendi, ortæ iam sint, & oriri facile possint. Nos considerantes lites, causas, & controuersias huiusmodi in Ecclesia præsertim inter religiosas personas, quæ relictis mūdi vanitatibus famulatum, & votum suum in humilitatis spiritu Domino & Deo nostro, qui se pro nobis vsque adeo humiliauit, vt formam serui acciperet, exhibere, & persoluere profitentur, non modicam illi præclaræ, Deoque præcipue dilectæ virtuti, quæ est humilitas, labem infundere, populoque scandalum generare, ac propterea illas omni ratione submouendas, publicæque religionis tranquillitati, ac ministrorum ecclesiasticorum reconciliationi, & mutuæ dilectioni quàm primum consulendum esse rati, ac supremam huic negocio manum apponere volentes, necnon causas, lites, seu controuersias huiusmodi vbilibet & coram quibusuis Iudicibus motas, & in quibusuis instantijs indecisas pendentes ab eisdem Iudicibus harum seriæ ad nos aduocantes, illasque penitus extinguentes, eisdemq; Fratribus Mendicantibus, ac confratribus super præmissis perpetuum silentium imponentes, De nobis attributæ potestatis plenitudine volumus, & apostolica auctoritate decernimus, quod quicunque ex dictis Fratribus mendicantibus inter se de præcedentia huiusmodi contendentibus, aut Confratribus Confraternitatum prædictarum inter quos lites & causæ præmissorum occasione ortæ iam sint, seu oriri contigerit in futurum, qui in quasi possessione Præcedentiæ, ac iuris præcedendi sunt, ij, (quibuscunque reclamationibus, protestationibus, appellationibus, & alijs subterfugijs prorsus remotis, & cessantibus, & postpositis) in processionibus tam publicis, quàm priuatis præcedere debeant: Quando vero non probetur, aut non constet de quasi possessione Præcedentiæ huiusmodi, inter fratres quidem Mendicantes, ij qui antiquiores in loco controuersiæ, Inter Confratres vero inter se litigantes ij, qui prius saccis vsi sunt; in processionibus tam publicis, quàm priuatis præcedere debeant: Ita vt si contigerit noua monasteria, aut domus alicuius Ordinis Mendicantium, in loco, in quo alterius Ordinis ea dictis Mendicantibus Monasteria, aut domus prius erecta & instituta sint, ille ordo, qui prius Monasterium, seu domum in loco habuerit, præcedat. Præterea quia inter prædictos Ordines plerunque alia in Processionibus, & alia in Concilijs generalibus, & alijs actibus publicis siue priuatis, ratio circa modum præcedendi seruatur, nolomus per præsentes prærogatiuis dictorum Ordinum, quoad præcedentias huiusmodi quæ proprijs ordinibus, præterquam in processionibus prædictis debentur, aut fratribus Capucinis nuncupatis, qui in processionibus publicis sub Conuentualium sancti Francisci, aut Minorum de obseruantia Fratrum nuncupatorum, Cruce, vt solēt, incedēre possint, aliquod præiudicium generari. Sicque per quoscunque Iudices, & commissarios etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere. ac quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon ecclesiarum, monasteriorum, ordinum, congregationum, domorum, ac confraternitatum quorumcunque etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis apostolicis illis, eorumque superioribus & personis, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis in genere vel in specie etiam motu proprio, aut alias quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis: Quibus omnibus (illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus (cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem vt præsentium transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides tam in Iudicio quàm extra adhibeatur, quæ præsentibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Causa constit.

Extinctio litium vertētium inter ordines Mendicantium. & Confraternitates laicorum super præcedentia.

Declaratio quod Ordines Mendicantium, & Confraternitates quę sunt in possessione præcedentiæ, præcedere debeāt in processionib.

Et si de possessione præcedētię nō constat, inter Mēdicātes procedāt antiquiores in loco controuersiæ.

Et inter Confraternitates præcedant quę prius saccis vsę sunt.

Inter Mendicantes, præcedat Ordo, qui prius Monasteriū habuit in loco differentię.

Declaratio, vt hęc constitutio procedat quoad præcedētiam in Processionib. & non præiudicet Capucinis volētib· incedere sub Crūce Cōuentualium, vel de Obseruantia.

Decretum irritans.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris, die xv. Iulij 1583. Pontificatus Nostri, Anno Duodecimo.

Cæ. Glorierius.

Clausulæ derogatoriæ.

Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo octuagesimo tertio, indictione vndecima, Die vero Dominico decima septima Mensis Iunij, Pontificatus vero Sanctissimi in Christo patris, & Domini Nostri Domini Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno Duodecimo: Retroscriptæ litteræ Apostolicæ in forma breuis expeditæ, affixæ & publicatæ fuerunt in acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Petrum Guerram, & Melchiorem Riccium eiusdem Sanctissimi Domini nostri Papæ Cursores.

Publicatio.

Io. Baptista Bagni Magister Cursorum.

LXXXVII.

De modo, & forma Publicandi beneficiorum resignationes, & iurium cessiones.

De materia Publicationis, habes sup. Innoc. 8. const. 13. ficut bonus, fol. 30. Pij 4. const. 25. Sanctissimus, fol. 674. & Pij 5. const. 182, Sanctissimus, f. 1187. Et de materia Resignationum, habes sup. Clem. 7. const. 19. Sanctissimus, fol. 318. Pij 4. consti. 87. Inter multiplices, f. 783. & Pij 5. cōst. 45. Officium fol. 995. & const. 58. Quanta Ecclesiæ, fol. 1014.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

HVMANO VIX iudicio ita bene quicquam, & prouideoter sanciri potest, quin vsus sæpe aperiat, doceatque id quod salubre fore credebatur, minus eaperiundo prodesse: quod in illis constitutionibus, quas ad prohibendas simulatas occultasue beneficiorum Ecclesiasticorum resignationes diuersi Romani Pontifices multifariam ediderunt, & fe. re. Pius Papa V. prædecessor noster nouissime promulgauit, cognoscimus accidisse. Nos hoc malum, prout occasio necessitasque postulat, coercere volentes, statuimus, vt posthac omnes, & quæcunque resignationes, etiam causa permutationis, ac commendarū, & etiam literis Apostolicis non confectis, & possessione non habita, necnon litis, & iurium quorumcunque cessiones, ac retrocessiones, quæ deinceps de quibuscunque beneficijs Ecclesiasticis io nostris, seu Romani Pontificis pro tempore eaistentis manibus, ac etiam coram Notario publico, & testibus fient, & à nobis, vel illo, seu nostro, vel illius mandato admittentur, & super eis prouisiones, & quæcunque aliæ dispositiones, siue temporales, siue perpetuæ, aut ad hoc mandata Apostolica sub quacunque forma, & quibuscunque etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ac pijs locis quocunque priuilegio suffultis, facta, publicari debeant cum literis Apostolicis desuper confectis intra sex menses, si beneficium citra montes fuerit, vltra vero intra nouem à data concessionis gratiæ, non autem à die præstiti super ea consensus numerandos, etiam si postea concessio gratiæ huiusmodi ex quauis causa, diuersisque subsequentibus datis, ac quotiescunque, & quomodo reformata, & valida reddita fuerit, pluresque, & quotquot in alium, vel alios cessiones, ac etiam in ipsummet primum resignantem, vel cedentem retrocessiones termino prædicto nondum elapso intercesserint, ita vt vnicus dumtaxat terminus omnibus his successiuis cessionibus, ac retrocessionibus decurrat, vt qui postremus gratiam habuerit, publicationem huiusmodi facere, cæteraque omnia hic præscripta intra eundem terminum præstare teneatur. Ipsa autem publicatio in Cathedrali, & in beneficij Ecclesia, vel Ecclesijs, si in pluribus illud sit, fiat vbique dum frequens populus ad Missarum solemnia conuenerit, palam omnibus literæ Apostolicæ prædictæ, earumue transumptum authenticum exhibeatur, claraque, & intelligibili voce resignatio, seu cessio huiusmodi, ac beneficij qualitas, & inuocatio, nominaque, & cognomina resignantis, seu cedentis, ac illius in cuius fauorem gratia huiusmodi facta est, pronuncientur ita, vt hęc omnia possint ad notitiam omnium ibi eaistentium verisimiliter peruenire, scriptoque de his omnibus eaemplo collato valuis dictarum Ecclesiarum affixum relinquatur. Si vero Ecclesia beneficij ruralis sit, aut populo Conuentuque careat, eo casu in Parochiali, intra cuius Parochiæ limites beneficium ipsum consistit, & in Cathedrali Ecclesia, vel si locus bello, seu peste, alijsue manifestis periculis subiaceat, tunc in proxima parochiali, ac etiam in Cathedrali Ecclesia, vel si aditus ad illas, aut vtramuis minime sit securus, in alia Cathedrali, vel parochiali viciniori periculorum immuni publicatio huiusmodi peragatur. Is quoque in quem disponi, vel mandari de beneficio etiam litigioso, vel accedente non possesso sub quacunque forma contigerit, possessionem beneficij intra dictum tempus vigore literarum Apostolicarum desuper confectarum, nec alias apprehendere debeat, & si propter litem, aut aliud legitimum impedimentum nequiuerit, saltem literas Apostolicas cum earum publicatione si tunc facta erit, Iudici, seu executori illarum, vel alijs ad quos pertinet, per se, vel procuratorem suum legitimum, intra idem tempus præsentare, & apud illum, vel illos pro ipsarum literarum executione instare, & possessionem huiusmodi instanter petere teneatur. Cæterum modus, & forma hic tradita semper, & vbique debeat obseruari, nec alia, vel æquipollens vllo modo admitti in omnibus huiusmodi resignationibus, cessionibus, & retrocessionibus, de quibuscunque Ecclesijs, Monasterijs, Prioratibus, tam virorum, quam mulierum dignitatibus, officijs, & beneficijs Ecclesiasticis, sæcularibus, & quorumuis ordinum, etiam militiarum regularibus, etiam electiuis, & manualibus, ac etiam de iure patronatus laicorum Illustrium, & alias quomodocunque existentibus, siue pacificis, siue in petitorio, siue in possessorio litigiosis, etiam de quibus in Consistorio nostro disponi consueuit, seu debet, quæ posthac ex quacunque causa fient, & per nos, ac prædictos successores, extra tamen dictum Consistorium, admittentur, etiam cum reseruationibus nominis, tituli, administrationis, possessionis, fructuum, etiam omnium, ac rerum, & iurium quorumcunque. Ad prædictorum tamen obseruationem eum, in quem iuris sit cessio beneficij, quod tempore cessionis huiusmodi, & ante illam vigore literarum Apostolicarum, vt supra, si ad id tenebatur, publicatarum, realiter possidebat, nolumus obligari. Quod si quicquam prædictorum omnium omissum fuerit, dictis terminis, vt cuique præscripti sunt elapsis, omnes dispositiones, & gratiæ resignatorum, & cessorum beneficiorum, aut iurium huiusmodi, cum omnibus inde secutis, siue de pacificis, siue de litigiosis, sint irritæ, & inanes, nullaque alia gratia super huiusmodi beneficio, siue iure cesso, ijs quibus concessa fuerit, suffragetur, sed ipsi tales inhabiles, & incapaces sint ad huiusmodi beneficia sic resignata & cessa, quandocunque obtinenda, illaque, siue iura ab ipsa statim prima resignatione, seu cessione, etiam si illæ aliàs nullæ, & inualidæ essent, vacauisse, & vacare censeantur eo ipso, nec resignantibus, seu cedentibus, si postea in sua possessione remanent, constitutiones de annali, & triennali possessore, nec præsumptæ, aut tacitæ retrocessiones, etiam propter diuturnam continuatæ possessionis huiusmodi tolerantiam, nec omnino aliud ius, vel beneficium vllo tempore suffragetur, sed ipsa beneficia, siue iura sic à principio vacantia à Sede Apostolica prædicta dumtaxat impetrari valeant, ac concedi.

Causa const.

Omnes resignationes, & iuris concessiones publicari debent intra sex menses si beneficia sint citra montes, si vero vltra, intra nouem.

Forma publ. resignationes, & cessiones.

Forma prædicta seruari debet in omnibus beneficijs specifice, & no per æquipollens.

Illorum

Illorum vero impetrationes, vel etiam Motu proprio concessiones, quibuscunque derogationibus suffultæ nunquam sub clausulis generalibus, aut vacationum modis conditionalibus, vel implicitis comprehendãtur, sed specialiter & expresse ob non seruatam præsentis constitutionis formam, ac cum declaratione nominum, & cognominum resignantis seu cedentis, & gratiam habentis dispositiue, & non conditionaliter fieri omnino debeant & quicunque sic impetrans, aut gratiam etiam motu simili habens præfinitum cuique casui tempus prædictum a data cõcessionis gratiæ sibi factæ huiusmodi, ea omnia quæ cadens a iure prædicto debebat, præstare teneatur, & si pluribus gratiam huiusmodi fieri contigerit, is præ omnibus obtineat, qui primus publicationem suæ impetrationis fecerit, & possessionem adeptus fuerit, aut petierit, omniaque requisita prædicta adimpleuerit, quàmuis in data sit postremus, & possessio ab alio in publicando negligentiore prius apprehensa fuerit, vel petita. Reseruationibus omnibus nominis, administrationis fructuum etiam omnium, ac pensionum, & aliarum rerum quarumcunque, necnon facultatibus indultis, & alijs concessionibus tam ipsis resignãtibus, seu cedentibus, qui tamen possessionem ab initio re ipsa dimiserint, quàm alijs ex huiusmodi resignationibus seu cessionibus a Sede Apostolica factis nihilominus validis, plenumque effectum sortituris. Sed ne in beneficijs super possessione vel proprietate litigiosis litis prosecutio turbari valeat, vel differri, in causis huiusmodi contra cedentem ad vlteriora, etiam ad sententiam diffinitiuam, & rem iudicatam, ac illius executionem, quousque ille qui gratiam ex resignatione, seu cessione, aut ea omissa formæ publicationis huiusmodi obtinuit, ad causam per se, vel procuratorem legitimum accesserit, litemque huiusmodi susceperit, eodem modo, & ordine procedi possit, quo potuisset legitime si cessio huiusmodi facta non fuisset, ac quicquid interim sic procedendo decretum, & expeditum fuerit, siue cum cedente, siue contra eum, etiam postquam ipse, vel quiuis alius incumbentia sibi secundũ prædicta præstiterit, non solum circa fructus, sed etiam circa possessionem, & ipsum ius quod cessum est, valeat omnino, & vim obtineat, illumq; ipsum, cui gratia facta est, non minus afficiat, quàm si ipso legitime citato contra eum decretum & expeditum fuisset, nec ipse aduersus hæc, prætextu non acceptatæ gratiæ, vel etiam illius ignoratæ aut citationis, vel intimationis executioni contra ipsum minime demandatæ, aliaue ratione valeat excusari. Possit tamen ipse etiam si in lite, & causa huiusmodi surrogatus non sit quãdocunque ad illius prosecutionem, & terminationem venire & a Iudice, coram quo causam ipsam etiam ex delegatione pendere contigerit, in illis ipsis statu, & terminis, in quibus tunc eam esse repererit, etiã absque rescripto speciali admitti. De beneficijs autem quæ deinceps in manibus ordinariorum collatorum etiam Cardinalium etiam indulta & facultates ad hoc ab Apostolica Sede habentium, ac legatorum etiam de latere, & delegatorum etiam specialium eiusdem sedis extra Romanam curiam resignari, etiam ex causa permutationis contigerit, ipsi intra mẽsem negocium vniuersum admissionis, vel reiectionis resignationis huiusmodi, & (si per eos facienda erit) prouisionis resignati beneficij iuxta Apostolicas, & alias canonicas sanctiones omnino absoluant. Et qui sic prouisus fuerit, intra tres menses a die sibi factæ prouisionis illam publicet, & possessionem beneficij capiat modo & forma supradictis, alioquin illis elapsis nulla sit eius prouisio, & beneficium vacare censeatur eo ipso. Ordinarijque, & alij prædicti qui hæc, vti eis præscribuntur, non perfecerint, eo casu potestate disponendi de ipsis beneficijs sint ea vice priuati, eorumque dispositio eo ipso ad Sedem Apostolicam deuoluta existat aut alijs idoneis ab ipsa sede dumtaxat, modo & forma prædictis concedantur. Decernentes sic per quoscunque iudicari debere, necnon irritum & inane quicquid secus super his per quoscunque scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus prædicti Pij Quinti, & alijs omnibus aliorum prædecessorum nostrorum constitutionibus de publicandis resignationibus huiusmodi hactenus editis, & reformatis, quas omnes omnino abrogamus. Ita tamen quod in publicandis illis resignationibus, & cessionibus, quæ in manibus nostris hucusque factæ, & a nobis admissæ sunt, & tempus ad eas publicandas, iuxta dicti Pij prædecessoris constitutionem nondum effluxit, constitutio ipsa, quo ad eas dũtaxat, integre obseruetur: Necnon resignantium, siue cedentium voluntatibus, conditionibus, protestationibus, & clausulis, in ipsismet resignationibus, & cessionibus, seu procuratorum constitutionibus, & mãdatis, ac alias etiam ad præseruationem suorum iurium, & significationem quod non aliter, nec alio modo resignant, seu cedunt, appositis, & quacunque verborum vi, formula, & multiplicatione expressis, necnon indultis, priuilegijs, & gratijs Apostolicis, etiam prædictis Cardinalibus, ac eorum, & nostris familiarib. continuis commensalibus, necnon literarum apostolicarum scriptoribus, abbreuiatoribus, ceterisque Romanæ Curiæ officialibus, & ex quibusuis causis quomodocunque concessis, & confirmatis: quæ omnia etiam tollimus, & annullamus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Vt autem præsentes amplius innotescant, volumus vt earum exemplis etiã impressis, Notarij publici manu subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides vbique in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Mandamusque illas in librum Quinternum appellatum Cancellariæ Apostolicæ ad perpetuam rei memoriam de more referri.

Cessio iuris facta possi denti quando publican. fit.

Formæ omissio qualiscunque facit gratiam nullam, inducit vacationem, & inhabilitatem. nec prodest resignati possessio a se postea continuata.

Modus impetrationis, & concessionis beneficiorum, quæ vacant ob nõ seruatã formã publicationis.

Propter nullitatem concessionũ non sunt irritæ reseruationes nisi causa, de quo supra.

Proceditur seu sa litigiosi cõtra cedentem, donec successor venerit ad eam.

Modus & forma, & tempus admittendi, & publicare signationes, quæ fiunt in manib. ordinariorum, vel legatorũ, etc.

Pœna ordinariorum. & aliorum qui prædicta nõ seruant.

Decretũ irritãs.

Hæc Pij 5. const. habet. sup. f. 1187 nu. 182.

Clausulæ derog.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1583. Non. Ianuarij, Pontificatus nostri, Anno Duodecimo.

Cæ. Glorierius.

M. Prodat.

A. de Alexijs.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo octuagesimo quarto, Indictione 12. die vero 19 mensis Iannari, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & Domini Nostri D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno Duodecimo, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt in valuis, seu portis Ecclesiarum sancti Ioannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, necnon in valuis Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, per nos Ioannem Freiles, & Nicolaum Teglettum Cursores.

Publicatio.

Claudius Mongeat Magister Cursorum.

Declaratio

LXXXVIII.

Declaratio facultatis Ordinariorum visitandi, & corrigendi loca, & personas Militiæ & Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani, io his dumtaxat, quæ concernunt curam animarum, aut Sacramentorum ministrationem

Similem declarationem fecit Pius V. quam habes supra in eius const. 139. Exposcit Pastoralis, f. 1134. Et vide etiam huius Pont. const. 67. Circumspecta, f. 1295.

De materia autem Priuilegiorum huius Militiæ, & Hospitalis posui concord. sup. in Pij 4. const. 14. Circumspecta, fol. 663.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.

CONSVEVIT SEDES Apostolica specialem eorum tutelam suscipere, quos maior commendat copia meritorum. Quo io oumero dilecti filij Magister, & Conuentus Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani in primis positi, oos excitant & hortantur prouidere, vt à perturbationibus, & molestijs quantum potest liberentur. Cum enim Prioratus, Castellania, Empostæ, Præceptoriæ, Baiuliuatus, aliaque beneficia dicti Hospitalis exempta fiot ab omoi ordinariorum locorum iurisdictione, visitatione, correctione, & superioritate per priuilegia, & indulta Apostolica eidem Hospitali concessa, approbata, & inoouata, illaque, & alia huiusmodi beneficia obtinentes nullum præter Romanum Pontificem, & eiusdem Hospitalis Magistrum pro tempore existentem recognoscant, nonnulli tamen locorum ordinarij dilectos filios Priores, Castellanos, Præceptores, Baiuliuos, & alios fratres dicti Hospitalis ratione prædictorum, & aliorum beneficiorum ab eis obtentorum visitare, & iurisdictionem io eos vsurpare beneficia dicti Hospitalis conferre, & aliàs eos inquietare non dubitant in graue dicti Hospitalis præiudicium. Nos prædictorum fratrū, qui Christi Cruce suscepta oullis laboribus, aut periculis parcentes, vitam suam pro orthodoxa fide cōtra Christiaoi oominis hostes obijcere noo recusant, indemnitati, & oe molestiæ illis contra sua priuilegia inferantur, prouidere volentes: Præcipimus atque interdicimus vniuersis & singulis Episcopis, Archiepiscopis, Patriarchis, alijsque Superioribus, & ioferioribus Ecclesiarum Prælatis, & locorum ordioarijs cuiuscunque dignitatis, status, ordinis, & cooditionis existant, quauisque auctoritate, & potestate fungaotur, & functuri sint, ne posthac io prædictorum, aliorumque dicti Hospitalis fratrum visitatione, correctione, vel reformatione, præterquam in ijs, quæ animarum curam, & Sacramentorum administrationem concernunt (io quibus Concilij Tridentini decreta, & Constitutiooem fel. rec. Pij Papæ V. prædecessoris nostri xxij. Septembris, Pontificatus sui anno tertio editam seruari omnino volumus) se se interponere, aut Priores, Castellanos, Baiuliuos, Præceptores, fratres, & alios supradictos directe, vel iodirecte quouis quæsito colore, vel ingenio contra suorum priuilegiorum, ac indultorum tenorem vexare, vel perturbare audeaot quoquomodo, In eos grauius animaduersuri, qui prohibitioni nostræ huiusmodi præsumpserint contraire. Et nihilominus Venerabilibus fratribus nostris Ostien. & Portuen. Episcopis, ac dilecto filio causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditori, per præsentes mandamus, vt ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præseotes literas vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorundem Magistri, & Conuentus, ac Priorum, Præceptorum, Baiuliuorum, & fratrum Militum prædictorum, vel alicuius ipsorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque vniuersis, & singulis in præmissis efficacis defensionis auxilio assistentes, non permittant eos per Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas & alios prædictos, aut quoscunque alios contra præsentium tenorem quomodolibet molestari. Contradictores quoslibet per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus constitutionibus, & ordioationibus Apostolicis, ac Ecclesiarum, & locorum quorumcunque iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, necoon priuilegijs, & indultis Apostolicis illis, ac prædictis ordinarijs, & Prælatis sub quibuscunque tenoribus, & formis concessis, approbatis, & innouatis cootrarijs quibuscunque: Aut si aliquibus communiter, vel diuisim à prædicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possiot per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, vt præsentium transumptis Notarij publici manu subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides, in iudicio & extra illud vbique locorum adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die vij. Ianuarij. M. D. LXXXIIII.

Cæ. Glorierius.

Causa huius constitutionis.

Ordinarij non se intromittant in visitatione, & correctione Militum, nisi in concernentibus curā animarum, & administrationem Sacramentorū.

Deputatio, & facultates executorū istius const.

Clausula derogatoria.

LXXXIX.

Confirmatio annui subsidij quinquaginta millium scutorum, ad quadriennium impositi super quibuscunque beneficijs, &c. Militiæ, & Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani.

De materia istius Militiæ, habes sup. in Pij 4. const. 14. Circumspecta, fol. 663. vbi notaui.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam. Dilecti filij salutem, & Apost. benedictionem.

QVO IN vos, Conuentumque vestrum semper fuimus animo, eundem ostendimus io omnibus vestris incommodis, & difficultatibus subleuandis. Cum igitur sicut nobis exponi fecistis in vestro

generali

generali capitulo de mandato nostro Melitæ nouissime celebrata habita fuerit diligens rerum vestrarum exa-
minatio, subductisque rationibus pecuniarum, quæ in tabulas publici Aerarij vestri, tam accepti, quam impēsi
referri consueuerunt, compertum sit expensum redditus, & prouentus annuos etiam extraordinarios longe su-
perare. Propterea que ærarium ipsum exhaustum esse; vosque omnino iudicaretis sedulo curandum, ac omni-
no prouidendum ne pecuniæ desint ad stipendia militibus, qui in triremibus operam suam, vel in præsidijs for-
titer præstant, aut triremibus ipsis armis, tormentis, alijsque instrumentis, omnique bellico apparatu, rebus-
que ad victum necessarijs struendis, quibus Turcarum, & Piratarum à nostris oris maritimis impetus, depo-
pulationes, & incendia arceantur, vtque domui Hospitali, quæ pro pauperibus, atque ægrotantibus excipien-
dis Melitæ construitur Ciuitatis Vallettæ, aliorumque publicorum operum ædificationibus sumptus necessa-
rij suppeditentur, omnibusque necessitatibus consulatur, censuissetisque ordinarias pensiones, videlicet duas
tertias partes dimidiatæ annui redditus secundum antiquam extimationē à primo capitulo generali Melitæ ha-
bito impositas, necnon tributum quadraginta millium scutorum auri constitutum, & hucusque continuatum,
quod suo tempore solui debere decreuistis, præsentibus, & quæ imminent necessitatibus non sufficere, aliam
præterea annuam pensionem quinquaginta millium scutorum auri ex signo solis super omnibus, & quibuscun-
que Prioratibus, Castellania, Empostæ, Baiuliuatibus, Præceptorijs, beneficijs, & bonis dicti Hospitalis etiam
exemptis pro rata parte, iuxta verum valorem, & nouam æstimationem imponendam decreuissetis, ac habi-
ta eorum persoluendorum ratione, vt quinquaginta millium scutorum huiusmodi prima solutio fiat, vna cum
responsionibus ordinarijs, & impositione quadraginta millium scutorum in capitulis Prouincialibus, vel si ea
celebrari non contigerit, in Festo Natiuitatis Sancti Ioannis Baptistæ anni, millesimi quingentesimi octuagesi-
mi quarti, & singulis sequentibus annis continuetur, donec generale Concilium proxime futurum celebretur.
Nos grauibus Reipublicæ Christianæ calamitatibus prædictorumque incursionibus, ac pauperum, & ægrotan-
tium angustijs, alijsque dicti Hospitalis necessitatibus prospicere volentes, vosque vniuersos, & singulos à qui-
busuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à
iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existitis, ad effectum
præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, De Apostolicæ
potestatis plenitudine imponimus, atque indicimus huiusmodi subsidium annuum quinquaginta millium scuto-
rum auri de Sole ex omnibus, & quibuscunque fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, decimis, censi-
bus, proprietatibus, bonis, & rebus Prioratuum, Castellaniæ, Empostæ, Baiuliuatuum, Præceptoriarum, cæ-
terorumque beneficiorum, & locorum dicti Hospitalis, in quibuscunque Orbis partibus consistentiū per vos,
& procuratores vestros ad hoc à vobis specialiter constitutos annis singulis integro durante quadriennio, nec
vltra, in singulis capitulis Prouincialibus, vbi fient, alias in Festo Natiuitatis Sancti Ioannis Baptistæ huius-
modi, à proxime futuro incipiendo exigendum, & colligendum ab omnibus, & quibuscunque Prioribus, Ca-
stellanis, Baiuliuis, Præceptoribus, & alijs cuiuscunque dignitatis, gradus, & conditionis, illa, earumque
membra, prædia, fructus, proprietates, & bona quocunque titulo, & iure obtinentibus, & percipientibus,
etiam quocunque priuilegio, & exemptione reali, personali, pacifica, & continua munitis, quos vniuersos,
& singulos ad hoc vltra præmissa esse volumus efficaciter obligatos. Volentes, & Apostolica auctoritate sta-
tuentes, quod illi, qui legitime moniti ratam subsidij huiusmodi intra tempus eis præfisum prædictum, vel sal-
tem intra triginta dies illud protinus sequentes non persoluerint cum effectu, excommunicationis sententiam
incurrant, & si rursus moniti solutionem huiusmodi distulerint quoquomodo suis Prioratibus, Castellanijs, Ba-
iuliuatibus, Præceptorijs, beneficijs, membris, rebus, bonis, & fructibus prædictis perpetuo priuati sint eo
ipso. Et nihilominus dilectis filijs nostris, & dictæ Sedis in Franciæ, & Hispaniæ Regnis, alijsque Christiani
Orbis Prouincijs, Nuncijs, ac causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditori per præsentes mandamus,
vt quisque per se, vel alium, seu alios faciant auctoritate nostra subsidium ipsum quinquaginta millium scuto-
rum per Priores, Castellanos, Baiuliuos, Præceptores, beneficiatos, vsufructuarios, & quoscunque alios hu-
iusmodi beneficia, loca, & bona habentes, eorumque fructus percipientes, iuxta ratam, & taxam cuique con-
tingentem vobis, & Conuentui vestrisque Procuratoribus prædictis, etiam per subtractionem prouentuum hu-
iusmodi integre persolui. Contradictores quoscunque per prædictas excommunicationis, & priuationis pœ-
nas, aliaque iuris, & facti remedia opportuna, appellatione postposita, compescendo, inuocato etiam ad hoc,
si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Nos enim ipsis illos, tam coniunctim, quam diuisim, etiam per edi-
ctum locis publicis affigendum citandi, & monendi, proprietates, fructus, & alia bona ipsorum, etiam ma-
nu Regia apprehendendi, & vsque ad omnimodam satisfactionem retinendi, redeuntes, & obedientes absol-
uendi, super irregularitate propterea contracta dispensandi, & ad pristinum statum restituendi, vices suas,
siue totas, siue in parte alij, vel alijs idoneis, citra tamen facultatem absoluendi, dispensandi, & restituen-
di huiusmodi, delegandi, cæteraque in prædictis, & circa ea necessaria; & opportuna faciendi, & exequen-
di, etiam si talia fuerint, quæ mandatum exigant magis speciale, quàm præsentibus est expressum. Non ob-
stantibus fe. re. Bonifacij Papæ viij. de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis, ac alijs Apostoli-
cis constitutionibus, necnon Hospitalis, & Conuentus prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel
quauis firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus, stabilimentis, vsibus, & naturis, priuilegijs quo-
que indultis, & literis Apostolicis illis, ac etiam prædictis Prioribus, Baiuliuis, Præceptoribus, & fratribus
per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedem prædictam, etiam per modum sta-
tuti perpetui, ac initi, & stipulati contractus, ac alias sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibus-
uis restitutiuis, annullantibus, derogatoriarum derogatorijs, alijsque firmioribus, fortissimis, & insolitis
clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac alias, tam in ge-
nere, quam in specie quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis: Quibus omnibus, illis alias in suo ro-
bore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque.
Et quia difficile nimis foret præsentes quocunque illis opus erit perferri, volumus, vt earum exemplis, etiam
impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, ea-
dem prorsus fides in iudicio, & extra illud vbique locorum adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus,
si essent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctū Petrum sub Annulo Piscatoris, die vij. Ianuarij 1584.
Pontificatus nostri anno duodecimo.

Cæ. Glorierius.

In capitulo nouissime celebrato subsidiū annuū quinquaginta millium scutorum, super Beneficijs, &c. Hospital. S. cti Ioannis Hierosolymitani imposit. fuit, vt etiam aliam impositioné factam in alio Capitulo, de qua habes sup. in const. 75 Dudum fol.

Pont. iste hanc impositionem ob firmat.

Et nō soluentib. pœnas, de quib. hic imponit.

Deputatio, & facultates executorum istius const.

Clausula derogatoria.

Ordo

LXXXX.

Ordo seruandus in Processione Papali, in die Festiuitatis Sacratissimi Corporis Christi.

De huius Festiuitatis institutione, celebratione, & Indulgentiis, habes sup. in Mart. 5. const. 6. Ineffabile, fol. 63. &c. Eug. 4. const. 4. Excellentissimum, fol. 67.

GREGORIVS Papa XIII. Motuproprio, &c.

OMNIBVS, ET singulis officialibus Romanæ Curiæ in infrascripto rotulo designatis, & descriptis in Processione Sanctissimi Corporis Christi, quæ erit die secunda mensis Iunii proxime futuri præsentis anni. M. D. LXXV. & aliis perpetuis futuris temporibus iuxta antiquum morem, & ritum Curiæ Rom. interesse debentibus, cum albis intortitijs pro debito eorum, & veneratione condigna tanti Sacramenti, & quiete nostra, ac celeri expeditione actus ante augmentum caloris, & sine contentione, sub pœna excommunis eo ipso incurrenda, & suspensionis ab emolumentis officiorum suorum per duos continuos menses proxime tunc futuros, quam ex nunc applicamus Hospitali Sanctissimæ Trinitatis Conualescentium Vrbis si contrafecerint: Tenore præsentium mandamus, quatenus in dicta processione incedere debeant secundum ordinem descriptionis, & annotationis infrascripti rotuli, absque aliqua contradictione, aut replicatione: Collectoribus etiam, ac Receptoribus dictorum officialium, sub comminatione satisfaciendi de proprijs pecunijs, si non retinuerint, vt præfertur: Notarijs vero Cameræ Apostolicæ, quod infrascriptis Cardinalibus assistant, notantes nomina singulorum officialium contumacium, & inobedientium. Sicque omnibus, & singulis officialium ordinibus super differentijs, & controuersijs huiusmodi procedendi, perpetuum silentium imponimus. Reseruato eisdem iure, si quod prætendunt in petitorio. Et ita per dilectos filios S.R.E. Camerarium, & Priorem Diaconorum Cardinalium, & Vicecamerarium, ac Clericos cæremoniarum, & alios, ad quos spectat, seruari & exequi debere decernimus & mandamus. Priuilegijs & literis Apostolicis, ac alijs in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunque.

Placet, & ita Motu proprio mandamus V.

Præcedentibus Religiosis, & Clero ordine suo.

1 Proxenetæ Riparum.
Portionarij Ripæ.
2 Notarius Turris Nonæ.
Notarius Protonotariorum participantium.
Notarij Vicarij Papæ.
Notarij Vicecamerarij.
3 Scriptores Archiuij.
4 Scriptores Breuium.
5 Collectores Plumbi.
6 Sollicitatores Apostolici.
7 Notarij Auditoris Cameræ.
Scriptores, & Clerici Regesti supplicationum.
Scriptores Regesti Bullarum.
Notarij Auditorum Rotæ.
8 Procuratores literarum Apostolicarum minoris gratiæ.
9 Procuratores Contradictarum.
10 Abbreuiatores de minori.
11 Scriptores literarum Apostolicarum minoris gratiæ.
Auditor Pænitentiariæ. } simul
Regens Pænitentiariæ. }
Notarius Cancellariæ. } simul.
Ostiarius Cancellariæ. }
De consuetis.
12 Milites Pij.
13 Milites Lilij.
14 Milites S. Pauli.
15 Milites S. Petri, simul cum Scutiferis habitum non portantibus.
16 Scriptores Apostolici togati.
17 Rescribendarius, cum duobus Defensoribus.
Magistri vtriusque Regesti.
Custos Cancellariæ.
Regens Cancellariæ.
Plumbatores.
Magistri Plumbi.
18 Scutiferi Papæ portantes habitum, & Soldanus.

Procuratores ordinum.
Procuratores principum.
procurator Fiscalis. }
Aduocati Consistoriale. }
Summista. } simul.
Secretarii. }
Cubicularii extra Cameram.
Cubicularii Apostolici participantes.
Clerici Sacri Collegii.
Cubicularii secreti.
Cubicularii, seu Capellani portantes mitras.
Nobiles, qui sedent in gradibus solii.
Conseruatores Vrbis.
Oratores principum.
Senator.
Orator Cæsaris.
Principes stantes in solio.
Cantores Papæ.
Abbreuiatores, & acoluthi cum cottis.
Clerici Cameræ.
Auditores Rotæ, cum Magistro Sacri palatii.
Subdiaconi.
Acoluthi, cum candelabris vii.
Subdiaconus paratus portans Crucem, & ad eius latera duo Ostiarii cum virgis.

PRAELATI PARATI.

Pænitentiarii.
Abbates.
Episcopi, Archiepiscopi.
Oratores prælati.
Assistentes Papæ.
Cardinales Diaconi.
Presbyteri.
Episcopi.
Duo Diaconi assistentes.
Scutiferi cum funalibus accensis.
Milites aliquot D. Petri supplentes ad Baldachinũ.

Acoluthus

Acoluthus cum nauicula.
Caeremoniarij.
Acoluthi duo cum duobus thuribulis.
Seruientes armorum quattuor.
Papa sub Baldachino.
Auditor de mitra, medius inter duos cubicularios.
Secretarius Papae.
Medici.
Protonotarij cum cappis.
Generales ordinum.
Referendarij.

Seruientes armorum, & Cursores cum suis maaijs à porta Palatij per viam processionis, vsque ad portam Sancti Petri custodiant processionem, & hortentur ad procedendum.

Ostiarij similiter cum suis virgis purpureis, & cum eis officiales de porta ferrea, & de catena à porta S. Petri vsque ad altare similiter custodiant, & non permittant aliquos exire cum tortijs, nec eas extinguere, nisi reposito Sacramento super altari per Pontificem.

Caeremoniarum magister cum Reuerẽdissimo DD. Cardinalium Diaconorum priore, & Vicecamerario, praemissum ordinem obseruari faciant, & exequantur.

LXXXXI.

Taxa seruanda à Scriptoribus Archiuij Romanae Curiae.

Taxas autem seruandas per Notarios aliorum Tribunalium Vrbis, vide sup. in Pij 4. const. 148. Cum nuper, fol. 901. & ibi not.

De materia autem Archiuij, vide sup. in Pij 5. const. 89. Pridem, fol. 1054. cum ibi notatis.

GREGORIVS Papa XIII. Motuproprio, &c.

ALIAS CVPIENTES indemnitatibus atque dispendijs partium litigantium in Vrbe, potissimum vero in causis, in quibus per Archiuij Rom. Cu. Scriptores, tam coram S.R.E. Cardinalibus, quam totius dictae Curiae Praelatis, siue vigore specialis commissionis, siue viuae vocis oraculo, siue etiam vigore compromissi inter partes facti, & aliàs quomodolibet introductis, & introducendis hactenus scriptum est, & deinceps scribi contigerit, consulere, taxas quasdam Registrorum, Notarum, sententiarum, & diuersorum aliorum actorum, & instrumentorum per eosdem Scriptores in causis ipsis factorum, & in dies faciendorum pro congrua, & competenti Scriptorum eorundem mercede conficien. dilecto filio nostro Alexandro eiusdem S.R.E. Cardinali Riario nuncupato, cuius circa hoc experientiam iam diu abunde cognouimus, verbotenus commisimus: qui dum non minori studio, quam nos ipsi circa partium litigantium huiusmodi indemnitatem versaretur, rem sibi commissam à nobis exequi desiderans, taxas Registrorum, notarum, sententiarum, & aliorum actorum in huiusmodi causa fieri solitarum condidit huiusmodi tenoris, videlicet. Alex Card. Riarius de mandato Pon. condidit huiusm. taxas.

Pro quolibet folio copiae bol. sex. bol.6
Pro fide cuiuslibet primi actus. iul.4.½
Et si fuerint plures addantur iul. duo pro quolibet actu. iul.2
Pro quolibet centenario Regestri boni & recipien. in carta nõ bibula iulios quadragintaquatuor. iul.44
Pro quolibet centenario Rubricaturae, processus de partibus, iul. viginti. iul.20
Testes qui non rubricantur, soluantur pro medietate.
Processus habiti vigore remissoriae, seu compulsoriae, & alij exceden. folia vigintiduo non registrentur, sed habeatur respectus quatenus rubricatura veniat duplican. vel triplican.
Pro nota sententiae in prima instantia coram Referendario, iul. triginta. iul.30
In secunda iul. viginti. iul.20
In tertia iul. quindecim. iul.15
Pro nota sententiae interlocutoriae, iul. quinque. iul.5
Pro nota sententiae declaratoriae, iul. quinque. iul.5
Pro instrumento declaratoriae, iul. sex. iul.6
Pro brachio saeculari, iul. decem & octo. iul.18
Pro nota sententiae absolutoriae à censuris. iul.5
Pro instrumento absolutionis, iul. sex. iul.6
Et si fuerint plures, addantur pro quolibet. iul.3
Pro capitulo, seu Communitate. iul.36
Pro instrumento reintrusionis in censuras. iul.6
Pro quolibet Teste examinato in officio. iul. 4.½
Extra officium duplum.
Et si materiae fuerint excessiuae in officio. iul.5
Extra officium duplum.
Excessiuitas intelligatur si articuli, seu interrogatoria excedant numerum viginti duorum.

Pro publicatione, seu summario Testium soluatur modo quo supra, & habeatur respectus ad excessiuitatẽ
Pro mandato de manuten. iul. decem. iul.10
Et si fuerint vigore sententiae, iul. quindecim. iul.15
Pro simili de restituen. & reponeo. iul.15
Pro mandato de subhastan. extra Curiam, iul. septem cum dimidio. iul.7.½
In Curia iul. quatuor cum dimidio. iul. 4.½
Pro alio de deliberan. in Curia, & extra tantundem.
Pro citatione cum inhibitione in Curia, iul. quatuor cũ dimidio. iul.4.½
Pro simili extra Curiam absque censuris. iul.10
Pro citatione cum inhibitione sub censuris extra Curiã iul. duodecim. iul.12
Pro citatione simplici extra Curiam, iul. septem cum dimidio. iul. 7.½
pro compulsorialibus generalibus, iul. octo. iul. 8
pro compulsorialibus specialibus, iul. decem. iul.10
pro monitorio poenali vigore commissionis. iul. 8
pro sequestro extra Curiam, iul. octo. iul. 8
pro instrumento relaxationis illius, iul. sex. iul. 6
pro mandato de consignan. pecunias, res, & bona postquam fuit relaxatum mandatum executiuum extra Curiam, iul. nouem. iul. 9
In Curia iul. sex. iul. 6
pro instrumento intimationis, litis, cessionis, & similium, iul. sex. iul. 6
pro mandato executiuo extra Curiam, iul. vigintiquinque. iul.25
In Curia, iul. viginti duos. iul.22
pro mandato de exequen. extra Curiam. iul. 8
pro fid. Decreti, seu simil. mandato in Curia, iul. quatuor. iul. 4

Pro instrumento Remissoriæ iul. quindecim. iul. 15

Et tantundem soluatur pro literis missiuis cum articulis introclusis, qui si fuerint excessiui, habeatur respectus ad lcripturam.

Pro instrumẽto prorogationis termini Remissoriæ, seu deputationis Iudicum iul. sex. iul. 6

Pro quolibet palmo Rotuli Remissoriæ iul. quinque. iu. 5

Pro instrumento subdelegationis iul. decem. iul. 10

Pro mãdato de immittẽ. in possessionem soluatur tãtũ quantum pro mandato executiuo in Curia, & extra.

Deposita vltra scuta quinque fieri debẽt apud Montem Pietatis, iuxta recentẽ Greg. xiij. const. 104. Inter mulu p tem animi.

Pro deposito soluantur pro quolibet scuto. bol. 2

Pro deposito Cedularum nihil soluatur, sed tantum pro restitutione iul. quatuor cum dimidio. iul. 4½

Pro restitutione cuiuscunque Scripturæ. iul. 4

Et si fuerint excessiuæ habeatur respectus.

Item quod pro registratura quorumcunque mandatorũ & aliorum instrumentorum pro quibus solet fieri deposítum in Rota soluátur folia quinquaginta registri etiã si non fiat.

In causis coram Cardinalibus soluatur duplum iuxta solitum, videlicet pro litigantibus.

In causis Cardinalium videlicet pro Cardinalibus proprijs, & aliorum priuilegiatorum seruetur solitum eorundem priuilegiorum.

Pauperes præsentes, & etiam absentes per Procuratores legitimos admittantur ad iuramentum paupertatis ab vno ex defensoribus Collegij, qui à tergo commissionis debeat annotare iuramẽtum paupertatis, & admissi soluant pro medietate.

Pro duplicatis soluatur medietas omniũ supradictorũ.

De mandato Sanctissimi A. Cardinalis Riarius, die xxix. Martij. M. D. LXXX.

Pontificis Confirmatio. Inhibitio, & renarũ impositio. Contra inobedientes.

Verum ne forte approbationis nostræ defectu Taxas ipsas temporis successu aliqua ratione minus obseruari, aut infringi contingat, illas prout sigillatim hic describuntur, perpetuo approbamus, & confirmamus, illisq; perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, illasque, tam à Scriptoribus, & eorum substitutis, quam partibus litigantibus prædictis penitus obseruari mandamus, Districtius inhibentes Scriptoribus eisdem ne ipsi, & eorum substituti sub pœnis ipso facto sine intermissione incurrendis, videlicet suspensionis ab officij exercitio, & emolumentis omnibus prima transgressione per sex menses, secunda per annum, tertia vero perpetuo, ac pro qualitate rei arbitrio Præsiden. Correctorum Collegij etiam priuationis officij, à partibus litigantibus huiusmodi aliquid vltra, quam quod in taxis ipsis expressum est, pro eorum mercede exigant, contrarium vero faciẽ. eos ad restitutionem plus exacti partibus facien. teneri, ac pœnas prędictas incurrisse eo ipso statuimus, & declaramus, Sicque per quoscunque Iudices sublata, &c. Irritum quoque, &c. decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis per quoscunque Rom. Pont. prædecessores nostros desuper quomodolibet editis. & edendis, ac quatenus opus sit, Cameræ Apostolicæ nouis reformationibus, ac Collegij Scriptorum eorundem statutis, etiam iuramento roboratis, priuilegijs quoque indultis, &c. Quibus omnibus illorum tenores, &c. latissime, & specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Decretũ irritãs.

Clausula derogatoria.

Placet V.

Admissio, & registratio in C. Ap.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Kal. Iunij, Anno decimo.

Die decimaleata Iunij 1581. exhibita est hæc Cedula Motusproprij in Camera Apostolica, & ex decreto in eadem plena Camera facto admissa, & successiue in ipsius Cameræ libris registrata, scilicet libro diuersorum S. D. N. Gregorij xiij. fol. 61. apud me infrascriptum dictæ Cameræ Notarium. A. Cammellus.

XCII.

Bulla siue Constitutio lecta die Cœnæ Domini, Anno 1584.

In nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Excommu. ins.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CONSVEVERVNT ROMANI Põtifices prædecessores nostri, ad retinẽdã puritatẽ Religionis Christianæ, & ipsius vnitatem quæ in coniunctione membrorum ad vnum caput, Christum videlicet, eiusque Vicarium principaliter consistit, & Sanctam fidelium Societatem ab offensione seruãdam, arma iustitiæ per ministerium Apostolatus in præsenti celebritate exercere.

Hæretici eorumque fautores, & libros prohibitos legẽtes, & ab obedientia R. P. recedentes.

Nos igitur vetustum, & solemnem hunc morẽ sequentes, excõmunicamus, & anathematizamus ex parte Dei Omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritussancti, auctoritate quoque Beatorum Apostol. Petri & Pauli, ac nostra. quoscunque Vsiras, Vicleuitas Lutheranos, Zuinglianos, Caluinistas, Vgonottos Anabaptistas, Trinitarios, ac omnes, & singulos alios Hæreticos, quocunque nomine nuncupentur, & cuiuscunque sectæ existant, & eorũ credentes ipsorumque receptatores, & fautores, & generaliter quoslibet defensores, ac eorundem libros hæresim continentes, vel de Religione tractãtes, sine auctoritate nostra, & Sedis Apostolicæ scienter legẽtes, aut tenẽtes imprimẽtes, seu quõlibet defẽdẽtes ex quauis causa publice, vel occultè, quouis ingenio, vel colore: nec nõ Schismaticos, & eos, qui se à nostra, & Rom. Pont. pro tẽpore existẽ. obediẽtia, pertinaciter subtrahũt, vel recedũt.

Appellantes à Papa ad futurũ Cõcilium, & eorum fautores.

Item excommunicamus, & anathematisamus omnes, & singulos cuiuscuoq; status, gradus, seu cõditionis fuerint, & interdicimus Vniuersitates, Collegia, & Capitula, quocunque nomine nũcupentur, ab ordinationibus, sẽtẽtijs, seu mandatis nostris, ac Rom. Pont. pro tempore existentium, ad vniuersale futurum Concilium appellantes, necnon eos quorum auxilio, vel fauore appellatum fuerit.

Piratæ, & eorum auxiliantes.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes Piratas, Latrunculos maritimos, & illos præcipue, qui mare nostrũ, à Mõte argentario vsque ad Terracinam discurrẽtes, eos, qui in illo nauigant deprædãtur, mutilãt, interficiũt, rebusue, & bonis suis spoliãt, omnesq; receptatores eorundẽ, & eis auxiliũ sciẽter dãtes, vel fauorẽ.

Naufragorum bona seu eorum pretia, iniustè capta accipientes.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui Christianorum quorumcunque nauibus tempestate in transuersum (vt dici solet) iactatis, naufragium passis, aut etiam submersis, siue in ipsis nauibus, siue eis delapsa, & in mari, vel litore inuenta, cuiuscunque generis bona, tam in

nostris

nostris Tyrrheni, & Adriatici, quã in quibuscunque alijs cuiuscunque maris regionibus, & littoribus rapuerint, aut scienter ipsi sibi acceperint, aut ab alijs rapta, seu accepta scienter receperint: ita vt nec etiam ob quodcunque priuilegium, consuetudinem, aut longissimi etiam immemorabilis temporis possessionem, seu alium quemcunque prætextum excusari possint.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes qui in Terris suis noua pedagia, seu gabellas ad id potestatem non habentes imponunt, vel augent, aut imponi, vel augeri prohibita exigunt.

Pedagia noua absque potestate imponentes.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes falsarios literarum Apostolicarũ, & in forma Breuis, ac supplicationũ gratiam, vel iustitiam concernentium, per Rom. Pont. vel S.R.E. Vicecancellariũ, seu Gerẽtes, vices eorũ, aut de mandato eiusdem Rom. Pont. signatarũ, aut sub nomine eiusdẽ Ro. Pont. seu Vicecancell. aut gerentiũ vices prædictorũ, signantes supplicationes easdẽ, ac etiã falso fabricãtes literas Apostolicas, & in forma breuis, ac supplicationes huiusmodi, Extendentes constitutionem fel. re. Innocẽtij Papæ iij. quæ incipit. Ad falsariorum, cum omnibus pœnis in ea contentis, ad eosdem fabricantes, & etiam ad falsificantes, seu mutantes supplicationes per nos, seu de mandato nostro signatas, & datas, sine nostra, aut Datarij nostri licentia.

Falsificantes literas Apost. aut falso fabricãtes.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui equos, arma, ferrum, filum ferri, stamnũ, chalybem, omniaque alia metallorũ genera, atq; bellica instrumenta, lignamina, canapẽ, funes, tã ex ipso canape, quã ex quacunque alia materia, & ipsam materiam, aliaq; huiusmodi, quibus Christianos impugnant, deferunt Saracenis, Turcis, & alijs Christi nominis inimicis: Necnon illos qui per se, vel alium, seu alios de rebus Christianæ Reip. statum concernentibus, in Christianorum perniciem, & damnum ipsos Turcas, & Christianæ Religionis inimicos certiores faciunt, illisque ad id auxilium, consilium, vel fauorem quomodolibet præstant: Non obstantibus quibuscunque priuilegijs, & concessionibus quibuscunque Principibus, & Dominijs, siue priuatis personis per nos, & Sedem prædictam hactenus concessis, quæ illis nolumus in aliquo suffragari.

Arma, & alia, quibus Christiani impugnantur ad Infideles deferentes, aut concernẽtia statum Reip. Christianæ eisd. nũciãtes.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes impediẽtes, siue inuadentes eos, qui victualia, seu alia ad vsum Romanæ Curiæ necessaria adducunt, ac etiam eos qui ne ad Romanam Curiam adducantur, vel afferãtur, impediunt, seu perturbant, vel pro eis aliquid exigunt, aut soluere faciunt, seu hæc facientes defendunt, per se, vel alium, seu alios cuiuscunque fuerint ordinis, præeminentiæ, conditionis, & status, ac etiam si Pontificali, vel Regali, aut alia quauis Ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate.

Victualia, & alia ad Vrbem deferẽtium, perturbatores, eorũq; fautores.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes ex proposito interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, seu deprædantes Romipetas, seu Peregrinos ad Vrbẽ causa deuotionis, seu peregrinationis, & prorsus omnes alios ad Sedẽ Apost. accedentes, vel apud eam morantes, aut recedẽtes ab ipsa, & illis dantes auxilium, consilium, vel fauorem.

Peregrinorum, & aliorum ad Sedem Apost venientium, & ex ea proficiscentium offensores.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui non habentes in eadẽ Curia iurisdictionẽ ordinariam, vel delegatam, eius prætextu capiunt, spoliant, detinent morantes in eadem, vel qui talia fieri mãdãt.

Cõmorantium in Curia, absque iurisdict. perturbatores.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerãtes, verberantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S.R.E. Cardinales, ac Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisque Apostolicæ Legatos, vel Nuncios, aut eosdem eijcientes à suis diœcesibus, territorijs, Terris, seu Dominijs, eaque mandantes, vel rata habentes, seu præstantes eis auxilium, consiliũ, vel fauorem.

Cardinaliũ, & aliorum Prælatorum offensores, eorumque auxiliantes.

Item excommunicamus, & anathematizamus illos, qui per se, vel alium, seu alios, quascunque personas Ecclesiasticas, vel sæculares ad dictam Curiã super eorum causis, & negotijs recurrentes, illasque in eadem Curia prosequentes, aut procurantes, negotiorũq; gestores, Aduocatos, Procuratores, & agentes ipsorum, seu etiã Auditores, vel Iudices, super dictis causis, vel negotijs deputatos, occasione causarũ, vel negotiorum huiusmodi verberant, mutilant, occidunt, bonis spoliãt, seu qui per se, vel alium, seu alios directe, vel indirecte prædicta exequi vel procurare, aut in eisdẽ consiliũ, auxiliũ, vel fauorẽ præstare non verẽtur, cuiuscunque præeminentiæ, & dignitatis fuerint: Ac etiam omnes, tam Ecclesiasticos, quam sæculares, cuiuscunque dignitatis, qui prætexẽtes friuolã quãdã appellationẽ à grauamine, vel futura executione literarũ Apostolicarũ, & in forma breuis, tã gratiã quam iustitiam concernentium, necnon citationum, inhibitionũ, sequestrorũ, monitoriorum, processuum, executorialium, & aliorũ decretorũ à nobis, & à Sede prædicta, seu Legatis, Nuncijs, Præsidẽtibus, Cam. Apost. Auditoribus, Commissarijs, alijsque Iudicibus, & delegatis Apostolicis emanatorum, & quæ pro tempore emanauerint, aut aliàs ad Curias sæculares, & laicã potestatẽ recurrunt, & ab ea, instãte etiã Fisci procuratore, appellationes huiusmodi admitti, ac literas, citationes, inhibitiones, sequestra, monitoria, & alia prædicta capi, & retineri faciũt. Quiue illa simpliciter, vel sine eorũ beneplacito, consensu, vel examine executioni demãdari, aut ne tabelliones, & Notarij super huiusmodi literarũ, & processuũ executione instrumẽta, vel acta cõficere, aut cõfecta parti, cuius interest, tradere debeãt, impediũt, vel prohibẽt: ac etiã partes, seu earum agentes, Notarios, executores, & subexecutores literarũ, citationũ, monitoriorũ, & aliorũ prædictorũ capiũt, percutiũt, vulnerãt, carcerãt, detinẽt, ex Ciuitatibus, locis, & Regnis eijciũt, bonis spoliãt, perterrefaciunt, concutiũt, & cõminantur, per se, vel aliũ, seu alios publice, vel occulte, seu capi, carcerari, detineri, percuti, vulnerari, minisque agitari faciunt. Quiue aliàs quibuscunque personis in genere, vel in specie, ne pro quibusuis eorũ negotijs prosequẽdis, seu gratijs, vel literis impetrandis ad Romanam Curiam accedant, aut recursum habeant, seu gratias ipsas, vel literas à dicta Sede impetrent, seu impetratis, vtantur, directe, vel indirecte prohibere, statuere, seu mandare, vel eos apud se, aut Notarios, seu tabelliones, vel aliàs quomodolibet retinere præsumunt.

Offendentes eos qui ad Romanã Curiam recurrunt Procuratores, vel eorũ necnon, & impediẽtes executionem literarum Apost. & aliarum expeditionẽ, vel prohibitiones aliquem recursum habere ad Sedẽ Apo. vel gratias impetrare.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos Cancellarios, Vicecancell. & Cõsiliarios ordinarios, & extraordinarios quorumcunque Regũ, & Principũ, ac Præsidentes Cancellariarũ, Consiliorũ, & parlamentorum: necnõ Procuratores generales eorũdem, vel aliorum Principum sæcularium, etiã si Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacunque præfulgeãt dignitate, quocunque nomine nuncupentur: aliosque Iudices, tã ordinarios, quã delegatos, necnon Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, Cõmẽdatarios, Vicarios, & officiales, qui per se, vel aliũ, seu alios auctoritate propria, & de facto, quarũcũq; exẽptionũ, vel aliarũ gratiarũ, & literarum Apostolic. prætextu beneficiales, & decimarũ, ac alias causas spirituales, & spiritualibus annexas ab Auditoribus, & Cõmissarijs nostris, alijsq; Iudicibus Ecclesiasticis auocant, illarumue cursum, & audiẽtiã, ac personas, capitula, Conuentus, Collegia, causas ipsas prosequi volentes impediunt, ac se de illarum cognitione tanquam Iudices interponunt, quique partes actrices, quæ illas committi fecerunt, & faciunt: ad reuocandum, & reuo-

Auocantes causas Ecclesiasticas in Auditoribus Apost. eorumq. fautores.

FFF a cari

cari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas, & ad faciendum, vel cõsentiendũ eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à cẽsuris, & pœnis in illis contentis absolui per statutum, vel aliàs compellunt, vel executionem literarum Apostolicarum, seu executorialium, processuum, ac decretorum prædictorum, quomodolibet impediunt, vel suum ad id fauorem, consilium, aut assensum præstant, etiam prætextu violentiæ, & præbendæ, vel aliarum prætensionum, seu etiam donec ipsi ad nos informandos (vt dicunt) supplicauerint, aut supplicari fecerint, nisi supplicationes huiusmodi coram nobis, & Sede Apostolica legitime prosequantur.

Trahentes ad secularia Tribunalia præter iuris dispositionẽ personas Eccl. vel Ecclesiasticã libertatem tollentes, aut lædentes.

Quiue ea eorum prætenso officio, vel ad instantiam partis, aut aliorum quorumcunque personas Ecclesiasticas, Capitula, Conuentus, & Collegia Ecclesiarum quarumcunque coram se ad suum Tribunal, audientiam, Cancellariam, Consilium, vel parlamentum, præter iuris Canonici dispositionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directe, vel indirecte, quouis quæsito colore: Necnon qui statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, seu quæuis alia decreta in genere, vel in specie, ex quauis causa, & quouis quæsito colore, ac etiã prætextu literarum Apostolicarum vsu non receptarum, seu reuocatarum, vel cuiusuis consuetudinis, aut priuilegia, vel alias quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel factis, & ordinatis vsi fuerint, vnde libertas Ecclesiastica tollitur, seu ĩ aliquo læditur, vel deprimitur, aut aliàs quouismodo restringitur, seu nostris & dictæ Sedis, ac quarumcunque Ecclesiarum iuribus quomodolibet directe, vel indirecte, tacite vel expresse præiudicare.

Impedientes iurisdictionẽ Iudicum Ecclesiast. eorumque fautores.

Necnon qui Archiepiscopos, Episcopos, aliosque Superiores, vel inferiores Prælatos, & omnes alios quoscunque Iudices Ecclesiasticos ordinarios quomodolibet impediunt, quo minus sua iurisdictione Ecclesiastica contra quoscunque vtantur, secundum quod Canones, & sacræ constitutiones Ecclesiasticæ, & decreta Conciliorum generalium, & præsertim Tridentini, statuunt. Ac etiam eos, qui post ipsorum ordinariorum, vel etiam delegatorum quorumcunque sententias, & decreta, aut alias fori Ecclesiastici iudicium eludentes, ad Cancellarias, & alias curas sæculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata etiam pœnalia ordinarijs, aut delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant; Eos quoque qui hæc decernunt, & exequuntur, seu dant auxilium, consilium, patrocinium, & fauorem in eisdem.

Vsurpãtes S. dic. Apost. & quarũcunque Ecclesiarũ iurisd. & fructus, vel eos sequestrantes.

Quiue iurisdictiones, seu fructus, redditus, & prouentus, ad nos, & Sedem Apost. & quascunque Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentes vsurpant, vel etiam quauis occasione, vel causa, sine Rom. Pont. vel eorum, ad quos iure pertinent, expressa licentia sequestrant.

Imponentes decimas, collectas, &c. personis Eccl. absque licentia Põtificis.

Quiue collectas, decimas, taleas, præstantias, & alia onera Clericis, Prælatis, & alijs personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & prouentibus huiusmodi absque simili Rom. Pont. speciali, & expressa licentia imponunt, & diuersis etiam exquisitis modis exigant, aut sic imposita, etiam à sponte dantibus, & concedentibus recipiunt: Necnon qui per se, vel alium, seu alios directe, vel indirecte prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem, aut votum, seu suffragium palam, vel occulte præstare non verentur, cuiuscunque sint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam si Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, Respublicæ, & alij Potentatus quicũque, etiam Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, & Terris quoquomodo præsidentes, aut quauis etiam Pontificali dignitate insigniti: Innouantes decreta super his per sacros Canones, tam in Lateranen. nouissime celebrato, quam alijs Concilijs generalibus edita, etiam cum censuris, & pœnis in eis contentis.

Iudices seculares se interponentes in causis criminalibus cõtra personas Eccl.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoscunq; Magistratus, Senatores, Præsidentes, Auditores, & alios Iudices quocunque nomine vocentur, ac Cancellarios, Vicecancellarios, Notarios, Scribas, executores, & subexecutores, & alios quoquomodo se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus cõtra personas Ecclesiasticas, illas banniendo, capiendo, processando, seu sententias contra illas proferendo, vel exequendo, etiam prætextu quorumcũque priuilegiorum à Sede Apostolica ex quibusuis causis, ac sub quibuscunque tenoribus, & formis, in genere, & specie concessorum quibuscunque Regibus, Ducibus, Principibus, Rebuspublicis, Monarchis, Ciuitatibus, & alijs quibuscunque potentatibus quocunque nomine censeãtur, quæ nolumus illis in aliquo suffragari, illa omnia ex nunc in irritum reuocando.

Occupantes Terras, & loca S.R.E. aut in illis supremam iurisdict. vsurp. eorũque fautores.

Itẽ excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, vel alium, seu alios, directe, vel indirecte sub quocunque titulo, vel colore de facto occupant, vel detinent, vel hostiliter destruunt, vel inuadunt, aut occupare, detinere, vel destruere, aut inuadere hostiliter præsumpserint in totum, vel in partem Almam Vrbem, Regnum Siciliæ Insulas Sardiniæ & Corsicæ, Terras citra Pharum. Patrimonium B. Petri in Tuscia, Ducatum, Spoletanum, Comitatum Venaysinum, Sabinensem, Marchiæ Anconitanæ, Massæ Trebariæ, Romandiolæ, Campaniæ, & maritimas Prouincias, illarumque Terras, & loca, ac Terras specialis commissionis Arnulphorum, Ciuitatesque nostras Bononiam, Cæsenam, Ariminum, Beneuentum, Perusium, Auinionem, Ciuitatem Castelli, Tudertum, & alias Ciuitates, Terras, & loca, vel iura ad ipsam Rom. Ecclesiam pertinentia, dictæque R.E. mediate, vel immediate subiecta: quiue supremam iurisdictionem in illis nobis, & eidem R.E. competentem de facto vsurpare, perturbare, retinere, & vexare varijs modis prætumunt: Necnon adhærentes, fautores, & defensores eorum, seu illis auxilium, consilium, vel fauorem quomodolibet præstantes.

Raptores supellectilium, & bonorum Ca. Apost. tempore infirmitatis Pont. aut vacationis Sedis Apost.

Necnon omnes, & singulos supellectilium, librorum, scripturarum, & bonorum Cameræ, & Palatij Apostolici ex eodem palatio infirmitatis Rom. Pont. ac Sedis Apostolicæ vacationis tempore, ablatores, raptores, & illorum detentores, ac quoscunque alios, ad quorum manus bona prædicta quocunque titulo, & ex quauis causa scienter peruenerint.

. Hæc constitutio durat vsque ad publicationem alterius similis constit.

Volẽtes præsentes nostros processus, ac omnia, & quæcunq; his literis contenta, quousq; alij huiusmodi processus à nobis, aut Rom. Pon. pro tempore existen. fiant, aut publicẽtur, durare, suosque effectus omnino sortiri.

Reseruatio absolutionis.

Cæterũ à prædictis sentẽtijs nullus per alium, quã per Ro. Põt nisi ĩ mortis articulo cõstitutus, nec etiã tunc, nisi de stãdo Eccl. mãdatis, & satisfaciẽdo cautione præstita absolui possit, etiã prætextu quarumuis facultatũ, & indultorum, quibuscunque personis Ecclesiasticis, sæcularibus, & quorumuis ordinum, etiam mendicantium, & Militiarum regularibus, etiam Episcopali, vel alia maiori dignitate præditis, ipsisque ordinibus, & eo-

& eorum Monasterijs, Conuentibus,& Domibus,ac Capitulis,Collegijs,Confraternitatibus, Cõgregationibus, Hospitalibus, & locis pijs, necnon laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus per nos,& dictam Sedem,ac cuiusuis Concilij decreta, verbo, literis, aut alia quacunque scriptura in genere, & in specie concessorum, & innouatorum,ac concedendorum, & innouandorum.

Quod si forte aliqui contra tenorem præsentium talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum alicui absolutionis beneficiũ impẽdere de facto præsumpserint,eos excommunicationis sententia innodamus,grauius contra eos spiritualiter,& temporaliter,prout expedire nouerimus, processuri. Absoluẽtes,alios in casibus hic reseruatis excõmunicantur

Declarantes,ac protestantes quamcunque absolutionem etiam solẽniter per nos faciendam, prædictos excommunicatos sub præsentibus comprehensos, nisi prius a præmissis, cum vero proposito vlterius similia non committendi,destiterint: Ac quo ad eos,qui contra libertatem, vt præmittitur,statuta fecerint, nisi prius statuta,ordinationes, constitutiones,pragmaticas, & decreta huiusmodi publice reuocauerint, & ex Archiuijs, seu Capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur, deleri, & cassari, ac nos de reuocatione hmõi certiores fecerint,eos non comprehendere,nec eis aliter suffragari. Quin etiam per huiusmodi absolutionem, aut quoscunque alios actus contrarios,tacitos, vel expressos,ac etiam per patientiam, & tolerantiam nostram, vel successorum nostrorum quantocunque tempore continuata, in præmissis omnibus & singulis, ac quibuscunque iuribus Sedis Apostolicæ,ac S. R. E. vbicunque, & quomodocunque quæsitis, vel quærendis nullatenus præiudicari posse, seu debere. Absolutio nõ tollas quos cõprehendat.

Non obstantibus priuilegijs, indulgentijs, & literis Apostolicis generalibus,vel specialibus, supradictis,vel eorum alicui,seu aliquibus, & alijs cuiuscunque ordinis,status, vel conditionis, dignitatis,& præeminentiæ fuerint,etiam si vt præmittitur,Pontificali,Imperiali, Regali,seu quauis ecclesiastica, & mundana præfulgeant dignitate, vel eorum Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus,seu locis, a prædicta Sede ex quauis causa etiam per viam contractus aut remunerationis,& sub quauis alia forma, & tenore,ac cum quibusuis clausulis etiam derogatoriarum derogatorijs concessis,etiam cõtinentibus quod excommunicari, anathematizari,vel interdici non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi ac de ordinibus, locis, nominibus proprijs, cognominibus, & dignitatibus eorum mentione: Necnon consuetudinibus etiam immemorabilibus,ac præscriptionibus quantumcunque longissimis,& alijs quibuslibet obseruantijs scriptis, vel non scriptis, per quæ contra hos nostros processus,ac sententias,quo minus includantur in eis, se iuuare valeant, vel tueri: quæ omnia quoad hoc, earum omnium tenores,ac si ad verbum nihil penitus omisso insererentur præsentibus,pro expressis habentes,penitus tollimus,& omnino reuocamus,cæterisque contrarijs quibuscunque. Clausulæ derogatoriæ.

Vt vero præsentes nostri processus ad communem omnium notitiam facilius deducantur chartas,seu mẽbranas processus ipsos continentes valuis Ecclesiæ S. Ioannis Lateranen.& Basilicæ Principis apostolorum de vrbe appendi fecimus,quæ processus ipsos quasi sonoro præconio, & patulo iudicio publicabunt, vt ij,quos processus huiusmodi contingunt,quod ad ipsos non peruenerint,aut quod ipsos ignorauerint,nullã possint excusationem prætendere, aut ignorantiam allegare, cum non sit verisimile id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur. Forma & effectus publicationis hanc constit. in Vrbe.

Insuper, vt processus ipsi, ac præsentes literæ ac omnia & singula in eis contenta eo fiant notiora, quo in plerisq; ciuitatibus, & locis fuerint publicata vniuersis & singulis Patriarchis, primatibus, Archiepiscopis,Episcopis, & locorum Ordinarijs, Prælatis & Rectoribus vbilibet constitutis per hæc scripta committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus, vt per se vel alium seu alios præsentes literas,post quam eas receperint,seu earum habuerint notitiam,semel in anno,aut si expedire viderint, etiã pluries in ecclesijs suis,dum in eis maior populi multitudo ad diuina conuenerit,solẽniter publicent,& ad Christifidelium mentes reducant,nuncient,& declarent. Ordinarij locorũ debeant quo tãnon hanc constitutionẽ in eorum Ecclesijs frequẽti populo publicare.

Cæterum hortamur eosdem vniuersos, & singulos Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, aliosque locorũ ordinarios, & Ecclesiarum Prælatos, necnon Rectores, ceterosque curam animarum exercentes, ac presbyteros seculares, & quorumuis ordinum regulares ad audiendum confessiones quauis auctoritate deputatos, vt transumptum harum literarum penes se habere,legere,& diligenter examinare procurent. Confessarij habeant transumptum huius constitutionis.

Volentes earundem præsentiũ transumptis,etiam impressis,Notarij publici manu subscriptis,& sigillo Iudicis ordinarij Rom. Curiæ,vel alterius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus fidem in iudicio, & extra illud vbique locorum adhibendam fore, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Transumptis subscriptis detur fides.

Nulli ergo omnino hominũ liceat hãc paginam nostræ excommunicationis,anathematizationis,interdicti, declarationis,protestationis,sublationis,reuocationis,cõmissionis,innodationis,mandati,hortationis & voluntatis infringere,vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attẽtare præsumpserit,indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Hęc constit.nõ violetur.

Datum Romæ apud sanctum Petrum,Anno Incarnationis Dominicæ 1584. Septimo Kal.Aprilis,Pontificatus nostri. Anno Duodecimo.

Cæ. Glorierius.

M.Card.S.Stephani.

A. de Alexijs.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Declaratio

XCIII.

Declaratio, quod constitutio edita contra ementes, Sal exterum in locis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, comprehendat oon solum immediate, sed etiam mediate subiectos Sedi Apostolicæ.

Quam constitutionem habes supra, fol. 1267. nu. 51. Ex incumbenti.

GREGORIVS Papa XIII. Ad futuram rei memoriam.

ALIAS emanatune a nobis literæ tenoris subsequentis, videlicet Ex incumbenti.

Omittitur tenor, quia habes supra, fol. 1267. in const. 52.

Declaratio. Cum autem mentis, ac voluntatis nostræ fuerit, non modo immediate, sed etiam mediate nobis, & Apost. sedis subiectos in præinsertis literis cóprehédi, Idcirco Motu proprio, & certa nostra sciétia similibus tenore præsentium decernimus, & declaramus, etiam mediate nobis, & dictæ sedi subiectos, in dictis literis fuisse comprehensos, easque etiam ad hoc validas, & efficaces fuisse, esse, & fore, ac illos, qui post earum datam hactenus quomodolibet eis contrauenerunt, & ex nunc in futurum contrauenient, pœnas prædictas incurrisse & incurrere in omnibus, & per omnia perinde ac si in eisdem literis de mediate & immediate subiectis specialis, specifica, & expressa mentio facta fuisset. Sicque ab omnibus censeri, & iudicari debere, necnon irritum, & inane quicquid secus à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obstantibus omnibus, quæ in dictis literis voluimus non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus etiam quod præsentium transumptis manu Notarij Cameræ Apostolicæ subscriptis, & sigillo nostri, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarij munitis, plena vbique fides adhibeatur, ac si originales literæ exhiberetur.

Decretum irritans.

Clausulę derogat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 3. Decembris 1582. Pontificatus Nostri Anno Vndecimo.

Cæ. Glorierius.

XCIIII.

Montis Pij non vacabilis noua erectio, ac eius emolumentorum reductio ad scuta sex pro centenario.

Hunc Montem vacabilem, cum emolumeotis ad scuta duodecim pro centenario, erexerat Pius 4. vt supra in eius const. 76. Inter multiplices, fol. 759.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

AD APOSTOLICAE dignitatis apicem diuina dispositione vocati ex susceptæ seruitutis officio circa ea nos potissimum studere ac versari debere putamus, per quæ personarum quarumlibet ac Ecclesiarum & Hospitalium aliorumque piorum locorum statui & indemnitati opportune prouideatur. Sane nuper nos Montem Pium non vacabilem dudum a felicis recordationis Pio Papa iiij. prædecessore nostro, constitutis in eo locis seu portionibus non vacabilibus, quatuor millibus & quingentis ac quinquaginta cum annuo redditu trigintaquatuor millium, ac centum & vigintiquinque scutorum monetæ super certis tunc expressis Cameræ nostræ Apostolicæ fructibus, & iuribus erectum & institutum, ac postmodum alijs centum & quiquaginta locis seu portionibus similibus cum alio annuo redditu mille & centú, ac vigintiquinque scutorum similium ab eodem prædecessore actum, atque ita ad quatuor millia & septingenta loca ad summam quadringentorum & septuaginta millium scutorum similium ampliatum, cuius fructus tandem a piæ memoriæ Pio papa V. etiam prædecessore nostro moderati, & ad septem scuta similia pro quolibet centenario annuatim reducti fuerunt, pro subleuatione tanti oneris, quo Camera ipsa in dies premebatur, facultatem superinde nobis antea reseruatam insequentes, illiusque forma seruata cum eiusdem Montis Collegio essentia vsu exercitio insignibus locis seu portionibus atque officijs omnibus penitus extinximus suppressimus & aboleuimus, ac dilecto filio Thesaurario nostro generali mádauimus, vt in Kal. Iulij. proxime præteritis, summam quadringentorú & septuaginta millium scutotum huiusmodi singulis qui tunc erant eiusdem Montis Montistis ad rationem scutorum centú monetæ pro quolibet loco seu portione a Depositario nostro generali numerari restituiq; curaret; & interim de fructibus singulorum locorum eorundem vsque ad easdem Kal. decursis pro rata responderi faceret, ita vt dicto die elapso nulli amplius fructus locorum huiusmodi ratione quibusuis cedere aut ipsi alias de illis disponere possent.

Pius 4. erexit Mótem Pium nó vacabilem cú emolumentis ad duodecim pro centenario, vt sup. in eius constit. 76. fol. 759.

Pius V. reduxit eius fructus ad septem pro centenario, sed eius constit. non posui in Bull.

Hic vero Pont. dictum Montem extinxit. & pecunias restitui mandauit.

Animaduertentes tamen quáplura loca Montis ipsius diuersis Hospitalibus, ecclesijs & alijs locis ijs ascripta, atq; etiam mulierum dotium, fideicómissorum, & euictionum nomine varijs personis hypothecata fuisse, quorú pecunia non ita breui ac tuto alibi collocari posset, eorum hac in re cómodis consulentes, longiorem terminum, nempe ad finem vsq; præsentis Mensis Octobris, ita quod interea eorúdem locorum fructûs eousq; decursos atq; debitos pro rata illis currere & persolui deberent, assignauimus atq; præfiximus. Necnon ipsius Montis redditus annuos trigintaduorum milliú & noningentorum scutorú præter illa duomillia trecenta & quinquaginta ex dicta reductione eidem Cameræ antea iam incorporata super Quatreni Carnis & alijs gabellis, ac Thesaurarijs ipsius Cameræ constitutos, & dicto Monti assignatos ad ius & proprietatem eiusdem Cameræ reuocauimus, alijsq; illius proprietatibus & iuribus consolidauimus, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Quoniam vero summa ducentorum nonagintatrium millium septingentorum & quinquaginta scutorum etiam similium vel circa in tot ipsius Montis locorum extinctionem illius personis ab eodem Depositario iam pro maiori parte persoluta esse reperitur, ac in præsententiarum tot ecclesiarum & hospitalium, ac aliorum piorú locorum, necnon personarum quarundam, ac tam dotium fideicommissorum quàm euictionum loca huiusmodi

summam

summam centum septuagintasex millium ducentorum & quinquaginta scutorum similium constituentia, dumta xat remanent, quæ in fine præsentis mensis erant persoluenda sed perspicientes ecclesiarum Hospitalium & alio rum piorum locorum, necnõ personarum ac dotium & fideicommissorum, ac euictionum loca nondum redẽpta hmôi siue illorũ pecunias nisi maximo cũ illorũ dispendio & iactuta alibi collocari non posse: Proinde si loca ip sa non iũ redẽpta in eodẽ Monte vti prius ad rõnem tamen sex scutorũ monetæ similiũ pro quolibet centenario reducta perpetuo remanerent, ita quod deinceps Mons ipse quoad eadem loca nondum redempta extingui vel redimi non posset Ecclesijs, Hospitalibus ac alijs pijs locis necnon personis etiam illis quibus dotium fideicom- missorum & euictionum huiusmodi nomine loca ipsa hypothecata vt præfertur sunt, nõ mediocriter consulere tur. Quare nos Ecclesiarum & Hospitalium ac aliorum piorum locorum, necnon personarum etiam dotium & fideicommissorum & euictionum huiusmodi ratione loca ipsa nondum redempta possidentium commodis atque indemnitatibus pij patris more prouidere volentes, prædictum Montem Pium non vacabilem quoad ea loca dumtaxat quorum solutio per totum præsentem mẽsem reseruata fuerat, ac ecclesijs, Hospitalibus, & alijs pijs locis adscripta atq; etiam dotium fideicommissorum & euictionum nomine alijs personis hipothecata sunt vt præfertur ad summam centum septuagintasex millium ducentorum & quinquaginta scutorum monetę ascen dentia, quorum omnium nomina summę & loca præsentibus subijciuntur, vna cum illius Collegio essentia vsu exercitio, insignibus, Officialibus, & Ministris ad dicti Collegij nutum toties quoties ponendis & amouendis, nec non obligationibus ac cautionum etiam banchariarum pręstationibus, cautelis, declarationibus, decretis, facul tatibus, indultis, exemptionibus, priuilegijs, gratijs, concessionibus, ordinationibus, & consuetudinibus & alijs omnibus quibus antea dicti Montis personæ, vtebantur, fruebantur, & gaudebant aduersus nostram illius reuo- cationem, ita vt deinceps perpetuis futuris temporibus Mons Pius centum septuagintasex millium ducentorum & quinquaginta scutorum monetę sit esseque censeatur, & nuncupetur pro tot personis quot pecunias suas in eodem Monte Pio vsque ad dictam summam centum septuaginta sex millium ducentorum & quinquaginta scu torum huiusmodi in vno vel pluribus, locis quorum quisque non minus centum scutorum similium existat, iam habent seu habuerint in futurum, apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo restituimus & reponimus ac reintegramus. Necnon, quatenus opus sit, Montem ipsum pro eadem summa centum septuaginta sex millĩ um ducentorum & quinquaginta similium scutorum dumtaxat, pro tot locis quot summa ipsa capax fuerit, eisdẽ que locis ad scuta sex similia pro fructibus annuatim reductis & moderatis, In reliquis vero in omnibus & per omnia vti prius erectus fuerat, pro infrascriptis personis & alijs Hospitalibus, & alijs pijs locis de nouo per- petuo erigimus & instituimus.

Nonc'asli supra dictum Montem non vacabilẽ ex causis hic expres sis renouat pro summa centũ se ptuagintasex mil lium ducatorum & quinquaginta scutorum tantũ.

Ac vt Camera ipsa etiam aliquod suscipiat releuamen, singula Montis loca huiusmodi ad rationem sex scuto rum similium pro quolibet centenario reducimus & moderamus. Pro quorum quidem locorum solutione de bimestri in bimestre facienda tot ex quatreni Carnis status Ecclesiastici gabella, & in illius defectum super alijs ipsius Cameræ gabellis, & Thesaurarijs in ipsius Montis erectione expressis, fructus & redditus qui ad sum- mam decem millium quingentorum & septuaginta quinque scutorum similium annuatim ascendant, iam ad Cameræ ipsius ius & proprietatem vt præfertur restitutos & consolidatos ab ipsa Camera dismembramus & se paramus, illosque sic dismembratos & separatos eidem Monti perpetuo appropriamus, incorporamus, & assignamus.

Eiusque fructus ad sex pro cente nario reducit.

Volentes & apostolica auctoritate statuentes ac decernentes Montem ipsum deinceps a nobis aut Rom. Pon tifice pro tempore existente aliqua ratione vel prætextu, aut quouis quæsito colore vel ingenio nullo tempore redimendum aut extinguentium, sed perpetuo duraturum, ac inextinguibilem & irredimibilem esse, ac quoties illum extingui vel redimi contigerit, toties illum in pristinum suum statũ restitutum plenarieque reintegratum aut de nouo erectum & institutum esse & censeri.

Montemq; extin gui non posse de cernit.

Necnon ecclesias, hospitalia, & alia pia loca ac personas etiam dotium vel fideicommissorum, aut euictio- num nomine loca ipsius Montis possidentes resolutis euictionibus fideicommissis vel dotibus lucratis, vel etiã non resolutis, sed ipsis stantibus, dummodo illa super tot bonis stabilibus quo locorum huiusmodi capacia fue- rint & sufficientia, ac alias tuto assignentur in fauorem quarumcunque personarum qualitercunque qualifica- tarum ac alias modo & forma quibus in prima erectione Montis huiusmodi poterant in omnibus & per omnia disponere, eosque in eisdem locis successores eiusdem Montis perpetuitate pariformiter atque ipsi disponentes sine vlla prorsus differentia vti, frui, & gaudere libere & licite posse, ac neminem ex eis propter nostram Mon- tis huiusmodi reuocationem, vt præfertur, aut alias quouis prætextu, causa, ratione, seu quouis colore ab ipsius Cameræ Officialibus & ministris etiam Cardinalatus honore fungentibus nunc & pro tempore existentibus super præmissis molestari perturbari aut inquietare seu quominus ipsi locorum suorum fructus ad rationem sex scutorum similium pro quolibet centenario libere percipere valeant impediri nullatenus posse seu debere.

Ac de Montib. li bere disponi pos se declarat pro ut in eius Mon tis erectione con cessum fuit.

Sicque per quoscunque Iudices & Cõmissarios dictæq; Cameræ Ministros & Officiales ac alios quoscunque etiam causarum Palatij Apostolici Auditores seu eorum Locatenentes ac etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardi nales, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & diffiniri debere, ac irritum & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoran ter contigerit attentari.

Decretũ irritãs.

Executorum de putatio.

Ac mandantes in virtute sanctæ obedientiæ dilecto filio nostro Aloysio tt sancti Marci presbytero Cardinali Cornelio nuncupato sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario eiusque in officio camerariatus huiusmodi successori bus, necnon Præsidentibus, Clericis, Officialibus & Ministris nunc & pro tempore existentibus dictæ Cameræ, quatenus eiusdem Montis personis earumque Collegio de redditibus eis, vt præfertur, assignatis integre satis- fieri procurẽt, Non permittentes eas per quoscũque desuper quomodolibet molestari, perturbari vel inquietari.

Et nihilominus vt dicti Montis personæ & loca tutiora sint & a molestijs quibuscunque liberentur & præser- uentur, concedimus eis vt ipsi vnum, duos vel plures etiam eiusdem sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in suos & dicti Montis rerumque suarum protectores, conseruatores, defensores, iudices, atque compulsores contra quoscunque eligere possint, qui eos ratione eorum & negociorum Montis huiusmodi molestare præsumpserint cum omnibus facultatibus & iurisdictionibus ordinarijs & delegatis ad id requisitis necessarijs & opportunis quotiescunque eis videbitur assumere, ceteraque salubrem Montis huiusmodi statum & directionem concernen tia fa-

Facultatem Mon- tistarum el gen- di Cardinales in Protectores hu- ius Montis.

tia facere & exercere libere & licite valeant, etiam si talia forent quæ magis specificam exigerent facultatem quàm præsentibus sit expressum.

Clausulæ derogatoriæ.

Non obstantibus Pij Quarti prædecessoris, Montis huiusmodi erectionis, & nostræ illius reuocationis literis, ac tam in eis contentis, quàm alijs quibuscunque capitulis, constitutionibus, decretis, priuilegijs, statutis, indultis, & concessionibus quibusuis quomodolibet, etiam Motu proprio, & ea certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine ac etiam consistorialiter, & cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs alijsque efficacioribus & insolitis clausulis, necnon irritantibus & alijs decretis quomodolibet concessis, & etiam iteratis vicibus approbatis & innouatis, quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, nō autem per clausulas generales idem importantes mētio seu quæuis alia expressio habēda, aut aliqua alia exquisita forma adhoc seruanda foret, & in eis caueatur expresse, quod illis nullateous derogari possit, illorum omnium, necnon quorumcunque instrumentorum conuentionum præmissorum occasione quomodolibet confectorum & conficiendorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, necnon modos & formas pro indiuiduo seruatis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus cæterisque contrarijs quibuscunque.

Ceterum ad vniuersorum & singulorum commoditatem volumus, vt præsentium transumptia manu Notarij publici seu Secretarij dicti Montis subscriptis, & personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ vel etiam ipsius Collegij sigillo munitis eadem prorsus fides in iudicio & extra illud vbique locorum adhibeatur, quæ adhiberetur præsentibus si exhibitæ essent vel ostensæ.

Nomina vero personarum ecclesiarum hospitalium, & aliorum piorum locorum præfatorum ac loca & pecuniarum summæ ad eorum singulos spectantia sunt hæc videlicet.

Nomina Montistarum.

Angelus Petronius, pro quatuor millibus scutis: Altare sancti Antonij in ecclesia sancti Laurentij in Lucina, pro ducentis scutis: Alfonsus Gonzaga, pro quatuor millibus & sexcentis scutis: Antonius Tronfarellus, pro quingentis scutis: Alexander Manlilius, pro quingentis scutis: Alexander de Vanninis, pro ducentis scutis: Aloysius Berretta, pro trecentis scutis; Aloysius Gabriel. Fabritius sororesque de Berretta, pro septingentis scutis: Antonius de Nartellis, seu de Mareschalchis, pro septingentis scutis: Adrianus Alemanus, pro quingentis scutis: Aeneas & Fratres de Vicecomitibus, pro quadringentis scutis: Antonina, Fuluia & Claudia olim Iacobi Matthæi, pro quatuor millibus scutis: Abbatia sancti Vincentij in Prato Mediolani, pro duobus millibus & sexcētis scutis: Archiconfraternitas Charitatis, pro duobus millibus & septingentis scutis: Abbatia sancti Siluestri Nonantulæ, pro centum scutis: Ars Merciariorum vrbis, pro ducentis scutis: Carolus Mazzeus, pro quatuor millibus scutis: Capitulum sanctæ Mariæ Cremæ pro ducentis scutis: Carolus & alij de Grassis, pro octingentis scutis: Canonici Lateranen. de Pace, pro mille & ducentis scutis; Catechumini vrbis, pro octingentis scutis: Collegium Beneficiatorum sancti Ioannis Lateranen. pro centum scutis: Cæsar de Iudicibus, pro quadringentis scutis: Cæsar Corcilutus, pro quingentis scutis: Camillus, Iulius & Luna olim nobilis Iulij Viterbien. pro trecentis scutis: Collegium Germanicum Vrbis, Pro quingentis scutis; Camilla Petrucia de Cabbalutijs, pro quingentis scutis: Capella Assumptionis in ecclesia sancti Iacobi Hispanorum Vrbis, pro mille & cētum scutis: Capella sancti Pauli in ecclesia sancti Iacobi Hispanorum vrbis, pro mille & centum scutis: Claudia Ioannis Galli, pro ducentis scutis: Catharina Cocceana, pro centum scutis: Constantia Cocceana, pro quinque millibus & trecentis scutis; Constantia Carcana, pro centum scutis: Donatus Closius, pro sex millibus & trecentis scutis: Dominicus, Bernardinus & Ioannesmaria de Paradisis, pro centum scutis: Diana Cherubini, pro trecentis scutis: Helena, Faustina, Pelotia, pro ducentis scutis: Ecclesia sanctæ Mariæ de Anima, pro mille & septingentis scutis: Euangelista Ragonesia, pro ducentis scutis: Ecclesia sanctæ Mariæ de Ragusia, pro quingentis scutis: Ermelina Francisci de Petrazolis, pro centū scutis: Elisabetta Lazari de bello de Mōtepolitiano, pro centū scutis: Elisabetta Philippi Romuli, pro cētū scutis: Ecclesia & Hospitale S. Iacobi Hispanorū, pro mille & quadringētis scutis: Ecclesia parochalis S. Stephani in Piscivola, pro ducētis scutis: Ecclesia S. Iacobi Hispanorū, pro sexcētis scutis: Fratres S. Ioannis & Pauli, pro trecentis scutis: Fratres sanctiss. Trinitatis Vrbis pro sexcentis scutis: Fratres ijdem proprietarij, Dionysius vero Ludouici vsufructuarios, pro trecentis scutis: Fratres sancti Augustini Perusij, pro trecentis scutis: Flaminius & Fratres de Petronijs, pro quinquemillibus scutis: Franciscus & Valerius de Cancellottis, pro mille & octingentis scutis: Felix Ioannis Dominici de Antisosis, pro trecentis scutis: Ferdinandus de Rubeis, pro quatuormillibus & quingentis scutis: Franciscus Cinus, pro trecentis scutis: Fuluius, Marcusantonius & Ioannesbaptista de Baccis, pro tribusmillibus scutis: Franciscus Seuerinus, pro ducentis scutis: Felix de Gentileschis, pro trecentis scutis: Fabritius de Fortibus, pro ducentis scutis: Fratres Carthusien. sanctæ Mariæ de Angelis, pro trecentis scutis, Fraternitas Misericordiæ Aretij, pro centum scutis; Francisca Gasparis Martini Pilearij, pro centum scutis: Faustina & Catharina Pauli Turchetti, pro sexcentis scutis: Guido Ferrerius Cardinalis Vercellen. pro noningentis scutis: Hieronymus Theodolus Episcopus Gadicen. pro quatuor, millibus scutis: Horatius Parus pro sexcentis scutis: Hieronymus Ruiz, pro duobus millibus & quingentis scutis: Hospitale Sanctæ Mariæ de Anima, pro quadringentis scutis: Hospitale domus Christi Ragusij, pro mille & trecentis scutis: Hospitale Consolationis Vrbis, pro noningentis scutis: Hospitale sancti Iacobi Incurabilium pro centum scutis: Hospitale Dementium Vrbis, pro quadringentis scutis: Hospitale Conualescentium Vrbis, pro quadringentis scutis: Hospitale sancti Antonij Patauij Lusitanorum de Vrbe. pro quadringentis scutis: Horatius Aleandri Rondinelli, pro ducentis scutis: Hieronymus Manlilius, pro quingentis scutis: Hæredes Nicolai Zamboni pro centum & quinquaginta scutis: Hæredes & coniunx quondam Thomæ auia Montij, pro septem millibus & quadringētis scutis: Hieronyma Oldrada, pro centum scutis: Hortensia de Bonamicis, pro ducentis scutis: Ioannes Thomas Buldrinus pro centum & quinquaginta scutis: Ioannes Baptista, Octauianus, & Angelus de Nobilibus, pro sexcentis scutis: Ioannes Franciscus Gratiosus pro octingentis scutis: Ioannes Dominicus Guelfus, pro quingentis scutis: Ioannes & Lucas Antonius Barratta, pro mille & quingentis scutis: Ioannes Antonius & Garsia de Landa pro Mille & quingentis scutis: Iulius & Vincentius Vitellius pro duodecim millibus quadringentis & quinquaginta scutis: Ioannes Vincentius Vitellius pro quinquemillibus & noningentis scutis: Ioannes de Prata pro quingentis scutis: Ioannes Maria Roppolus pro tre-

pro trecentis ſcutis: Ioannes Miruengue pro centum ſcutis: Ioannes Thomas Cappociettus, pro ducentis ſcutis: Ioſephus Carpanus pro duobus millibus, & noningentis ſcutis: Ioannina Gratiana & Petrus Cloſius, pro quinque millibus & ducentis ſcutis: Iſabella Gianetta, pro ducentis ſcutis: Iulia de Lippis monialis, pro centum ſcutis: Laurentius Angelus, Ioannes Baptiſta & Bartholomæus de Brancuccijs, pro quingentis ſcutis: Lucretia & Flaminia de Leopardis, pro centum ſcutis: Lucretia Portiana pro ſexcentis ſcutis: Lucretia Treuiſia, pro ſexcentis ſcutis: Lucretia de Bencis, pro centum ſcutis: Lucretia, Ioãns, & Armellina de Bencis, pro ducentis ſcutis: Lucretia Petrilconis, pro duobus millibus & ſeptingentis ſcutis: Ludouica de Ragazzonibus pro trecentis ſcutis: Michael Ruiz, pro mille ſexcentis ſcutis: Michael Cordella pro ſeptingentis ſcutis: Martius de Martijs, pro ducentis ſcutis: Miniſtri & confratres ſancti Ioſeph Nouarę, pro ſexcentis ſcutis: Mutius Ceolus vti Capellanus in eccleſia beatæ Mariæ Campi Carlei, pro ducentis ſcutis: Marcus & Adrianus Alemani, pro Quadringẽtis ſcutis: Michael, Ioannes, Bernardinus, Ioannes Georgius, & Latina Franciſci de Starijs, pro trecentis ſcutis: Marius Horatius Balzes pro quadringentis ſcutis: Michaelangelus & Octauius Manlilius pro quingentis ſcutis: Moniales ſancti Marci Raguſij pro ſexcentis ſcutis: Moniales ſanctæ Marthæ Vrbis pro quingentis ſcutis: Moniales ſanctæ Mariæ de Raguſio pro trecentis ſcutis: Moniales ſancti Laurentij Paniſpernæ pro mille & centum ſcutis: Moniales ſanctæ Mariæ in Portaludouica Mediolani pro noningentis ſcutis: Mariamagdalena Ceſaris Cani pro centum ſcutis: Margarita Chriſtophori de Monteferrato pro ducẽtis ſcutis: Mariana, Ioãna, & Iſabella de Landa pro mille & centũ ſcutis: Mercuria Ioannis Dominici de Comitibus pro ducentis ſcutis: Margarita Bouina pro trecentis ſcutis: Magdalena Vannina pro ducentis ſcutis: Mariana Gabrielis Pilearij pro centũ ſcutis: Maria Petri Lande pro ſexcentis ſcutis Margarita & Iulia de Conſtantijs pro trecentis ſcutis: Nicolaus Gaetanus Cardinalis Sermoneta pro ducentis ſcutis: Octauius Clementinus pro duobus millibus & ducentis ſcutis: Octauius de Amicis pro trecẽtis ſcutis: Octauius Maurus & alij de Aguzzmis pro quadringẽtis ſcutis: Octauius & Antonius Diaz pro mille ſcutis: Olympia Balthaſſaris Langus pro quingentis ſcutis: Priores & Capitulum Sacerdotum ſanctæ Mariæ Raguſij pro duobus millibus & quingentis ſcutis; Petrus Macharus pro duobus millibus ſcutis: Pirrhus de Baccis pro ducentis ſcutis: Paula Gadda de Bellis hominibus pro tribus millibus & quingentis ſcutis: Prudentia Angeluria pro quingentis ſcutis: Paula, Horatius, Scipio, & alij de Manilijs pro mille & ſexcentis ſcutis: Portia Ioannis Dominici Magiſtri poſtarum Montisfaliſci pro centum ſcutis: Religio Equitum Sancti Stephani pro mille & ſexcentis ſcutis: Societas Miſericordiæ pro ducentis ſcutis: Societas Pietatis pro centũ ſcutis: Societas Orphanorum pro mille ſcutis: Societas ſanctæ Apolloniæ pro ſexcentis ſcutis Societas Aonunciatæ pro ducentis ſcutis: Societas Corporis domini ſancti Iacobi Scoſſacaualli, pro ducentis ſcutis: Societas Miſericordiæ Vrbiſueteris pro ſexcentis ſcutis: Societas Corporis domini in ſancto Petro pro trecentis ſcutis: Societas Conceptionis ſancti Laurentij pro ſeptingentis ſcutis: Societas ſanctæ Mariæ de Poggietto pro ſexcentis ſcutis: Seminarium Reate pro mille & quingentis ſcutis: Siluius de Sancta Cruce vti Capellanus Capellæ ſancti Ioannisbaptiſtæ ſanctæ Barbaræ pro ſcutis ducentis: Stephanus Potenzanus & Margarita vxor pro ducentis ſcutis: Seraphina Aragonia monialis pro centum ſcutis: Thomas Sanchez pro trecentis ſcutis: Theſaurarij Raguſij pro Tredecimmillibus & quadringentis ſcutis: Theophila de Mancinis pro centum ſcutis: Vgolinus Mazzinghus pro centum ſcutis: Vincentius Anſuinus pro centum ſcutis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginã noſtræ reſtitutionis, repoſitionis, reintegrationis, erectionis, inſtitutionis, reductionis, moderationis, diſmembrationis, ſeparationis, approbationis, incorporationis, aſſignationis, voluntatis, ſtatuti, decreti, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Hec eſſlit. cadit ſub anno 6. ſed tunc haberi non potuit.

Datum Romæ apud ſantum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, ſexto Kal. Nouembris, Pontificatus noſtri Anno ſexto.

M. Datarius.

Cæ. Glorierius.
A. de Alexijs.

Anno a Natiuitate Domini, Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, Indictione quinta, Die vero vltima menſis Octobris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris & D. N D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. anno ſexto, retroſcriptæ literæ publicatæ & affixæ fuere in valuis Baſilicarum Sancti Ioannis Lateranen. & Principis Apoſtolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ, per nos Scipionẽ de Octauianis & Franciſcum Baron. eiuſdem Sanctiſſimi Domini noſtri Pape Curſores. Publicatio.

Regiſtrata apud Cæſarem Secretarium.

Die Quarta Nouembris M. D. LXXVII. Præſentes Literæ Apoſtolicæ exhibitæ & præſentatæ fuerunt in plena Camera Apoſtolica inſtante Magnifico D. Rodulpho Bonfiolo Sanctiſſimi D. N. Papæ & dictæ Cameræ generali Commiſſario, & ex decreto in eadem Camera facto admiſſæ & regiſtratæ Libro tertio Signaturarum diuerſorum Pontificum folio CXXII. apud me infraſcriptum eiuſdem Cameræ Notarium. Admiſſio, & regiſtratio in Camera Apoſt.

Tydeus de Marchis.

XCV.

S. Annæ Festum, singulis annis die 26. Iulij, duplici officio, vbique celebretur.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. SANCTA MATER Ecclesia, quæ salutaribus nos semper instruit documentis, annuas fidei filijs venerandas proponit Sanctorum celebritates, qui in terris non solum exempla ad salutem reliquerunt, sed in Cœlo beati fidelium patrocinium suscipere, eorumque Orationes, & vota suis precibus adiuuare non cessant. Quam nobis opem apud misericordem Deum credimus Beatam Annam assidue impendere, quæ tanta in humanum genus præstitit beneficia, ex ea enim nata est Beata Maria semper Virgo digna à Deo effecta, quæ nobis Iesum Christum pareret Saluatorem. Et licet eius nomini sanctis obsequijs honorando humana par esse non queat infirmitas; ne tamen quod potest omittatur: Nos ad eius merita pro cultu decoranda, vniuersalemque Ecclesiam iucundissima illius recordatione lætificandam, necnon ad antiquam in illa deuotiuné, quam vsque ab exordio nascentis Ecclesiæ insignia quoque templa, & religiosa loca in eius honoré toto Orbe constructa testantur, in Christianorum cordibus excitandam. Præcipimus, vt perpetuis futuris temporibus Beatæ Annæ dies festus septimo Kal. Augusti per totius Orbis Ecclesias duplici Officio, de Sancta videlicet, nec Virgine, nec Martire, quod est in communi, quotannis recolatur, diesque prædictus imprimendis Romanis, & aliarum Ecclesiarum Kalendarijs addatur, & duplex ei adscribatur. Sicubi vero festus Beatæ Annæ dies supradictus ex fidelium deuotione, seu consuetudine, præcepto, aut indulto Apostolico maiore aliqua celebrari consueuerit obseruantia, ea omnino ibidem retineatur. Mandantes omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & ceteris Ecclesiarum Prælatis per vniuersum orbem cōstitutis, vt faciant præsentes literas in suis quisque Ecclesijs, prouincijs, ciuitatibus, & diœcesibus solemniter publicari, & ab omnibus Ecclesiasticis personis tam secularibus, quàm quorumuis Ordinum regularibus inuiolate obseruari: etiá si in recentibus Breuiarij, & Missalis reformationibus prædicta solénitas fuerit prætermissa. Volumus autem vt præsentium exemplis etiá impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides vbique gentium, & locorum adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ.

Causa constit.

Festum S. Annæ celebretur anno quolibet sub duplici officio die 26 Iulij.

Episcopi, &c. faciant in eorum Diœcesibus publicari, & obseruari hanc const.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1584. Kal. Maij, Pontificatus nostri, Anno Duodecimo.

M. Card. S. Stephani.

Cæ. Glorierius.
A. de Alexijs.

Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo octuagesimo quarto, indictione Duodecima, Die vero Mercurij nona Mensis Maij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini Nostri Domini Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno Duodecimo: Retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Ecclesiæ Sancti Ioannis Lateranen. & Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, per nos Alexandrum Parabiacum, & Nicolaum Tagliettum Apostolicos Cursores.

Publicatio.

Franciscus Baron Magister Cursorum.

XCVI.

Presbyteri approbati per Ordinarios ad confessiones audiendas possint infra annum a die publicationis præsen. absoluere a sententia excommunicationis eos, qui cum Bannitis conuersati sunt, aut qui illis commeatus, & alia prohibita præstiterunt, aut aliàs quomodocunque contrauenerūt. constitutioni desuper editę, quam habes sup. fol. 1594. nu. 66. Tanta.

GREGORIVS Episcopus Seruus seruorum Dei, Vniuersis præsentes literas inspecturis, Salutem, & Apostolicam benedictionem. AD FACINOROSOS homines, statuque Ecclesiastico banniros ab eo longe summouendos auxiliaque eis tollenda, quibus freti delicta perficiunt, & pœnas sæpe effugiunt per editam nostram constitutionem præter alias pœnas quas in eorum fautores, receptatores & auxilium præbentes inflximus etiam tales excommunicationis sententia eo ipso innodari volumus, à qua nullus ab alio quàm à Romano Pōtifice præterquam in mortis articulo constitutus, & etiam præcedente satisfactione, absolutionis beneficium nequiret obtinere, prout in nostris literis desuper confectis latius continetur. Cum autem nobis postea relatum sit alios ex prædictis subditis cōsanguinitatis seu affinitatis, alios familiaritatis vel amicitiæ occasione, alios etiam sua sponte aut alias dictos bannitos receptasse, cibis & alijs rebus iuuisse & cum eisdem versatos fuisse aliaque contra dictam constitutionė fecisse, quibus si ad consequendam absolutionem à censura huiusmodi via facilis præberetur ipsi eam sibi impendi submisse curarent. Nos verum pastorem Dominum nostrum Iesum Christum, quantum eius gratia adiuti possumus, imitari volentes qui venit animas hominum saluare non perdere, seque etiā vltro sua ope ad salutem indigentibus offerre: Omnibus presbyteris sæcularibus & regularibus à locorum ordinarijs ad confessiones audiendas approbatis facultatem concedimus, omnes & quascunque vtriusque sexus tam laicos quàm clericos etiam presbyteros sæculares, & quorumuis ordinū etiam Mendi-

Hic Pont. edidit constitutionem contra bannitos, eorumque fautores, &c. & pœnam excōmunicationis & alias multas imposuit sup. f. 1594. nu. 66 Tanta.

Facultatem modo concedit Presbyteris approbantis ad audien. cōfessiones absoluēdi eos qui cōtrauenerunt, a sententia excommunicationis.

cantium

cantium regulares ditionis nostræ temporalis prædictæ, non tamen Ecclesiarum Prælatos, qui cum bannitis & facinorosis conuersati sunt, receptarunt, commeatus, pecunias, equos, arma, cibaria, & alia eisdem præstiterunt, & alias ac quomodocunque contra constitutionem prædictam per se vel alium seu alios fecerunt, si dolẽtes de admissis & à similibus abstinere proponentes id humiliter petierint, ab excommunicationis sententia, quam propterea incurrerunt, etiam si in ea vltra annum insorduerunt in forma Ecclesiæ consueta absoluendi iniuncta inde illis pro culpæ modo pœnitentia salutari, & alijs quæ de iure fuerint iniungẽda, præstitoque ab eis iuramento, quod talia deinceps non committent, nec committentibus præstabunt auxilium, cõsilium, vel fauorẽ eosdemq; ad gremium Sãctæ Matris Ecclesiæ restituendi. Non obstantibus præmissis ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis cæterisque contrarijs quibuscunque. Præsentibus post annum ab earum publicatione hic facienda numerandum minime valituris. Volumus autem vt præsentium exemplis etiam impressis manu Notarij publici subscriptis & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si essent exhibitæ vel ostensæ.

Clausula derogatoria.

Facultates durant per annum a die Publ.

Datum Romæ, apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo octuagesimo quarto. Quarto Idus Maij. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

Cæ. Glorierius.

M. Card. S. Stephani.

A. de Alexijs.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo octuagesimo quarto, Indictione 12. die vero Martis, decimaquinta mensis Mai, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno Decimotertio, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt ad valuas Ecclesiæ sancti Ioannis Lateranen. Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ; & in acie Campi Floræ, per nos Alexandrum Parabiacum, & Nicolaum Taglietum Cursores.

Publicatio.

Ioannes Gauce Magister Cursorum.

XCVII.

Facultates absoluendi & remittendi Bannitos, &c. concessæ ad sex menses Quatuor Illustriss. DD. Cardinalibus.

Similes constitutiones fecit Pius Quintus, quas habes supra, fol. 1081. Licet primum, & fol. 1152. ou. 346. Dum mente.

De materia autem Bannitorum, vide supra in const. 66. Tanta, fol. 1294. & ibi not.

GREGORIVS Papa XIII. Dilectis filijs nostris Philippo sancti Sixti, & Io. Antonio SS. Quatuor Coronatorum, ac Ioanni Baptistæ S. Marcelli titulorũ presbyteris, necnon Philippo S. Angeli in Piscina Diacono, Cardinalibus. Dilecti filij salutem, & Apostolicam benedictionem.

CVI REGIS æterni potentia populos suos regendos commisit, illius sunt partes prouidere, ne quos iustitia peccatores coercet, eos a malo se conuertentes, & ad misericordiam confugientes repellat. Horum vtrunque toto Pontificatus nostri tempore spectantes, dudum contra homicidas, bannitos, & ob alia crimina capitali pœna damnatos, qui nostrũ & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ statum temporalem perturbabant, receptatoresque eorũdem constitutionem aliarum similium contra id hominum genus Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum renouatoriam grauioribus pœnis propositis edidimus, quoniam vero remedia tunc adhibita res ipsa demonstrauit non satis esse ad quietem inter subditos nostros retinendam, ideo vos consilio, prudentia, & rerum vsu præditos cum nonnullis alijs deputauimus, qui de rebus ad hæc necessarijs consulendi, & prouidendi curam, & potestatem haberetis. Cumque audiamus complures dicti status exules, & bannitos aduersarij instinctu criminibus inuolutos, ad pœnitentiam & bonam frugem facile reuocari posse, si supplicij veniam inuenirent. Nos qui paternum in subditos nostros animum omni seueritate deposita clementer suscipimus, dolemusque si quando ad facinora perpetranda quemquam eorum impelli sentimus, ad pacem in populos conseruandam, nec gratiam illis omnino denegare, nec etiam temere, largiri volentes, prudentiæ vestræ plenam, & liberam, facultatem, auctoritatem, & potestatem tribuimus omnes, & quoscunque vtriusque sexus homicidas grassatores, sanguinarios, bannitos, exules, & facinorosos, eorumque fautores, & receptatores, tam laicos, quàm clericos, & presbyteros seculares, & quorumuis ordinum etiam mendicantium regulares, non tamen Ecclesiarum prælatos, nec Duces, Comites, & Barones nobis, & Ecclesiæ prædictæ mediate, vel immediate subiectos cuiuscunque dignitatis, gradus, & conditionis fuerint, qui de admissis dolentes ab intimis, & a similibus abstinere proponentes, intra sex menses a publicatione præsentium hic facienda inchoandos per se, vel procuratorem si id humiliter petierint, ab homicidij etiam voluntarij, ac etiam multiplicati, & alijs quibuscunque atrocibus grauissimis, & enormissimis criminibus, excessibus, & delictis ab eis commissis, etiamsi talia essent; quæ maiori, magisque speciali expressione indigerent, necnon excommunicationis, alijsque censuris, & pœnis Ecclesiasticis, quas propterea incurrerunt (hæresis, & læsæ in primo capite Maiestatis criminibus dumtaxat exceptis) in vtroque foro absoluendi, & liberandi, capitisque, & vltimi supplicij, exilij etiam perpetui, confiscationis bonorum, non tamen Fisco incorporatorum, aliasque pœnas temporales, corporales, & pecuniarias, tam per nostras, quàm etiam dictorum prædecessorum nostrorum constitutiones, ac alias aduersus talia perpetrantes quomodolibet inflictas arbitrio vestro remittendi, commutandi, & moderandi, ac desuper cõponẽdi, eosdemq; si, aut postquã pacem ab hæredibus, vel propinquis occisorum habuerint, vel alias partibus læsis satisfecerint, & alias prout vobis visum erit, ad patriam, famam, honores, & bona, non tamen Fisco vt præfertur incorporata, necnon in pristinum, & eum in quo ante commissa delicta erant statum plenissime restituendi, omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam, seu notam ab eis omnino abolendi, Processus

Hic Pont. edidit constitutionẽ cõtra Bannitos eorumq; receptatores, &c. quam sup. fol. 1294. n. 66. Tanta.

Nunc autẽ deputat quatuor Cardinales cum facultate eos absoluendi. &c.

quoscunque, contra eos in contumaciam, vel alias quomodolibet formatos cassari, & aboleri mandandi. Praeterea cum clericis, & alijs ad minores necnon sacros etiam presbyteratus ordines promotis super irregularitate per eos, exinde, praeterquam ex homicidio voluntario quomodolibet contracta, vtque illa, & alijs praemissis non obstantibus clericali charactere, ac etiam omnibus ordinibus praedictis alias ab eis rite susceptis, illorumque priuilegijs vti, ac in illis etiam in altaris ministerio ministrare, necnon quaecunque beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura, etiamsi parochiales Ecclesiae, aut earum perpetuae vicariae, & alias quomodocunque qualificata aliàs sibi canonice conferenda, dummodo plura simul non sint, recipere, & tam illa, quàm ex quibus nullos fructus indebite perceperint sibi canonice collata retinere libere, & licite valeant dispensandi. Necnon vniuersis, & singulis Prouinciarũ Ciuitatũ, & locorũ dicti status Legatis, Prolegatis, Gubernatoribus, Rectorib. Locatenentibus, alijsque omnibus iudicibus, ordinarijs, delegatis, & personis cuiuscunque dignitatis, ordinis, & conditionis quauisq; auctoritate fungentibus, ne sic absolutos, molestare, inquietare, vel perturbare audeant quoquomodo, etiã censuris, & poenis Ecclesiasticis, & tẽporalibus, quae vobis videbuntur districtius inhibendi caeteraque omnia faciendi, & exequendi quae in praemissis, & circa ea necessaria fuerint, ac noueritis opportuna. Volentes, & Apostolica auctoritate decernentes litteris vestris super his conficiendis vestra, aut saltem duorum vestrorum manu subscriptis, & tuo Philippe Cardinalis presbyter sigillo munitis eandem prorsus fidem vbique in iudicio, & extra illud adhiberi, idque ad probandam facultatem vobis per praesentes attributam sufficere, nec ipsarum praesentium insertionem, nec demandatam a nobis curam, & potestatem supradictam, nec aliud omnino adminiculum requiri. Non obstantibus praemissis, ac nostris, ac praedictorum, & aliorum Romanorum Pontificum, alijsque Apostolicis constitutionibus, etiam contra huiusmodi homicidas, bannitos, & alios facinorosos quomodolibet editis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, & innouatis cuiuscunque tenoris existant, per quae praesentibus vestrisque huiusmodi literis non expressa, aut omnino non inserta effectus gratiarum a vobis earundem praesentium auctoritate faciẽdarum impediri valeat quomodolibet vel differri, & dequibus quorumq; totis tenoribus habenda esset nostris vel vestris literis hmõi mentio specialis, caeterisq; contrarijs quibuscunque. Volumus autem facultatem vobis per praesentes concessam huiusmodi lapsis sex mensibus praedictis omnino expirare: earundem vero praesentium exemplis etiam impressis, Notarij publici manu, & praedicto, vel alterius praelati Ecclesiastici sigillo munitis, eandem prorsus fidem vbique in iudicio, & extra illud adhiberi debere, quae eisdem praesentibus adhiberetur, si essent exhibitae vel ostensae.

Clausula derogatoria.

Facultas ista durat ad sex mẽses.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 15. Maij 1584. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

Cae. Glorierius.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo quingentesimo octuagesimo quarto, Indictione Duodecima, die vero Mercurij decima sexta, mensis Maij, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo patris & Domini Nostri Domini Gregorij diuina prouidentia Papae XIII. Anno Duodecimo, Suprascriptae literae Apostolicae affixae, & publicatae fuerunt ad valuas Cancellariae Apostolicae, & in acie Campi Florae, vt moris est, per me Ioannem Andream Panizzam praedicti Sanctissimi Domini Nostri Papae Curs.

Ioannes Gauce Magister Curs.

XCVIII.

De Institutione, & Regula, gratijsque, & priuilegijs Fratrum, & Monialium Discalciatorum primitiuam Regulam Ordinis Beatae Mariae de Monte Carmelo, in Regnis Hispan. obseruantium, Ac potestate, & officio Prioris Prouincialis Hispan. ac Prioris Generalis totius Ordinis.

Priuilegia, & gratias Ordinis Carmelitarum, habes supra in Clem. 7. const. 37. Ex Clemen. fol. 340. & Pij Quinti, const. 45. Romanus, fol. 997. & ibi not.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.

PIA CONSIDERATIONE Romanum decet Pontificem, circa statum Religiosorum ita attendere, vt ipsi Religiosi regulam quam ab initio professi sunt, obseruare nitentes ab omni molestia vindicentur. Exponi siquidem nobis nuper fecerunt charissimus in Christo filius noster PHILIPPUS Hispaniarum Rex Catholicus, & dilecti filij religiosi Discalceati nuncupati Ordinis beatae Mariae de Monte Carmelo in regnis Hispaniarum existentes. Quod cum alias foelicis recordationis Innocentius Papa quartus, praedecessor noster supplicationibus Prioris & fratrũ Eremitarum beatae Mariae de monte Carmelo, ea in parte inclinatus, declaratione, & correctionem regulae eorum Ordinis à bonae memoriae Alberto Patriarcha Hierosolymitano sibi traditae, per bonae etiam memoriae Hugonem tituli sanctae Sabinae presbyterum Cardinalem, & Galielmum Episcopum Anteradensem de eiusdem Innocentij PP. mandato factam, & per eosdem fratres firmiter obseruandam confirmasset.

Innoc. 4. confirmauit declarationem Regulae Ordinis B. Mariae de Monte Carmelo.

Ac postmodum piae memoriae Eugenius Papa quartus etiam praedecessor noster per eum accepto, quod in quibusdam capitulis dictae regulae inter alia cauebatur quod Fratres praedicti ordinis ab esu carnium se abstinerent, nisi pro infirmitatis, vel debilitatis remedio. Eisdem etiam quod singulis diebus dominicis duntaxat exceptis a festo exaltationis sanctae Crucis vsque ad festiuitatem Resurrectionis domini nostri Iesu Christi ieiunare tenerentur. Quodque singuli eorum manere deberent in cellis suis die, ac nocte in lege Domini meditantes, & in orationibus vigilantes praecipiebatur, rigorem huiusmodi mitigans, ac Regulam ipsam moderans, statuisset, ordinasset, & concessisset, quòd dicti Ordinis professores, tunc & pro tempore existentes, tribus duntaxat diebus singularum hebdomadarum etiam quibus vt praefertur ieiunare, iuxta eandem regulam, essent adstricti,

Eugenius 4. mitigauit eandem Regulam circa ieiunia & esum carnium, & solitudinem.

praeterquam

præterquam in aduentu, & in Quadragesima, & alijs generalibus prohibitis diebus carnibus vesci, ac horis cõgruis in eorum Ecclesijs manere, & per claustra, ac eorum ambitus deambulare liberè, & licitè valerent: Decernens eosdem fratres, & eorum singulos circa præmissa ad arctiorem obseruantiam, quàm supra præmittitur, occasione professionis in dicto ordine emissæ, vel in posterum emittendæ minime tenerentur. Et alias prout in eorundem Innocentij, & Eugenij literis desuper confectis plenius continetur.

Demum de Anno Domini, millesimo, quingentesimo sexagesimo quinto, seu alio veriore tempore nonnulli dicti ordinis professores diuina inspirante gratia primum dictæ regulæ institutum imitari cupientes, postpositis quibuscunque corporis commodis, dummodo Christum lucrifacerent, cum licentia sui prioris Generalis tunc in Hispaniarum partibus existentis, ibi aliquot fratrum, & Monialium Monasteria, in quibus primitiua regula prædicta cum omni obseruantia, & rigore retineretur, sub obedientia tamen Prouincialis fundare, & ædificare cœperunt. Quam quidem Regulam, & obseruantiam fundatores prædicti, ac etiam qui pro tempore admittebantur ea mitigatis, renuntiando mitigationi, & relaxationi dicti Eugenij prædecessoris, transacto probationis anno, denuo, ac etiam alij de sæculo venientes profitebantur, & successiue benedicente Domino numerus Religiosorum primitiuam Regulam huiusmodi profitentium, & obseruantium adeo hoc tempore excreuit, vt de præsenti viginti duæ domus fratrum, & Monialium huiusmodi, in quibus fere trecenti fratres, & ducentæ Moniales existunt, deuotum altissimo famulatum exhibentes in prædictis Regnis Hispaniarum reperiantur.

Sed postea de anno 1565 multi ex dicta Religione primitiuam Regulam obseruare cœperunt.

Religiosi autem huiusmodi vltra contenta in Regula prædicta de licentia dicti Generalis, & cuiusdam Vicarij ab eodem Generali in Prouincia Castellæ deputati, ac cum approbatione Visitatorum Apostolicorum, qui fuerunt dictæ Religionis, quædam instituta ad carnis mortificationem, & populi ædificationem ab initio suæ institutionis obseruare incœperunt, veluti Discalceatos incedere (vnde Discalceatorum nomen sortiti sunt) induti sacco, dormire super tabulis, ad subleuandam suam inopiam manibus proprijs operari, multum in oratione se exercere, atque diuinum officium sine cantu, seu modulatione recitare.

Immo vltra contenta in ipsa primitiua Regula, obseruare cœperunt nonnulla alia instituta hic expressa, & Discalceati nuncupati sunt.

Cum autem sicut eadem expositio subiungebat ipsis Religiosis Discalceatis, quam plures molestiæ, & impedimenta, eorum pium institutum turbantia per fratres mitigatam, ab eodem Eugenio prædecessore Regulam (vt præfertur) profitentes, mitigatos nuncupatos super præmissis illatæ fuerint.

Ipsique Discalceati prælatum ordinarium ea suis Discalceatis (vt par esset) non habebant, sed ad præsens per dilectum filium Angelum de Salazar ex fratribus mitigatis Vicarium generalem a Venerabili fratre Philippo Episcopo Placentino, in dictis Regnis nostro, & Apostolicæ Sedis Nuntio, donec de idoneo superiore eiusdem professionis Discalceatorum prouideatur, deputatum, regantur: ac summopere cupiant ad eorum quietem, & tranquillitatem conseruandam, ac pro Religionis, & strictæ eorum obseruantiæ, atque instituti progressu, & augmento, vt de omnibus Monasterijs, quæ in dictis Regnis nunc sunt, & pro tempore erunt, vel erigentur, ipsorum Discalceatorum, tam virorum, quam mulierum dictam primitiuam Regulam profitentium, vna Prouincia fiat separata à Prouincijs fratrum mitigatorum huiusmodi, quæ subsit immediate priori generali dicti ordinis, & gubernetur per priorem Prouincialem, ex ipsismet fratribus Discalceatis in capitulo dictæ Prouinciæ, canonice eligendum, prout alij Priores prouinciales eiusdẽ ord. in similibus cap. prouincialibus eliguntur, & deputãtur. Propterea tã dicti Religiosi Discalceati, quã dictus Philippus Rex, qui profectũ Religiosorũ huiusmodi maxime exoptat, nobis humiliter supplicare fecerunt, vt honestis petitionibus huiusmodi annuere, & alias in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Ipsi tamen Discalceati, à fratribus profitentibus Regulam, vt supra mitigatã ab Eugenio 4. diuersimode molestabantur.

Nos igitur æquũ, & rõni consonũ ducentes, vt qui arctioris Regulæ obseruantiã sectantur, Superioribus eorũ, qui in laxiori degunt, non subiaceant, sed quilibet eiusdemmet professionis Superiores habeat, & ab illis iuxta eorũ instituta regularia prospere, & fœliciter gubernẽtur: prædictorum fratrum & Monialium Discalceatorum tranquillitati, & indemnitati, eorumque instituti propagationi, & profectui consulere cupientes, eosdem fratres, & Moniales, eorumque singulos à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super visitatione Apostolica, & consultatione Episcoporum, ac regularium Reformatione deputatorum, quibus hoc negotium examinandum mandauimus consilio, institutum huiusmodi, quòd iuxta primitiuã regulam prædictam, dicti fratres Discalceati profitentur laudantes, & approbantes, dictos fratres, & Moniales primitiuam Regulam huiusmodi in Regnis Hispaniarum obseruantes, Discalceatos nuncupatos, eorumque domus, Conuentus, Monasteria, & loca, nunc, & pro tempore existentia, à Prouincijs fratrum, & Monialium eiusdem ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo regulam per prædictum Eugenium prædecessorem mitigatam, nunc, & pro tempore obseruantium mitigatorum nuncupatorum, penitus, & omnino in perpetuum, Apostolica auctoritate tenore præsentium seiungimus, separamus, & dismembramus, ipsosque Discalceatos ab omni, & quacunque iurisdictione, visitatione, correctione, & superioritate Prioribus, Prouincialibus, & alijs Prælatis, & Superioribus mitigatis in ipsos Discalceatos competente, perpetuo eximimus, & liberamus.

Ideo his Pont. dictos Discalc. in Regnis Hisp. ab ipsis mitigatis seiungit.

Necnon eorundem fratrum, & Monialium Discalceatorum prædictorum domus, Monasteria, & loca, quæcunque hactenus erecta, & instituta, ac in posterum erigenda, & instituenda, in vnam Prouinciam de per se Discalceatorum nuncupandam, per vnum Priorem Prouincialem in capitulo dictæ Prouinciæ, ex eisdem Discalceatis (vt præfertur) eligendum, regendam, & gubernandam in perpetuum erigimus, & instituimus. Ac dictam Prouinciam fratrum, & Monialium Discalceatorum sub obedientia, & Superioritate prioris generalis totius ordinis prædicti, sicut aliæ Prouinciæ eiusdem ordinis ei subsunt, & subiacent, perpetuo subesse, atque subiectam remanere, & subiacere volumus.

Monasteriaque ipsorum Discalceatorum, & erecta, quæ in eorum in vnam prouinciã Discalc. per priorem prouincialem elig. ex Discalc. Prouinciamque Discalceatorum sub obed. prioris generalis totius ord. remanere declarat.

Qui per se ipsum tantum, vel per alium virum idoneum ex ipsis fratribus Discalceatis, & iuxta eorum primitiuam regulam, & instituta regularia ab ipsis fratribus Discalceatis obseruari solita, eos visitare, reformare, corrigere, & punire possit; in Monasterijs tamen, domibus, & locis eorundem fratrum Discalceatorum, extra quam nullatenus ipsi fratres Discalceati, vel aliquis eorum ab eodem priore generali quouis prætextu, vel occasione amoueri, assignari, mutari, extrahi, aut transferri, aut ad alias Prouincias mitti, aut retineri, nisi

Prioris general. facultates.

ri, nisi aliter in eorum capitulo Prouinciali fuerit ordinatum. Ipsi vero dictæ Prouinciæ Discalceatorum fratres in præmissis perpetuo eidem priori generali parere, & obedire. Et cum ipsum ad eorum Monasteria, domos, & loca diuertere, aut pro visitatione huiusmodi, aut aliàs accedere contigerit, cum omni humilitate, & reuerentia benigne recipere, & pertractare (prout decet) teneantur, & debeant.

Prioris Prouincialis Hispan. Discalc. facultates.

Necnon Priori Prouinciali eiusdem Prouinciæ fratrum Discalceatorum ipsos fratres, & Moniales Discalceatos, illorumque domos, Monasteria, & loca quæcunque regendi, gubernandi, visitandi, reformandi, corrigendi, puniendi, & castigandi, ac capitulum Prouinciale suis loco, & tempore indicendi, conuocandi, congregandi, & celebrandi, & quoscunque officiales necessarios, vnà cum capitularibus eligendi, ac quæcunque statuta, & ordinationes bonum regimen dictæ Prouinciæ ad Dei seruitium concernentia in eodem capitulo cōdendi, mutandi, alterandi, & in totum si videbitur abrogandi, & de nouo edendi, dummodo sacris Canonibus, & decretis Sacri generalis Concilij Tridentini, & constitutionibus Apostolicis, ac eorum primitiuæ regulæ, & instituto prædictis non aduersentur, Et abusus quoscunque tollendi, & emendandi, Monasteria item, domos, & Conuentus, tam virorum, quàm mulierum eiusdem Prouinciæ in quibuscunque locis, cuiusuis licentia desuper minime requisita, de consensu dicti eorum capituli, & aliàs seruata forma eiusdem Concilij, construi, & ædificari faciendi ipsique priori Prouinciali, vt postquam electus fuerit, officium suum exercere absque alia confirmatione, quam tamen à Priore totius ordinis Generali mox petere teneatur, plenam, & liberam facultatem concedimus, & impartimur.

Concessio omnium gratiarū & priuileg. Ordinis pro Religiosis dictæ Prouin.
Hæc priuilegia habes in constit. indicatis hic in rubr.

Et insuper omnibus, & singulis dictæ Prouinciæ personis vtriusque sexus, nunc, & pro tempore existentibus, quòd omnibus, & singulis priuilegijs, gratijs, & indulgentijs, exemptionibus, immunitatibus, prærogatiuis, fauoribus, & indultis, tam spiritualibus, quàm temporalibus, quibus fratres, seu Moniales, vel Sorores dicti ordinis de iure, vel consuetudine, aut aliàs quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, decretis eiusdem Concilij, constitutionibus Apostolicis, ac primitiuæ Regulæ, & instituto, prædictis, & præsentibus literis non contrarijs, vti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant indulgemus.

Discalceati ad Mitigatos, vel alium ord. quam Carthusien. transire prohibentur.

Ne autem instituta dictæ Prouinciæ relaxentur, fratribus, & Monialibus Discalceatis prædictis secundum dictam primitiuam Regulam professis, ne ad suum fratrum mitigatorum, vel alium ordinem, præterquam Carthusianorum sine apostasiæ nota transire possint absque Sedis Apostolicæ licentia, perperuo prohibemus.

Officiales Mitigatorum, nō molestent ipsos Discalc. super præmissis.

Inhibentes dicto Angelo de Salaar, & Priori generali, ac Prouincialibus, & Commissarijs, alijsque dictorum fratrum mitigatorum prælatis, Ministris, & officialibus, ne eosdem fratres Discalceatos, seu Moniales, aut sorores huiusmodi super præmissis quoquomodo molestare, perturbare, vexare, seu inquietare audeant, vel præsumant. Quod si secus fecerint, eos, & eorum singulos, excommunicationis sententia innodamus. Dicti vero fratres Discalceati nullo modo parere, aut deferre teneantur. Salua tamen in reliquis obedientia dicti Prioris generalis totius ordinis, cui eos perpetuo subiectos esse, & subiacere volumus, vt præfertur.

Discalc. possunt habere recursum ad Sedē Apos. vel Ordinis Protec.

Liceatque tam priori prouinciali dictæ prouinciæ fratrum Discalceatorum, quàm alijs eiusdem prouinciæ fratribus de licentia tamen ipsius prioris prouincialis ad Sedem Apostolicam, & totius ordinis protectorem liberum habere recursum

Facultates Mitigatis concessæ visitandi, & gubern. Discalc. reuocantur.

Et si alicui, vel aliquibus ex dictis fratribus mitigatis sit concessa facultas visitandi, aut gubernandi, seu puniendi dictos fratres, siue Moniales Discalceatos, etiam à nobis, aut nostro, & dictæ Sedis in partibus illis commoranti Nuntio, aut quocunque alio, facultatem huiusmodi ex nunc cassamus, reuocamus, & annullamus.

Clausula præseruatiua.

Decernentes præsentes literas nullo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ defectu, etiam ex eo quòd omnes interesse habentes forsan vocati non fuerint, notari, argui, seu impugnari, aut sub quibusuis reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus, etiam ab eadem Sede emanatis, & in posterum emanandis comprehendi posse: sed illas semper validas, & efficaces existere, suosque plenarios, & integros effectus sortiri debere.

Decretū irritās.

Sicque per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbique iudicari, ac definiri debere. Necnon irritum, & inane, si secus super his à quocunque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executorum de put. & facul.

Quo circa Venerabilibus fratribus Toletano, & Hispalensi Archiepiscopis, & Episcopo Palentino, ac dilecto filio causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditori, necnon vniuersis, & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Ecclesiarum Prælatis, ac quibuscunque in dignitate Ecclesiastica cōstitutis per præsentes mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta, quæcunque vbi, & quando opus fuerit, aut quoties pro parte fratrum Discalceatorum prædictorum desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra eos præmissis omnibus, & singulis, iuxta præsentium continentiam, & tenorem pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eos desuper per priorem generalem, aliosque prædictos quomodolibet indebite molestari. Contradictores quoslibet, ac rebelles, & præmissis non parentes, per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, Necnon legitimis super his habendis seruatis processibus, illos sententias, censuras, & pœnas prædictas incurrisse declarando, illasque etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit auxilio brachij sæcularis.

Clausula derogatoria.

Non obstantibus præmissis, ac alijs Apostolicis, necnon in prouincialibus, & synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis, eisdem mitigatis, vel quibusuis alijs personis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis, in genere vel in specie, etiam Motuproprio, ac aliàs quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specia-

specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit Sede indultũ, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Cæterum quia difficile foret earundem præsentium literarum notitiam ad quascunque personas peruenire, & vbique illas præsentare, eadem auctoritate volumus, & decernimus, quod transumptis earundem præsentium literarum manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillatis, eadem fides vbique tam in iudicio, quàm extra illud adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die xxij. Iunij. 1580. Pontificatus nostri anno nono.

Clausula derogatoria.

Cæ. Glorierius.

XCIX.

Declaratio Regulæ, & regiminis Fratrum Discalciatorum Congregationis, siue Prouinciæ S. Iosephi, in Regnis Hispaniarum, Ordinis Minorum S. Francisci de Obseruantia, ac iurisdictionis, & Superioritatis Ministri generalis eiusdem Ordinis.

Ad hoc vide supra const. 1556. Cum illius vicem, vbi notaui.

GREGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.

AD HOC nos Deus, licet immeritos, militantis Ecclesiæ regimini præfulit, vt quid cuique conueniat, necessariumque sit, & opportunum, prouideamus, & præsertim dilectis filijs professoribus ordinis fratrum minorum Discalceatis nuncupatis Prouinciæ Sancti Iosephi in Regnis Hispaniarum, quos tanto rerum cælestium, & æternarum studio allectos esse intelligimus, vt pro sempiterna earum fruitione quamlibet vitæ austeritatem voluntarie, libenterque amplectantur, vt ab externis curis, & molestijs, quibus ab instituto, & præscripto regulæ suæ distrahi possunt, liberati, illis soluti liberiorem bona cælestia, & æterna contemplandi, & consequendi facultatem habeant. Ad aures itaque nostras fratres prædicti Discalceati nuncupati nonnullas quærimonias perduxerunt, quibus se quampluribus molestijs, ac perturbationibus, à dilectis filijs fratribus S. Francisci de obseruantia nuncupatis non parum sub minime iustis prætextibus vexari conquerebantur. Ea propter nos illorum quieti, & indemnitati consulere volentes, Congregationi Venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, super negotijs Episcoporum, & Regularium deputatorum, negotium huiusmodi audiendum, & cognoscendum commisimus, coram quibus re diu, ac mature discussa, iisdemque fratribus Discalceatis ex vna, & Procuratore generali prædictorum fratrum de obseruantia partibus ex altera, semel, ac pluries auditis, habita super hoc matura deliberatione, de eorundem Cardinalium consilio, Congregationem, siue vt vocant Prouinciam Sancti Ioseph prædictam, iam pridem in dictis Regnis erectam, & ordinatam, ac laudabilia instituta eorundem fratrum Discalceatorum, cum omnibus, & singulis eorum custodijs, domibus, seu Monasterijs, & locis, quæ nunc obtinent, & in posterum obtinebunt, præsentibus, & futuris, Apostolica auctoritate, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus: Præcipientes in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis latæ sententiæ, & alijs arbitrio infrascriptorum iudicum infligendis censuris, & pœnis, Generali, & alijs Ministris, Commissarijs, Prouincialibus, diffinitoribus, Vicarijs, Custodibus, & Guardianijs nunc, & pro tempore existentibus dicti ordinis fratrum minorum de obseruantia nuncupatorum, ac illorum Generali proxime, & alijs in futurum celebrandis capitulis, & personis in eo congregandis, necnon omnibus, & singulis alijs quacunque dignitate, auctoritate, & potestate fungentibus, ne prædictorum custodias, Monasteria, seu domos, aut loca prædicta nullatenus directe, vel indirecte, seu quouis quæsito colore, vel ingenio dismembrare, aut separare, seu dismembrari, vel separari, aut aliàs quomodolibet inquietare, vel molestare audeant, seu permittant; nec eorundem fratrum Discalceatorum viuendi modum, aut rigorem strictæ eorum obseruantiæ, habiens vtilitatem, ac paupertatem contemnere, immutare, seu retardare, aut in eis aliquid innouare, seu attentare præsumant; quinimo Generalis Minister, Commissarij, & alij prædicti, fratribus dictæ Prouinciæ Sancti Ioseph, ac eorum custodijs, domibus, Monasterijs, seu locis, quibus poterunt modis, auxilium, consilium, & fauorem præstent. Præterea nos fratribus dictæ Prouinciæ quæcunque loca, tam in Regnis Hispaniarum, quam in omnibus Indijs, & alibi existentia, ipsis pro tempore concedenda, interueniente Sedis Apostolicæ auctoritate, seu seruata forma Concilij Tridentini, necnon fratres prædictos de obseruantia ad eos transeuntes recipiendi licentiam, & facultatem impartimur. Insuper, cum dicti fratres Discalciati perpetuum aliquod onus missarum, per ipsos celebrandarum ex instituto suscipere prohibeantur; ac ea officio, & debito charitatis, pro suis benefactoribus viuis, atque defunctis sacras Missas celebrare, & alia diuina officia peragere habeant; seu sæpius in illis celebrandis, & peragendis plurimum occupentur, Statuimus, vt nullus Superiorum prædicti ordinis fratrum minorum de obseruantia ipsis fratribus Discalciatis aliquod onus Missarum perpetuum, vel temporale iniungere, seu eos ad aliquas Missas pro alijs particularibus personis seu animabus aliquorum fidelium defunctorum, etiamsi illi sint patroni, vel fundatores quorundam Monasteriorum, aut domorum eorundem fratrum de obseruantia, seu in quibus memorati fratres de obseruantia commorantur, celebrandas, vel alias ad satisfaciendum in Missis huiusmodi pro eisdem fratribus de obseruantia cogere, seu astringere possit. Præterea quod nulli Commissarij fratrum de obseruantia prædictorum, nec ipse Generalis minister pro tempore existens possit aliquos ex dictis fratribus Descalciatis de prædicta eorum Prouincia Sancti Ioseph, seu de eorundem domibus, vel locis extrahere, vel transferre, aut illos mittere ad quascunque alias

Quidam Fratres ordinis minorũ de obseruantia, strictiorem vitã degentes, in Regnis Hispaniarũ Discalciati Congregationis S. Iosephi nuncupantur, & à Fratribus de obser. desuper molestãtur Pont. ideo cõfirmat ipsam Congregationem Discalciatorum.

Inhibetque mĩstralibus Fratrũ de obseruantia ne eos circa eorũ viuendi modũ molestent, aut in eis aliquid innouent.

Et eisdẽ Discalciatis cõcedit facultatẽ recipiendi fratres de obser. ad eos transeuntes, ac retinendi alia loca eis concedenda.

De facultate retinendi fratres alterius ordinis, habes Pij 5 const. 91. Quæcunque sacratũ, fol. 2059.

Fratres de obseruantia nullum onus, ipsis Discalciatis imponere possunt.

partes, vel Prouincias, etiam Indiarum, etiam pro custodia Sancti Gregorij in Indijs Philippinis, & vbi domos, seu Monasteria ipsorum fratrum Discalceatorum in posterum canonice recepta fuerint, nisi eos, qui à patribus in capitulo eiusdem Prouinciæ Sancti Ioseph specialiter assignati fuerint, vel alias in eodem capitulo fuerit ordinatum; quodque custodia Sancti Gregorij prædicta eidem Prouinciæ Sancti Ioseph subiecta, & incorporata existat, prout nos illam harum serie subijcimus, & incorporamus, donec ea in Prouinciam, iuxta ordinis instituta, fuerit erecta: ac quod prouincialis dictæ prouinciæ Sancti Ioseph possit, & valeat, fratres eiusdem Prouinciæ ad custodiam prædictam transmittere, ac Commissarium ad illam visitandam, ibique capitula habeodum iuxta ordinis institutum, vbi, & quando opus fuerit, & si videbitur, destinare. Volentes nihilominus, vt saluis suptadictis, in reliquis dicti fratres Discalceati subiecti remaneant iurisdictioni, visitationi, & correctioni Ministri eorundem fratrum de obseruantia Generalis, adeo quod ipse Minister per se ipsum, vel alium, seu alios eiusdem ordinis Discalceatorum tantum possit ipsum fratres Discalceatos corrigere, visitare, ac in eos iurisdictionem exercere. Decernentes præsentes literas nullo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, seu intentionis nostræ defectu, etiam ex eo quod omnes interesse habentes, vel fratres de obseruantia prædicti, aut quicunque alij vocati non fuerint, notari, argui, seu impugnari, aut sub quibusuis reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus, etiam ab eadem Sede Apostolica emanatis, & in posterum emanandis comprehendi non posse, sed illa semper validas, & efficaces existere, suosque plenarios, & integros effectus sortiri debere: Sicque per quoscumque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate vbique iudicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca venerabilibus fratribus Toletan. & Maxicao. Archiepiscopis, & Episcopo Abulen. necnon dilectis filijs Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, ac Decano Ecclesiæ Mexican. per præsentes mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte fratrum Discalceatorum prædictorum desuper fuerint requisiti solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra eos præmissis omnibus, & singulis, iuxta præsentium continentiam, & tenorem pacifice frui, & gaudere, Non permittentes eos desuper per Ministrum generalem, aliosque prædictos quomodolibet indebite molestari: contradictores quoslibet, ac rebelles, & præmissis non parentes per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, necnon legitimis super his habendis seruatis processibus illos sententias, censuras, & pœnas prædictas incurrisse declarando, illasque etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus fe. re. Bonifacij Papæ viij. prædecessoris nostri, per quam cauetur expresse, ne professores ordinum mendicantium loca ad habitandum, absque dictæ Sedis licentia speciali de prohibitione huiusmodi expressam mentionem faciente, ac de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo quis vigore præsentium ad iudicium vltra tres dietas non trahatur, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac ordinis huiusmodi iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Cæterum, quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca, vbi necesse fuerit, deferri; volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod transumpto præsentium literarum, etiam impresso, sigillo alicuius in dignitate Ecclesiastica constituti munito, & manu Notarij publici subscripto, eadem fides tam in iudicio, quam extra illud vbique adhibeatur, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die duodecima Nouembris, 1578. Pontificatus nostri anno septimo.

Cæ. Glorierius.

[Margin notes: Custodia S. Gregorij incorporatur, Prouinciæ S. Ioseph. — Discalceati remaneant sub iurisdictione Ministri generalis ipsius ordinis. — Clausulæ præser. — Decretũ irritãs. — Executorum dep. & facult. — Clausulæ derog. — Cadit hæc const. sub ann. 7. posita est hic quia antea eam habere non potui.]

C.

Collegij Anglici in Vrbe, erectio exemptiones & priuilegia, eiusq; Protectoris iurisdictio, & facultates.

De Hæresis autem in Anglia suscitatione, habes sup. in Pauli 3. const. 10. Cum Redemptor f. 385. & Pij 5. const 102. Regnans, f. 1073.

GREGORIVS Papa decimus tertius, Ad perpetuam rei memoriam.

QVONIAM DIVINAE bonitati visum est, humilitatem nostram turbulentissimis Christianæ Reip. temporibus, ad excelsum vniuersalis Ecclesiæ culmen subleuare, hæreditatisque, quam pretioso sanguine suo quæsiuit administrationem curæ nostræ commendare, ea nostrum perpetua sollicitudo exacuit animum ad piæ meditandum, quo pacto, & Dei misericordiæ, à qua tantum accepimus nos gratos exhibeamus, & nostram Ecclesiæ suæ operam, quantum diuina benignitate adiuti possumus, non inutilé faciamus.

[Margin note: Causa huius erectionis.]

Quare cum quotidie, non sine graui animi nostri dolore, Sanctam D. N. Iesu Christi Sponsam, diuersorum eius Hostium conspiratione, & violento ex multis partibus incursu oppugnari cernamus, antiquisque hostibus Infidelibus Turcis, Iudæis, nouosque Hæreticos, & Schismaticos accessisse, qui omni impietate, & scelere imbuti, ac veluti aduersarij nostri furijs exagitati, in piæ Matris exitium feruntur, quod officij nostri ratio à no-

tio à nobis expostulat ad hominum impetus, quo maxime opus esse videmus vires nobis à Domino traditas opponimus, populosq; imbecillitati nostræ à diuina benignitate concreditos præsidijs contra hostium oppugnationes parans communimus; Cũq; nullum firmius præsidiũ, aut remedium certius inueniri posit, quã vt Regionum ab hac peste oppressarũ iuuẽtus, cui⁹ tenores animos facile est ad virtutẽ flectere Cath Relig. imbuat, ab initio vsq; nři Põt operã dedim⁹, vt diuersarũ nationũ Collegia, veluti Cath Relig. & sinceræ, ad eã institutionis seminaria, nřis sũptib⁹ ĩ Vrbe erigerẽtur Quæ iterea dũ sedulo agim⁹, ad Angliæ Regnũ magnis quõdã opib⁹, & Catholicæ fidei studio florẽtissimũ, nũc vero à teterrimi Hæresis labe, quæ oẽs fere eius partes cõprehẽdit. deiectiũ pietatis oculos dirigentes, eiusq; calamitatẽ, vt sæpe alios, miserãtes reperim⁹, Anglorũ nationẽ ad Christi fidẽ à B. Greg. Põt. cõuersã, ex eo tpe sigularẽ fidẽ reuerẽtiã, atq; obediẽtia cõtra Ro. Põt. Sãctãq; Sedẽ Apost. præstitisse, quæ ẽt ĩ tãta nostrorũ tẽporũ caligine, ĩ aliquibus isign b⁹ illis quidẽ, & Illustrib⁹ viris refulsere, qui pro huius Sedis dignitate, & Orthodoxæ fidei veritate, vitas suas, cũ sãguine ponere nõ dubitarũt, versãturq; quotidie ante oculos nřos, iuuenes, ex illo miserrimo Regno huc profugiẽtes, qui diuino spiritu ducti, patria, parẽtib⁹, & bonis relictis, sese nobis ad Catholicæ Religionis, in qua nati sũt ĩstitutionẽ suscipiẽdã miserabiliter offerũt, eo aĩo, vt salutẽ sibi primũ cõparẽt, deĩde vero, vt post adeptã diuinarũ rerũ sciẽtiã ĩ Angliã ad alios, q à via veritatis declinarũt erudiẽdos reuertãtur. Nos igitur Gregorij eius nominis primi pia in Anglos officia, eiusq; erga illos bonitatẽ imitari cupiẽtes, vt quẽadmodũ ipsi cõcessionis, sic, & nobis ab errore reuocatiõis beneficiũ accepisse ĩ Domino lætẽtur, ac ꝓpẽsã eorũ erga Sedẽ ꝑdictã deuotionẽ adolescentiũ, ıtẽ Catholicæ doctrinæ adipiscẽdæ studiũ ãplectẽtes, Motuprop. & ex certa sciẽtia nřa, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine ad omnipotẽtis Dei laudẽ, & fidei Catholicæ ĩcremẽtũ, dilectæq; nobis natiõis Anglicanæ cõmodũ, & salutẽ in ædib⁹ Hospitalis Anglorũ de Vrbe, vnũ Collegiũ Anglicanũ nũcupãdũ ꝑpetuo erigim⁹, & istituim⁹, ĩ quo nõ min⁹ ꝙ quinquagita Scolastici, ex oĩ natione, & linguæ idiomate Regni Angliæ cũ suo Rectore, & ministris necessarijs alãtur, q inibi, ĩ Philosophia, ac Theologia se exerceãt, Græcis itẽ, Hæbraicisq; literis ꝓ captu, cuiusq; operã dẽt, ĩ eisq; tatũ ꝓficere studeãt, quãtũ satis esse videatur. His porro õnes hij studijs operã nauabũt, ad quæ, à Superiorib⁹ dirigẽtur, seq; ꝑterea ĩ pietate, & deuotione Cãtib⁹ Ecclesiast. Cæremonijs, & sacris officijs, vt meli⁹ ipsis Superiorib⁹ visũ fuerit exercebũt, ad eorũ aũt oĩũ sustẽtationẽ nos ãnuos, redditus triũ milliũ scutorum auri in auro ex Apost. Cam. seu Datariat⁹ rationibus sigulis mẽsib⁹ ꝓ rata, donec eis aliũde nobis, aut successorib⁹ nřis de simili ãnuo reddittu, ꝓspectũ fuerit, libere, & itegre ꝑstãdos cõstituim⁹, Et ꝑterea eis perpetuo cõcedim⁹, & asignam⁹ ꝓ eorũ habitatiõe, & vsu, ædes ꝑdictas, ĩ qb⁹ Cappellani Angli habitabãt, nũc vero dicti Scolastici iussu nostro habitãt, cũ duab⁹ domib⁹ dicto Hospitali cõtiguis ad sinistrã partẽ vers⁹ Ecclesiã S. Brigidæ Suetiorũ, & quæcũq; illis circũcedũt. Ac pro diuini cult⁹ exercitio Ecclesiã Sãctissimæ Trinitatis, & S. Thomæ martyris Anglorum, necnõ ꝓ dote dicti Collegij, ac Rectoris, Scolasticorũ, & ministrorũ prædictorũ sustẽtatione, omnes, & quascũque alias domos, tabernas, siue apothecas stabula, hospitia, hortos, areas, proprietates, cẽs⁹, fruct⁹, cæteraq; oĩa bona mobilia, ĩmobilia, & se mouẽtia, necnõ res, actiones, & iura dicti Hospitalis, tã ĩ Vrbe, ꝙ extra eã vbicũq; existentia, cuiuscũq; qualitatis speciei, naturæ pretij, quãtitatis, ac ẽt annui valoris exitẽtia, quæ oĩa, eorũq; situationes, nũcupationes, cõfinia, & latera, ac si nominati, & ĩ specie describerẽtur, præsẽtib⁹, pro expressis haberi, & ædes, ac cætera, quæ signari possunt, vt à cæteris iternoscãtur, ꝙprimũ armis, & signis dicti Collegij forinsecus notari volum⁹, eaq; omnia à dicto Hospitale omnino separam⁹, & ad ipsũ Collegiũ trãsferim⁹, ita, vt Protector, & Scolastici ꝑdicti corporalẽ illorũ oĩũ possessionẽ per se, vel aliũ, seu alios ꝓpria auctoritate libere apprehẽdere, & perpetuo retinere, illorumque fructus, redditus, & prouẽtus, iura, obuẽtiones, ac emolumẽta omnia percipere, exigere, & leuare, ac suos dicti Collegij cõmunes vs⁹, & vtilitatẽ cõuertere libere, & licite valeãt, Vic. Vr. aut cuiusuis alteri⁹ licẽtia desuper minime requisita. Oeconom⁹ vero, & alij Ministri, ac seruiẽtes dicti Collegij, ipsi⁹ Rectori subsit, & ad ei⁹ præscriptũ, & mãdatũ omnino obsequãtur, nihilq; cõtra illi⁹ volũtatẽ faciãt, vel attẽtẽt ipseq; Oeconom⁹ Protectori dicti Collegij ꝓ tẽpore existẽti, vel ẽt ipsi protectori volẽti, & requirẽti, aut ab eorũ quolibet deputatis, bis in anno, vel quotiescũq; ei, vel eis visum fuerit, rõnẽ reddere teneãtur; Cũ eo tamẽ, ꝙ si aliquo tẽpore prædictũ Collegiũ, ex quacũq; causa dissolui cõtigat, ædes Ecclesia, dom⁹, cẽs⁹, cæteraq; oĩa prædicta perĩde prædicti Hospitalis sint, ac si erectio Collegij, & alia præscripta, nũꝙ emanassẽt, prout nos, ex nũc ĩ eũ euẽtũ Hospitale ipsũ, quoad illa omnia in integrũ restituim⁹, Eo ipso districtius inhibẽtes Capellanis prædictis, necnon dicti Hospitalis Gubernatorib⁹, & Administratoribus, cuiuscũq; nominis, & dignitatis, ac deinceps ĩ edib⁹ Ecclesia, domibus, apothecis, cẽsibus, fructib⁹, alijsq; rebus, iurib⁹, & action. prædictis directe, vel indirecte, quouis quæsito colore sese ĩterponere, aut Collegiũ Rectorẽ, Scolasticos, & ministros præsẽtes, & futuros molestare audeãt, vel perturbare. Ac decernẽtes ex nunc irritum, & inane quidquid cõtra præmissa, & etiã præsentibus cõtenta per eosdẽ, aut quosuis alios sciẽter, vel ignoranter cõtigerit attentari. Præterea Collegium, eiusq; Rectorẽ scolasticos, & ministros in perpetuum, ac prædicta, cæteraq; omnia eorum bona mobilia, & immobilia, cuiuscũque qualitatis, & quantitatis in dicta Vrbe, & extra, & alios vbique locorum consistentia, sub nostra, beatique Petri, & huius Sedis protectione suscipientes, ac vobis, & eidem Sedi prorsus subijcientes, illa omnia in vniuersum & singulatim ab omni iurisdictione, correctione, visitatione, dominio, superioritate, & potestate pro tẽpore existẽtis Vicarij, Gubernatoris, Senatoris, Consulum, Conseruatorum, & Reformatorũ dictæ Vrbis, causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generalis Auditoris, necnon Recturis studij generalis, & aliorum quorumcunque Tribunalium, Iudicum, & officialium, necnon ordinariorum locorum Rectorum, parochialium Ecclesiarum, & quorumcunque aliorum in dicta Vrbe, vel alibi constitutorum. Illoque, ac etiam in proprijs eorum rebus, & bonis, cum eis cõtrahentes a solutione, & exactione, quorumcunque pedagij, gabellæ, bollettini, etiam ratione vini Ripæ, & Ripettæ, necnon Grani, Olei, pannorum cuiuscunque generis, & quarumcunque aliarum rerum, necnon decimarum, & cuiusuis, tam ordinarij, quam extraordinarij oneris ex quacunque causa impositorum, & imponendorum perpetuo eximimus, & prorsus liberamus.

Insuper eisdem Collegio, & scholasticis, Rectoribus, & Gubernatoribus, vt omnibus, & quibuscunque priuilegijs, exemptionibus, libertatibus, facultatibus, & indultis, quibus studium generale dictæ Vrbis, & illius Rectores, Doctoresque in eo exegerint quomodocunque vtuntur, potiuntur, & gaudent, aut vti potiri, & gaudere poterunt, quomodolibet in futurum, non solum ad eorum instar, sed pariformiter, & æque principaliter, vti potiri, & gaudere valeant in omnibus & per omnia concedimus, illaque eis communicamus,

HHH Praeci-

Greg. 1. induxit Anglorum nationem ad fidẽ Catholicam.

Angli vero, qui tunc erga Rom. Pont. obedientes & Cath. fuerant, in hæresim postea prolapsi sũt.

Hic igitur Pont. ad imitationem dicti Greg. 1 pro dictorum Anglorum ab hæresi reuocatione Collegium Anglicum in Vrbe erigit.

Et in eo quinquaginta scolasticos Anglicos cũ suo Rectore, & Ministris alẽ & in studijs instrui decernit.

Annuosque redditus scutorum millia dicto Collegio assignat.

Hospitalis Anglorum, & Eccl. Sanctiss. Trinit. & S. Tho. mart. ac omnia bona eiusdem Hosp. eidem Collegio applicat, & cõcedit Ministros dicti Collegij obedire in omnibus prote. & rectori eiusdẽ Collegij.

Si vero Colle. dissoluatur, bona omnia remaneant dicto Hosp.

Inhibẽ cõtra ministros dicti Hosp. ne molestent Collegiũ & eius personas super prædictis.

Exemptio Collegij à iurisd. ordinariorũ, & quorumcunque iud.

Exemptio eiusd. Collegij, & cũ eo contrahẽ. à sol. pedag. gabellarũ

Præcipimusque, & interdicimus Vicario Gubernatori, Auditori, Senatori, Consulibus, Conseruatoribus, reformatoribus, Rectoriq; Iudicibus, officialibus, & alijs prædictis, necnon S.R.E. Came. Præsidentibusq; & Clericis Cam. Apost. ac quibusuis Camerarijs ad exactionem vectigaliū portoriū decimarū, & aliorū onerū prædictorū pro tēpore deputatis vniuersæ, & singulatim, ne quarūcunq; facultatū priuilegiorū, & literarū eis sub quibuscunque tenoribus, & formis concessarū occasione, vel prætextu, Collegiū scolasticos, Rectorē, Ministros, & Guber. prædictos, seu eorū aliquē, etiā super vsu, & perceptiōe prædictorū, & alijs præmissis impediāt, vel molestēt, nec impediri, vel molestari permittāt.

Inhibitio contra omnes officiales Collegiū, & eius personas in præmissis molestent.

Ad hæc Superioribus dicti Collegij cū consensu tamen Protectoris prædicti illos, quos in dicto Collegio, & alibi per debitū tēpus studuisse, ac scientia, & moribus idoneos esse repererint, in prædictis facultatibus artiū, & Theologiæ Baccalariatus, licentiaturæ, doctoratusq; & magisterij gradus seruata forma Cōcilij Viennen. & aliàs iuxta vniuersitatis studij eiusdē Vrbis consuetudinē promouendi, & ipsorū graduū solita insignia eis exhibendi, vtque in facultatibus supradictis sic promoti illas publice, & priuatim, etiā in omnibus Vniuersitatibus studiorum generaliū interpretari, & alios docere, ac de eis disputare gradus, seu gradibus huiusmodi conuenientes actus exercere, ac omnibus priuilegijs gratijs, fauoribus, prærogatiuis, & indultis, quibus alij in prædicta, seu alijs Vniuersitatibus, & alibi iuxta illius, & aliarū Vniuersitatū huiusmodi constitutiones & mores ad gradus prædictos promoti de iure, vel consuetudine vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum vti potiri, & gaudere possint, & debeant, perinde, ac si gradus prædictos in ipsa Vniuersitate iuxta statuta consuetudines, & mores prædictos suscepissent cōcedendi licentiā tribuimus.

Facul. Superiorū Collegij, promouendi cum consensu Protect. scholares ad gradus, &c.

Postremo cum eosdē scholares huius Collegij alumnos post longos studiorū, vel cœptorū, vel cōsummatorum labores, sacerdotali Militiæ pro tēporis, vel loci necessitate ascribere conducat, vt ministerijs, & pensionibus sacris assuescāt dictæ Ecclesiæ Sāctissimæ Trinitatis officia præstēt, seu, vt operarij mittātur, eisdē Alumnis vt de licētia Protectoris, ac dicti Collegij Rectoris consensu, & examine præcedēte etiā extra tēpora à iure statuta interstitijsq; tēporū a Cōc. Trid præstitutis nō expectās, & etiā absq; suorū ordinariorū literis dimissorialibus, ac sine aliquo beneficij, vel patrimonij titulo, & nō obstāte quouis natalium defectu, super quo cū talibus per easdē præsētes dispensamus, ad omnes etiā sacros, & presbyteratus ordines promoueri, postquā promoti fuerint, in illis etiam in altaris ministerijs ministrare, ac etiam tam ipsi, quam cæteri omnes ī dicto Collegio degētes, vt pœnitētiæ, ac Eucharistiæ, etiā die Paschatis, & extremæ vnctionis Sacramēta à Cōfessario, aut alio sacerdote ipsius Collegij à Rectore, vel illius cōstituendo suscipere libere, & licite valeāt indulgemus.

Scolares, & alumni eiusdem Collegij promoueri possint extra tēpora & absque ordinariorum literis dimissorijs, & sine titulo, & non obstan. defectu natalium.

Vt vero eiusdem Collegij cōseruationi, bonoq; regimini, tam ijs, quā ad alumnorū ipsorum institutionē, & disciplinā, quàm ad victū & vestitum, aliaq; huiusmodi necessaria pertinent opportunius consulatur, vtq; promptum, paratumq; hoc eis auxilium venerabilem fratrem nostrum Ioannem Episcopum Ostiensem Cardinalē Moronū nuncupatū, eiusdē Collegij Protectorem, & defensorem constituimus, & deputamus, cuius consilio, & opera, tam supradicta, quàm quæcunque alia ad scholasticos in eodē Collegio admittendos, & retinendos, & ab eo amittentes spectātia agātur, statuantur, & ordinentur, dantes eidem, & pro tempore Protectori existenti prædicti Collegij pro salubri illius conseruatione, & directione scholasticorum, bonorum & rerum, ac iurium temporalium, & spiritualiū eiusdem plenā, & liberam facultatem, & auctoritatem, Oeconomos, Aduocatos, & Procuratores in eo deputādos, & amouendos & alios eorum loco sufficiendos, differentias, lites, & controuersias inter quascunq; personas, tam alumnorum, quam Ministrantium Clericorum, & Laicorum, non tamen presbyterorum ipsius Societatis exortas summarie simpliciter, & de plano sine figura, aut strepitu iudicij, appellatione quacunq; remota decidendi, definiendi, terminandi, & exequendi, statutaq; ordinationes sacrisq; Canonibus, & Conc. Trid. prædicto nō contraria faciendi, & accedendi, eaq; cū opus fuerit reuocandi, immutandi, & corrigendi, aliaq; de nouo condendi, quæ postquam facta edita, reuocata, immutata, & correcta fuerint, perinde habeantur, & obseruētur, ac si auctoritate Apostolica approbata, & cōfirmata essēt, prout eos illa ab omnibus dicti Collegij alūnis, ita haberi, & inuiolabiliter obseruari mandamus.

Protectoris deputa. & facul.

Protectoris iurisdictio.

Quod autē ad dictorū alūnnorū admissionis modū, & formā, deinceps habēdā attinet, statuimus, & ordinamus, eos qui admittēdi erūt, prius ab examinatoribus per dictū Protectorē in Gallia, etiā Belgia, aut alibi, prout illi cōuenientius videbitur designatis, & designandis iuxta formā ab ipso Protectore præscribēdā examinare, & præhabito huiusmodi examine, si cōstiterit, ipsi Protectori prædictorū examinatorum significatione sibi verbo, vel scripto faciēda, eos ingenio aptos, & moribus probatos, & tales, qui recipi debeant eum illos admittāt. Postquā vero in Collegio recepti fuerint, nō statim Collegij alūni cēseātur, sed per quatuor, & sex mēses plus, vel minus, prout Superioribus, & Collegij moderatoribus visum fuerit eorū cōuersatio probetor, deinde si Collegio digni videbūtur, iuramētū præstetur se vitā Ecclesiasticā perducturos, seque omni tēpore ad iussum Superiorū in patriā reuertendū, et ad animas quantū in Domino potuerit adiuuādas paratos fore.

Forma recipiēdi alumnorū Collegij.

Cæterū Rectori presbytero dicti Collegij pro tēpore existen. vt per se, vel Cofessarium idoneū, quē duxerit eligendū singulos alūnos prædictos à quibusuis excomunicationis, suspētionis, interdicti, alijsq; sētentijs, cēsuris, et pœnis Eccl. quauis occasione, vel causa latis, quas ipsi pro tēpore quōlibet incurerīt, et à quibusuis peccatis, excessibus, et delictis, quātūcūq; grauibus, et enormibus, etiā ī casibus in litteria die Cœnę Domini legi solitis, contētia, cospirationis, in persona, vel statū Ro. Pōt. falsitatis scripturarū, et literarū Apost. delationis armorū, vel aliorum prohibitorū ad partes infi. selū iniectionis manuū violētarū in Prælatos dūtaxat exceptis dispēsare, libere et licite valeat liberā tribuimus facultatē.

Forma probationis fiēda ab ipsis alūnis, antequā pro talibus admittantur, & forma iuram. præst. post admissionem Rect. Coll. Facultas absoluen. ipsos alumnos à quibusuis excessibus etiam reser. in bul. la cœ. næ D. vt h. c. Hæc bulla habetur ut fu. i. confir. per Decemū tertiū.

Decernētes pdicta oia perpetuo subsistere, sicq; in illis vniuersis, et singulis per quoscūq; iudices ordinarios, et deleg. etiā causarū Palatij Apost. Auditoris, ac S. R. E. Card. in quauis causa, et instātia, sublata eis, et eorū cuilibet quauis alia iudicā. et interpretā. facul. et auctoritate vbiq; iudicari, et diffiniri debere, necnō irritū. et inane quidquid sec' super his per quoscūq; quauis auctoritate sciēter, vel ignorāter cōtigerit attētari. No obstan. nostris de nō tollēdo iure quęsito, et de vero valore fructuū exprimēdo, ac de comissionibus ī huiusmodi vnionibus faciē[n]dis, et vocatis, quorū interest, necnō Lateran. Cōc. nouissime celebrati, vniones perpetuas, nisi in casibus à iure permissis fieri prohibētis, alijsq; Apost. constit. ac Hospit. Vrbis, et Cam. prædictorum iuramēto cōfirmatione Apost. vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, cōsuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, et literis Apost. illis, et eisdē Senatori, Consul. Reformat. Cam. Vniuersitatibus, ac eorū Collegijs, Rectoribus, et personis, alijsq; pro tēpore, necnō Pro Ro vectigalibus, Redemptoribus, et alijs sub quibuscūq; tenoribus, et formis ac cum quibusuis clausulis, et decretis, etiā iteratis vicibus, aut etiā ī fauorē Hospitaliū cōcessis, approbatis, et innouatis, quibus omnibus illorū tenores præsētibus pro sufficiēter expressis habētes, illis aliàs in suo robore per-

Clausulæ derog.

permansuris, hac vice dũtaxat specialiter, et expresse derog. cæterisq; cõtrarijs quibuscũq; Vt vero tẽporalibus cõmodis spiritualia quoq; munera coniũgamus, quibus fidelium deuotio eis monita crescere magis, et augeri possit, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorũ auctoritate confisi omnibus Scolasticis, Rectoribus, & Ministris, qui in hoc Collegio recepti fuerint in ipso ingressu, ac etiam quos in eodem Collegio decedere ab humanis contigerit, si pœnitentes, & confessi vere ipsi fuerint, in mortis articulo plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem in perpetuum concedimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ erectionis, instinctionis, assignationis, voluntatis, separationis, translationis, restitutionis, inhibitionis, susceptionis, subiectionis, exemptionis, liberationis, communicationis, præcepti, interdicti, dispensationis, indulti, constitutionum, deputationis, dationis, mandati, statuti, ordinationis, tributionum, decretorum, concessionum, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo septuagesimo nono, nono Kal. Maij, Pontificatus nostri anno septimo.

Indulgentiarum concessio pro scolar. Rectoribus, & ministris Collegij.

M. Datarius. Cæ. Glorierius. A. de Alexijs.

Die 9. Ianuarij 1580. præsentes literæ Apostolicæ præsentatæ fuerunt in Camera Apostolica, & ex decreto in eadem facto admissæ, & illius libris resignatæ in libro quarto signaturarum diuers. Pont. fol. 44. penes me infrascriptum dictæ Cameræ Notarium.

Admissio, & publ. in Cam. Ap.

Tydeus de Marchis Notarius.

CI.

De augmento Montis Alumeriarum, & illius fructuum reductione ad quinque pro centenario.

De erectione autem istius Montis, vide sup. in Pauli 4. const. 46. Ea fuit Superiorum, fol. 634.

GREGORIVS Papa XIII.

CVM ALIAS fælicis recordationis Paulus Papa iiij. prædecessor noster, ex certis causis animum suum mouentibus Monté alumeriarum vacabilem erexisset, eique dotis nomine assignasset redditus alumeriarum Tulphæ veteris, vt ex eis annuos fructus ad rationem duodecim pro quolibet centenario, & loco caperentur, ac deinde ipsum Montem ex auctu pretij ab Augustino Saulio tunc alumeriarum conductore oblati ampliasset, accidissetque, vt dicta dos, & augmentum propter temporum iniuriam, aliasque causas deficerent, nec esset, vnde personis Montis huiusmodi, & alijs loca eiusdem habentibus dicto modo satisfieret, recolendæ memoriæ Pius Papa V. etiam prædecessor noster ei rei opportunum remedium adhibere cupiens, præter alia multa quæ egerat tandem statuit, vt quæcunque loca ipsius Montis post id tempus vacarent non venderentur amplius, sed eorum fructus pro rata diuiderentur personis Montis prædicti, & alijs loca eiusdem habentibus in supplementum deficientis dotis, & assignationis huiusmodi, quodquidem paulopost de vigintinouem locis, quæ vacarunt executioni demandatum fuit. Cum tamen deinde compertum esset, neque id satis esse ad solutionem integram fructuum prædictorum, ac illi conquererentur, idem Pius prædecessor, quia alia commodior ratio in promptu non erat, Montem ipsum de vacabili nõ vacabilem, & perpetuum effecit, iussitque ad hæredes transire, & fructus annuos illius ad septem pro centenario reduxit, donec aliter prouideretur, & Mons non vacabilis permaneret, Cum ea tamen conditione, vt ipse, ac successores sui quotiescunque libuisset Montem redimere, vel pristinæ vacationi restituere possent, data tamen illi prius debita assignatione, prout plenius in singulis dictorum prædecessorum literis continetur. Cumque postea nobis constitisset, etiam prædicta omnia non sufficere, tandem nonnullis remedijs in vanum tentatis & expertis, id nos tunc Consilij reperimus ad demendam nobis, & alijs hac in re molestiam, vt quod ex pacto, & decreto prædicto in nostra esset potestate Montem redimeremus, pecuniamque illis singulis restitueremus, Qua re audita personæ ac loca habentes huiusmodi cũ nobis exponi fecissent cupere se potius, ac supplicare, vt Mons sicuti erat relinqueretur, & cõtentos esse fructibus ad rationem quinque cum dimidio pro quolibet centenario, dummodo certi, & securi redderentur, quod Mons perpetuus remaneret, nec vllo vnquam tempore redimi posset. Nos preces ipsorum benigne admittentes, matura super his deliberatione præhabita, ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, necnon de voluntate, & consensu omnium prædictorum loca habentium, ex tunc dictum Mõtem Alumeriarũ, ac tã vigintinouem, quam reliqua omnia eiusdem Montis loca prædicta perpetuauimus, ac perpetuum, & perpetua, firma, stabilia, inextinguibilia, & nunquã redimibilia, nec vacabilia, sed semper duratura fecimus, constituimus, & deputauimus, ac esse, & fore voluimus, pactumque, & conditioné de reducendo, seu extinguendo Monté, vel loca huiusmodi in literis erectionis ipsius mõtis, vel alibi appositã omnino sustulimus, & cassauimus, ac dicti mõtis loca, tãquã bona stabilia, & patrimonialia cẽseri, atq; per personas, & loca mõtis habẽtes, tũc, & pro tẽpore existen. & cuiuslibet eorũ hæredes & successores, causãq; ab eis habẽtes, etiã perpetuo haberi, teneri, & possideri voluimus, decreuimus, & declarauimus. Ita, vt etiã loca mõtis huiusmodi cũ aliquẽ ex eiusdẽ mõtis personis, & loca habẽtibus, tũc præsentibus, & futuris pro tẽpore decedere cõtingeret ad hæredes, & alios legitimos successores illius, & causã ab eis habẽtes, nõ autẽ ad Camerã nostrã prædictã, nec ad quẽuis aliũ perpetuis futuris tẽporibus omnino spectarẽt pertinerẽt, & deciderẽt, ipsis vero personis, & loca habẽtibus dicti mõtis sic perpetui, & nõ vacabilis effecti ad rationẽ quinq; scutorũ cũ dimidio pro quolibet loco, & nõ vltra, nec etiã minus pro fructibus, & emolumẽtis cuiuslibet loci mõtis huiusmodi annuati, aliàs, vt prius solui, & respon deri deberent. Ad quã quidẽ rationẽ quinq; scutorũ cũ dimidio, pro quolibet loco fructus, & emolumẽta omniũ, & singulorũ locorũ prædictorũ mõtis alumeriarũ perpetuatorũ, & nõ vacabiliũ effectorũ huiusmodi, etiã perpetuo reduximus, moderauimus, restrinximus, & limitauimus. Porro, vt mõs ipse perpetua stabilitate muniretur, & illius personæ, & loca habẽtes certi essẽt, & securi de dictis quinq; scutis cũ dimidio, pro quolibet loco ãnuatim indubitãter percipiẽdis, ac scirẽt vnde illa percipere, ac ius suũ cõsequi possẽt, scientia, & potestatis plenitudine prædictis pro dictis fructibus, & emolumẽtis ipsorũ locorũ ad rationẽ quinq; cũ dimidio, vt præfertur sũmã annuam octomilium quadringentorum septuaginta septem scutorum monetæ, & baiochorum triginta duo-

Paul 4. erexit mõté Alumeriarũ vac. & Mõti assignauit fruct. ad rationẽ duodecim pro cent. vt in eius const. 46. fol. 634.

Pius 5. dictum montem nõ vacabilé effecit, & illius fructus ad septem pro cent. reduxit, ex causã hic expressa.

Et Pont. iste, eundem Monté perpetuum, & non vacabilé esse statuit, & illius fructus ad quinque pro cẽt. reduxit.

rum ab omnibus, & singulis restauris, defalcationibus, remissionibus, recompensationibus, retentionibus, restitutionibus, ac quibuscunque ordinarijs, & extraordinarijs oneribus, & impositionibus, necnon quibusuis casibus, etiam fortuitis solitis, vel insolitis, ac ex quacunque etiam inexcogitabili causa, & alias in omnibus, & per omnia penitus, & omnino, ac perpetuo liberam, immunem, & exemptam in, & super dictis Alumeriis, & tã præsentibus, quam futuris ipsarum locationibus, & appaltibus, ac quibusuis illarum cõcessionibus, & dispositionibus ab earundem Alumeriarum deputatis, seu conductoribus, ac alijs, ad quos spectabat, & pro tempore spectaret, ac etiã ab ipsamet Camera Apostolica per Montem Alumeriarum, illiusque Collegium, ac personas, & loca prædicta perpetuo habendam, percipiendam, & leuandam in perpetuum, constituimus, & assignauimus, applicauimus, ac plene incorporauimus, prout Montibus fidei, & Religionis nuncupatis eiusdem Vrbis illorumq; Collegijs, & personis per literas Apostolicas in eorum erectionibus, institutionibus, augmentis, & assignationibus concessum reperiebatur, Quam quidem summam octomillium quadringentorum septuaginta septem scutorum, & baiochorum triginta duorum similium, necnõ reliqua Alumina, ac omnia, & singula alia nostra, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum, ac dictæ Cameræ Apostolicæ bona, iura, prouētus, vectigalia redditus, actiones, & alias res vniuersas Monti Alumeriarum illiusque Collegio personis, & loca habentibus prædictis pro dictæ assignationis ad rationem quinque cum dimidio securitate, ac perpetuitate, ita vt ipsi tunc præsentes, & futuri nullam diminutionem, aut damnum vllo vnquam tempore paterentur, nec pati deberent, præmissis omnibus, & singulis, etiam in eadem ampliori Ipsius Cameræ Apostolicæ forma cum omnibus clausulis solitis, & consuetis, ac etiam iuramento vallatis in perpetuum valide, & efficaciter obligauimus, nonnullaque alia fecimus, cõcessimus, reseruauimus, indulsimus, extẽdimus, ampliauimus, decretauimus, declarauimus, mandauimus, & voluimus, prout in nostris inde sub Dat. Kal. Nouembris. Pontificatus nostri anno septimo, etiam confectis literis plenius continetur.

Pro securatione Montistarum assignauit, anno & summã octomillium quadringentorum, & septuaginta septẽ scutorum ex redditibus Alumeriarũ & obligauit omnia bona Ca. A.

Has literas hic non habes.

Cum autem sicut accepimus inter loca in supradictis literis contenta, centum, & quadraginta nouem loca pro centum & quinquaginta scutis, pro quolibet loco huiusmodi forsan diuersis personis vel locis pignorata, obligata reperiantur: Et insuper, super dicto Monte Alumeriarum pridem constitutus existat vnus annuus census mille & quadringentorum triginta scutorum monetæ de iulijs decem pro quolibet scuto, pro cuius solutione tempore prædecessorum nostrorum dictæ Cameræ Apostolicæ pro tempore agentes, & Ministri eandem Cameram Apostolicam erga dilectum Cæsarem Mormillum Laicum Neapolitanum, occasione clausuræ Alumeriarum, quas idem Cæsar in Regno Neapolitano habebat, obligauerunt, & hipothecauerunt, quorum quidem locorum pignoratorum, obligatorum, & hipothecatorum, necnõ ipsius census emolumẽta, ac fructus per Conductores, & appaltatores Alumeriarum Tulphæ solui, & ob hanc causam in tabula dictarum Alumeriarum describi consueuerant.

Deinde idẽ Põt. sciuit nonnulla loca eiusdẽ montis diuersis personis pignorata, & & quendam annuum censum super eodem Mõte constitutum fuisse.

Nos ipsius Montis felici successui, & commodiori regimini prouidere volentes, Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, Montem ipsum quoad dicta centum & quadraginta nouem loca sic obligata & hypothecata, seu pignorata, necnon censum annuum mille quadringẽtorum triginta scutorum similium, quod per nos, seu Cameram nostram, dictus annuus census, mediante certa pecuniarum solutione, seu promissione eidem Cæsari, seu eius hæredibus facti emptus, & dictæ Cameræ Apostolicæ applicatus fuit, ipsaque centum, & quadraginta nouem loca, ac dictum annuum censum mille, & quadringentorum triginta scutorum, etiam perpetuo supprimimus, & extinguimus.

Ideo idẽ Põt. loca illa suppressit. & censum illum extinguit.

Et nihilominus ea fructibus, & emolumentis locorum, & census sic per præsentes suppressorum, & extinctorum alia quadringenta octuaginta tria loca cum dimidio dicti Montis Alumeriarum, itaquod cæteris eiusdem Montis locis, & portionibus adiungantur, & incorporentur, quibus similiter ad rationem quinque cum dimidio pro emolumentis, & fructibus præfatis ab eadem Camera respondeatur, & responderi debeat, ac persoluatur, ac in libris, & alijs scripturis dicti Mõtis describantur, auctoritate, & tenore præfatis similiter perpetuo constituimus, & erigimus:

Addique eidem Montium eisdem emolu. quandã alia loca.

Ac pro eorundem locorum, sic per easdem præsentes constitutorum, & erectorum solutione ad dictam rationem quinque cũ dimidio pro quolibet centenario & anno, personis eadem loca habentibus, seu habituris, tam supradicta octomillia quadringenta septuaginta septem scuta, ac baiochos triginta duos, quam reliqua omnia nostra, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum dictæque Cameræ bona, alumina, iura prouentus vectigalia redditus actiones, & alias res vniuersas, modo & forma, quibus erga cætera alia loca supradicta obligata fuerunt & sunt, etiam obligamus, & hypothecamus, & eisdem in locis per præsentes sic erectis pro illorum dote damus, & assignamus emolumenta, quæ soluebantur pro dictis centum, & quadraginta nouem locis impignoratis, necnon illa mille, & quadringenta triginta scuta, quæ soluebantur, quondam Cæsari Mormillo eiusque hæredibus adeo, quod his omnibus, & singulis locis dicti præsentis Montis, in vnum corpus redactis idem Mons habeat, & habere debeat nouem millia nongenta septem scuta, & baiochos triginta duos, quam summam moderni, & pro tempore existentes appaltatores aluminum teneantur soluere quolibet anno, & quolibet bimestri ratam, & pro huiusmodi summa apponantur in tabula appaltus dictorum aluminum, ipsaque loca, sic per præsentes constituta, & erecta perpetua firma, stabilia, inextinguibilia, & nunquam reducibilia, nec vacabilia, sed semper duratura, ac tanquam bona stabilia, & patrimonialia censeri fore, & esse.

Pro quorum assecuratione obl. omnia bona Ca. Apost.

Quodque inter ea, & alia loca prædicta prius erecta, nulla penitus sit differentia, sed omnia insimul vnum corpus efficiant, & esse censeantur, eaque etiã per dilectum filium, nunc, & pro tempore existentem Thesaurarium nostrum generalem vendantur. Idemque Thesaurarius illis, qui dicta loca pignorata habent, si de huiusmodi Monti pro pretio currenti accipere noluerint pro concurrenti quantitate eis debita, centum. & quinquaginta scuta monetæ pro quolibet loco per dilectum etiam filium Depositarium dictæ Cameræ Apostolicæ solui mandet, & faciat; omniaque. & singula loca prædicta, ac quoscunque illa pro tempore quomodolibet obtinentes omnibus & singulis priuilegijs, facultatibus, libertatibus, immunitatibus, exẽptionibus, indultis, concessionibus, fauoribus, præeminentijs, antelationibus, & alijs vniuersis gratijs, specialibus, & generalibus, quibus cætera alia loca prædicta, & ea habentes de vsu, statuto, consuetudine concessione, vel alias quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti potiri, & gaudere possunt, & poterũt quomodolibet in futurum, pariformiter vti frui potiri, & gaudere; Necnon illa, & illos, sic cõstituta, & obtinẽtes per dicti Montis alumeriarũ Collegiũ detẽsores, officiales, Ministros, & personas quascunque, vel Cameram prædictam, aut per conductores, seu administratores alumeriarum, aut quoscunque alios, quauis auctoritate fungentes molestari, inquietari, impediri, vel perturbari, Præsentes quoque de subre-

Quæ loca sic addita eisdẽ indultis, & gratijs gaudere decreuit quibus alia loca potiuntur, & gau.

subreptionis vel obreptionis seu nullitatis vitio, aut quouis alio defectu notari vel impugnari, aut alias quomodolibet infringi, seu retractari, vel annullari nequaquam posse, sed easdem præsentes, & in eis contenta quæcunque semper, ac perpetuo valida, & efficacia, perinde ac si in nostro secreto Consistorio, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio pariter, & assensu facta fuissent, fore & esse, suosque plenarios effectus sortiri & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, quos præmissa quomodolibet concernunt, & in futurum concernent, necnon à successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus, vt a Camera Apostolica inuiolabiliter obseruari debere, minimeque ea infringi, reuocari, vel annullari, etiam ex iustissima causa posse, ac præsentes vim validi, & efficacis contractus inter nos, & Sedem, ac Cameram Apostolicam, & successores nostros ex vna, ac Montem Alumeriarum & illius collegium, ac personas & alios prædictos rite & recte initi, & stipulati habere & obtinere, necnon Collegium dicti Montis Alumeriarum, aliosque defensores deputatos, & Ministros loca sic euiter erecta habentes, & habituros, quoscunque ad ostendendum literas Apostolicas aliaque Pontificia decreta præsentes concernentia, & illa probanda, ac verificanda nullo vnquam tempore in iudicio vel extra teneri, sed præsentibus literis, & in eis contentis, absque alia præmissorum ostensione, verificatione, & probatione faciendis standum esse, ac in omnibus, & per omnia stari debere, Sicque in præmissis omnibus, & singulis ab omnibus censeri, ac ita, & non aliter, per prædictos, & quoscunque alios iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Sacri Palatij nostri Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere legatos dictæque Cameræ clericos Præsidentes, & etiam S. R. E. Camerarium, sublata eis, & eorum, &c. Iudicari, & diffiniri debere. Irritum quoque, &c. decernimus, & declaramus. Mandantes propterea dilectis filijs nostro, & successorum nostrorum Camerario, & Præsidentibus, & clericis Cameræ Apostolicæ huiusmodi, nunc & pro tempore existentibus, quatenus præsentes nostras in eadem Camera recipiant, & admittant, ac etiam, in ipsa Camera registrari faciant, necnon tam illis, quàm Thesaurario, ac Depositario nostris, & successorum nostrorum, etiam generalibus, nunc & pro tempore existentibus, alijsque supradictis, ac cæteris omnibus & singulis ad quos spectat, & pro tempore spectabit quomodlibet in futurum quatenus easdem præsentes nostras inuiolabiliter perpetuo obseruent, & ab omnibus obseruari mandent, & faciant realiter, & cum effectu, quantum in eis est, vel fuerit, literasque, & mandata desuper opportuna expediant, decernant, tradant, & relaxent, ac debitè ea equãtur, seu exequi faciãt. Non obstantibus præmissis, ac nostris de nõ tollendo iure quæsito, necnon bo. me. Symmachi, & Pauli ij. ac Pauli iiij. Pij. etiam iiij. & Pij V. ac quorumcunque aliorum Rom. Pon prædecessorum nostrorum, & etiam nostris de rebus, & iurib. Ecclesię, & Cam. Apost. nõ alienãdis, nec cõcedendis, ac etiã eiusdẽ Pij iiij. de similib. gratijs, &c. in Cam. Apost. infra tres mẽses præsentãdis, & ẽt registrãdis, &c. si opus sit, & quibusuis alijs Apost. necnon ẽt in vniuersalibus prouincialibus, & synodalibus Cõcilijs editis specialibus vel generalibus cõstitutionibus, & ordinationibus, etiam iuramento, &c. roboratis, statutis & consuetudinibus, stabilimentis, antiquitatib. stylis, vsibus, naturis, & etiam nouis reformationibus, ac decretis, & proclamationibus, etiam Cameræ Apostolicæ & Collegiorũ, aliorumque locorum, & tribunalium prædictorum, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis prædictis, & quibusuis alijs Superioribus, & personis, &c. sub quibuscunque tenoribus, &c. etiam motu pari, &c. & consistorialiter, &c. ac alias in contrariũ quomodolibet concessis, &c. quibus omnibus, etiam si de illis, &c. & eorum tenores, &c. latissime, hac vice derogamus. Cæterisque contrarijs quibuscunque, cum clausulis opportunis.

Clausula præseruatiua.

Derrom iest. tans.

Hæc const. admittatur & describatur in Cam. Apostol.

Quam admissionem, & registrationẽ habes hic in fin.

Clausulę derog.

Has constit. indicatas sup. in Pij V. const 35 Admonet. fol 975.

Pij 4. constit. ista habetur sup. f. 871. nu. 137. in prin.

Fiat Motu Proprio. V.

Et cum absolutione a censuris ad effectum, &c. Et quod singularum literarum prædecessorum nostrorum, ac etiam nostrarum prædictarum, necnon præmissorum omnium, & aliorum necessariorum, quorumcunque tenores, ac dat. cum indesecutis habeantur pro expressis, & insertis, seu in toto vel in parte exprimi, ac etiam de verbo ad verbum inseri possint. Et de redemptione, suppressione, extinctione, constitutione, erectione, obligatione, hypothecatione, decreto, mandato, derogatione, alijsque prædictis, vt supra perpetuo latissime exten. Et quod præmissorum omnium, & singulorum etiam nominum, cognominum, qualitatum nuncupationum, denominationum, graduum circunstantiarum, aliorumque necessariorum maior & verior specificatio, & expressio fieri possit in literis etiam per Breue nostrum expediendis. Et quod ijsdem præsentibus, seu super illis conficiendarum literarum transumptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis ea prorsus fides in iudicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, seu literis originalibus huiusmodi, si essent exhibitæ vel ostensæ.

Fiat V.

Datum Romæ, apud sanctum Marcum, quarto Idus Iulij, anno tertiodecimo.

Die vigesima tertia Iulij millesimo quingentesimo octuagesimo quarto in plena Camera Apostolica præsentata fuit præsens motus proprij Cedula, & ex decreto in ea facto per R D. Vicecamerarium Thesaurarium & Clericos præsidentes admissa, & successiue in eiusdem Cameræ libris, scilicet libro quarto signaturarum prælibati Sanctissimi Domini Nostri Papæ, fol. clxxxiiij. penes me infrascriptum dictæ Cameræ Notarium registrata.

Admissio & registratio in Camera Apost.

Tydeus de Marchis.

Confirmatio,

CII.

Confirmatio, & declaratio Institutionis gratiarum, & Priuilegiorum Societatis Iesu.

De Institutione, & confirmatione huius Societatis habes etiam supra in Pauli 3. const. 21. Regimine, fol. 390. vbi hæc const. non fuit a me indicata, quia tunc publicata non erat.

GREGORIUS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. ASCENDENTE DOMINO, & Saluatore nostro in nauiculam, ecce motus magnus factus est in mari, ipse autem à discipulis rogatus ventis imperauit, & facta est trãquillitas, quam nos in Petri nauicula collocati, turbinibus excitatis ab eodem Domino, assiduis precibus postulantes nostram interea operam, & laborem in frangẽdis procellosis fluctibus impendere non desistimus: cumque tanti laboris socios, & validos remiges diuina nobis prouidentia præparauerit, eorum opera in superandis sæuientis pelagi tempestatibus nos maxime subleuat, qui pro communi fluctuantium animarum salute propria commoda nihil pendunt, seq; ad omnia discrimina exponunt, in quo cum aliarum Religionum studia, tum Societatis Iesu assiduus pro Christo labor, nec non vsque ad finem perseuerantia promptam se ostendit: cumque prolem catholicæ Religioni valde proficuam, & ad omnia pericula pro vniuersali Ecclesia subeunda paratam procreauerit aliam, atque aliam à prima non degenerem præstante gratia Dei quotidie substituit, vt nobis eorum alumni per multiplices probationum gradus altius prouecti, semper præsto sint, quos in rebus arduis suscipiendis fructuosos operarios asciscamus; eos autem vt firmiorem nobis opem ad prædicta nauare possint, ab omni non modo iniuria, sed etiam calumnia studemus intactos conseruare. Quod, vt à nobis efficiatur, ipsius instituta tanquam fundamenta eius præsidij, quod catholicæ Religioni impendunt immota, atque inconcussa, aliorum etiam Romanorum Pontificum exemplo, debemus Apostolica auctoritate tueri.

Societas Iesu assiduos pro Christo labores impendit.

Pau. 3. & Iul. 3. Societatis institutionem approbarunt.

Quorum fælicis recordationis Paulus III. & Iulius etiam III. Constitutiones, & laudabile dictæ Societatis institutum confirmarunt.

Pau. 3. exemptionem a iurisdictione ordinar. concessit.

Paulusque idem eam ipsam ab omni quorumcunque ordinariorum iurisdictione exemit.

Pius V. Societatẽ inter ord. Mendicantium posuit.

Quo instituto per Paulum IIII. examinato, & à Synodo Tridentina commendato, Pius V. item prædecessor noster Societatem ipsam ordinem esse mendicantem declarauit.

Societatis, eiusq; Institutoris commendatio.

Quæ omnia non immerito ab eis sunt concessa, ob egregias virtutes, & dona Societati antedictæ diuinitus elargita, cuius præcipuus finis catholicæ est Religionis defensio ac propagatio, animarumque in christiana vita & doctrina profectus, gratiæ quoque eius vocationis est propriũ diuersa orbis terrarum loca ex Romani Pontificis, seu Præpositi Generalis eiusdem Societatis directione peragrare, vitamque in quauis mundi parte agere vbi saluandarum sua opera animarum copiosior prouentus ad Dei gloriam speretur. Ad quem finem Spiritus Sãctus bo. me. Ignatij Loyolæ Societatis ipsius Institutoris, eiusque sociorum excitator, media quoque prædicationum ac cuiuscunque ministerij verbi Dei doctrinæque Christianæ, & spiritualium exercitiorum, aliorum item charitatis operum, & sacramentorum administrationis, ac præcipue Pœnitentiæ, & Eucharistiæ horumque frequentioris vsus accommodauit. Ad quæ sufficienter, & pro dignitate præstanda, difficultates superandas, periculaque adeunda, quibus dictæ Societatis religiosi in huiusmodi discursionibus, & ministerijs exponũtur, necesse est, vt ipsi talia obituri, magno virtutis, & deuotionis præsidio muniantur, quod illis gratia in primis omnipotentis Dei simulque educatio ipsa, longa item in Societate probatio, nec non regularum, & Constitutionum obseruantia præstare noscuntur.

Nouitiorũ probatio.

Quibus constitutionibus, vt tantæ ponant rudimenta virtutis ad quam alontur, statutum est, vt Nouitij in Societate biennio probentur, quo expleto si ipsi perseuerare voluerint, & Societati fuerit ab eis satisfactum (quoniam Societas ipsa non solis Nouitijs, & Professis, vt reliqui regulares ordines constat), tria substantialia vota simplicia (nisi quis interdum ad professionem, vel gradum coadiutorum formatorum admittendus videretur Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ in eadem Societate ex Apostolico indulto, ac iuxta vouendi formulam in eisdem Constitutionibus expressam emittunt, ac secundum illas promittunt se in eandem Societatem ingressuros, hoc est vlteriorem aliquem illius gradum, prout Præposito videbitur Generali.

Nouitiorum probatorũ admissio, inter Scholares approbatos, vel inter Coadiutores tẽporales nõdum formatos.

Quibus votis emissis Nouitij esse desinunt, & in Societatis corpus, qui literis operam dederint, vel daturi sunt, vt Scholares approbati, alij vero vt coadiutores temporales nondum formati cooptantur, ac quantum est ex parte ipsorum perpetuo, ex parte vero Societatis, iuxta Apostolica indulta, & constitutiones prædictas tandiu obligati sunt, quandiu Præpositus Generalis eos in Societate retinendos esse censuerit. Quod ad Societatis conseruationem maxime est necessarium, idque ab illius exordio prouisum, & post experimento comprobatum est, idque initio ingressus illis explicite manifestatur, atque ipsi conditionem hanc amplectuntur, quæ eis (si quos dimittere oporteat) multo est cõmmodior, vt liberi potius, quàm votis obligati dimittantur, alijsque iustis & rationabilibus de causis.

Coadiutorũ prædictorũ admissio in gradum Coadiutorum temporalium formatorum.

Coadiutores temporales non formati, qui non ad studia litterarum, sed ad domestica munia curanda destinãtur, post aliquos annos, quibus Generali Præposito, & Societati satisfecerint, per tria item Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ vota licet publica, & in manibus Superioris emissa, non tamen solennia, sed tum ex Constitutionum præscripto, tum ex vouentis, & admittentis intentione simplicia existunt, in adiutorum temporalium formatorum gradum admittuntur.

Scholares vero studijs in Societate absolutis, antequam professi, vel adiutores spirituales formati fiant, non solum tertium adhuc vlterioris probationis annum, in deuotionis & humilitatis exercitijs impendunt, vt, si qua fortasse in re harum virtutum feruor per literarum occupationẽ intepuerit, per earundem virtutum frequentiorem exercitationem, ardentioremque Diuini auxilij inuocationem recalescat, sed etiam in verbi Dei sacrarũ & scholasticarum lectionum, pœnitentiaque, & Eucharistiæ Sacramentorum Societatis ministerij tandium probantur

bantur, quādiu Præposito Generali videtur, nec antequam ipsi Præposito sint plane perspecti, eique in omnibus satisfecerint, ad huiusmodi gradus promoueantur.

Qui enim ad professionem quatuor votorum admittendi sunt, eos iuxta Constitutiones easdem, & Apostolica decreta, & Indulta viros omnino humiles ac prudentes in Christo, & in vitæ puritate ac literis conspicuos diuturnisque ac diligentissimis experimentis probatos, atque Sacerdotes, et in ministerijs huiusmodi prius diu multumque versatos vocatio hæc requirit, vt pote quos ardua maneant ministeria. Quo fit vt non omnes ad eandem professionem idonei esse, nec tales sine longa exercitatione atq; experimento fieri, aut etiam cognosci possint. Quapropter Societatis corpus in sua mēbra & gradus idem Ignatius diuino instinctu ita duxit disponendū vt præter eos, quos Præpositus Generalis ad professionem quatuor votorum idoneos esse censuerit, & nonnullos, quos interdum ad professionem trium admittere poterit, reliqui etiam Sacerdotes, quorum vita & doctrina in Societate diu probata esset ac Præposito Generali perspecta, & de ipsius licentia in Coadiutorum spiritualium formatorum gradum, per tria alia vota similiter publica, sed simplicia in superioris manibus emissa admitterentur.

Qualitates ad mittendorum ad professionē quatuor votorum.

Quibus emissis tam hi qui spirituales, quàm qui temporales Coadiutores formati fuerint, certum in Societate gradum habent. suntq; omnis hereditariæ successionis incapaces, nihilque omnino proprij iuxta Constitutiones easdem habere possunt. Nec propter emissa huiusmodi vota publica aut per mortem ab intestato in illorū sicuti nec in Professorum bonis domus, vlla, aut Ecclesia vel Collegium dictæ Societatis succedere potest.

Admissi sunt incapaces successionis hæreditariæ, & loca Societatis non succedunt bonis eorum ob eorūdē mortem, aut professionē.

Qui vero quatuor votorum Professi futuri sunt, ij tribus illis solemnibus substantialibus votis quartum similiter solemne addunt specialis Summo Pontifici obedientiæ circa missiones præstandæ ob certiorem Spiritus sancti in missionibus ipsis directionem, ac maiorem ipsorum mittendorum Sedi Apostolicæ Obedientiam, maioremque deuotionem, humilitatem, mortificationem, ac voluntatum abnegationem.

Post emissam vero professionem siue quatuor, siue trium votorum, Professi ad Paupertatis, quæ regularis instituti murus est et propugnaculum, perfectionem tuendam, omnemque ambitionis occasionem excludendam nonnulla alia simplicia vota emittunt quibus promittunt se nunquam quacunque ratione acturos vel consensuros, vt quæ in Constitutionibus Societatis circa paupertatem ordinata sunt, immutentur nisi quando ex iusta rerum exigentium causa paupertas magis restringenda videretur, neque prætensuros ne indirectè quidem, vt quam prælationem vel dignitatem intra vel extra Societatem eligantur, nec extra Societatem in sui electionem quantum in eis fuerit, consensuros, nisi coacti obedientia eius, qui id ipsis possit sub pœna peccati præcipere: Item Societati vel eius Præposito manifestaturos, si quem sciant aliquid huiusmodi moliri.

Professi quatuor votorum, et trium debent solemnia vota obedientiæ ergo Pontificem, vltra alia solemnia, & substantialia vota.

Porro non solum Professi, & Coadiutores formati, sed ex alijs, quicunque absoluto probationis biennio prædicta tria substantialia vota etiam simplicia emiserint, si absque expressa licentia à Societate discedant, etiam si prætextu melioris frugis, & transitus ad alium quemcunque ordinem (Carthusiensium dumtaxat excepto) id faciant, apostasiæ & excommunicationis ex Apostolicæ sedis decreto pœnas incurrunt, a quibus non nisi à Summo Pontifice, vel à Generali Præposito absolui possunt. Inique enim cum Societate ipsa ageretur si viris multo labore ad ardua ministeria eruditis cū religionis catholicæ & huius sedis detrimento priuaretur præsertim cum Societatis Constitutiones, & priuilegia, quæ supradicta continet, in separata, antequam ad Nouitiorum conuictum admittantur, habitatione eis maturius consideranda tradantur.

Professi omnes debent alia duo simplicia vota emittere, videlicet non immutandi cōstitutiones circa paupertatem, nec procurandi aliquam dignitatem.

Biennio Nouitiatus completo, & emissis votis simplicibus, vna est omnibus omnino viuendi & obediendi ratio: debent enim omnes in omnibus obedire, & in communi viuere non secus alij, atque ipsi Professi & Coadiutores formati, idq; in Domibus quidem Probationum & Collegij ex redditibus, in Domibus vero Professorum, quæ nullos omnino redditus habere possunt, ex eleemosynis tantum.

Probatorum vita est in Societate viuendi ratio.

Et licet, qui ad gradus Professorum, & Coadiutorum formatorum nōdum peruenerunt, bonorum suorum ius atque dominium tum alias ob iustas causas, tum etiam vt maiorem Societas habeat libertatem illos, si opus fuerit, cum minori offensione dimittendi, ad tempus Generalis Præpositi iudicio præscribendum valeant retinere, vt in pauperes tandem seu alios pios vsus pro ipsorum deuotione distribuant iuxta Euangelicum consilium ac promissionem, quam initio Nouitiatus faciunt, interim tamen, quantum ad illorum vsum religiosam paupertatem seruant, nec vlla re tanquam propria, & sine Superioris facultate vti possunt.

Qui tamen ad gradus Professorum, & Coadiutorum formatorum non peruenerunt, retinent dominium suorum bonorū ad beneplacitū Præpositi Generalis.

Et quāuis ij omnes, qui post biennium Nouitiatus dicta tria vota Simplicia, vt præfertur, emiserint, ac in corpus Societatis cooptati, illiusque meritorum, & priuilegiorum, non secus atque ipsi Professi participes effecti, quique quantum in eis est, & professionem emittere parati, si ipse Præpositus Generalis id prædictæ Societatis instituto congruere iudicauerit, & in perpetuum Dei seruitio votis simplicibus consecrati, ac sua sorte, prout laudabile Societatis institutum exigit, contenti, vere, & proprie religiosi existant, & si à Societate deficiant, excommunicationis & alijs Apostatarum pœnis sint subiecti, tamen cum non ita pridem intellexissemus nonnullorum animos, qui pij alioqui & vtiles operarij existebant, sollicitari interdum & affligi, quasi non essent religiosi, eo quod non essent Professi; nec etiam deesse qui Religionis prætextu, transfigurante se in angelum lucis Satana, non solum ea occasione inquieti existerent, sed etiam aliorum pacem & vocationem disturbare, eosque in fraudem, & defectionem deducere conarentur, vnde fructuosa hæc religio grauissima potuisset accipere detrimenta; Ideirco cum diuina prouidentia pro temporum necessitate varia & salutaria Ordinum instituta in Ecclesia sua produxerit, nouisque subinde in ea nascentibus morbis, noua remedia nouisque emergentibus hostium impugnationibus, noua regularium ordinum auxilia excitarit; & cuique illorum, iuxta cuiuslibet peculiaris gratiæ vocationem peculiares quasdam notas, propria insignia, ac opportuna ad finem quem intendit, media suggesserit, & nunc maxime (vt felicissimi toto orbe successus testantur) missos in agro Dominico fructus prædictæ Societatis Iesu instituto proferat: quæ Societas (quemadmodum & alia nascentium regularium ordinum exordia) a spiritu contradictionis impugnatur; cumque ipsi Ordines Romanorum Pontificum propterea cōstitutionibus circummuniri consueuerint; cuius rei sanctorum Dominici & Francisci præclarissimi Ordines exempla abunde suppeditarunt: ita nos, licet aliās institutum prædictum, priuilegia & Constitutiones ipsius Societatis confirmauerimus, & declarauerimus, Motu proprio: statuentes eos, qui biennio Nouitiatus peracto tria vota, etiamsi simplicia emiserunt, esse verè & propriè Religiosos; cum præcepto, ne quis hæc in dubium reuocare audeat, ac cum irritante, & alijs decretis, prout in nostris super hoc confectis,

Multi autem contra Societatis progressum, statum eorum spectare non sunt veriti, vt hic.

confectis literis plenius continetur. Quia tamen non defuit temeraria quorundam audacia, qui post declarationem, decretum, præceptum, & interdictum nostrum huiusmodi non solum multa ea prædictis, & fortasse alia ad Societatis institutum, ac viuendi formam spectantia, labefactare, sed & ipsa Apostolica decreta, ac præcepta, publice, & ea cathedra, ausu temerario impugnare, mentemque nostram peruerse interpretari non erubescunt, disputantes, & prædicta in dubium reuocantes: omniaque ea aliorum regularium ordinum communibus rationibus, formis, ac statutis metientes Societatis Institutum, peculiares Constitutiones, ac vim votorum simplicium illius, à sede Apostolica, in eadem Societatis Religione probata, admissorum penitus ignorantes, ac nonnulla iure antiquo, quæ post illud successu temporum huius sedis auctoritate, approbatione, & confirmatione, ac peculiaribus priuilegijs sancita & roborata esse dignoscuntur, perperam interpretantes, conuellere nituntur, quinetiam nos supradicta, Motu simili, & ex certa scientia de Apostolicæ potestatis plenitudine decernentes, ac præcipientes priuato sensu loquutos fuisse ac tanquam priuatos doctores errare potuisse, immo vere, & de facto ob falsam supradictorum informationem errasse: Ideoque præceptum nostrum nullam ad obligandum vim habere. Neminem præterea eorum, qui solemnem professionem in dicta Societate non emiserunt, de illius corpore, aut vere, & proprie religiosum esse posse, sed eos mere seculares, ac ordinariorum iurisdictioni subditos existere; nec Societatem ipsam, aut illius superiores, immo nec nos ius in eos vllum ex vi votorum huiusmodi habere, vel acquirere, aut superioribus ipsis conferre posse, non considerantes voti solemnitatem sola Ecclesiæ constitutione inuentam esse, triaque huiusmodi Societatis vota tametsi simplicia, vt substantialia Religionis vota ab hac sede fuisse admissa; illaque emittentes in statu Religionis vere constitui quippe qui per ea ipsa se Societati dedicant, atque actu tradunt, seque diuino seruitio in ea mancipant. In quibus votis nullus præter Romanum Pôtificem potest manum apponere: alijsque atque alijs modis Societatem ipsam impetunt vniuersali Ecclesiæ per vtilem, quæ diuersis functionibus, & personarum gradibus distributa, à Romanis Pontificibus Presbyterorum, à Trideotina Synodo clericorum Religio appellata habitu, nomine, plerisque personarum gradibus, votorumque differentijs ab alijs Regularibus ordinibus distinguitur. Quibus etiam adiungunt licere ijsdem non professis, etiam inuitis dictæ Societatis Superioribus, ad quoluis alios regolares ordines se transferre: Transgressoresque horum votorum, ac inobedientes, aut etiam vxorem ducentes, nullam ipsi Societati iniuriam facere, immo posse Episcopos cum eis dispensare, vt inuitis etiam superioribus eisdem vxoré ducant. Quibus, cum glossatores, & obtrectatores huiusmodi sua falsa doctrina fauere pergunt, horum votorũ naturam, & pœnarum vim vel non intelligentes, vel eludere conantes, eo sunt progressi, vt etiam vi facultatum quæ literis indulgentiarum Cruciatæ sanctæ nuncupatarum continentur, omnes transfugas, & ab ipsa Societate deficientes non professos, quoties ab ea defecerint, ab excommunicationis latæ sententiæ pœna à quocunque confessario absolui posse, nullamque ipsi Societati suis operarijs priuatæ iniuriam fieri, aut præiudicium generari existiment, sed & votorum substantialium Religionis prædictæ, ac decretorum contra eosdem Apostatas Sedis huius auctoritate editorum uim, quantum in eis est, eneruare contendant. Insuper asserunt non posse vota aliqua in seculo emissa in tria hæc substantialia Societatis commutari (cum tamen hæc vota sint status, vt præfertur religiosi adeo vtilis, & perfecti, vt illa in hæc possint, hæc vero in aliorum ordinum etiam solemnia vota commutari, sit ab hac sede iustis de causis interdictum.) Nec etiam desunt alia, quæ in animarum suarum præiudicium Societatis perturbationem, & scandalum plurimorum comminiscantur.

Idem Pont. declarat & decernit, vt hic.

Nos vniuersalis Ecclesiæ vtilitati, quam ea inuiolato, & inconcusso dictæ Societatis instituto, & religiosæ sobolis educatione sentimus, & maiorem in dies speramus, prospicientes, & præterea eiusdem Societatis indemnitati, paci, quieti, & incremento consulere volentes, Motu simili, & ea certa scientia nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine laudabile ipsius societatis institutum, & quæ illud concernunt, præmissa omnia & singula, prædictaque illius, ac quæcunque alia priuilegia, facultates, exemptiones, immunitates, gratias, & indulta à prædictis prædecessoribus nostris, & à nobis etiam per communicationem concessa: Costitutiones quoque, ac statuta, & decreta qualiacunque, ac si ad verbum præsentibus insererentur, pro expressis habentes, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, supplentes omnes Iuris, & facti defectus, si qui interuenerint in prædictis Constitutionibus, & statutis.

Confirmatio instituti, gratiarũ, & priuilegiorum Societatis.

Hæc declaratio quod tria vota, & si simplicia vere tamen sunt Religionis substantialia vota.

Ad hæc dictam Societatem firmo sedis huius præsidio communire volentes, hac nostra perpetua Constitutione, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, statuimus, atque decernimus tria vota huiusmodi & si simplicia, ex huius sedis institutione, ac nostra etiam declaratione, & confirmatione esse vere substantialia Religionis vota, ac in dicta Societate tanquam in religione approbata per sedem eandem admissa fuisse, & esse, ac per nos admitti, nec in illis à quoquam, præter nos, & sedem huiusmodi dispensari, nec ea vllo alio modo quàm per legitimam dimissionem à Societate cessare posse.

Emittentes vota, & si Simplicia, emittentes vere, & propriæ sunt Religiosi. & a iurisdictione Ordinariorum exẽpti.

Et non modo eos, qui in coadiutorum formatorum, siue spiritualium, siue temporalium gradus, & ministeria, vt præfertur, admittuntur, sed & Scholares ipsos, ac supradictos alios omnes, & quoscunque qui in ipsam Societatem admissi, biennio probationis à quolibet eorũ peracto, tria vota substantialia prædicta, tametsi simplicia emiserint, aut emittent in futurum, vere & propriæ religiosos fuisse, & esse, ac fore, & vbique semper, & ab omnibus censeri & nominari debere, non secus atque ipsos tum Societatis, tum quorumuis aliorum Regularium ordinum Professos, suisque præpositis, in omnibus, & per omnia obedire, & huic Sedi immediate subiectos, & à quorumuis Ordinariorum & delegatorum, seu aliorum iudicum iurisdictione omnino exemptos, prout nos etiam vigore præsentium eximimus.

Et discedentes a Societate incurrunt pœnas apostatarum. & sunt inhabiles ad contrahendum matrimonium ante absolutioné Pontificis. vel Generalis Præpositi.

Denique vt omnium Societatis priuilegiorum iuxta Generalis Præpositi dispositionem sunt participes, ita quoque excommunicationis maioris latæ sententiæ, & alijs Apostatarum pœnis si qui à Societate deficiant, subiacere, ac tanquam veros Apostatas puniri posse, nec à quoquam, nisi per nos, & sedem prædictam, aut Generalem Præpositum ab eisdem pœnis absolui, nec ante huiusmodi absolutionem, & a societate dimissionem matrimonium contrahere, quinimmo eos omnes ad contrahendum inhabiles, ac contractus huiusmodi nullos, & irritos esse, pro vt irritos facimus, & annullamus.

Et vt contradicentium audacia coerceatur, præmissas omnes, & quasuis alias illis similes assertiones contra dictæ Societatis institutum, vel quomodolibet in illius præiudicium pronuntiatas, aut scriptas, falsas omnino & temerarias esse & censeri debere.

Præcipimus.

Præcipimus igitur in virtute Sanctæ Obedientiæ ac sub pœnis excommunicationis latæ sententiæ, necnon inhabilitatis ad quæuis officia, & beneficia secularia, & quorumuis Ordinum regularia, eo ipso absque alia declaratione incurrendis, quarum absolutionem nobis & successoribus nostris reseruamus, ne quis cuiuscunque status, gradus, & præeminentiæ existat, dictæ Societatis institutum, Constitutiones, vel etiam præsentes, aut quæuis earum, vel supradictorum omnium articulum, vel aliud quid supradicta concernens, quouis disputandi, vel etiam veritatis indagandæ quæsito colore, directe vel indirecte impugnare, vel eis contradicere audeant districtius inhibentes, ne quis siue extra, siue intra dictam Societatem, nisi de illius Generalis aut inferiorem Præpositorũ licẽtia, notationes, declarationes, glossas, vel scholia vlla super præmissis facere, vel ea, nisi quãtum verba ipsa sonant, interpretari, aut de eis disceptare, seu scrupulum quicquam inijcere, vel in controuersiam aut dubiũ reuocare audeat quoquomodo, nec glossas, aut interpretationes siue impressas, seu scriptas, ad id pertiẽntes legere, docere, alijsque tradere, vendere, vel apud se retinere præsumat.

Et non liceret impugnare instituta Societatis nec contenta in hac const. interpretari, &c.

Si quid vero dubij de eisdem oriri contigerit, ad Sedem prædictam vel ad Generalem Præpositum dictæ Societatis, aut ad eos quibus id ipse commiserint, referatur.

Dubiaque desuper oriunda ad Sedem Apost. vel Generalem Præpo. Societatis referri debere.

Sicque in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque Iudices, & Commissarios etiam causarum Palatij Apostolici auditores, ac S. R. E. Cardinales in quauis causa & instantia sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere; necnon irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Decretũ irritãs.

Mandantes vniuersis, & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis & cæteris Ecclesiarum & locorum etiam regularium Prælatis per vniuersum orbem cõstitutis, vt præsentes literas in suis quisque Ecclesijs, Prouincijs, Ciuitatibus, diœcesibus, & iurisdictionibus ab omnibus inuiolare obseruari; quinetiã Præpositũ ac personas Societatis huiusmodi defendant, eosque præmissis omnibus & singulis pacifice frui faciant, & gaudere, non permittentes ipsos per quoscunque quomodolibet molestari: Contradictores per censuras Ecclesiasticas, & alia Iuris & facti remedia opportuna, appellatione postposita compescendo. Inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis.

Executorum deputatio, & facultates.

Non obstantibus recol. mem. Bonifacij Papæ viij. quæ incipit. Quod votum, & alijs Apostolicis constitutionibus, ac etiam aliorum ordinum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, Indultis, & literis Apostolicis quibuscunque huiusmodi ordinibus, Vniuersitatibus, locis vel personis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & sedem prædictam etiam motu proprio & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, & cum quibusuis irritatiuis, annullatiuis, cassatiuis, reuocatiuis, modificatiuis, præseruatiuis, exceptiuis, declaratiuis, mentis attestatiuis, ac derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus & insolitis Clausulis, irritantibusque, & alijs decretis in genere, vel in specie, ac alias quomodolibet etiam pluries concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus & singulis, etiamsi in eis caueatur expresse, quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo, & forma in illis expressis derogari possit, pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio habenda, seu aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret tenores huiusmodi præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus Contrarijs quibuscunque; aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadẽ sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto huiusmodi mentionem.

Clausula derogatoria.

Præsentes autem Cõstitutionis & gratiæ communicationẽ omnibus alijs, qui sua priuilegia cum ipsa societate copiose participant, participareque poterunt quomodolibet in futurum fieri, omnino prohibemus.

Indulta huiusmodi non communicentur alijs, qui cum Societate participant.

Cæterum volumus, vt præsentium transumptis etiam impressis manu Secretarij dictæ Societatis vel notarij publici subscriptis, & sigillo Præpositi Generalis eiusdem Societatis, vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem omnino fides adhibeatur in iudicio, & extra illud, quæ literis ipsis originalibus haberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, cõfirmationis, suppletionis, decretorum, statuti, præcepti, interdicti, derogationis, & volũtatis infringere, vel ei ausu temerario cõtraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorũ eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud sanctum Petrũ Anno Incarnationis Dominicæ 1584. octauo Kal. Iunij, anno Pontificatus Nostri tertiodecimo.

M. Card. S. Stephani. Cæ. Glorierius.

A. de Alexijs.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo octuagesimo quarto, Indictione 12. die vero Lunæ decimasexta mensis Iunij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno Decimotertio, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ lectæ, & publicatæ fuerunt, & per aliquod temporis spatium dimissæ in valuis Basilicarum Principis Apostolorum de Vrbe, & sancti Ioannis Lateranensis, necnon Cancellariæ Apostolicæ, & aciei Campi Floræ, per nos Ioannem Freil & Nicolaum Taglietum Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores.

Publicatio.

CIII.

Innouatio constitutionis Nicolai Tertij, & aliarum sanctionum, contra iurantes, & iurare facientes, illicita, impossibilia damnosa, & Ecclesiasticæ libertati, ac decretis Concilij Tridentini aduersantia.

De materia huius Concilij, habes supra in Pij Quarti, constitutio. 96. Benedictus Deus, fol. 799. cum ibi notatis.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoiram.

INTER APOSTOLICAS & alias canonicas sanctinnes, quæ de iusiurandi religinne varijs temporibus prodierunt, fel. recorda. Nicolaus Papa Tertius, intelligens in nonnullis Ecclesijs de earum consuetudine obseruari vt, cum earum Prælati ad Eeelesias ipsas primo accedunt, vel cum de

Consuetudo erat vt Prælati & Canonici, in eorum Ecclesijs non admitterentur. & Ciuitatum officiales, ad officia nō reciperentur, nisi p[rae]stito prius iuramento obseruandi statuta, illarum, Ecclesiarum, vel Ciuitatum.

recipiendis ibidem nouis canonieis agirur, nee Prælatos admitti, nec canonieos aliter recipi in d[i]ctis Ecclesijs nisi iurato ab eis, statuta, & consuetudines ipsarum Ecclesiarum scripta, & non scripta inuiolabiliter obseruare, inter laicos etiam multarum Ciuitatum, Castrorum, & Terrarum eum consuetudinis morbum in assumendis Potestatibus, Rectoribus, vel Officialibus suis irrepsisse, vt ipsi Potestates, Rectores, & Officiales ad huiusmodi potestarias, rectorias, & officia, nullo modo admittantur, nisi prius se statuta ipsorum locorum clausa iurauerint seruaturos. Et quia in statutis, consuetudinibusque supradictis interdum aliqua reperiebantur illicita, seu impossibilia, vel obuiantia Ecclesiasticæ libertati, idcirco ne sub tali generalitate iurandi, sic iuranti bus, peccandi occasio præberetur, cum iuramentū non fuerit institutum, vt vinculum esset iniquitatis, prædictus Nicolaus Papa animarum periculis obsistere cupiens, frugifera & salubri constitutione præcepit quibus

Nicolaus 3. declarauit, talia iuramenta, non ligare iurantes ad obseruandum illicita. impossibilia, ac libertati Ecclesiasticæ contraria.

cunque scientibus contineri in prædictia eonsuetudinibus, & statutia illicita, impossibilia, vel libertati Ecclesiasticæ obuiantia huiusmodi iuramenta ab eis nullo modo præstari, & iuramenta ea intentione facienda, vel facta vt etiam illicita, vel impossibilia, seu libertati Ecclesiasticæ obuiantia obseruentur, cum etiam sub tali intētione præstari nō possent absque diuinæ Maiestatis offensa, decreuit in huiusmodi illicitis, impossibilibus, seu libertati Ecclesiastiex obuiantibus non seruanda, quin potius pro animarum salute si sub forma prædicta vel simili aliquos ignorantes prædicta illicita seu impossibilia, vel libertati Ecclesiasticæ obuiantia iurare contingeret, ad obseruanda dumtaxat licita, possibilia, & libertati Ecclesiasticæ non obuiantia iuramentorum intentio referri deberet, declarans iuramenta sub huiusmodi generalitate qualitercumque, & sub quacumque verborum forma præstita vel præstanda ad licita possibilia, ae Ecclesiastiex libertati non obuiantia dumtaxat extendi, ipsosque iurantes ad alia per præstationem iuramenti huiusmodi non teneri. Veruntamen multi infirmi, cupidique sensus sese in huiusmodi iuramenta cum animarum suarum periculo præcipitant. Nos quoniam hæc sanctorum quoque Patrum institutis, & salubri rerum Ecclesiasticarum directioni aduersantur, & tanquam de radice ambitionis procedentia omne bonum in Ecclesijs rebusque publicis peruertunt, ea nouæ prouisionis subsidio prohibere volentes, præsentium auctoritate innouamus prædictam constitutionem Nicolai Pa-

Hic autem P[ontifex] Sanctiss. innouat N[icolai] 3. & alias canonicas constitutiones editas, circa reprobationē huiusmodi iuramentorum.

pæ, itidemque alias omnes Canonicas Sanctiones de abusu, & reprobatione huiusmodi iuramentorum promulgatas, volumusque eas vbique ab omnibus etiam quoad præterita inuiolabiliter obseruari, Ac etiam præcipimus, & interdicimus Prælatis, Canonicis, & alijs supradictis, necnon Ecclesiarum Capitulis, & Monasteriorum, cæterisque Conuentibus, Ciuitatum quoque Castrorum, & Terrarum Communitatibus, & personis quacunque dignitate præditis, ne vlla omnino iuramenta illicita, impossibilia, damnosa, vel libertati Ecclesiasticæ, aut decretis Concilij Tridentini obuiantia, siue ante, siue post electiones, confirmationes, prouisiones, receptiones, admissiones, aut alios actus, vbicunque, ae quocunque tempore etiam prætextu cuiusuis consuetudinis quantocunque tempore obseruatæ, quæ potius

Et exigentibus de cætero iuramenta illicita pœnæ ibi expressis imponuntur.

corruptela est censenda, siue in genere, siue in specie præstare, reddere, vel exigere, neue super præstitis, redditis, vel exactis hucusque quemquam in iudicio, vel extra inquietare audeant quoquo modo, vel turbare, illos enim qui iuramenta illicita, impossibilia, damnosa, vel Ecclesiastiex libertati, aut decretis dicti Concilij obuiantia, exigere contenderint, Episcopos videlicet, & alios quoscunque Pontificali dignitate præditos suspendimus à diuinis, Capitula vero, & Conuentus, eorumque Ecclesias & loca omnia interdicto Ecclesiastico supponimus, ac singulares personas excommunicationis sententia innodamus, inhabilesque facimus ad obtenta, & alia obtinenda eo ipso, nobisque & Romano Pontifici pro tempore existenti relaxationem suspensionis, & interdicti, necnon absolutionem ab excommunicationis sententia huiusmodi perpetuo reseruamus. Decernentes eos, qui talia iuramenta scienter præstiterint,

Iurantibus quoque infligit pœnas, de quibus hic.

vsu, & commodo rei, & gratiæ euius causa iurauerint, eo ipso priuatus esse: alios vero ignorantes ad præstitorum iuramentorum huiusmodi obseruationem minime teneri; Necnon irritum, & inane quicquid secus per quoscunque scienter, vel ignoranter attentatum est hactenus, & deinceps contigerit attentari. Non

Decretum irritans.

obstantibus præmissis, seu quod Prælatis, Capitulis, Conuentibus, & personis prædictis, vel quibusuis alijs communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, vel in posterum indulgeri contingat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, & ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, cæterisque contrarijs quibuscunque. Et quo-

Clausula derogat.

niam difficile nimis esset, præsentes ad omnia loca, quibus illis opus erit, perferre, volumus vt earum exem-

plis

plis etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo Prælati, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides vbique adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ, apud sanctum Marcum anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo octuagesimo quarto, Nonis Septembris, Pontificatus nostri Anno Tertiodecimo.

M. Card. S. Stephan.

Cæ. Glorierius.

A. de Alexijs.

Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo octuagesimo quarto, indictione Duodecima, Die vero decimaquarta mensis Septembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini Nostri Domini Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno Decimotertio Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in valuis, seu portis Ecclesiarum Sancti Ioannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, & aciei Campi Floræ, ibidemque per aliquod temporis spatium dimissæ per nos Calistum Brunettum, & Nicolaum Taglietrum eiusdem Sanctissimi Domini nostri Papæ Cursores. Publicatio.

Ioannes Preile Magister Cursorum.

C I I I I.

Deposita actualia quæ supra summam scutorum quinque in causis in Vrbe vertentibus fieri contigerit penes Montem Pietatis de Vrbe fieri debeant.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

INTER MVLTIPLICES animi nostri curas, quæ pro pastorali officio nobis incumbunt illa præcipue pectus nostrum pulsat, vt quilibet sibi legitime debitũ facile cõsequatur, & vt pietatis opera, quæ in Vrbe nostra exercentur, continuum suscipiant incrementum. Sane rerum experientia edocti comperimus sæpissime in causis, quæ in vniuersis Romanæ Curiæ, & Tribunalibus, atque etiam in ipso Rotæ Auditorio ventilantur, fieri actualia deposita pecuniarum penes Notarios actuarios, quorum cõsignationis cum tandem dies aduenerit nouum ipsis creditoribus incohandum esse iudicium pro ipsius depositi consignatione, cum vel ea morte Notarij, vel alia quauis occasione difficultates innumeræ oriantur. Conspeximus etiã liquidũ quandoque debitores cum alia via solutionem vlterius effugere non valeant, curare vt in eorum manibus pecuniæ sequestrentur, vt creditor quandoque non ita subito cauere valeat, aut controuersiam patiens diutius iure suo frustretur, & noua lis exoriatur, cuius periculo idsit eius futurum, ac etiam cauillationibus impediunt, quominus sibi debitam pecuniam cõsequantur. Sæpe etiam pecuniæ discussionum occasione ociosæ iacent, quas in pauperum vtilitatem interim mutuare longe præstaret. Conspeximus quoque magnum commodum quod ea Mõte Pietatis omnibus Vrbis Incolis resultat, cũ sub minima mercede, & ea necessaria quidem in sumptus operi incumbentibus omnibus succurratur. Verum propter ipsius Montis tenues facultates non posse ea largitate omnibus subueniri, quæ in tam magna Ciuitate, & pauperum multitudine expediret, & considerantes, quàm tute in eo Monte pecuniæ collocentur, cum eisdem non nisi pignoribus credantur optimum fore censuimus, si eodem tempore, & abusus ac difficultates, quæ circa ipsa deposita, & illarum consignationes exoriuntur tolleremus, & vt pecuniæ abundantiores in eodem Monte confluerent, quo largius, & amplius necessitatem patientibus succurratur, & vsurarum occasio arceatur, cõsuleremus. Itaque his, & alijs animum nostrum digne mouentibus rationabilibus causis moti, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, omnibus, & singulis Romanæ Curiæ iudicibus tam ecclesiasticis, quàm secularibus, etiam sacri Palatij Apostolici auditoribus, ac etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus, vt in quibusuis causis etiam criminalibus coram eis pendentibus in quauis instantia, & quas in futurum perpetuo pendere contigerit, vbi actualis pecuniarum depositio supra summam scutorum quinque, alias locus sit, iuxta decreta per ipsos iudices facienda, illud non amplius penes Notarios, vt hactenus, sed sine ipsorum Notariorũ præiudicio, penes ipsum Montem Pietatis, seu illius pro tempore Depositarium, qui fide, & facultatibus insignis sit fieri, & deponi mandent, cuius depositi consignatio fiat per mandatum iudicis absque alia expensa, quã ea quæ regulariter, iuxta stylum cuiusque tribunalis pro illius consignatione hactenus penes Notarium fieri consueuerat, eidem Notario tantum soluenda. Sane vsum, & consuetudinem cedularum bancariarum, & cautionum, ac pignorum, dum res est dubia, & super ea lis pendet, nequaquam tollimus. Porro vbi super pecunijs sequestratis, vel pensionibus domorum, casalis, aut aliarum quarumcunque rerum litigiosarum, tam profanarum, quàm ecclesiasticarum lis inter alios pendet, verus debitor interim penes ipsum Montẽ pecunias deponere, nedum ad cuiuslibet partis instantiam, sed etiam ex officio compellatur. Insuper ad euitandam moram, & omnem pœnam exinde iuridice prouenientem liceat vnicuique debitori, qui creditoris sui copiam non habuerit, pecunias in eodem Monte actualiter deponere, quæ creditori vocato possint libere consignari, quod si etiam ipse debitor velit moræ litem effugere, & prætendat non esse locum consignationi, & desuper audiri, id ipsum facto prius in ipso Monte pecuniario Deposito, tam in futuris, quàm in pendentibus negotijs, & præcipue in quibuscunque discussionibus pro loco tuto ipsum Mõtem eorum arbitrio eligere possint: Iudices vero quacunque præfulgeant dignitate aliter decernentes indignationis nostræ pœnam incurrant, partes vero aliter deponentes periculo omni subiaceant, nec a creditoribus se propterea liberatum iri intelligant, ac ipsius Montis Prouisores, & Ministri ita sint in conseruatione fideles, & consignatione celeres, vt cæteri etiam non litigantes ad deponendum penes eos alliciantur. Vtque magis & deponentibus sit consultum, volumus non solum ipsius Montis, sed, & Depositarij ab eo pro tempore

Causa motiui rationalis.

Deposita actualia supra scuta quinque fiant penes Montem Pietatis.

Decretum irritans.

Iudicum, & Notariorū cōtrauenientium pœnæ.

Deputatio Protectoris Montis.

In dubio fiat depositum penes Montem.

Clausulæ derogat.

eligendi bonus fore, & intelligi pro dictorum depositorum restitutione efficaciter obligata, perinde ac si cum vnoquoque a me talis obligatio intercessisset, eaque in euentum discussionis, tanquam publico Camerali instrumento munita, cæteris præferri, sicque per quoscunq; iudices ordinarios, & delegatos, etiā cārum Palatij Apost. Auditores, sublata eis, & eorū cuilibet quauis aliter iudicādi & interpretādi facultate & auctoritate vbiq; iudicari, & diffiniri debere, irritū, quoq; & inane si secus super his à quoquā quauis auctoritate scienter vel ignorāter cōtigerit attētari, decernimus, & quod Notarij, & iudices cōtra præmissa venientes, Notarij videlicet oib. emolumētis suorū officiorum vnius anni dicto Monti applicandis, prima vice, deinde ipsis officijs priuati sint, & præterea excommunicationis sententiam prima vice prædicta incurrant eo ipso. Itidemque iudices etiam si Archiepiscopi, Episcopi, seu alij Prælati fuerint, pœna quingētorum duc. auri de Camera eidem Monti pariter applicandorum sine remissionis spe mulctentur, earundem præsentium auctoritate statuimus. Quocirca dilecto filio nostro Philippo sancti Angeli in foro piscium Diacono Cardinali Vastauillano nuncupato S. R. E. Camerario præsenti, ac pro tempore existenti dicti Montis protectori, tenore præsentium præcipimus, & mandamus, vt Monti præfato, ac illius reuisoribus, & ministris in præmissis efficacis defensionis auxilio assistens, faciat omnia & singula præmissa, etiam sub censuris ecclesiasticis, & pecuniarijs eius arbitrio moderandis pœnis per eos ad quos spectat inuiolabiliter obseruari, etiā vbi super præmissis tēpore procedente dubium aliquod emerserit, illud auctoritate nostra declaret, & interpretetur, & in casibus dubijs semper depositum in ipso Monte faciendum esse decernat. Præmissis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, stylo palatij, cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque.

Datum Romæ apud sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris die primo Octobris 1584. Pontificatus nostri, Anno Tertiodecimo.

Cæ. Glorierius.

C V.

Declaratio constitutionis Pauli 3. circa priuilegium Mercatoribus Ripæ Vrbis concessum, vt eorum libri concordantes cum libris Proxenetarum, plene probent, & executionem habeant, sicut obligationes Camerales, etiam contra mulieres.

Hanc Pauli 3. constitutionem habes sup. fol. 463. nume. 52. Cum postquam. Et eam confirmarunt Pius Quartus, & Pius Quintus, vt hic in Apostilla.

Pau. 3. decreuit libros Mercatorū Ripæ concordantes cu libris Proxenetarum plene probare & executionē habere pagatam vti obligationes Camerales vt in eius const. 52 fo. 463. Quod cōfirmauit Pius 4 in constit. 72. fol. 752. & Pius v. in constit. 60. fol. 908.

Fuit autem dubitatum an dicta constit. Pauli 3. procederet etiam contra mulieres.

Ideo hic Pont. auocat ad se omnes causas desuper vertentes, & eas extinguit.

Et declarat predictam constit. Pau. 3. procedere etiam contra mulieres, tam in debitis contractis, quàm contrahendis.

Decretū irritās.

Impositio perpetui silentij.

GREGORIVS Papa XIII. Ad futuram rei memoriam.

CVM ALIAS fel. recor. Paulus Papa Tertius Prædecessor noster quadam sua perpetuo valitura constitutione etiam per rec. mem. Pium Quartum, & Pium Quintum Romanos Pontifices etiam Prædecessores nostros confirmata, inter alia statuerit & ordinauerit, quod ad probandum credita dilectorum filiorum Mercatorum Ripæ Almæ Vrbis nostræ sufficerent libri eorundem Mercatorum, cum libris dilectorum filiorum Proxenetarum concordantes, qui haberent eandem executionem, ac si essent obligationes in forma Cameræ Apostolicæ, contra omnes personas, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, cum decreto etiam irritanti, ac sublata quauis aliter iudicandi facultate, & alias prout in dicta constitutione plenius continetur. Cumque tractu temporis plures difficultates ortæ fuerint, an dicta constitutio etiam contra mulieres in eisdem libris descriptas, tam cum earum viris, quàm viduas locum habeat, vnde datur ansa debitoribus altercandi, & sic solutiones effugiendi, vel in longum protrahendi, in graue ipsorum Mercatorum damnum & præiudicium. Nos pro pastoralis officij nostri debito omnes huiusmodi litium & cōtrouersiarum occasiones & ambages de medio tollere, omnemque in posterum super præmissis hæsitādi, vel dubitandi materiam succedere, aliasque super præmissis opportune prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, oēs & singulas, ac quascunque lites & causas, seu controuersias, tam iudiciales, quàm extraiudiciales inter prædictos Mercatores dictæ Ripæ, & quoscunque vel quoscunque ipsorum ex vna, & quascunque mulieres, & coniugatas, ac etiam absque vel cum earum viris agentes, ac etiam eosdem viros, necnon etiam viduas, & quascunque alias personas ex altera partibus super præmissis hactenus quomodolibet ortas, ac etiam coram quibuscunque iudicibus & tribunalibus ordinarijs, & extraordinarijs delegatis, & subdelegatis, ac alias quomodolibet & vbilibet, indecisas, pendentes, in statu, & terminis, in quibus reperiuntur, illarum statum, seu status, & merita, nominaque & cognomina, & gradus, & qualitates iudicum, et collitigantium, iuraque & titulos illorum, præsentibus pro plene & sufficienter expressis habentes, ad vos harum serie auocamus, illasque sic auocatas, perpetuo extinguimus, cassamus, & abolemus. Dictamque constitutionem ipsius Pauli prædecessoris, etiam contra quascunque mulieres, tam liberas, quàm coniugatas, & etiam tam per se, quàm cum earum viris, aut absque illis in dictis libris debitrices descriptas, etiam viduas, & quascunque alias personas, etiam perinde, ac si ita expresse in eadem constitutione cautum, specificatum, & dictum fuisset, omnino comprehendi, & locum habere, Apostolica auctoritate tenore præsentium declaramus, sicque tam in præteritis, quàm in præsentibus & futuris perpetuo statuimus, & ordinamus. Ac ita per prædictos, & quoscunque alios Iudices, & Commissarios etiam nostri sacri Palatij causarum Auditores, & Sanctæ Ro. Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque & inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari, decernimus. Ac etiam ipsis partibus collitigantibus, & quibusuis alijs personis perpetuum in & super præmissis silentium imponimus, nec non tam illis, quàm ipsis iudicibus, Commissarijs, Auditoribus, Cardinalibus, & Legatis, ne cōtra præsentium

tenorem

tenoré quicquam facere, & attentare audeant districtius, & expresse inhibemus, Non obstantib. quibusuis litis pédentijs, & alijs præmissis, ac aliorú prædecessorum & nostra de non tollendo iure quæsito, si opus sit, necnon etiá quadam eiusdem Pij iiij. prædecessoris de similibus, vel dissimilibus gratijs in Cam. Apost. intra tres menses præsentandis, & registrandis, si opus sit, alijsque constitution. & ordinationibus Apostolicis, necnon etiá Almæ Vrbis, & Curiæ Romanæ, ac etiam ipsius Ripæ, & quorumcunque aliorum Tribunalium, etiam Cameræ Apostolicæ, necnon Gubernatoris, ac Vicarij, & Auditoris dictæ Cameræ, ac etiam Senatoris, & Curiæ Capitolij, etiam iuramento, & confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alias roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis, etiam illis, & illorum, ac prædictis, necnon quibusuis alijs Iudicibus, & personis, in genere, vel in specie, sub quibuscunque tenoribus, & formis, etiam Motu sciencia, & potestatis plenitudine similibus, & etiam Consistorialiter, ac alias in contrarium, quomodolibet concessis, & confirmatis, quibus omnibus, etiam si de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, indiuidua, & expressa mentio habenda esset, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, necnon omnibus illis alijs, quæ Paulus III. ac Pius IIII. & Pius V. prædecessores prædicti in constitutionibus, & illius confirmat. huiusmodi voluerunt, non obstante, cæterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die tertia Maij, 1584. Pont. nostri anno xij.

Clausula derogatoria.

Const. Pij 4. de registr. in Cam. huiusmodi gratiis habetur sup. fol. 873 nu. 13. Sed nihilominus registratio habetur hic sit.

Cæ. Glorierius.

Die xxvi. Nouembris, 1584. præsentes supradictæ literæ Apostolicæ in plena Camera Apostolica præsentatæ, & die 3. Decembris subsequentis per eandem Cameram referente Reuerédissimo D. Ludouico de Torres dictæ Cameræ Decano, & Iudice, ex eiusdem Cameræ Decreto, dicta die 26. Nouébris facto specialiter deputato citato Magnifico D. Antonio Bonsiolo dictæ Cameræ generali Commissario vigore specialis Chirographi manu Suæ Sanctitatis signati, & eidem Cameræ transmissi, admissi, & per me, &c. collationati concordat.

Admissio & registratio in Camera Apost.

Tydeus de Marchis Not.

CVI.

De Prædicatione semel in hebdomada facienda Iudæis, pro eorum conuersione, in omnibus locis, in quibus sit eorum Synagoga.

De materia autem Iudæorum, & Neophytorum, habes sup. in Pauli 3. const. 19. Cupientes, fol. 415. vbi notaui.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

SANCTA MATER Ecclesia, cuius Christus caput est, ingenitam suam charitatem ad omnes late diffundens, antiquæ Israeliticæ gentis, populique Dei peculiares reliquias, pio nunquam desinit affectu miserari, grauiterque contristatur Iudæorum quondam nationem præcipuis auctam muneribus, & gratijs, cuius erat adoptio filiorum, gloria, testamentum, legislatio, obsequium, & promissa, vnde etiam Christus Saluator noster secundum carnem nasci dignatus est, per diuersas Orbis partes tot iam sæcula dispersam, ac contagiosi gregis more per inuia, & inaquosa misere vagantem, verbi Dei fame, & aquæ refectionis siti perire, longeque non à terrena tantum, super quam Dominus fleuit, sed, quod grauius est, à cælesti quoque Hierusalem, nisi Christus quem negauit, confiteatur, exturbari, qua miseratione, & mœrore nos quoque non leuiter commoti in dies semper aliquid excogitamus, vnde eorum conuersioni, & saluti opportunius prouideatur, ipsisque ad intelligentiæ viam, quam sibi præcluserunt, valeant Deo propitio peruenire. Quare sollicito hæc animo meditantes, ac felicis recordationis Nicolai Papæ Quinti, nonnullorumque Romanorú Pontificum prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes, præsenti constitutione generali præcipimus, omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Ecclesiarum Prælatis, etiam Cardinalatus honore præditis, vt in suis quisque Ciuitatibus, Terris, & locis, in quibus competens aliquis numerus Iudæorum, qui synagogam constituat, commoratur, curent Sabbati, vel alio cuiuscunque hebdomadis statuto die, ad Iudæos ipsos in locum præstitutum, non tamen sacrum, nec vbi sacra confici solent, conuocatos, per aliquem magistrum in Theologia, aliumue idoneum virum ab eis eligendum cum mercede congrua illi ex ipsorum Hebræorum collatione, aut alias, prout commodius eis videbitur, Hebraicæ (si fieri poterit) linguæ peritum sermones, vel lectiones haberi, in quibus illis exponantur scripturæ veteris testamenti, Moysis scilicet, & Prophetarum, præsertim vero, quæ eo Sabbato leguntur, seu lectæ in eorum fuere Synagogis, iuxta Sanctorum tamen Patrum interpretationes, & verum Catholicæ Ecclesiæ sensum, ac in eis differatur de veritate Christianæ fidei, de certo Aduentu, & Incarnatione Filij Dei, illiusque Natiuitate, vita, miraculis, passione, morte, sepultura, descensu ad Inferos, Resurrectione, in Cœlum ascensione, de eius Euangelio in toto Terrarum Orbe per Apostolos eius, & alios Sanctos prædicato, innumeris atque clarissimis virtutibus, & illustrium miraculorum gloria confirmato, ac de eius spirituali, & vero Regno, & de impio idolorum cultu sublato, & gentium vocatione, de perpetua tum Hierusalem, & Terræ eorundem Iudæorum desolatione, tum ipsorum vbique Terrarum dispersione, & captiuitate, & de alijs similis argumenti dogmatibus, & articulis ex lege, & Prophetis, de diuturna præterea, & irrita Iudæorum Aduentus Messiæ, & carnalis illius Regni expectatione, de vana eorum, quæ sæpe, quinimo quotidie eos frustrata est spe reditus in terram promissionis, & restaurationis tertij templi, & demum de multiplicibus, & varijs erroribus, & hæresibus eorum, in quas miserrime se demerserunt postquam Christum Dominum in carne venientem agnoscere noluerunt, & de falsa per eorum Rabbinos tradita sacrarú scripturarum interpretatione, quarum literam, & sensum fabulis, mendacijs, & varijs dolis, & modis de-

Causa constitutionis.

Episcopi, & alij curent qualibet hebdomada prædicari Iudæis, in Terris vbi sunt synagogæ.

torquen-

torquentes corruperunt, & deprauarunt, & hactenus corrumpere, & deprauare non desistunt, deque omnibus aliis, quæ eos possint ad agnitionem fidei, ad errorum suorum correctionem, ad Orthodoxamque fidem conuertere, pro loci, temporis, sumptique argumenti ratione prudenter agant, veris, & ex sacra scriptura depromptis demonstrationibus, nulla cum obtrectatione, aut iracundia, sed magna cum charitate & modestia, veritatis lumen illis aperire conentur; Ad quos sermones, & lectiones volumus, vniuersos, & singulos vtriusque sexus Iudæos à duodecim annis supra, infirmitate, aut alia legitima causa, de qua ordinarios docere debeant non impeditos, in Ciuitate & locis, vt præfertur habitantes, vel aliunde aduenientes, etiamsi imbi domicilium non habeant, ita per circuitum conuenire, vt tertia saltem eorum pars, nec vnquam minor semper adsit. Quod si facere neglexerint, interdicti cum fidelibus commercii, & aliis pœnis arbitrio ordinarii pro contumaciæ modo imponendis, donec satisfecerint competenter, ad ipsos sermones audiendos compellantur. Siquis vero de numero fidelium ita fuerit salutis, aut sui, aut proximi sui, de quo vnicuique mandatum est immemor, qui eos à salutaribus huiusmodi sermonibus, seu lectionibus directe, vel indirecte abduxerit, aut impedierit, seu contenderit quoquomodo, excommunicationis sententia sit eo ipso ligatus, & contra eum ad alias pœnas ordinarij arbitrio omnino procedatur. Cæterum Imperatorem, Regesque, & Principes omnes, necnon Respublicas, Magistratus, & Dominos temporales sæculares rogamus, & obtestamur in Domino, vt Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs ordinarijs prædictis, eorumque Vicarijs & ministris suum in præmissis auxilium præstent, amplissimum ab Omnipotenti Deo præmium in supremis gloriæ æternæ tabernaculis habituri. Et quoniam difficile nimis esset præsentes ad omnia loca, quibus illis opus erit, perferri, volumus, vt earum exemplis etiam impressis manu publici Notarij subscriptis, & sigillo Prælati, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem omnino fides vbique adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si essent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Marcum anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo octuagesimo quarto, Kalendis Septembris. Pontificatus nostri anno tertiodecimo.

Iudæi maiores anni 12. vtriusque sexus prædicationibus intersint, sub pœnis hic expositis.

Christiani avertentes Iudæos ab huiusmodi præd. seducentes, puniantur, vt hic.

Principes faueant Ordinarijs in præmissis.

M. Card. S. Stephani.

Cæ. Glorierius. A. de Alexijs.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini, millesimo quingentesimo octuagesimo quarto, indictione duodecima, die vero decimaquarta mensis Septembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. Domini Gregorij diuina prouidentia Papæ decimitertij, anno decimotertio, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in valuis Ecclesiarum Sancti Ioannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, & acici Campi Floræ, & ibi per aliquod spatium temporis dimissæ per nos Calistum Brunettum, & Nicolaum Tallicttum eiusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores.

Io. Freile Magister Cursorum.

CVII.

Reseruatio Sedi Apostolicæ omnium beneficiorum Monasterij S. Crucis, Fontis Auellanen. ordinis Camaldulen. diœcesis Eugubinæ.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

VT APOSTOLICA Sedes omnium parens, & alumna confluentibus ad se quotidie iuris, scientia, & probitate insignibus, pro cuiusque meritis commodius prospicere possit, æquum est ipsum, ea quæ ad illos pro solita benignitate sua iuuandos, ac promouendos, accommodata sunt, & sine cuiusque detrimento haberi possunt, tanquam ius sibi proprium libere retinere. Cum enim nos hodie Abbatiam sæcularem in Ecclesia Monasterij Sanctæ Crucis Fontis Auellan. Camaldulen. ordinis Eugubinæ diœcesis, certo tunc expresso modo vacantem, Collegio Germanico pridem à nobis in Vrbe instituto perpetuo coniunxerimus; Nos causis prædictis adducti, de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes Prioratus, Præposituras, Præpositatus, dignitates, personatus, administrationes & officia, cæteraque beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura, alias ad collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, institutionem, & quamcunque aliam dispositionem Abbatis pro tempore existentis dictæ abbatiæ, quandocunque pertinentia, in quibuscunque Ciuitatibus, diœces. & locis existentia, quibusuis modis, & ex quorumcunque personis vacantia, & deinceps vacatura, vbicunque, & quotiescunque nostræ, & successorum nostrorum Rom. Pont. & dictæ Sedis liberæ dispositioni, dumtaxat, specialiter, & expresse in perpetuum reseruamus: Decernentes ex nunc irritum, & inane quicquid secus super his per quoscunque, etiam S. R. E. Cardinales, ac dictæ Sedis Legatos, etiam de Latere, etiam prætextu quarumcunque facultatum, concessionum, & aliarum reseruationum, & aliâs, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam in corpore iuris clausis, ac etiam irritan. & alijs decretis munitis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, & mandamus, vt præsentes in Cancellaria Apostolica publicentur; & in eius libro quinterno appellato, ad perpetuam rei memoriam describantur. Et præterea ipsarum exemplis, etiam impressis, Notarij publici manu, & personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo obsignatis, eadem prorsus fides vbique locorum, in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reseruationis, decreti, & voluntatis infringere, aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septuagesimo octauo. Non. Septembris. Pontificatus nostri anno septimo. M. Dat. Cæ. Glorierius. A. de Alexijs.

Causa huius reseruationis.

Reseruatio beneficiorum Monasterij S. Crucis Fontis Auellan.

Decretũ irritãs.

Clausula derog.

Publicatio in Cãcellaria Apost.

Lectæ, & publicatæ fuerunt hæ literæ Romæ in Cancellaria Apostolica, anno Incarnationis Dominicæ, 1578. die vero Veneris vltima mensis Octobris. Pont. S. D. N. Gregorij diuina prouidentia Papæ xiij. anno septimo.

Claudius Cicolinus Custos.

Con-

CVIII.

Concesſio officij Camerariatus S. R. E. Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo Philippo Vaſtauillano Bononienſi, huius Pontificis ex ſorore Nepoti.

Facultates Camerarij, habes ſup. in Iul. 3. conſt. 41. Cum nos, fol. 543. & Pij 4. conſt. 130 Solita fol. 872. & conſt. 139. Cum ſicut accepimus, fol 891. & conſt. 158. Romanum, fol 914. & conſt. ſeq. & Pij 5. conſt. 9. Et ſi ea, fol. 932. & conſt. 7. Cum nobis, fol. 927. & hic Pont in conſt. hic ſeq. & alijs infraſcriptis.

De materia autem Cameræ Apoſtolicæ, habes ſup. in Clem. 7. conſt. 1. Cogitur, fol. 281. & Pauli 3. conſt. 22. Cum ſicut, fol. 392. & conſt. 35. ſolet, fol. 431. conſt. 46. Cum ſicut, fol 450. & conſt. 77. Non ſine, fol. 489. Et Iul. 3. conſt. 9. Cum ſicut, fol. 504. Et Pauli 4. conſt. 25. Incumbentia, fol. 600. & conſt. 32. Cum omnibus, fol. 614. & Pij 4. conſt. 18. Cum in alienationibus, fol. 680. & conſt. 23. Decens, fol. 685. & conſt. ſeq. & conſt. 29. Cupientes, fol. 691. & conſt. 36. Cupientes, fol. 700. & conſt. 85. Cum ab ipſo, fol. 776. & conſt. 102. Cupientes, fol. 806. & conſt. 107. Superna, fol. 813. & conſt. 131. Ingens, fol. 873. & conſt. ſeq. & conſt. 155. Quia licet, fol. 912. & in alijs conſt. hic allegatis.

Reformationes vero eiusdem Cameræ, habes ſup. in Pij 4. conſt. 70. Romanus, fol. 747. & conſt. 110. Cum inter, fol. 812.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio Philippo Sancti Angeli in foro piſciũ Diacono Cardinali Vaſtauillano nuncupato ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

IN CONFERENDIS muneribus, & officijs, quæ præſertim grauia, & nobis proxima ſint, ita æquum eſt proſpicere, vt illi in primis ad ea aſſumantur, quorum multis, & Illuſtribus exemplis teſtata virtus, iucundam nobis ſpem facit, eos tales futuros eſſe, qui opera, & conſilijs fructus quotidie proferant in noſtra Republica ampliores. Cum itaque officium Camerariatus noſtri, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, quod bonæ memoriæ Aloyſius tituli Sancti Marci, presbyter Cardinalis Cornelius nuncupatus, dum viueret obtinebat, per obitum dicti Aloyſij Cardinalis, & Camerarij, apud ſedem Apoſtolicam vita functi vacauerit, & vacet ad præſens, nos attendentes huius officij magnitudinem; Cupienteſque hoc præclarum munus tali viro demandari, qui auctoritate, & prudentia fretus Reipublicæ noſtræ adiumento eſſe poſſit, poſt habitam de hac re maturam cum fratribus noſtris deliberationem, ad te egregijs virtutibus præditũ conuerſi, te ſororis quõdam noſtræ filium, virum ex ordine duximus deſumendum, cuius fidei, & ſolertiæ tantum onus delegemus. Itaque de ipſorum fratrum conſilio, & aſſenſu, officium prædictum, ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo, aut ex alterius cuiuſcunque perſona vacans, cum omnibus, & ſingulis illius honoribus, oneribus, iuribus, iuriſdictionibus, & emolumentis, Apoſtolica tibi auctoritate concedimus, & aſsignamus, ac te in locum dicti Aloyſij Cardinalis, & Camerarij, quoad huiuſmodi officium ſubſtituimus, & ordinamus, tibique plenam, liberam, & abſolutam poteſtatem, auctoritatem, & facultatem tribuimus, vt corporalem, realem, & actualem poſſeſsionem officij exercitij, bonorum, iurium, iuriſdictionum, & emolumentorum omnium prædictorum, per te, vel alium, ſeu alios propria auctoritate libere apprehendere, prædictæ Cameræ, & vbique dicti officij ratione præſidere: prouentus, pecunias, res, & cætera omnia iura eiusdem Cameræ procurare, rationes acceptorum, & impenſorum habere, credita exigere debita ſoluere, Arcibus, præſidijs, & munitionibus omnibus præeſſe: Miniſtros quoſcunque in omnibus Prouincijs, Ciuitatibus, & locis conſtituere, & reuocare, alios ſurrogare, Militiam pro vſu, ſtatus, & Reipublicæ noſtræ, vbicunque opus erit inſtruere, milites conſcribere, ſtipendia, aſsignare ſtatuta condere, condita immutare, vices tuas, vel tota, vel ex parte Idoneis delegare, & pro libito reuocare, ac prorſus omnia, & quæcunque alia facere, ordinare, & exequi; eandemque, & omnimodam iuriſdictionem in omnibus cauſis, & negotijs ad ipſum officium quomodolibet pertinentibus habere, & exercere libere, & licite valeas, quæ prædictus Aloyſius Cardinalis, & omnes alij ante eum, Camerarij, de iure, ſtatuto, conſuetudine, priuilegio, fundatione, & alias quomodocunque facere, ordinare, & exequi potuerunt, ſeu etiam debuerunt, etiam ſi talia forent, quæ facultatem, & mandatum exigerent magis ſpeciale, quàm præſentibus eſt expreſſum. Decernentes te ex nunc ad officium eiuſque liberum exercitium, necnon honores, onera, iura, iuriſdictiones, & emolumenta prædicta in locum eiusdem Aloyſij Cardinalis recipiendum, & admittendum fore, ac recipi, & admitti; tibique de emolumentis, & iuribus prædictis, etiam ex die obitus dicti Aloyſij Cardinalis, & Camerarij, integre reſponderi debere: Ac volentes, & tibi concedentes, vt omnibus, & quibuſcunque priuilegijs, facultatibus, prærogatiuis, exemptionibus, immunitatibus, iuribus, iuriſdictionibus, & indultis, omnibus alijs Camerarijs, qui hucuſque fuerunt in genere, & in ſpecie conceſsis, confirmatis, extenſis, & innouatis quibuſcunque iure ſtatuto, priuilegio, conſuetudine, & alias quomodolibet vſi, potiri, & gauiſi ſunt, ac vti potiri, & gaudere potuerunt, vti potiri, & gaudere: necnon omnia, & quæcunque Regalia, prouentus, & iura, etiam antiqua, tam ex ſigillo, cuſtodijs, præfecturis, officijs, exactionibus, taxis, & quibuſcunque alijs rebus obuenientia (Regalibus tamen, & emolumentis vnius pro centenario, ex impoſitionibus Congregationum regularium, & dimidio pro centenario ex vigeſima Hebræorum, ac etiam dimidio pro centenario ex ſubſidio triennali, necnon iuribus regalibus, & emolumentis omnibus ex Collectoria in Regnis Hiſpaniarum exceptis) integre percipere, exigere, & leuare, etiam libere, & licite poſsis, & debeas, quemadmodum Camerariorum quiſque illa eſt pleniſsime conſecutus. Cæterum cum fel. rec. Pius Papa V. prædeceſſor noſter, qui officium ipſum ex ceſsione dilecti filij noſtri Michaelis

Camerariatus officium vacans, per obitum Cardinalis Cornelij

Et modo confert Cardinali Vaſt. qui ſoluis Cam. Apoſt. ſcaia.

tituli

tituli Sanctæ Mariæ supra Mineruam presbyteri Cardinalis, antea in locum bo. memo. Vitellotij Sanctæ Mariæ in via lata Diaconi Cardinalis, quoad huiusmodi officiũ surrogati, prædicto Aloysio Cardinali concesserat, prouidere volens, & ipse Aloysius Cardinalis, qui septuaginta millia scutorum dicto prædecessori numerauerat erogan da in defendendum bellum contra Turcas, & alias vrgentes causas, eiusque hæredes, & cæteri omnes, ad quos res ab ipso pertineret omnis damni, & incommodi immunes atque expertes redderentur in causa, quæ inter dictum Michaelem Cardinalem actorem, & prædicti Vitellotij Cardinalis hæredes, prætendentes officium ipsum ex persona eiusdem Vitellotij Cardinalis, iuxta prætensam gratiam illi à piæ memoriæ Pio Papa IIII. concessam, cuius causa similem illi summam septuaginta millium scutorum numerauerat, quod officium ipsum intra certum tũc expressum tempus non vacaret, sed illud eiusque fructus, & emolumenta omnia ad eosdem hæredes interim pertinerent, ipsique illud vendere, & aliàs de eo disponere possent, ac forsan alios in Romana Curia coram certo Palatij Apostolici Auditore super dicto officio, eiusque pretio, & emolumentis, rebusque aliis in prima, seu alia instantia pendebat indecisa. Vniuersis, & singulis hæredibus, successoribus, creditoribus, fideiussoribus dicti Vitellotij Cardinalis, ac quibuscunque alijs interesse putantibus, quoad Aloysium Cardinalem, & officium, ab eoque præcipienda illius emolumenta, necnon hæredes & causam habentes de simili consilio, & Apostolicæ potestatis plenitudine, perpetuum silentium imposuerit, & ne quisquam contra attentare auderet districtius prohibuerit, Cameramque prædictam in locum ipsius Michaelis Cardinalis, qui etiam tũc liti, & causæ huiusmodi in eius manibus sponte, & libere cesserat. Cuiusque cessionem ipse duxerat admittendam, quoad omnem litem ipsam surrogauerit, Ita vt Camera ipsa Aloysium Cardinalem, eiusque hæredes, & causam ab eo habentes non à prædicta solum, sed etiam à quacunque alia lite, & causa per hæredes, creditores, & fideiussores Vitellotij Cardinalis huiusmodi, aliosque interesse putantes in præmissis, & illorum occasione mota, & quandocunque mouenda; necnon ab omni, & quacunque alia iactatione, & molestia tutari, & liberare causæ, & rei vniuersæ patrocinium, cum omni onere, & periculo suscipere proprijs impensis, agere, & defendere eius euentum, recipere, & præstare de omni & quacunque pretij euictione, fructuum & emolumentorum restitutione, damnorum, expensarum, & interesse solutione, denique ipsos omnes aduersus prædictos, & quoscunque alios ab his, & prorsus ab omni debito, damno, dispendio, & incommodo eximere teneretur, prout ipse prædecessor eam ad hæc omnia, etiam vi validi & efficacis contractus inter ipsam & se, successoresque suos Romanos Pontifices ex vna, & dictos Aloysium Cardinalem, eiusque hæredes, & causam habentes ex altera partibus, solenniter stipulati omni tempore teneri voluerit, ipsamque Cameram, ac omnia, & quæcunque eius bona mobilia, & immobilia, præsentia, & futura cuiuscunque qualitatis existentia, ac etiam seipsum, & dictos successores, specialiter, & expresse obligauerit, atque hypothecæ supposuerit. Decernens Aloysium Cardinalem, eiusque hæredes, & causam habentes ratione officij, seu pretij fructuum, emolumentorum, aut omnino aliarum rerum ex prædictis pẽdentium, vel emergentium nullo vnquam tempore in ius, seu controuersiam à quoquam vocari, vel alias turbari posse, neque ad respondendum in iudicio, vel extra illud vsquam teneri; sed omnes prætendentes prædictos ad dictam Cameram, quæ pretium prædictum receperat, & in vsus supradictos impenderat sese conuertere, & contra eam omnia prætensa iura sua, omnesque actiones dirigere debere; cum irritanti, & alijs decretis, obligationibus, & cautelis tunc expressis, prout in eis, quorum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, plenius continetur, tuque nobis rerum angustia in tanta præsentium perturbationum grauitate laborantibus, summam quinquaginta millium scutorum auri in auro sponte obtuleris. Nos tuæ quoque, ac hæredum, & successorum tuorum, ac ab eis causam habentium securitati, atque indemnitati prospicere volentes, de consilio, assensu, & potestatis plenitudine similibus vos vniuersos, & singulos à prædicta, & quacunque alia lite, & molestia, cæterisque omnibus incommodis eximimus, & liberamus, statuimusque, & decernimus Cameram ipsam ad causam prædictã, vt præfertur suscipiendam, & defendendam, præstandumque de omni, & quacunque euictione fructuum, aliorumque prædictorum restitutione, damnorum, expen. & interesse solutione, vosque ab omnibus alijs supradictis præseruandum & prorsus ad omnia, & quæcunque alia, ad quæ ipsa pro Aloysio Cardinale eiusque hæredibus, & alijs prædictis, vt supra, & aliàs tenebatur, etiam contractu solemni, & stipulato omni tempore teneri, & obligatum esse, Sicque per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales in quauis instantia iudicari, & diffiniri debere: Necnon irritum, & inane quicquid secus per quoscunque scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus litis pendentia, & alijs præmissis, ac piæ memoriæ Leonis X. & aliorum Rom. Pont. etiam cum Collegio Cardinalium, pro illorum vnione, & charitate factis, & contractu inuiolabili, seu quasi, à quo nullo tempore resilire, nec illis vllo modo, aut nisi certis modis, & formis tũc expressis derogari possit: Necnon iuramentis, renunciationibus, alijsque cautelis firmitatis de dicti officij dispositione non perpetuo, sed ad triennium, aut aliud tempus, & in fauorem Cardinalium ipsorum, vtriusque iuris doctorum, ac de consensu omnium Cardinalium, seu maioris partis eorum cum decreto irritanti, quicquid secus fieri contigerit; ita quod de nullitate concessionis omni tempore absque inobedientiæ culpa, aut alterius censuræ, & pœnæ incursu dici valeat; & aliàs certis modo, & forma, etiam tunc expressis, deinceps in perpetuum facienda, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Cameræ iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, vsibus, & naturis, quantocunque tempore pacifice obseruatis: priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis, Collegio Cardinalium, & Cameræ, illiusque Præsidentibus, & Clericis, per prædictos, & quoscunque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & dictam Sedem, etiam per modum statuti perpetui, ac initi, & stipulati contractus, seu quasi, ac aliàs sub quibuscunque tenoribus, & formis; ac cum quibusuis efficacissimis, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, necnon Consistorialiter, ac aliàs quomodocunque, & quotiescunque concessis, confirmatis, innouatis, extensis, & moderatis: quibus omnibus, etiã si talia, & multa sint, quæ sub Concessionibus generalibus nõ veniant, sed specialibus omnino indigeãt expressionibus, & clausulæ implicite extendi nequeant, nihilominus præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, Quodque tu iuxta omnia prædicta qualificatus non sis. Cæterisque contrarijs quibuscunque. Tu igitur benedictione nostra fretus eam in demandato tibi à nobis hoc munere, operam præsta, vt ij, quos iam animo percipimus fructus, industria tua quotidie magis augescant. Nosque, & prædicta Sedes per te optime, publice consuluisse

Pius 4 concesserat hea offi. Cardin Vitell. cum prouil. quam inf. annos octo nõ vacaret, vt habes sup. in eius cõst. 145 f. 899 & d Pius 5. illud concessit Ca. Aloysiũ & dedit Car. Cor. (quia Alex. cessit) & orta fuit lis inter eũ & hæredes Car. Vitell otti, sed ip se Pius 5 ppetuũ silentiũ desuper imposuit.

Et pro assecu. Ca meram omnia bona sedis Apostolicæ obligauit.

Et hic Pon. istã Cameram Vast. simili modo assecurat.

Decretũ irritãs.

Clausulæ derogatoriæ.

fuisse lætemur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ delectionis, concessionis, assignationis, substitutionis, ordinationis, tribuitionis, decreti, voluntatis, exemptionis, liberationis, statuti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo octuagesimo quarto. Pridie Idus Maij, Pontificatus nostri anno duodecimo.

M. pro dat. Cæ. Glorierius.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Die Mercurij quarta Iulij, 1584. Ex decreto Cameræ Apostolicæ admissæ, & registratæ fuerunt præinsertæ literæ Apostolicæ, & collatæ concordant. A. Martini.

Admissio, & registratio in Ca.

CIX.

Confirmatio, & innouatio facultatum S R.E. Camerario concessarum.

De Materia non pono hic concord. quia habes sup. in const. præcedenti.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

QVAE à Rom. Pontificibus optima ratione sunt decreta, ac roborata, ea ne sensim labefactentur, & pereant nostrum in primis est officium prouidere.

Olim igitur fel. rec. Paulus Papa III. prædecessor noster, propositis pœnis grauissimis officiorũ, & beneficiorum priuatiuis, atque excommunicationis latæ sententiæ ipso facto incurrendis, perpetua constitutione prohibuit Decano, & Clericis Cameræ Apostolicæ, qui omnia, quæ in eadem Camera agunt, S.R E. Camerarij nomine agunt, ne res Camerales inscio ipso Camerario cui rerũ, & iurium Cameræ cura est specialiter cõmissa, quique viuæ vocis oraculum habet, & in suo officio personam Põtificis repræsentat, vllo modo expedirẽt, neue vllas expeditiones Camerales gratiam, vel Iustitiam concernentes, seu mixtas, aut ab illis dependentes aliter, quam sub nomine Camerarij, & sub sigillis penes ipsum existentibus, facere, aut expedire possent.

Pau. 3. prohibuit Clericis, ne expedirent Camerales expeditiones aliter quam sub nomine, & sigillo Camerarij.

Postea vero piæ mem. Iulius Papa III. dictam Pauli prædecessoris constitutionem cum omnibus suis clausulis approbauit, & innouauit, decreuitque, quòd Camerarius solus posset officij sui sigillum tenere, Clerici vero, & Decanus dictæ Cameræ sigillum nullum habere possent.

Iul. 3 Confirmauit hanc const. Pauli 3.

Et quamuis decreta huiusmodi, & propter suam ipsorum æquitatem, & propter Romanorum Pontificum auctoritatem, & propter pœnarum in eis propositarum grauitatem, debuissent diligentissime seruari, quemadmodum antea fuerant seruata, Tamen accepimus nonnullis abhinc annis violari cœpta esse, ac multas recentes Camerales expeditiones, tam gratiam, quàm Iustitiam, aliaque negotia concernentea sine debito, ac vsitato nomine Camerarij, & eius sigillo, sine solita subscriptione, *Visa, &c.* priuatim autem, & singulariter sub ipsorum Clericorum, etiam prætextu rescriptorum, & commissionum ipsis singulis, seu etiam ipsis omnibus Clericis directarum nominibus, & sigillis factas, totidemque in Camera sigilla, quot in ea sunt Clerici irrepsisse, nouumque expediendi genus, tam in Curia, quam extra introductum esse, sub prætensis titulis Præfecturæ Annonæ, præsidentatuum viarum, Dohanarum, Grasciæ, Zecchæ, Riparum, Carcerum, superintẽdentiæ Collis Scipionis, alijsque nouiter repertis Salariæ, & Gabellæ carnis, priuatis, etiam singulorum Secretarijs quandoque ad huiusmodi expeditiones adhibitis, sicque tam vigore commissionum, & rescriptorum, in causis Cameralibus, & alijs infrascriptis, quam etiam auctoritate ordinaria, ac ex decreto Cameræ, monitoria, decreta, citationes, mandata executiua, brachia sæcularia, aliasque expeditiones, Annonam, vias, Ripas, Dohanas, Grasciam, Carceres, Zeccham, superintendentiam Collis Scipionis, Salariam, Gabellam carnium, Annatam, Quindennia Spolia, ac Commissariorum deputationes omissis plerumque fideiussionibus, & iuramentis præstari cõsuetis expedita esse nouis cum clausulis Camerario tantum, & non supradictis Clericis permissis, ac conuenientibus, dum alij ita scribunt. *Expositum fuit nobis in Camera Apostolica; Alii, auctoritate, qua fungimur in hac parte, Alii iuxta mandatum Sanctissimi nobis oretenus factum; Alii, Datum Romæ in Camera Apostolica; Alii, Datum Romæ in palatio nostro*, & hæc nonnunquam sola cum subscriptione Auditorum, aut Secretariorum dictorũ Clericorum, talibus etiam expeditionibus in Camera quandoque minime registratis, magna cum summi Camerariatus Tribunalis indignitate, & rerum tum priuatarum, tum publicarum incommodo, & iactura, etiam aliquando Clericos causas à Camerario ad se aduocasse, Camerarioque inhibuisse.

Sed tamen Clerici absque nomine, & sigillo Camerarij expeditiones nouis cum clausulis hic expressis dabant.

His igitur omnibus intellectis, perspectaque inanitate causarum huius tantæ rerum perturbationis à dictis clericis ad excusationem propositarum, indignum iudicantes, iuxta, ac legitima Rom. Pontificum decreta per singi priuata licentia, neque suum Camerario, ius, atque honorem ab his præsertim, quorum ipse est caput, relinqui, & conseruari, istumque clericorum expediendi modum contra antiquas expeditiones, & constitutiones Apostolicas esse intelligentes, Motuproprio, & ex certa scientia nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetua constitutione, supradicta, Rom. Pont. prædecessorum nostrorum constitutiones, declarationes, et decreta, omnia auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, et cõfirmamus, et quatenus opus sit, eadem omnia de nouo decernimus, dictaq; clericorum expeditiones omnes, necnon banna, edicta, causarum à Camerario auocationes, et inhibitiones de cætero faciendas nullas, irritas, et inualidas ex nunc esse declaramus, omnesq; à dictis clericis ita, vt dictum est, ad quæuis officia, exercitia, curationes, administrationes deputatos reuocamus, neue te in eis amplius ingerere possint sub pœna nostro, et Rom. Pontificis pro tempore existentis arbitrio statuendis prohibemus.

Ideo hic Pont. innouat, & confirmat dictas const. Pauli 3. & Iulij 3. & inualidas esse decernit prædictas exped. à Clericis faciendas.

Eisdem quoq; Decano, et Clericis vniuersis, et singulis, nunc, et pro tempore existentibus, sub omnibus pœnis quæ per supradictas constitutiones irrogantur, ipso facto incurrendis præcipimus, et mandamus, ne vllo vnquam tẽpore, siue vniuerse, siue priuatim, et singulariter, quicquã ex vigore quorũcũq; officiorũ, præsidẽtatuũ, et præfecturarũ, seu rescriptorũ, et cõmissionũ, etiã manu nostra, vel successorũ nostrorũ signatarũ ipsis clericis, et cuicũ

Præcepitq; eisdẽ Clericis, vt omnes expeditiones sub nomine, & sigillo Camerarij signẽt & cum sola subscriptione, visa, &c. exceptis Ga... [illegible]

KKK que

que eorum directarum expedire possint, nec quascunque patentes literas ac supradictas, aliasque eiusmodi expeditiones, aliter, quàm sub nomine, & sigillo Camerarij facere, aut subscribere audeant, neque alia subscriptione vti, quàm vita, &c. neque expeditiones alibi quàm in Camera registrari patiantur. Hæcque in omnibus expeditionibus per Clericos supradictos faciendis diligenter seruari volumus, & mandamus, exceptis dũtaxat, & reseruatis Gubernijs, Ciuitatis Veteris, Tulphæ Cæsarũ, & Terrarũ Arnulphorũ, ĩ quib' de more expedire possint.

Inhibet quoque Notarijs ne expeditiones aliter scribant.

Sub eisdẽ quoq; pœnis omnibus eiusdẽ Cameræ Notarijs inhibemus, ne in posterum prædictas, nec vllas alias expeditiones quocunq; nomine appellatas, gratiam, vel Iustitiam concernentes, aut mistas, tam in Rom. Curia, quàm extra eam aliter, quàm sub nomine, & sigillis pro tempore existentis Camerarij scribere, subscribere, aut expedire audeant.

Iubet etiam Clericorum Auditoribus, &c. ne expeditiones super rebus ad Cameram pertinẽtibus subscribant.

Itidem quoque, & sub eisdem pœnis, simili modo incurrendis inhibemus dictorum Clericorum, Secretarijs, & Auditoribus, & alijs, quibuscunque extra Cameram existentibus, ne vllas omnino expeditiones, ex supradictis, nec aliàs quascunque super rebus ad dictam Cameram pertinentibus, vel ab eis dependentibus facere, aut subscribere, seu in eis se ingerere quocunque prætextu, seu colore audeant.

Camer. expeditiones, & tractæ tritici, & segetum spectant ad dictum Camerarium.

Omnes autem supradictas, & alias Camerales expeditiones, necnon tractas tritici, & aliarũ segetum, etiã extra statum Ecclesiasticũ, earũq; expeditiones ad Camerariũ solũ, & nõ ad aliũ spectare, & pertinere decernim'.

Decretũ irritãs.

Et quas contra formam huius nostræ constitutionis in totum, vel in partem in futurum fieri contigerit, omnino nullas, atque irritas esse declaramus. Sicque per quoscunque Iudices, ordinarios, & delegatos, etiam causarũ Palatij Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & decidi debere mandamus: Decernentes irritũ, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Camerarij facul. cõtra inobed.

Ac mandantes dilecto filio nostro Philippo S. Angeli in foro Piscium Diacono Cardinali Vastauillano moderno, ac pro tempore existenti nostro, & S.R.E. Camerario, vt pro præmissorum obseruatione, executione, & implemento omnibus, & singulis præfatis, & quibus opus fuerit præcipiat, mãdet, & inhibeat, illosque citet, cogat, & compellat, & alias, prout sibi videbitur, contra eos procedat, cæteraque alia faciat, & exequatur, quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint, & sibi videbuntur quomodolibet opportuna. Nos enim motu, & potestatis plenitudine similibus eidem Philippo Cardinali, & Camerario vltra eius potestatẽ, & auctoritatem, in præmissis plenissimam licentiam, & facultatem concedimus.

Clausula derog.

Nõ obstãtibus præmissis, & nostrã de nõ tollẽdo iure quæsito, ac alijs Apostolicis cõstõnibus, dictæq; Cameræ iuro, cõfirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & cõsuetudinibus, necnon priuilegijs, indultis, & literis Apostolicis illi, ac prædictis Præsidẽtibus, & Clericis quãcũq. cõcessis, cõfirmatis, & innouatis, quibus oĩbus illorũ tenores perinde, ac si ad uerbũ insererẽtur præsẽtibus, pro sufficiẽter expressis habẽtes, harũ serie ad effectũ omniũ præmissorũ specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscũq; aut si Decano Clericis, cæterisque prædictis, ac quibusuis alijs communiter, vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicati non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, declarationis, reuocationis, prohibitionis, præcepti, voluntatis, mandatorum, inhibitionis, decretorum, concessionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud S. Petrũ, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingẽtesimo octuagesimo quarto, Non. Decembris, Pontificatus nostri anno tertiodecimo. M. Car. S. Stephani.

A. de Alesijs.

Registrata apud Io. Baptistam Secretarium.

Admissio, & registratio i Cam.

Die xvij. Decembris, 1584. Ex decreto Cameræ Apostolicæ admissæ, & registratæ fuerunt præinsertæ literæ Apostolicæ, & collationatæ concordant. A. Martini.

CX.

Contra diripientes in statu Ecclesiastico animalia, & alia bona, ac illa ementes, permutantes, recipientes, &c.

Ad hoc vide etiam supra Pij 5. const. 13. Ex supernæ, fol. 937. cum ibi notatis.

GREGORIVS Papa XIII. Vniuersis, & singulis præsentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem.

NON SINE graui animi nostri molestia nuper accepimus, quòd licet nos iampridem per nostras constitutiones, & ministri nostri per proclamata, & ordinationes, ac etiam cohortibus armatis exulum, ac perduellium flagitiosorumque hominum audaciam in statu nostro Ecclesiastico reprimere, latrociniaque, & delicta prohibere, ac delinquentes ad aliorũ terrorem grauiter punire omnibus modis conati fuerimus, nihilominus complures exules, & latrones huiusmodi adhuc supersunt, qui propriæ salutis immemores, pœnasque impositas paruifacientes assidua furta, & latrocinia in animalibus, & iumentis in statu, & ditione nostra existentibus committere non verentur, nec desunt, alij tam nobis, quam temporalibus Dominis circumuicinia subditi, qui animalia, & iumenta illa, ita surrepta sine timore ab ipsismet latronibus emere, & quoquo versum abigere, & distrahere non dubitent, quo fit, vt illis maior præbeatur occasio, & materia delinquendi, & affidati Cameræ Apostolicæ, ipseque Dohanerius Dohanæ nostræ Patrimonij, ac alij pecuarij, & aratores animalia huiusmodi habentes maximum inde patiantur detrimentum. Quare nos huic malo obuiam ire, & quieti, ac indemnitati publicæ, quantum in nobis est, prospicere volentes, ac, vt quos legum, pœnæque corporalis timor non retinet, saltem gladij spiritualis fulgor à malo deterreant, præsertim cum non solum pium, & meritorium, sed etiam iustum, ac necessariũ sit, tales continuos, ac notorie criminosos, ac ab eis ementes res furtiuas vtroque gladio, seueritate opportuna, corrigi, atque puniri, Perpetuo hoc edicto statuimus, omnes, &

Causa const.

quoscun-

quoscunque tam huiusmodi animalia, & iumenta, aliasque res, & bona cuiuscunque generis, & speciei in statu nostro temporali diripientes, abducentes, & furto subtrahentes, quam ementes, permutantes, seu ab eis illa quouis modo recipientes, & cum eisdem contrahentes, seu quouis titulo, colore, causa, vel prætextu penes se habentes, & retinentes, cuiuscunque status, gradus, conditionis, sexus, qualitatis, dignitatis, aut præeminentiæ fuerint, tam laici, quam Clerici, & Presbyteri, etiam regulares, & sæculares, & non solum in dicto statu nostro Ecclesiastico, sed etiam in quouis Regno, statu, Dominio, territorio, Ciuitatibus, Terris, & locis vniuersæ Italiæ commorantes vltra alias pœnas iuris, constitutionum, & proclamatum prædictorum excommunicationis maioris latæ sententiæ pœnam ipso facto incurrere, à qua nullus ab alio, quam à Romano Pontifice, aut de eius speciali mandato, præterquam in mortis articulo constitutus, factaque; aut mandata restitutione, vel satisfactione, dictorum animalium, iumentorum, rerum, & bonorum huiusmodi dictis affidatis, Dohanerio, & alijs, vt præmittitur, pro tempore surreptorum, absolutionis beneficium valeat obtinere, ipsamque excommunicationis pœnam ex nunc, prout ex tunc, & è contra aduersus inobedientes, & rebelles quoscunque, & ipsorum quælibet promulgamus, per præsentes. Ac mandamus vniuersis, & singulis Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Ecclesiarum prælatis, eorumq; Vicarijs in spiritualibus generalibus totius nostri status prædicti, ac etiã in Regno Neapolitan. ac statu Magni Hetruriæ, ac Ferrariæ, & Vrbini Ducum ĩ virtute sanctæ obedientiæ, vt cum harum exemplaria, etiã impressa manu Notarij publici subscripta, sigilloque personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munita, exhibita eis fuerint in omnibus Ciuitatibus, Terris, oppidis, locis, Castris, ac diœcesibus, præsertim statui nostro prædicto circumuicinis ad valuas Ecclesiæ Matricis Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, Castrorum, & locorum suæ diœcesis quamprimum affigi, & publicari faciant, quæ quidem exemplaria, seu transumpta sic affixa, & publicata vbique in iudicio, & extra illud fidem faciant, omnesque supradictos, ac alios præsentibus literis nominatos, vel quomodolibet comprehensos taliter ligent, arctent, afficiant, & obligent, ac si vnicuique personaliter intimata fuissent. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon priuilegijs, indultis, exemptionibus, & literis Apostolicis quibuscunque personis quacunque dignitate Ecclesiastica, vel temporali præditis coniunctim, vel separatim concessis: etiam quibus caueatur expresse, quod ex communicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam: & expressam & ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, cæterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris. Die vij. Decembris. 1584. Pontificatus nostri anno tertiodecimo.

Excõicantur diripien. animalia & alia bona ĩ sta tu Eccl. vel illa ementes, &c.

Episcopi, &c. statu Eccl. & Regni Neap ac Ducatus Hetruriæ, Ferrariæ. & Vrbin. faciant publicari hanc cõst. quæ sic publicata omnes afficiat.

Clausula derogatoria.

Die x. Decembris, 1584. Suprascriptæ literæ in forma breuis ex decreto in plena Camera Apostolica facto, admissæ: & registratæ fuerunt in actis meis, & libro diuersorum, fol. 99. Scipio Penellus Cam. Apost. Not.

Io. Baptista Canobius.

Admissio, & reg. in Cam. Apost.

CXL.

Facultates Iulio Cæsari Segnio Bononien. Almæ Vrbis Senatori concessæ procedendi, & iudicandi in causis criminalibus, non seruata forma Statutorum nuper editorum & confirmatorum, & etiam iuxta facultates Gubernatoris Vrbis.

Facultates eædem concesse, et fuerunt ab ipsomet Pont. Horatio Benedicto de Caglio huius Senatoris successori, & etiam Io. Pellicano Macerat. ad præsens Senatori à S.D.N. Six. V. vt infra in eius const. x. Cũ in Curia.

GREGORIVS Papa XIII. Motuproprio, &c.

CVM IN Curia Capitolij Almæ Vrbis nostræ multi delinquentes prauique, & facinorosi homines quotidie carceribus mancipantur, qui propter, seriosam dictæ Vrbis statutorum in proceden. obseruantiam, leuissimasque per eadem statuta impositas, & inflictas, scelerisq; grauitate non condignas pœnas in iudicando, quodammodo impuniti euadere solẽt, nec etiã per eadẽ statuta, cautionibus de non offendendo inter partes dãdis, quãdoq; per eiusdẽ Vrbis Senatorem pro tempore existẽtẽ prouideri valeat, vnde facinorosi homines ad grauissima scelere frequenter perpetrãda audaciores reddũtur, Nos qui ĩter cætera cordis nostri desiderabilia, à tempore, quo diuina fauẽte Clemẽtia ad sũmi Apostolatus apicẽ assũpti fuimus, illud sinceris sẽper exoptauimus desiderijs, vt ĩ toto nostro statu Ecclesiastico, & præcipue Alma Vrbe nostra prædicta nequaquã delicta ĩpunita remanerẽt, quin potius, vt aliquãdo temerarij flagitiosorũ ausus hominũ, si nõ virtutis amore, saltẽ formidine pœnæ, arctius reprimerẽtur, ac cũcti delinquẽtes, vt cæteris in exẽplũ trãsirẽt condignis suorũ scelerũ plecterẽtur pœnis, in præmissis pro nostri Pastoralis officij debito opportune prouidere volẽtes, motu simili, & ex certa nostra sciẽtia, ac de Apostol. potestatis plenitudine. Dilecto filio Iulio Cæsari Segnio nob. Bononien. per nos creato, & deputato Moderno Vrbis Senatori, de cuius fide, & probitate in similibus experien. multũ cõfidimus, vt in casibus quibuscũq; criminalibus, tã in procedẽdo, quã iudicando, statutorũ eorũdẽ forma aliter nõ seruata cõtra quoscũq; delinquẽtes in ipsius Curiæ carceribus nũc, & pro tẽpore detẽtos, etiã cuiuscũque status, gradus, cõditionis, & præeminentiæ existen. prout sibi benevisũ fuerit, ac etiã iuxta facultates in similibus moderno, & pro tẽpore existen. Vrbis prædictæ Gubernatori hactenus quomodolibet concessas, procedendi, & iudicandi, pœnasq; statutarias secundum delictorũ, & personarũ qualitates eius arbitrio augẽdi, plenã, amplã, liberã, & omnimodã facultatẽ, atq; auctoritatẽ, & potestatẽ, præsentiũ tenore cõcedimus. Omnesq; & singulos processus, acta, sẽtentias, & decreta desuper forma statutorum huiusmodi, & vt præmittitur minime seruata per Senatorẽ prædictũ in posterũ formata, facta, lata, & habita in omnibus, & per omnia perinde, ac si eadẽ statutorũ forma huiusmodi in eis, & eorum quemlibet seruata foret, valida, & efficacia perpetuo existere, suosque plenarios effectus sortiri. Et sic per quoscunq; Iudices. &c. sublata, &c. iudicandi, &c. debere, irritũ quoq; &c. decernimus. Non obstantibus dictæ Vrbis statutis, etiam iuramento, roboratis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis per quoscunq; Rom. Põt. prædecessores nostros, ac etiã nos pro illorũ corroboratione hactenus quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis, ac cõceden. quibus omnibus, etiã si de illis, &c. illorũ tenores, &c. latissime, hac vice, & ad effectum præmissorum dumtaxat, derogamus, illisq; sufficiẽter derogatum esse, & censeri similiter decernimus, cæterisq; quibuscunq. Placet V.

Causa concessionis harum facul.

Concessio facul. procedendi & iudicandi in causis crim. non seruata forma statutorum, & iuxta facultates Gubernatoris quas vide sa. I Leon in const. 9. fol. 185.

Decretũ irritãs.

Clausula derog.

Pontifex supradictus obijt Romæ, die x. Aprilis. 1585. & sepultus fuit in Basilica S. Petri.

SIXTVS QVINTVS
PONTIFEX OPT. MAXIMVS

Italus ex Familia Peretta, & Prouincia Marchia, ac Oppido Montalti, diœcesis Ripanæ, Coronatus Romæ Kal. Maij, anni 1585.

I.

Erectio officij Thesaurariatus generalis, & Collectoriæ Spoliorum, & aliorum iurium Cameræ Apost. in Officium perpetuum vacabile. Et facultates, ac priuilegia Reuerendissimi D. Benedicti Iustiniani Ianuen. generalis Thesaurarij, & Collectoris, administratorisque prouentuum Communitatis Terracin. pro construenda noua Ciuitate, & etiam Montis Iulij, Montisque primi, & montis secundi succursus Auinionen.

Alias facultates Thesaurarij circa Cancellarias status Ecclesiastici, vide sup. in Pij 4. const. 127. Continua, fol. 867. Et circa administrationem aliorum Montium, vide in indice materierum in ver. Thesaurarius.

De Spoliorum vero materia, habes etiam sup. in Pauli 3. const. 31. Romani, fol. 420. & const. 53. Romanus, fol. 464. & const. seq. & Iul. 3. const. 9. Cum sicut nobis, fol. 504. & Pauli 4. const. 26. Cum sicut accepimus, fol. 603. & Pij 4. const. 115. In suprema, fol. 833 & Greg. 13. const. 38. Cum sicut, f. 1241. & const. 44. Officij, fol. 1254. & const. 72. Cum sicut, fol. 1304.



SIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. DE STATV nostri, & Cameræ Apostolicæ ærarij, ex incũbenti nobis Apostolicæ sollicitudinis officio solliciti, circa ea libẽter intendimus, per quæ illius salubri directioni, & fœlici successui cõsulitur, & illius curã talibus personis cõmitti volumus, quarum opera, studio, & virtute, res, & bona eiusdem Cameræ sedulo, & fideliter conseruentur.

Thesauriatus, & Collectoriæ spoliorum officium obtinebat Rodulphus Bonfiolus ut sup. f Gr. 13 & 72 f. 1304. Illudque vacauit ob resig. præfati Rodulphi. Ideo hic Pont. officiũ The. erigit in officium perpetuum ad instar Clericatus.

Cum itaq; officiũ Thesaurariatus generalis dictæ Cameræ, per liberã resignationem dilecti filij Rodulphi Bonfiol i nuper ipsius Cameræ Thesaurarij generalis, de illo, quod tũc vnã cũ Collectoriæ, etiã generalis spoliorũ, ac fructuũ, & prouẽtuũ quorũcũq; benaficiorũ Ecclesiasticorũ, necnõ Ecclesiarũ, & Monasteriorũ in vniuersa Italia, necnõ bonorũ in Vrbe, & toto statu Ecclesiast. vacãtiũ, officio, ad eius vitam obtinebat, in manibus nostris sponte factam, & per nos admissam vacauerit, & vacet ad præsens.

Et sicut accepimus idẽ officiũ Thesaurariatus, quod ex primarijs Cameræ, & Ro. Curiæ officijs existit, cuique ærarij, & prouẽtuũ, rerũq; & iuriũ ipsius Cameræ præcipua cura incũbit, in incerto statu versetur, & præteritis temporibus varietati maxime obnoxium, & exinde summa negociorũ, rerũ, & iurium dictæ Cameræ ignoratio, & interdum neglectus in nõ modicum eiusdem Cameræ præiudicium, & grauamen secuti fuerint. Nos congruã formã eidẽ officio Thesaurariatus pro nobis iniuncto munere cõstituere volẽtes, Motuproprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & quascũque cõcessiones officiorũ Thesaurariatus & Collectoriæ huiusmodi, tã dicto Rodulpho, quã quibusuis personis, quomodolibet factas, harũ serie cassãtes penitus, & reuocãtes, dictum officiũ Thesaurariatus in officiũ perpetuũ, ac aliàs ad instar eiusdẽ Cameræ Clericatuũ, & aliorũ Rom. Curiæ officiorũ perpetuo Apostolica auctoritate tenore præsentiũ erigimus, & instituimus.

Illique annectit officium Collectoriæ spo.

Ac eidẽ officio Thesaurariatus generalis officium Collectoriæ huiusmodi dicta auctoritate, etiam perpetuo vnimus, annectimus, & incorporamus.

Emolumentaq; hic descrip. a eidẽ offõ cõcedit.

Necnõ pro eius, sic erecti congrua dote omnia, & singula iura, prouẽtus, obuẽtiones, salaria, regalia spoliorũ, etiam cum diuersis capitulis, & Cleris sæcularibus imposterũ componendorũ decimas, taxas, & emolumẽta ordinaria, & extraordinaria, vndecunque, & quomodocunq; prouenientia, quocunque nomine nuncupata, quæ per pro tempore existentes generales Thesaurarios Cameræ, & Collectores spoliorũ, ac fructuum, & bonorũ ad dictã Cameram spectãtiũ consequi, exigi, & leuari, quomodolibet, & quocũq; titulo, vel causa cõsueuerũt, seu etiã potuerũt, & debuerũt, Dẽptis tamẽ, & exceptis ijs, quæ per pro tẽpore existẽtes nostros, & Sedis Apostolicæ in Regno Neapolitano, tã citra, quã vltra Pharũ Nũcios, hactenus percipi, & colligi consueuerunt, necnon prouentibus quatuor Cancellarijs annatarum per fel. re. Gregorium PP. XIII. prædecessorem nostrum constitutis, & assignatis ad quamcunque summam ascendant applicamus, & appropriamus.

Locũ et in Cam. & Cappella & alijs actibus Thesaurario assignat.

Necnon, quod de cætero officiũ Thesaurariatus huiusmodi obtinens pro tempore in Camera præfata, alijsq; actionibus Cameralibus in loco solito, videlicet, post Camerariũ si præsẽs fuerit, eo vero absẽte post Vicecamerarium immediate, in Capella autem nostra, & quibuscunque sessionibus, processionibus, equitationibus, alijsque

que actibus, tam publicis, quàm priuatis in nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis præsentia, & conspectu, vel etiam absentia sciendis, ante omnes Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & Patriarchas immediate tamen post Auditorem dictæ Cameræ sedere, & incedere, Ac in nostra, & pro tempore existentis Rom. Pontificis signatura, quoties contigerit, Referendarium huiusmodi officium Thesaurariatus generalis obtinere continue interuenire, & assistere.

Illique scuta ducenta pro conducenda domo, ac victum pro se, & familia ex Palatio Apostolico præstari decernit.

Necnõ vltra ædes pro tempore existentibus dictæ Cam. Thesaurarijs generalibus in Vrbe pro eorũ vsu, & habitatione expensis dictæ Cameræ conduci solitas pro quibus eidẽ Thesaurario ducenta scuta monetæ annuatim præstari consueuerunt, prout præstari volumus, victum quotidianum ex Palatio Apostolico ad instar aliorum nostrorum, & Rom. Pontificis pro tempore existentis Prælatorum domesticorum, & familiarium continuorum commensalium pro se, & octo suis familiaribus, & duobus equis habere, & consequi debeat.

Priuilegia etiam & exemptiones alijs Thesaurarijs & Collectoribus concessas, specialiter non reuocatas, eidem Thes. concedit.

Necnon omnibus, & quibuscunque facultatibus, iurisdictionibus, priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, præeminentijs, antelationibus, prærogatiuis, fauoribus, indultis, & gratijs, tam dicto Rodulpho, quàm cæteris omnibus ante eum generalibus Thesaurarijs, & Collectoribus præfatis, tam per prædictum Gregorium, quàm alios quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros in genere, & in specie concessis, confirmatis, extensis, & innouatis, ac aliàs ad generalis Thesaurariatus, & Collectoriæ huiusmodi officia de iure, fundatione, priuilegio, consuetudine, ac quocunque alio modo, & titulo pertinentibus, cæterisque omnibus, & singulis specialiter nõ reuocatis, quibus Thesaurarij, & Collectores generales prædicti, etiam ante dictum Rodulphum tam antiquis, quàm modernis temporibus vsi, potiti, & gauisi fuerunt, ac vti, potiri, & gaudere potuerunt, seu etiam debuerunt, siue de illis per literas Apostolicas, siue patentes, aut scripturas, & libros Camerales, aut quæcunque alia publica, aut priuata documenta, fidem tamen facientia appareat, vti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant in omnibus, & per omnia, ac pariformiter, & absque vlla prorsus differentia perinde, ac si per præsentes specialiter, & expresse concessa fuissent auctoritate, & tenore prædictis statuimus, & ordinamus, ac desuper licentiam, & facultatem concedimus.

Officiumque Thesaurariatus sic erectum vna cum officio Collectoriæ, & alijs ei annexis, D. Benedicto Iustiniano cõfert, cum emolumentis facultatibus, & priuilegijs prædictis. Illarum facultatum explicatio circa Collectionẽ spoliorũ mox infra sequetur.

Vt autem quàm primum officium prædictum viro idoneo, qui rebus eiusdem Cameræ assidue inuigilet, ac omnia ad dictum officium spectantia exequatur, cuiusque virtus, & industria nobis præcipue cognita, atque perspecta sit committatur, De dilecti filij magistri Benedicti Iustiniani Clerici Ianuen. vtriusque Iuris Doctoris Notarij, & Prælati nostri domestici, ac in vtraque signatura nostra Referendarij, de nobili genere ex vtroque parente procreati, summa fide, integritate, & diligentia plurimum in Domino confisi, ipsumque Benedictum a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis a iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus, quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat, consequendum harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, eidem Benedicto officium prædictum siue, vt permittitur, siue a primæua erectione huiusmodi, vel aliàs quouis modo, aut ex cuiuscunque persona vacans, cum officio Collectoriæ, & alijs illi forsan annexis, necnon omnibus, & singulis iuribus, regalibus, iocalibus, taxis, prouentibus, obuentionibus, honoribus, emolumentis, priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, præeminentijs, antelationibus, prærogatiuis, facultatibus, iurisdictionibus, fauoribus, gratijs, & indultis suprascriptis, auctoritate & tenore similibus, concedimus, & assignamus, ipsumque Benedictum ad Thesaurariatus, & Collectoriæ huiusmodi officium, illiusque liberum exercitium, ac omnia, & singula alia supradicta ex nunc admittimus, & recipimus. Ac per dilectos filios Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarium, dictæque Cameræ Præsidentes, Clericos, cæterosque ad quos spectat, tam in Camera, quàm extra recipi, & admitti, sibique de Iuribus, regalibus, iocalibus, taxis, prouentibus, obuentionibus, & emolumentis, ac alijs supradictis integre responderi mandamus, necnon eidem Benedicto, vt quoad vixerit officium Thesaurariatus huiusmodi cum illi annexis prædictis ad instar aliorum Romanæ Curiæ, & dictæ Cameræ officiorum tenere, regere, & gubernare, nec ab eo inuitus amoueri possit de speciali gratia indulgemus.

Et pro effectuatione ipsius Thesaurarij qui R. Cameræ Apostol. soluit scuta quinquaginta millia, obligat idem Põtifex omnia bona eiusdem Cameræ.

Et insuper securitati eiusdem Benedicti Thesaurarij, qui in nostram, Sedisque Apostolicæ subuentionem ob vrgentes quibus premimur necessitates, summam quinquaginta millium scutorum monetæ, decem Iulijs pro quolibet scuto huiusmodi computatis, nomine precij dicti officij comprehensis in eis quindecim millibus scutis auri in auro prædicto Rodulpho ratione similis summæ per eundem Rodulphum aliàs Cameræ prædictæ, & pro ea ipsius Rodulphi in eodem officio Thesaurariatus antecessori solutæ restituendis soluere promisit, consulere volentes, pro omnium, & singulorum præmissorum obseruatione, & executione, etiam nomine, & loco damnorum, & interesse quæ ipsum Benedictum pati posse contigerit, omnia, & singula eiusdem Cameræ, iura, res, & bona, & quæcunque, tam præsentia, quàm futura nedum generaliter, verum etiam specialiter, & expresse, ac amplissime obligamus, & hypothecamus. Necnon etiam si pro consequendo dicto officio Thesaurariatus ab alijs maius precium dicta summa quinquaginta millium scutorum repertum fuerit, vel reperiri contigerit, illud omne, & totum siue in parua, siue in magna summa eidem Benedicto, etiam titulo donationis inter viuos gratiose remittimus, & condonamus. Præsentesque ad probandum plene quòd eadem summa in nostram, & Sedis, ac Cameræ prædictarum subuentionem conuersa fuerit, aliaque præmissa vbique tam in iudicio, quàm extra sufficere, nec ad id probationis alterius adminiculum requiri, nec ipsum Benedictum, eiusque in dicto officio Thesaurariatus successores, vel quemcunque alium eius nomine ad registrari faciendum, aut aliàs quomodolibet insinuandum præsentes literas in dicta Camera, etiam iuxta formam constitutionis piæ memoriæ Pij Papæ Quarti, etiam prædecessoris nostri octauo Idus Augusti, Pontificatus sui anno sexto editæ, inter alia disponentis, quòd impetrantes gratias, & indulta interesse dictæ Cameræ quomodolibet concernentia, illa in eadem Camera infra certum ibi expressum tempus præsentare, seu registrari facere debeant, teneri, neque ad id vlla vnquam necessitate cogi, nec propterea easdem præsentes literas viribus carere, sed Benedicto Thesaurario, eiusque successoribus prædictis in omnibus, & per omnia perinde, ac si iuxta constitutionem prædictam præsentatæ, seu registratæ, & insinuatæ, ac omnia alia ad id necessaria adimpleta fuissent, suffragari.

Ipsumque Thesaurarium decernit nõ teneri probare hanc summam conuersam esse in subuentionem Sedis, & Cameræ Apost. neque registrari facere in Camera has literas, iuxta constit. Pij 4. quæ est sup. fol. 873. nu. 13. Registrata tamẽ fuit hæc constit. vt mox sequitur.

Clausulæ præseruatiuæ.

Nulloque vnquam tempore de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel quouis alio defectu, etiam ex eo quòd forsan interesse habentes ad id vocati non fuerint, vel ex quacunque alia causa quantumuis legitima, & iuridica, ac etiam necessario exprimenda, notari, impugnari, inualidari, ad terminos iuris reduci, seu in ius, vel controuersiam vocari, aut aduersus eas quodcunque iuris, facti, vel gratiæ remedium

medium impetrari, minusque sub quibusuis similium vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspẽsionibus, limitationibus, & alijs contrarijs dispositionibus comprehendi posse, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & eum in quo antequam illa emanarent, erant statum, restitutas, repositas, & plenarie etiam sub quacunque data per ipsum Benedictum, eiusque in dicto officio Thesaurariatus generalis successores eligenda, reintegratas, ac de nouo concessas, ac validas, & efficaces semper fore, & esse, vimque validi, & efficacis contractus inter nos, ac Sedem, & Cameram prædictas ex vna, ipsumque Benedictum ex altera partibus rite, & recte initi, & stipulati, ac etiam hincinde iurati habere, & obtinere, ac inuiolabiliter obseruari.

Decretũ irritãs. Sicque, & non aliter per quoscunque Iudices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque & inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Quocirca venerabilibus fratribus nostris Amerinen. & Vicentin. Episcopis, ac dilecto filio Curiæ causarum eiusdem Cameræ, generali Auditori, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios, præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte, dicti Benedicti, & eius in dicto officio Thesaurariatus, successorum fuerint requisiti, solemniter publicantes eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant Benedictum, & eius in dicto officio Thesaurariatus successores, necnon alios quos præsentes nostræ literæ concernunt, cassatione, reuocatione, erectione, institutione, vnione, annexione, incorporatione, applicatione, appropriatione, statuto, ordinatione, concessionibus, assignatione, admissione, receptione, mandato, indulto, obligatione, hypothecatione, remissione, condonatione, decreto, & alijs præmissis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos, seu eorum aliquem per Camerarium, Præsidentes, Clericos prædictos, seu quoscunque alios quauis auctoritate fungentes, quomodolibet molestari, perturbari, vel inquietari, Contradictores quoslibet & rebelles, per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis seruatis processibus, sententias, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggrauari, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit auxilio brachij sæcularis.

Executorum deputatio, & facultates.

Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit nostra, de iure quæsito non tollendo, cæterisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Cameræ, & officiorum prædictorum, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ac vsibus, & naturis quantocunque tempore pacifice obseruatis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis, eidem Cameræ, illiusque præteritis, ac nunc, & pro tempore existentibus Camerario, Præsidentibus, & Clericis, necnon quibusuis personis per quoscunque Rom. Pont. etiam quatenus opus sit per recolendæ memoriæ Gregorium Papam Decimumtertium sub dat. pridie Idus Maij duodecimo, & Non. Decembris tertiodecimo sui Pontificatus annis, præmissis quatenus in aliquo obstent, necnon dictam Sedem, etiam permodum statuti perpetui, ac initi, & stipulati contractus, ac alias sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, necnon consistorialiter iteratis vicibus quomodocunque, & quotiescunque concessis, approbatis, & innouatis, ac extensis, & moderatis. Quibus omnibus etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, ac indiuidua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent præsentibus pro sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Clausulæ derogatoriæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, cassationis, reuocationis, erectionis, institutionis, vnionis, annexionis, incorporationis, applicationis, appropriationis, statuti, ordinationis, concessionis, absolutionis, assignationis, admissionis, receptionis, mandati, indulti, obligationis, hypothecationis, remissionis, condonationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud sanctum Petrũ Anno Incarnationis Dominicæ 1585. sexto non. Maij. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Iul.C.	A.Iacobutius.	Io.F.Ruggerius.
P.Araus	C:Pamphilius.	
P.Pulterius	Apostigianus.	
Ioan.Bap.Gabriellius.		
E. Loccius		A.Breuius.

[Re]gistratio in Camera Apost.

Anno Incarnationis D. millesimo quingentesimo octuagesimoquinto, Die nona Maij Retroscriptus Rodulphus præsenti resignationi & literarum expeditioni consensit.

Pro Paride Dorla Io.Bap.Zianus.

Registrata in Secretaria Apostolica, Io.F.Ruggerius.

Sequuntur

Sequuntur Facultates eiusdem Reuerendiss. D. Benedicti Iustiniani circa Collectoriam Spoliorum Ecclesiasticorum, & aliorum iurium R. Cameræ Apost.

SIXTUS Papa Quintus. Dilecte Fili salutem, & Apostolicam Benedictionem. Cum hodie Officium Thesaurariatus nostri, & Cameræ Apostolicæ perpetuum, & ad instar aliorum Rom. Curiæ Officiorum precio concedi solitorum vacabile constituerimus, eique Collectoriam generalem Spoliorum & iurium eidem Cameræ debitorum in vniuersa Italia sub certis modo & forma tunc expressis etiam perpetuo vniuerimus, officiumque ipsum Thesaurariatus, sic à primæua huiusmodi constitutione, vel alias quouis modo vacans tibi apostolica auctoritate concesserimus, & assignauerimus, prout in nostris literis inde sub plumbo confectis plenius continetur. Nos ea quæ ad te, & pro tempore existentem Thesaurarium nostrum generalem ratione dictæ Collectoriæ pertinent, quibusque vos vti, & in quibus Vos exercere ac Iurisdictionem, & potestatem habere debetis plenius explicare, vobisque & muneri vestro in hac parte consulere volentes, omnes & quoscunque alios Collectores, nec non Subcollectores, Commissarios, & officiales dictorum spoliorum & iurium per totam Italiam ad hunc vsque diem, tam per Prædecessores nostros, ac nos, quàm alios quoscunque quomodolibet deputatos, omnemque illis desuper attributam potestatem & auctoritatem reuocamus, & abolemus. Decernentes irritum & inane quicquid posthac ab eisdem, & quibuscunque alijs scienter vel ignoranter contigerit attentari. Motu proprio & ex certa scientia nostra, deque apostolicæ potestatis plenitudine statuimus, & ordinamus, vt per vnionem Collectoriæ huiusmodi, Tu & pro tempore existentes Thesaurarius, plenam, liberam, & absolutam potestatem, ac omnimodam Iurisdictionem perpetuo habeatis, quamque vobis in perpetuum concedimus & per alium seu alios tam in vrbe & eius districtu dominioque temporali Sanctæ Romanæ Ecclesiæ quàm tota Italia, nostro & dictæ Cameræ nomine colligendi, percipiendi, & exigendi, omnia, & quæcunque bona mobilia, & immobilia, ac se mouentia, necnon spolia, aliasque res & iura quomodolibet nuncupata, necnon fructus, redditus, & prouentus mensarum Abbatialium monasteriorum, necnon Episcopalium, Archiepiscopalium, Patriarchalium, & aliarum Ecclesiarum & quorumcunque beneficiorum ex quouis titulo etiam infecto, aut aliàs male & indebite perceptos, ac bona vacantia, & de quibus contra Constitutionem piæ memoriæ Pij PP. Quinti contra illegitimos editam disponi contigerit, aut iã disposi tum fuerit, & quæ ab apostatis obtinentur, quæq; per obitum ipsorum Apostatarum, & aliorum regularium extra claustra suorum ordinum, & aliàs iuxta formam literarum recol. me. Gregorij Papæ xiij. desuper editarum, ac etiam illa, necnon ædificia, & loca quæ ex fructibus, redditibus & prouentibus Ecclesiasticis profecta, ædificata, refecta & restaurata fuerint, seu aliàs ex eisdem fructibus, redditibus & prouentibus quomodolibet prouenerint per obitum quarumcunque Ecclesiasticarum personarum, beneficia Ecclesiastica tam simplicia, de quorum tamen simplicium fructibus, vel ex priuilegio apostolico, vel ea consuetudine legitime præscripta dispositum non fuerit, quàm in administrationem obtinentium secularium, & quorumuis ordinum regularium, quauis etiam pontificali dignitate fulgentium in omni Italiæ parte pro tempore decedentium remãsura, etiam si in auro, argento, gemmis, & alijs preciosis cuiuscunque qualitatis generis, & speciei fuerint, ac etiam fructus, redditus & prouentus mensarum Ecclesiarum & monasteriorum in prædictæ Cameræ libris taxatorum, nec nõ beneficiorum etiã in diœcesibus, quæ pactum cum dicta Camera inierunt ea quacunque causa sedi Apostolicæ reseruatorũ, vel effectorum ex die Vacationis vsque ad diem præfectionis, ac prouisionis, & adeptæ possessionis illorum, seu commendæ de illis faciendæ, quos omnes fructus, redditus & prouentus ab ipsis vsque vacationibus perceptos & confectos ad nos, & dictam Cameram spectare & pertinere volumus & decernimus, & eidem Cameræ applicamus & appropriamus, necnon omnia, & quæcunque bona relicta, & quoscunque fructus, redditus & prouentus huiusmodi male perceptos cuiuscunque qualitatis, & quantitatis fuerint, ac etiam inquirẽdi, & inuestigandi omnibus vijs, & modis tam super illis quàm super alijs quibuscunque spolijs, quæ hactenus ex bonis relictis et fructibus huiusmodi per similium personarum obitum, aut aliàs vt præfertur, seu quomodolibet remanserunt, & indebite quocunque prætextu vsurpantur, & pro faciliori inquisitione quascunque personas cuiuscunque Dignitatis, status, gradus, ordinis & præeminentiæ fuerint etiam exemptas, necnon præteritos Collectores, subcollectores, officiales coram te, vel alio seu alijs a te vel pro tempore Thesaurarium ad reddendum computum & rationem deputandis de administratis, exactis & receptis ab eisdem, illosque quorum testimonio indigere cognoueritis ad se examini subijciendum & spoliorum, necnon fructuum, redditnum & prouẽtuum, ac bonorum huiusmodi occupatores & detentores ad spolia, fructus, redditus & prouentus huiusmodi restituen. & relaxan. & tibi consignandum, & soluendum, & quos in præmissis, & circa ea quomodolibet deliquerint etiam ad personaliter coram vobis seu deputando, vel deputan. comparendum sub confiscationis bonorum & priuationis Beneficiorum, inhabilitatisque ad illa & alia in posterum obtinenda, ac etiam pecuniarijs quæ vobis videbuntur, & demum excommunicationis, alijsque Ecclesiasticis censuris & pœnis vestro arbitrio infligendis moderan. & applican. monendi, citandi, & compellendi, ac contradictores quoslibet & rebelles pœnas ac censuras prædictas incidisse declarandi, illasque etiam sæpius aggrauandi, auxiliumque brachij secularis ad hoc si opus fuerit inuocandi ac super eisdem spolijs; fructibus, redditibus, & prouentibus ac bonis prædicta Camera, prout tibi videbitur componendi, & concordandi, soluentes, de compositis & solutis per eos ac receptis absoluendi & liberandi, necnon ad cor reuersos, si id humiliter petierint, a censuris, & pœnis si quas incurrerint prævia satisfactione absoluendi, & liberandi, ac in præmissis omnibus etiam summarie, simpliciter de plano, & sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta procedendi, vnum quoque vel plures loco vestri cum simili, aut limitata potestate substituen. & alia præmissa faciendi, collectores, & subcollectores, & subcommissarios per vestras literas, sigillo vestro munitas deputandi, & subdelegandi, illosque quoties vobis videbitur reuocandi, cæteraque omnia faciendi, gerendi, & exequendi, quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint, & quomodolibet opportuna. Insuper vt spoliorum fructuum, bonorum, & iurium huiusmodi exactio celerius, commodiosque fiat, eisdem motu, scientia, & potestatis plenitudine, etiam perpetuo statuimus, vt de cætero omnes & quæcunque lites, causæ, & controuersiæ super quibusuis fructibus, redditibus, & prouentibus,

Hic Pont. Thesaurariæ, & Collectoriæ officiũ perpetuum, & vacabile instituit, illudque R. D. Benedicto Iustiniano concessit, vt sup. prox.

Facultatesque ipsius Thesaurarij nunc explicat.

Pij V. consti. ista habetur su p. nu. 120. fo. 1101.

Greg. 13. cõst. ista habetur sup. nu. 44 fol. 1254.

bus, spolijs, & bonis prædictis, & illorum occasione, ac alias quæ ab ipsis litibus & causis, quomodolibet dependentiam, seu cum illis connexitatem habuerint, nunc & pro tempore pendentes a nullo alio quàm a te, & Thesaurario generali pro tempore existente, seu alijs a vobis super dictis spolijs, ac fructibus, redditibus, & prouentibus, & bonis pro tempore delegandis, collectoribus, aut subcollectoribus, & officialibus generalibus vel specialibus, necnon causæ appelationum a sententijs latis per vestros Commissarios, vel etiam a pro tempore existente Sedis Apostolicæ Nuncio in Ciuitate Neapolitana residente, & alijs Collectoribus generalibus ad vos solum in secunda instantia, & aliàs iuxta formam constitutionis dicti Gregorij prædecessoris cognosci, nec alteri nisi per commissionem manu nostra signatam, vel per nostras literas, & citato dictæ Cameræ Commissario generali committi, & delegari possint, vtque monitoria, citationes, inhibitiones, processus, sententiæ, & mandata, quæ alias quàm ea commissione, citatione, vel literis nostris emanauerint, quoad earundem causarum introductionem, & litis pendentiam, seu vestrorum ministrorum, ad id a uobis deputandorum iurisdictionis, & processuum impedimentum, vel retardationem nullius sint roboris vel momenti, sed nec nisi præstita cautione idonea in forma depositi a sententijs per vos, seu Locumtenentem, vel Auditorem, aut Ministros vestros prædictos super præmissis pro tempore latis vllo modo appellari, nec earum executio deferri, aut suspendi possit. Decernentes vos ad insinuandum, & registrari faciendum præsentes in dicta Camera iuxta constitutionem Pij Papæ Quarti, aut aliàs nullo tempore teneri, nec propterea viribus, & effectu carere, sed vobis omnino suffragari debere, ac si illæ tempore debito in dicta Camera insinuatæ, & registratæ fuissent. Ac pariter irritum, & inane quicquid secus a quoquam contigerit vt prætertur attentari. Non obstantibus præmissis ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Cameræ, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, locorum & ordinum quorumcunque iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis, illis illorumque superioribus, prælatis, & personis dictæque Cameræ Camerario, Clericis, & Collegio, ac quibusuis alijs sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus & insolitis clausulis irritantibusque & alijs decretis etiam iteratis vicibus concessis, confirmatis, & innouatis, ac alijs quæ in prædictis nostris literis volumus non obstare, Quibus omnibus etiam si de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, indiuidua, & expressa, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbũ insererentur præsentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat ad effectum præsentium specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, vt præsentium transumptis etiam impressis, ac Notarij publici manu, ac tuo, seu pro tempore existentis Thesaurarij generalis, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, sigillo obsignatis, eadem illa prorsus fides in iudicio, et extra illud vbique adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Hæc const. nõ est registrãda in Camera, licet generaliter contrariũ decreuerit. Pius 4 in eius cõst. 33 i. fo. 873.

Clausulę derogat.

Datum Romæ, apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 2. Maij millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, Pontificatus nostri Anno Primo.

Io Baptista Canobius.

Sequuntur facultates eiusdem Reuerendissimi Domini Thesaurarij, circa exactionem, & applicationem prouentuum. Communitatis Terracin. pro constructione noua Ciuitatis.

SIXTUS Papa V. Dilecte Fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum sicut accepimus ad ædificationem nouæ Ciuitatis Terracinen. dudum mandato fe. re. Gregorij Papæ XIII. prædecessoris nostri in Monte sancti Angeli salubriori sanè loco cœptam, adhuc magna pecuniarum summa necessaria sit: Nos qui pro securitate, & sanitate incolarum cœptum hoc opus perfici summopere cupimus, vestigijs dicti prædecessoris inhærentes, Tibi ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum committimus, & mandamus, vt nostro, & Cameræ Apostolicæ nomine, omnes & quoscunque fructus, redditus, & prouentus ad ipsam Communitatem, & Populum ex quauis causa, spectantes, & pertinentes apud homines fide, & facultatibus idoneos sequestro poni cures, ita vt posthac nihil ex eis soluatur cuiquam nisi abs te, vel ab ijs, quos ad id deputaueris, iussum fuerit. Dantes propterea tibi plenam, & liberam facultatem, & potestatem eiusdem Communitatis, agros, syluas, pascua, & alia quæcunque bona, vectigalia, redditus, & prouentus vni, vel pluribus personis, prout tibi, vel ad hoc abs te cõstitutis placuerit pro pretio, & tempore tibi beneuiso locandi, mercedesque, & pretium huiusmodi exigẽdi, nec non conductoribus etiam si qui hoc tempore sunt, ne quicquam alteri hoc nomine præterquam tibi, vel deputatis supradictis soluant, inhibendi, necnon eosdem, & alios quoscunque eiusdem Communitatis debitores ad soluendum, & satisfaciendum iuris, & facti remedijs etiam per censuras Ecclesiasticas cogendi, & compellendi. Vnum quoque, seu plures loco tui cum simili, vel limitata potestate substituen. & deputandi, ac propterea officialibus, & Communitati ipsi districtius præcipien. ne posthac aliquid ex dictis bonis & redditibus exigere, vel in eis quocunque modo se intromittere audeant: eam autem pecuniam, quæ redacta inde fuerit ad nouæ Ciuitatis mœnia ædificanda fideliter erogari volumus, & iubemus. Declarantes durante huiusmodi fructuum, & redditũum deposito, exactione, & erogatione, salarium Gubernatorum pro tempore ibi existentium, & quæcunque alia subsidia, & impositiones Camerales tempore quo expediens esse iudicaueris, ac alia debita, & onera, quæ tamen soluenda tibi esse videbuntur, idem Communitati incumbentia ex eisdem fructibus, & redditibus per illorum Depositarium, seu alium ad id a te deputatum solui debere. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Communitatis statutis, et consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis priuilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis eidem Communitati, et hominibus publice, vel priuatim sub quibuscunque verborum tenoribus, et formis concessis, approbatis, et innouatis, Quibus omnibus, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore

Noua Ciuitas Terracinen. de mandato Greg. xiij. ædificari cœpta fuit.

His igitur Pon. pro illius perfectione, prouentus illius Communitatis, sequestrari, & in tali ædificatione erogari mandat per Thesaurarium.

Salariisq; Gubernatorum, & alia subsidia, & onera dictę Communitatis, solui mãdat ex dictis Prouentibus, durante dicta ędificatiõe.

Clausulę derogatorię.

robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Datum Romæ apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die secunda Maij, 1585. Pontificatus Nostri, Anno Primo.

Io.Bap. Canobius.

Die trigesimaprima Maij millesimo quingentesimo octusgesimoquinto præsentes literæ Apostolicæ præsentatæ fuerunt in plena Camera Apostolica, & septima Iunij subsequentis, referente Reuerendiss. Domino Francisco Corneo dictæ Cameræ Clerico, Præsidente, & Iudice ea decreto in dicta Camera eadem die trigesima prima per eandem Cameram admissæ, & registrari mandatum fuit, prout successiue in eiusdem Cameræ libris registratæ fuerunt 53. libro quinto signaturarum fel. rec. Gregorij XIII. & primo S. D. N. fol. 36. penes me infrascriptum dictæ Cameræ Notarium.

Admissæ, & regist. in Cam. Apost.

Tydeus de Marchis Not.

Sequuntur facultates eiusdem Reuerendissimi Domini Thesaurarij, circa administrationem Montis Iulij, ac Montis Primi, & Montis Secundi Succursus Auinionen.

SIXTVS PAPA V. Motu proprio, &c. Alias fel. re. Pius Papa V. prædecessor noster q. Bartholomæo Bussotto eius tunc Thesaurario generali vltra alia, facultatem dederit loca, et portiones Mōtis Iulij Vrbis vacabilis per obitum illa obtinen. Vni, vel pluribus personis simul, vel separatim vendendi, non obstan. clausula in literis erectionis dicti Montis apposita, videlicet. Volumus autem, quod loca & portiones huiusmodi cum primum per obitum illa obtinentium, & aliàs quouis modo, præterquam per resignationem vacauerint per Romanum Pontificem pro tempore existentem alijs concedi, seu in alios transferri non possint, sed eo ipso extinguant, & expirent ac eorum prouentus, & emolumenta dictæ Cameræ reintegrentur, & reintegrata esse censeantur, & deinde quia necessitates Sedis Apostolicæ, & dictæ Cameræ propter quas prædictus Pius prædecessor tunc motus fuerat in dies magis videbantur accrescere. Idcirco piæ me. Gregorius Papa XIII. etiam prædecessor noster Venerabili Fratri nostro tunc suo Ludouico Episc. Lauden. tunc in minoribus constituto, & Thesaurario suo generali commisit, & mandauit, ac eidem vltra concessam auctoritatem plenam & liberam concessit facultatem omnia, & singula dicti Montis Iulij ac etiam Primi, & secundi succursus Auinionen. Montium & cuiuslibet ipsorum loca, quæ per obitum, vel prouisionem seu quamuis aliam dimissionem, vel amissionem illa obtinentium, aut aliàs quouis modo vacabant tunc ad præsens & in posterum pro tempore vacarent & vacare contigerit, ac toties quoties id eueniret necessitatibus ipsius Gregorij prædecessoris, & sedis ac Cameræ huiusmodi duran. vni vel pluribus personis, simul vel separatim vendendi, pretiumque venditionis huiusmodi recipiendi, & de illo quietandi, necnon literas super concessione dictorum locorum etiam ad instar literarum in erectione Montium hmôi expeditarum expediendi, & alia necessaria facienda, etiam perinde ac si supradicta clausula extinctionis, expirationis, & reintegrationis, instructione, & literis erection. Montium huiusmodi vel alia similis clausula, vel prohibitio minime apposita fuisset, nec esset, ac insuper voluit, quod personæ dicta loca emptutæ, & illarum in illis per resignationem successores omnibus priuilegijs, facultatibus, & indultis in literis erectionis Montium huiusmodi contentis et perinde, ac si primæua erectione Montium huiusmodi loca prædicta emissent gauderent, cum certis decretis & clausulis inibi contentis. Ac postremo cum idem Gregorius prædecessor Rodulphum Bonfiolum loco dicti Ludouici Episcopi Thesaurarium suum generalem deputasset dictæque necessitates adhuc perdurarent. Ideo ipse Gregorius prædecessor, tam ea eis, quàm alijs causis animum suum ad id mouen. commissionem & mandatum, ac concessionem per eum in dictum Ludouicum Episcopum, vt præmittitur datas & factum in personam eiusdem Rodulphi, tunc eius Thesaurarij generalis cum præmissis, alijsque facultatibus & auctoritatibus solitis & consuetis extendit, & prorogauit, extensaque & prorogata esse voluit & decreuit, ac alias prout in diuersis Montium propriorum cedulis dictorum prædecessorum nostrorum desuper signatis plenius continetur, seu continebatur. Cum autem Sedis, & Cameræ prædictarum necessitates, etiam nunc subsistere, quinimo dierum inualescere cernantur, propterea & etiam ex alijs causis animum suum ad hoc inducen. Motu simili, &c. & ea certa nostra scientia, deque Apostol. potestatis plenitudine dilecto filio Benedicto Iustiniano Notario Apostolico, & in vtraque signatura nostra Referēdario ac nostro generali Thesaurario Apostolica auctoritate committimus pariter, & mandamus, & eidem vltra concessam sibi auctoritatem plenam, & liberam concedimus facultatem, omnia & singula Iulij, ac etiam Primi & Secundi Succursus Auinionen. Montium prædictorum, & eiusdem ipsorum loca quæ per obitum, vel priuationem, seu quamuis aliam dimissionem, vel omissionem illa obtinentium, aut aliter quouis modo vacant ad præsens & in posterum pro tempore vacabant, & vacare contigerit, ac toties quoties id euenerit necessitatibus nostris, & Sedis, & Cameræ huiusmodi duran. vni vel pluribus personis simul vel separatim vendendi, pretiumque conditionis huiusmodi recipien. & de illo quietandi, necnon literas super concessione dictorum locorum, etiam ad instar literarum in erectione Mōtium hmôi expeditarum expediendi, & alia necessaria faciēdi, etiam perinde, ac si supradicta clausula extinctionis, expirationis, & reintegrationis in erection. & literis erection. Montiū hmôi, vel alia similis clausula vel prohibitio minime apposita fuisset, nec esset. Ac insuper volumus quòd personæ dicta loca empturæ, & illarum in illis per resignationem successores omnibus priuilegijs, facultatibus, & indultis in literis erectionum Montium huiusmodi contentis, etiam perinde, ac si primæua erectione dictorum Montium loca prædicta emissent, gaudeant. Sicque in præmissis omnibus censeri, ac ita etiam per quoscunque Iudices, &c. sublata, &c. iudicari, &c. debere irritum quoque, &c decernimus. Mandantes præsentem nostram cedulam in prædicta Camera Apostolica ad maiorem cautelam emptorum dictorum locorum admitti, & in illius libris registrari, ac eisdem emptoribus, & quibuluis alijs omnino suffragari, & etiam ab omnibus inuiolabiliter obseruari. Non obstantibus præmissis, ac dicta clausula, & prohibitione alienandi in prædictis literis ap-

Pius V. concessit facultatem Bussotto Thesaurario, vēdēdi loca Montis Iulij vacantia per obitū Montistarum.

Greg. 13. auctoritate dedit Episc. Lauden. eius Thesaurario, vendendi de locis quocunque modo vacantibus ipsius Mōtis Iulij, ac Mōtis Primi, & Montis Secundi succursus Auinionen.

De Monte Iulio habes in Pij V. consti. 157. fol. 1164.

Montéque Primo succursus Auin. habes in Pij 4. consti. 90. f. 786.

Monteque Secundo, habes in eisdem Pij 4. cōsti. 103. fol. 906.

Hic etiam Pontifex easdem dat facultates Reuerendiss. D. Benedicto Iustiniano

Personisq; loca huiusmodi Mōtiū ab ipso Thesaurario empturis, dat priuilegia concessa antiquis Mōtistis.

Decretum irritans.

Hæc constit. registretur in Cam. Apost.

Registratio illa habetur hic in fine.

Clausulæ derogatoriæ.

Posita, & etiam nostra de iure quæsito non tollendo, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac capitulis etiam super non alienatione bonorum Ecclesiasticorum, ac Sedis, & Cameræ Apostolicæ, & consistorialiter, vel aliàs quomodolibet emaoatis etiam iuramento, &c. roboratis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem solam præsentium signaturam sufficere, & vbique io iudicio & extra, fidem facere, etiam absque data & registratura quacunque regula, seu constitutione contraria edita, & edenda, ac omnibus in contrarium facien. non obstao. quibuscunque statum, &c. ac præmissorum omniū, & aliorū necessariorum ten. &c. pro plene, & sufficien. expressis haben.

Sola signatura sufficit.

Placet Motu proprio F.

Die nona Septembris millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, Registrata ad maiorem cautelam in libria Cameræ, scilicet primo signatutarum Sanctissimi Domini Nostri Sixti Papæ Quinti, fol. 46. penes me infrascriptum dictæ Cameræ Notarium.

Registratio in libris Cam. Apost.

Tydeus de Marchis.

Die decimasexta Septembris millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, Præsens cedula Motus proprij præsentata fuit in plena Camera Apostolica, & die vigesimatertia easdem Camera, citato Mag. D. Io. Bern. Piscina dictæ Cameræ generali Commissario referente R. D. I. Maluasia easdem Cam. Clerico, & Iudice dicta die 16. deputato admitti, & registrari mandauit, prout registrata fuit libro primo signaturarum S.D.N, Sixti Papæ V. fol. 46. penes me Notarium suprascriptum, &c.

Admissio, & registratio in eadē Camera.

Idem Tydeus

Sequitur concessio Facultatum a Iulio Tertio concessarum Ascanio della Corgnia, quas inserere opportunum mihi visum fuit, cum de eis quotidie in Tribunalibus disputetur.

IVLIVS Papa III. Dilecte Fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Ad fidei constantiam et animi magnitudinem, cæterasq; virtutum dotes, quibus in nostro, et Sedis apostolicæ cōspectu fulgere dignosceris, nostræ considerationis intuitum extendentes, et propterea volentes te, qui noster secundum carnem nepos existis condignis fauoribus et gratijs sublimare, Motu proprio, et ex certa sciētia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, te militum custodiæ corporis nostri, tam peditum, quàm equitū, Capitaneum generalem cū omnibus, & singulis honoribus, oneribus, prouisionibus, stipendijs, emolumētis, priuilegijs, prærogatiuis, iuribus, pertinētijs, facultatibus, & iurisdictionibus ad capitaneatus huiusmodi officium quomodolibet de iure, aut speciali gratia tibi etiam præsentium vigore facta spectantibus & pertinentibus auctoritate Apostolica tenore præsentium facimus, constituimus, & deputamus. Necnon tibi per te ipsum, vel alium, seu alios aut iudicem, seu Iudices per te pro tempore deputatos, vel deputandos omnimodam in temporalibus ciuilem & criminalem iurisdictionem ordinariam, seu etiam delegatam, ac merum & mixtum Imperium gladijque potestatem, etiam sede vacante duraturam in dilectos filios incolas, & habitatores vtriusque Burgi nostri Sancti Petri, citato tamen prius in causis criminalibus, pro tempore existente iurisdictionis nostræ huiusmodi Burgi Procuratore Fiscali, Ita tamen quod nullus deinceps ex quibus ius Almæ Vrbis nostræ Iudicibus, tam ordinarijs, quam extraordinarijs aliquam superioritatem, aut superintendentiam in te, aut curiam ipsius Burgi, seu pro tempore per te deputatos, & deputandos illius Iudices Notarios, Barisellos, Executores, & Subexecutores, etiam prætextu facultatum, priuilegiorum, & indultorum apostolicorum eis etiam per nos, aut prædecessores nostros sub quibuscunque tenoribus, & formis etiam motu simili quomodolibet hactenus concessorum habere aut per se, vel executores suos de quibusuis tàm ciuilibus quàm criminalibus dictæ curiæ Burgi causis in prima instantia pro tempore indecisis pendentibus antelatam in eis diffinitiuam sententiam quouis alio quæsito colore se intromittere. Aut Barisellus dictæ Vrbis seu cuiuscunque alterius curiæ eiusdem Vrbis eaecutores pro tempore existentes quodcunque mandatum eaecutiuum per eosdem Iudices contra quascunque personas in ipso Burgo pro tempore habitantes et degentes, aut illorum res, & bona quæcunque decretum seu laxatū aut pro tempore decernendum & laxandum fine tui aut Iudicis dictæ Curiæ Burgi pro tempore existentis expressa licentia siue consensu exequi non possint. Nullusque nullaue cuiusuis status, gradus, & conditionis existat, incolas & habitatores Burgi huiusmodi, seu in eo, & illius iurisdictione hospitantes aut moram trahentes conuenire, aut molestare, nec conueniri vel molestari, neque ad aliud iudicium, siue Tribunal trahere seu trahi facere actiue vel passiue ex quauis causa, aut actione personali, reali, ciuili, criminali, aut mixta durante prima instantia, præter quam solum, & dumtaxat in iudicio, & coram Iudice curiæ dicti Burgi pro tempore existente, sub pœnis contentis io bannis in iurisdictione præfati Burgi publicatis, seu in futurum quando opus fuerit publicandis audeat, vel præsumat, sed te iurisdictionem, & potestatem tuas prædictas ab omni & quacunque superioritate, auctoritate, seu gladij, aut quacunque maiori potestate, atque etiam a quocunque Vrbis prædictæ superiore Iudice, siue Magistratu, & Commissario, cuiuscunque auctoritatis, & in quocunque Tribunali, ac officio dictæ Vrbis pro tempore existente, seu etiam quibuscunque stratarum Magistratibus, & alijs Iudicibus etiam Commissarijs ipsius Vrbis per nos pro tempore deputatis, præterquam nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis superioritate, auctoritate, seu potestate liberam, immunem, & exemptam habeas, Ac eisdem & quibuscunque alijs, quibus pro tempore opus fuerit, etiam sub sententijs, & cēsuris Ecclesiasticis, ac alijs etiam pecuniarijs tuo, seu dictæ curiæ Burgi Iudicis arbitrio imponendis, moderandis, & applicandis, ne de præmissis causis, tam ciuilibus, quàm criminalibus io eadem prima instantia, donec sententia diffinitiua per præfatum Iudicem curiæ Burgi pro tempore existentem lata fuerit quoquomodo intromittant, seu in eis procedere, aut se intromittere quomodolibet audeant, siue præsumant inhibendi eamque in eos exercendi. Ac inter & contra ipsos ciuiliter, & citato dictæ nostræ iurisdictionis Burgi Procuratore Fiscali criminaliter procedendi, ac iusdicendi, statuendi, & ordinandi, ipsosque & eorum quemlibet iuxta eorum demerita puniendi, & mulctandi, ac delinquentes, qui ex eorum culpa, & demeritis vrgentibus vltimo supplicio, ac pœna capitali affici meruerint condemnandi, & in eodem Burgo, seu illius iurisdictione, & pertinentijs dictæ

Deputatio Ascanij della Corgnia, in Gubernatorem Burgi S. Petri, & Capitaneum Custodiæ Pontificis.

Facultates eiusdem cognoscendi causas ciuiles & criminales in prima instantia habitatorum Burgi priuatiue quo ad alios Iudices Vrbis.

Executores cuiuscunque Curiæ Vrbis, exequi non possunt mādata contra degentes in Burgo, aut eorum bona, absq; licentia Iudicis Burgi.

Quod fuit correctum a Pio 4. in eius constit. 85. fol. 773.

Facultas eiusdem Gober. eiusque Iudicis inhibendi [illegible] intromittentibus se in dictis causis.

Delinquentes et vltimo supplicio plectendi.

dictæ Curiæ morti tradi faciendi, seu illis indulgendi, ac ipsos absoluendi, & liberandi. Necnon omnes & singulos Iudices Procuratorem Fiscalem, Notarios, Barisellos, & executores, ac subexecutores, & quoscunque commissarios ipsius Curiæ Burgi cum honoribus, oneribus, emolumentis, salarijs, & alijs regalibus sibi propterea debitis, & exhiberi solitis & cōsuetis, ita quod tam Iudex, Procurator, Fiscalis, Notarius, Barisellus, & alij executores, siue subexecutores, ac Commissarij eorum officia per loca quæcunque dicti Burgi libere & licite absque contradictione resistentia, siue oppositione, quibuslibet sub prætextu locorum quomodolibet reseruatorum, libere & licite exercere possint, & debeant ponendi, & deputandi. Et insuper quoscunque, tam Portanarios omnium, & singulorum portarum dicti Burgi custodes ad Capitaneatus officium huiusmodi spectantes & pertinentes quomodolibet, ad tuum nutum amouibiles, quàm dictos ad Cōmissarios ad tui libitum & voluntatem ponendi etiam, ac quo reuocandi, restituendi, & amouendi, ac quando et quoties tibi videbitur alios illorum loco, etiam cum honoribus, oneribus, et emolumentis solitis, et consuetis, vt præfertur simul vel successiue substituendi; surrogandi etiam deputandi. Cæterum tibi quæcunque banna, et alia desuper necessaria, et opportuna in ipso Burgo per quemcunque Tibicinem aut Banditorem per te, aut tuos officiales eligendum publicandi, et publicari faciendi, ac omnia, et singula, tam per te, quàm Iudicem, Notarium, Barisellum, Commissarios, et alios officiales tuos prædictos per hactenus deputatos nunc, et pro tempore existentes, ac quos pro tempore deputari contigerit, et quæ circa iurisdictionem dictæ Curiæ Burgi, et aliàs per eos, seu eorum quemlibet hactenus facta, gesta, dicta, et executa fuerunt valida, et efficacia existant, vobisque et colheigsntibus in Curia Burgi, huiusmodi perinde valeant, & suffragentur, ac si præsentes literæ a die Assumptionis nostræ ad summi Apostolatus apicé emanatæ extitissent, gratiamque præsentem tunc a nobis reportassent, cætera alia in præmissis, & circa ea necessaria, & & quomodolibet opportuna faciendi, gerendi, exercendi, & exequendi, seu fieri, & exequi faciendi plenam liberam, ac omnimodam, meriq; & mixti imperij, ac etiam gladij potestatem, facultatem, auctoritatem cōcedimus, atq; pariter indulgemus. Non obstantib. præmissis, ac cōstitutiōibus, & ordinationibus Apost. Cameræq; Apostolicæ etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, necnon Vrbis generalibus, vel specialibus ac etiā particularibus, & Cameræ prædictæ decretis, contractibus, consuetudinibus etiam ab immemorabili obseruatis, necnon etiam longissimi temporis præscriptionibus, priuilegijs quoque indultis, licentijs, concessionibus, & literis Apostolicis, etiam in forma breuis quibusuis personis, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existentibus sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, necnon etiam fortioribus, clausulis, irritatoribus quoque, & alijs decretis, & contractibus cum eadem Camera super præmissis, necnon etiam cum quibusuis alijs personis, etiam ipsius Cameræ Commissarijs forsan celebratis, seu etiam per fe. record. Paulum Papam Tertium, seu alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, aut etiam per nos forsan sub quibuscunque tenoribus, & formis, etiam pari motu, vel aliàs quomodolibet concessis, confirmatis, ac etiam iteratis vicibus innouatis, necnon cuiusuis Tribunalis prædictæ Vrbis, ac dilectorum filiorum supradictæ Cameræ Clericorum significationibus, mandatis, & inhibitionibus. (Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, ac illorum loco dictis, & totis tenoribus, necnon nominibus, & cognominibus personarū huiusmodi specialis, specifica, indiuidua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quæuis alia expresio habenda, vel aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti foret, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus) cæterisque contrarijs quibuscunque.

Iudicemque, & Procuratorē Fiscalē, Notarios, & Barisel os Burgi deputandi.

Custodesque portarum Burgi eligendi, &c.

Clausula derogatoria.

Datum Romæ, apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 22. Februarij millesimo quingentesimo quinquagesimo, Pontificatus nostri Anno Primo.

Leo de Fanu.

V. Macarenus.

D. I.

Iurisdictio, & Facultates Illustris. Roberti de Altemps Gubernatoris
Burgi S. Petri, ac generalis Capitanei
Custodiæ Sanctissimi D.N.
Papæ Sixti V.

Facultates istas, vide etiam in constitutione Iulij Tertij, hic inserta,
& eorum declarationem, vide supra in Pij Quarti, constitutio. 85. Cum ab ipso,
fol. 776.

SIXTVS Papa V. Dilecte Fili Nobilis vir, salutem & Apostolicam Benedictionem.

SDE TVA FIDE atque solertia quam opinionem, & spem conceperimus, ex grauitate muneris cui nūc te præficiendum duximus, perspicies; Etenim motu proprio ex certaque scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, te Militum custodiæ corporis nostri, tam peditum, quàm equitum Capitaneum generalem cum oībus & singulis auctoritatibus, iurisdictionibus, facultatibus, prouisionibus, stipendijs, emolumētis, prærogatiuis, iuribus, præeminētiis, honoribusq; & oneribus solitis & cōsuetis, ad Capitaneatus hmōi officiū de iure, vel consuetudine, aut ex speciali gratia, vel aliàs quomodolibet spectantibus, & pertinentibus auctoritate Apostolica, tenore præsentium ad nostrum, & sanctæ Sedis Apostolicæ beneplacitum facimus, constituimus, & deputamus. Tibique vt per te ipsum, vel alium, seu alios Iudicem, seu Iudices a te pro tempore depu-

Deputatio Gubernatoris & Capitanei.

Facultas cognoscen. causas ciuiles & criminales habitantium in Burgo in prima instantia.

Concessio facultatum illis Gubernatoribus & Capitaneis cõcessarum.

tandos omnimodam in temporalibus ciuilem vel criminalem iurisdictionem ordinum cum etiam delegatam ac merum & mixtum Imperium, gladijque potestatem, etiam Sede vacante duraturam in incolas, & habitatores quoscunque Burgi nostri sancti Petri, citato tamen prius in causis criminalibus procuratore nostro Fiscali, necnon cæteras omnes ante te Custodiæ huiusmodi Capitaneis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, etiã quoad d. ti Burgi, & illius curiæ Guberniũ, & Iurisdictionẽ, ac officiales quomodolibet hactenus cõcessas facultates, quibusuis literis in forma breuis, seu motus proprij desuper confectis cõtentas, & quasuis alias solitas & consuetas, dummodo Reformatio Tribunalium almæ Vrbis nostræ per fel. rec. Pium Papam Quartum facta obseruetur, gerere, exercere, & exequi, illisque vti, & frui libere, & licite valeas, eadem auctoritate Apostolica concedimus pariter & indulgemus. Mandantes omnibus, tam particularibus Capitaneis equitum & peditum ipsius Custodiæ nostræ, quàm ipsis peditibus & equitibus, cæterisque omnibus ad quos spectat, vt te in Capitaneum generalem eiusdem Custodiæ nostræ debito cum honore recipiant & agnoscant, ac in omnibus quæ illis pro tempore mandandũ duxeris efficaciter pareant & obediant. Dilectis vero filijs nostro, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, ac Thesaurario, & Depositario generalibus, vt tibi de prouisionibus, stipendijs, & emolumentis prædictis, suo tempore cum effectu respondeant, & ab omnibus faciant responderi. Nõ obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus alijs quæ in dictis literis cõcessum fuit non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, quòd vt moris est, de hoc Capitaneatus generalis officio fideliter, ac strenue sicut de te nobis pollicemur fungendo, in manibus nostris, vel eiusdem S. R. E. Camerarij antequam illud ineas, debitum præstes iuramentum.

Officiales dictæ Custodiæ obediant. Capitaneo.

Camerales præstent eidem soli ta emolumenta. Iuramentũ solitum Capitaneus præstet ante admissionem.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 25. Aprilis 1585. suscepti a nobis Apostolatus officij Anno Primo.

Io.Bap. Canobius.

III.

Deputatio Ioannis Iacobi Panici I. C. Maceraten. in Procuratorem generalem Fisci, & R. Cameræ Apostolicæ.

De officio autem, huius Procuratoris, habes supra in Pij 4. const. 85. Cum ab ipso fol. 776. & const. 140. Cum sicut fol. 895. cum ibi not. & de vigesima pœnarum sibi tangen. vide sup. in Clem. 7. const. 21. Quoniam. fol. 350.

SIXTVS Papa V. Motu proprio, &c. Dilecte Fili salutem, & Apostolicam benedictionem. DE DOCTRINA, fide, industriaque tua plenam in Domino fiduciam obtinentes, Motu proprio ex certa scientia nostra officium Procuratoris generalis Fisci, & Cameræ nostræ Apostolicæ cum omnibus illius facultatibus, priuilegijs, prærogatiuis, exemptionibus, gratijs, fauoribus, salarijs, emolumentis, honoribus, introitibus, & oneribus solitis, & consuetis per te, seu per substitutum, vel substitutos idoneos exercẽdum tibi auctoritate Apostolica, quoad vixeris concedimus, & assignamus, ac omnia & singula, quæ ad dictum officium, eiusque liberum exercitium de iure, vel consuetudine, aut ex nostra, seu dictæ Sedis ordinatione pertinere noscuntur, & quæ alij Fisci, & Cameræ Apostolicæ procuratores generales, qui pro tempora fuerunt, facere potuerunt, seu etiam debuerunt faciendi, gerendi, mandandi, & exercendi tibi plenam & liberam dicta auctoritate facultatem & potestatem impartimur. Mandantes dilectis filijs Philippo S. Angeli in Foro Piscium, Diacono Cardinali Vastauillano nuncupato nostro, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, necnon Præsidentibus Clericis dictæ Cameræ, ac generali Thesaurario, cæterisque ad quos spectat, vt te iuxta tenorem præsentium ad dictum officium, eiusque liberum exercitium recipiant, & admittant, ac de salariis, iuribus, & emolumentis, ac aliis prædictis respondeant, seu responderi faciant cum effectu. Non obstante concesione de dicto officio dilecto filio Ioanni Felici Saluatorio per fel. record. Gregorium Papam Decimumtertium prædecessorem nostrum ad eius vitam facta, quam ad effectum præsentium reuocamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, quod tu de dicto officio bene, ac fideliter exercendo, necnon de recipiendo aliquod genus muneris, præter esculenta, & poculenta, quæ triduo consumi posint, iuxta formam iuris communis in manibus dicti Philippi Cardinalis, & Camerarii præstes in forma solita iuramentum. Nec vero dubitamus quin id muneris ita sis administraturus, vt hoc nostrum de te iudicium, vel maxime comprobetur, & tua in Deum, & Rempub. merita quotidie magis elucescant.

Deputatio.

Clausula derogatoria.

Forma iuramenti ab ipso præstandi.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, Die 18. Maij 1585, Pontificatus Nostri, Anno Primo.

Io.Bap.Canobius.

Die tertia Iunij 1585. Retroscriptus Mag. D. Ioannes Iacobus Procurator Fiscalis præsens, &c. iuramentum in manibus supradicti Illustriss. & Reuerendiss. D mei D. Philippi Vastauillani Cardinalis Camerarij, necnon in Camera Apostolica in manibus Reuerendiss. D. Iulij Vitellij eiusdem Cameræ Decani, iuxta formam supradictam respectiua præstitit tactis, &c. Fuitque ad dictum officium Procuratoris Fisci admissus, seruatis solitis cæremonijs.

Iuramentum.

Admissio ad officium.

A. Martini.

Deputatio

IIII.

Deputatio, & facultates Illustriss. & Reuerendiss. DD. Prosperi Sanctacrucij, Io. Baptistæ S. Marcelli, & Scipionis Lancellotti S. R. E. Cardinalium, audiendi grauamina Subditorum status Ecclesiastici, & desuper prouidendi.

SIXTVS Papa V. Ad futuram rei memoriam.

ONVS PASTORALIS officij nobis supremæ Maiestatis prouidentia, meritis licet imparibus, commissi, nos inducit, atque etiam propiam, ac propensam nostram voluntatem excitat, vt non solum circa spiritualia, sed etiam temporalia, sollicita, & vigilanti cura intendamus, & licet ad vniuersorum Christifidelium Prouincias intensæ mentis oculos paterna charitate dirigamus, Prouincias tamen, Ciuitates, Comitatus, Terras, Castra, & loca nobis, & Sedi Apostolicæ, tam spiritualiter, quàm temporaliter subiecta, ad nos, & eandem Sedem spectantia, ac vniuersos illorum Ciues, populos, subditos, tanquam spirituales nostros, & dictæ Sedis filios, & deuotos, eo maiori affectu intuemur, quò super illorum fœlici regimine, ac statu pacifico, & tranquillo tenemur specialius prouidere, ne contra ius, & fas, iustitiæque normam vexentur, & opprimantur, sed prospere, & fideliter regantur, ab indebitisque oppressionibus subleuati, in semitis Iustitiæ dirigantur, ac Omnipotenti Deo gratias agentes, pacificam, quietam, & tranquillam vitam peragant, & alij Principes ad bene de suis subditis merendum, ac charitate Christiana complectendum nostro, etiã exemplo inuitentur, quod non ignoramus pro nostra in illos charitate eventurum, si semper, & omni tempore omnium personarum petitiones, & querelas per nos ipsos audire, illasque discutere, & terminare valeremus. Verum cum onus vniuersalis gregis Dominici superna dispositione nobis iniũctum diligenter attendimus, & debita meditatione pensamus, quòd licet nobis sit potestatis plenitudo commissa, humanarum tamen virium fines excedere non valemus, ac videntes, quòd aliquando grauissimis negotijs occupati, non ita de facili, neque omni tempore omnibus personis ad nostrum conspectum accedere licet, neq; valemus circa singula per nos ipsos exoluere debitum Apostolicæ seruitutis. Idcirco nonnullos ex Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ad quos facilior omnibus extat accessus, viros ex pluribus electos, scientia præditos, & virtute, in quibus timor Domini Sanctus elucet, in sollicitudinis partem assumimus, ac ipsis nostras vices supplentibus, nos laudabili eorum cooperatione alleuante, nostri grauitatem operis ministerium nobis commissum, diuina fauente clementia facilius, & efficacius exequimur. Præmissorum itaque consideratione inducti, & subditorum eorundem indemnitati, quantum cum Deo possumus, consulentes. Motuproprio, & ex certa nostra scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Dilectis filijs nostris Prospero Sancti Clementis de Sancta Cruce, & Ioanni Baptistæ Sancti Marcelli, & Scipionis Sancti Simeonis titulorum Lancellotto nuncupatis presbyteris Cardinalibus viris integerrimis, & literarum scientia, atque longa rerum experientia insignibus, vt auctoritate nostra omnes, & singulos quarumcunque Prouinciarum, Ciuitatum, Castrorum, Terrarum, Vniuersitatum, locorum nobis, & Sanctæ Sedi immediate subiectorum Oratores, Nuncios, Procuratores, Syndicos, Agentes, benigne audire, illorumque postulata, & si quæ erunt grauamina, & querelæ, aut illicitæ vexationes, illa diligenter examinare, & discutere, vocatis etiam, si ita eis videbitur, vocandis, ac deinde facta nobis relatione eadem expedire, & terminare, & quæ emendanda, corrigenda, & moderanda fuerint, emendare, corrigere, & moderari, Populorumque commodis, vtilitati, & tranquillitati, atque indemnitatibus, & necessitatibus consulere, ac iuxta animi nostri sensum, & propensam ad subleuandos populos voluntatem opportune prouidere, & quæ decreta fuerint, debite executioni demandare libere, & licite valeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium plenam damus, & concedimus potestatem. Volentes, vt quæcunq; à Cardinalibus prædictis decreta, statuta, emendata, correcta, ordinataue fuerint super præmissis ab omnibus inuiolabiliter obseruentur, idemque firmitatis robur obtineant, quod haberent, si nos ipsi eadem mandauissemus, Sicque per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos, & Palatij nostri Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, irritumque, & inane, si quid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque non obstantibus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris. Die v. Iunij. M. D. LXXXV. Pontificatus nostri anno primo.

Causæ huius deputationis.

Deputatio triũ Card. ad audien. subditos status Eccles. eorumq. grauamina, & desuper prouidẽdũ facta prius Pontifici relatione.

Decretum irritans.

Clausula derogatoria.

Io. Baptista Canobius.

V.

Prohibitio alienandi Castra, & Fortalitia in statu Ecclesiastico existentia absque Sedis Apostolicæ licentia, & vendendi alia quæuis bona alijs quàm Vasallis, & absque simili licentia.

De prohibitione autem, & alienandi, & infeudandi terras Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, vide sup. in Pij 5. const. 35. Admonet, fol. 975.

SIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

SOLICITVDO PATERNVSQVE affectus, quo Sedis Apostolicæ subditos prosequimur, nos inducunt, vt ea diligenti cura prospiciamus, quæ ad illorum conseruationem statusque Ecclesiæ vtilitatem, & commodum pertinent. Accepimus siquidem, quòd in diuersis Ciuitatibus, Terris, Oppidis, & Castris nobis, & dictæ Sedis temporali ditioni subiectis extant statuta prohibentia res, ac bona stabilia in forenses, & non subditos alienari. Nihilominus nonnulli Ciues, & incolæ Ciuitatum, Terrarum, Castrorum,

alijs personis eatraneis vendere, & alienare præsumunt in ma-
strorum, & locorum huiusmodi bona stabilia, Quocirca nos considerantes quantum
aimum præiudicium, & damnum Ciuium, & incolarum prædictorum. interest dicta bona in illius Ciues, & habi-
statuta præfata vtilia, & fauorabilia sint, quantumque Reipublicæ instantiam, sed de nostra
tatores conseruari: Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis Apostolica auctoritate te-
mera deliberatione, & certa scientia, statuta huiusmodi, etiam si non sint in vsu, perpetuis futuris temporibus, Vniuer-
nore præsentium de cætero obseruari mandamus. Et nihilominus, quòd gradus, ordinis, qualitatis, &
sitates, Ciuitates, Collegia, Feudatarij quicunque, ac personæ cuiuius status, & dignitate, etiam Ec-
conditionis existant, etiam si Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quauis auctoritate, nullatenus sine nostra, & Sedis
clesiastica, quæ specialem, & indiuiduam mentionem requireret, prædita sint; Iurisdictiones, ac bona quæ-
prædictæ licentia; audeant, seu præsumant Ciuitates, Oppida, Castra, Feuda, quantitatis, & va-
cunque stabilia, vel immobilia in dicto statu Ecclesiastico existentia cuiuscunque qualitatis, locare, in emphyteosim, feu-
loris per eos nunc, & pro tempore possessa vendere, permutare, vltra triennium Vniuersitatem, Collegium,
dum, liuellum, pignus, seu precarium concedere, in aliquam Communitatem, iurisdictionis, status, no-
vel personam eatraneam, seu forensem, quæ nobis, & dictæ Sedi ratione temporalis nostro statu; cuiuscun-
stri subdita, & supposita non sit, vel quæ domicilium legitime non contraxerit in dicto Imperiali, Regali, Du-
que dignitatis, status, gradus, conditionis, & qualitatis existat, etiam si, vt præfertur, indiuiduam mentionem
cali, vel alia quauis auctoritate, & dignitate, etiam Ecclesiastica, quæ specialem, & vel permutentur, seu
requireret, præditus sit. Insuper quia decens, & conueniens existit, quòd si vendantur, deducatur, &
etiam donentur Ciuitates, Castra, & oppida, multo magis fortalitia, id ad notitiam Principis nisi de ex-
præsertim si feuda, & Iurisdictiones feudales, ea omnia, nec in exteros, nec in alios quoscunque, licentia, ve-
pressa præcedente nostra, & pro tempore existentis Romani Pontificis eadem supradicta bona huiusmodi in dicto
di; permutari, vel donari valeant. Neque etiam extraneus, aut subditus originarius illa retinere possit, sed in-
statu habens, & in eo habitans, si ab illo discedat amplius ad ipsum non reuersurus, statum existentibus permuta-
tra biennium, ex quo ipse demigrauerit, ea vendere, seu pro alijs extra dictum tenore præsentium de Venera-
re, aut aliàs transferre in alium immediate subiectum teneatur. auctoritate, & Licitum tamen erit om-
bilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardin. consilio perpetuo statuimus, & ordinamus. vel in consanguineos,
ni dicti status habitatori, siue eatraneo, siue subdito de bonis suis in eodem statu positis, vel donatio-
vel in alios de dicto statu non existentes quocunque alio, quàm venditionis, seu permutationis, qui tamen intra trien
nis titulo disponere, ac suis, etiam ab intestato hæredibus pariter licebit in illis succedere, & subditos, vt
nium, vel in eundem statum habitatum veniant, vel bona ipsa in alium, seu alios habitatores, alijs, quàm
præfertur, transferant. Quod etiam illis extraneis, ad quos bona huiusmodi ea quibuscunque censeatur
venditionis, seu permutationis, aut donationis huiusmodi causis peruenerint, illaue acquisiuerint, seu loca Montium, nec
permissum. Bonorum autem præfatorum appellatione, neque census, neque portiones, passuum millia circui-
mulierum dotes, sed neque Vrbem nostram, quæ communis patria est, cum eius decem si extranei fuerint,
tu, volumus comprehendi, filij tamen, & hæredes dictarum mulierum soluto matrimonio, sint astricti. Decernen-
tes in eodem statu ad habitandum, aut vendendum, seu permutandum, vt dictum est, ad dictorum bo-
tes Communitates, Vniuersitates, Collegia, vel personas eatraneas, seu forenses huiusmodi inhabiles, neo-
norum pro tempore contra earundem præsentium tenorem alienatorum acquisitiones omnino quocunque modo,
non quoscunque contractus, venditiones, & alienationes contra huiusmodi prohibitionem emptoribus attributum
vel causa pro tempore faciendas nullas, & inualidas existere, nullumque ius per eas nullius robo-
esse, seu tribui posse. Necnon omnes scripturas desuper conficiendas, ac inde secuta quæcunque alienata ad
ris, vel momenti esse, nec ea illis audiri, agi, & excipi posse in iudicio, vel extra, ipsaque bona ac Vi-
eos, ad quos de iure peruenire debent, spectare, & pertinere, Sicque per S. R. E. Card. etiam Legatos, aliosue Iudi-
celegatos, necnon sacri Palatij Apostolici Auditores, Gubernatores, seu illorum Locatenentes, iudicandi, &
ces, & Commissarios, quauis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter quicquid secus
interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere. Necnon irritum, & inane Mandantes eisdem Le-
super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari prædicto existentibus, &
gati, Vicelegatis, Gubernatoribus, ac Iudicibus nunc, & pro tempore in toto statu ad quos spectat, & pro
eorum cuilibet, vt statutum, & ordinationem, & alia præmissa perpetuo ab omnibus, & mandent. Non
tempore spectabit per censuras Ecclesiasticas, & alia eis beneuisa remedia obseruari faciant, Ciuitatum, op-
obstantibus nostris de non tollendo iure quæsito, alijsque Apostolicis constitutionibus, necnon confirmatione
pidorum, Terrarum, & locorum prædictorum statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, tempore pacifice
Apostolica, vel quacunque alia firmitate munitis, ac etiam immemorabili, & quantocunque Apostolicis il-
obseruatis, necnon ciuilitatibus, Ciuitatumque iuribus, priuilegijs, exemptionibus, & indultis dictam Sedem quo-
lis, eorumque Dominis prædictis, ac quibuluis alijs per quoscunque Rom. Pont. ac nos, & tenores præsentibus pro
modocunque, & quotiescunque concessis, cõfirmatis, & innouatis, quæ omnia, illorum contrarijs quibuscun-
plene, & sufficienter expressis habentes, omnino tollimus, & abrogamus, cæterisque prædicto promulgatæ
que. Volumus autem easdem præsentes, quoniam in Consistorio nostro, & de Consilio dictum statum
sunt, à die datæ ipsarum quoscunque, tam præsentes, quàm absentes, & vbicunque etiam extra amplius innote-
existentes perinde obligare, ac si cuique singulatim intimatæ fuissent. Et nihilominus, vt ille alijsque
scant, mandamus eas valuis Ecclesiæ S. Ioan. Lateranen. & Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, etiam im-
locis consuetis appendi, & in libris dictæ Cameræ describi. Ac etiam volumus, vt ipsarum exempla, in dignita-
pressa edantur, eaque Notarij publici manu, & sigillo cuiuscunque Curiæ, Ecclesiæ, aut personæ illud faciant,
te Ecclesiastica constitutæ obsignata eam ipsam prorsus fidem vbique locorum in iudicio, & extra liceat hanc pagi-
quam ipsæ præsentes facerent, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum & voluntatis infrin-
nam nostrorum mandatorum, statuti, ordinationis, decreti, sublationis, abrogationis, Omnipotentis
gere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Sanctum Marcum
Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud
Anno Incarnationis Dominicæ, 1585. Kalen. Iulij, Pontificatus nostri anno primo.

Ego Si-

Causæ huius constitutionis.

Confirmatio statutorum prohibentium alienationem bonorũ in forenses non subditos.

Prohibitio alienandi bona in statu Eccle. existẽtia, alijs, quã Vasallis, absque Sedis Ap. licentia.

Prohibitio alienandi Castra, & fortalitia, etiam Vasallis, absque Sedis licentia.

Declaratio dictæ prohibitionis.

Declaratio bonorum sub prædicta prohibitione.

Contrauenientium pœnæ.

Decretum irritãs.

Clausulæ derogatoriæ.

Forma, & effectus publicandi hanc const.

Ego Sixtus Cath. Ecclesiæ Episcopus.

	Io. Hier. Card. Albanus.
Ego Io. Anton. Episc. Tusc. Card. S. Georgij.	P. Card. Deza.
	Ego Ant. Card. Carafa.
	Io. Ant. Car. SS. Quatuor.
	Ego Io. Bap. Card. S. Marcelli.
	Ego Aug. Card. de Verona.
M. Sitic. Car. ab Altaemps.	Ego Vin. Card. Montis Regalis.
Ego Io. Aua. Card. de Arag.	Ego M. Card. S. Stephani.
	Scipio Card. Lancelottus.
Ego P. Car. Sanctaecrucius.	
Ego Gulielm. Sirletus Card.	
F. Mic. Bo. Card. Alex.	Ego Aloysius Card. Esten.
Ego Lud. Card. Madrutius.	Ego Fer. Card. de Medicis.
Ego N. Card. Senonensis.	Phil. Vast. Card. Cam.
Iul. Ant. Sanctorius Card. S. Seuerinę.	
P. Card. Cæsius.	Ego Vincen. Card Gonzaga.
Ego Hier. Card. Rust.	Alex. Card. de Montealto.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

A. de Alexijs.

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi, 1585. Indictione 13. die vero Mercurij 25. mensis Septembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. Anno primo. Retroscriptæ literæ Apost. affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Ecclesiarum S. Io. Lateran. Principis Apost. de Vrbe, necnon Cancell. Apost. & in acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Ioan. Burlurault, & Franciscum Baron prælibati Sanctiss. D. N. Papæ Apost. Curs. Publicatio.

Io. Andreas Panizza Mag. Curs.

VI.

Contra Bannitos, Homicidas, Latrones, eorumq; complices, fautores, ac receptatores, Baronesq; & Communitates eorum Territoria ab illis libera non custodientes, ac particulares personas eosdem non persequentes, & Iustitiæ Ministris non obedientes.

De Materia Bannitorum, & pœnis fautorum habes etiam sup. In Pij 2. const.8. Ad retinendas fol. 80. Pauli 2. const.5. Viros. fol 90. Six. 4. const.7. Perniciosam. f.99. Innoc. 8. const.5. Et si de cunctarum. f.111. & const.11. Licet fol.128. Iul.2. const.11. Fide. f.157. Leon.10. const.31. Omnes. fol.235. Clem.7. const.6. In Sancta. fol.287. Iul.3. const.26. Cum ciuitates. fol.526. & const.56. Cum sicut. fol.558. Pij 4. const.30. In eminenti. fol.692. & const.68. Et si cunctis. fol.742. & const.80. Cum nos fol.766 & côst. 104. Nuper. fol.810. Pij V. const.2. Romanus. fol.922. & const.13. Ea supernæ. fol.937. & const. 15. Indefessa. fol.946. & const. seq. & const.107. Licet. fol.1081. & Greg.13. const.66. In tanta. fol.1294. & const. 96. Ad Facinorosos. & const. seq. fol.1338. & const.110. Non sine. fol.1362.

De Materia autem Baronum & Communitatum non custodientium eorum Territoria libera à Bannitis, & Furibus, habes etiam sup. in Iul. 2. const.1. Quia, fol.148. Leon.10. const.23. Romani. fol.227. Clem.7. constit 6. In sancta, fol. 287. Pij 4. const. 30. In eminenti, fol. 692. Pij V. const.12. Exigit, f. 936. & Greg. 13. const. 66. In tanta, fol. 1294.

SIXTVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

HOC NOSTRI Pontificatus initio, inter multa Reipublicæ damna & incommoda, quæ menti nostræ obuersabantur, nobis longe fuit grauissimum, quòd Populos S. R. E. ditioni temporali subiectos, non modo ad rerum substantiarumq; suarum perturbationem & iacturam, sed etiam vitæ periculum redactos inuenerimus, Exulibus, Bannitis, cæterisq; id genus facinorosis hominibus ita vndique ingruentibus & grassantibus, vt vix quisquam ab hac hominum peste, tutus alicubi consistere posse videatur. Quare cum ad hæc sananda mala, ea officij nostri debito, & præcipua erga nostros ac eiusdem Rom. Eccl. subditos charitate assiduè extimulemur, nihil non agere & tentare decreuimus quo Populis optata quies, salus, securitas, & Causa huius constit.

tran-

tranquillitas per nos restituatur. Quòd ita demum, Deo auxiliante, speramus nos esse consecuturos, si caute prouideatur, ne vllum domi forisque intra extraque fines nostros criminosis hominibus huiusmodi pateat diffugiũ aut receptaculum, sed omnino legum & Magistratuum seueritatem Iustitiæq; gladium subire, ac debitas pœnas luere cogantur.

Confirmatio cõstitutionũ à prædecessoribus editarum cõtra bānitos eorumque fautores cũ pœnis in eis contẽtis, præterquam ex communicationis. Has constit. indicatas hic in sub.

Itaque de fratrum nostrorum consilio, omnes, & singulas constitutiones à fel. rec. Pio II. Paulo etiam II. Sixto IIII. Iulio similiter II. Leone X. Clemente VII. Iulio III. Pio etiam IV. Pio V. Greg. XIII. & quibusuis alijs Romanis Pont. prædecessoribus nostris, suo cuiusque tempore in detestabile prædictorum, & aliorum infrascriptorum hominum genus, pro temporis, & criminum ratione editas, cum omnibus, & singulis in eis contentis, quoad ea quæ præsentibus non contrariantur, & excepta Excommunicationis sententia, per easdem cõstitutiones in illis contrauenientes promulgata, quam ne animarum perniciem potius quàm salutem adferat cõsulto tollendam, & submouendam duximus, ex certa scientia nostra approbantes, & innouantes illarumque omnium tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus, pro expressis, & insertis haberi volentes.

Barones, & Cõmunitates eorũ Territoria à bānitis, & c libera custodiant. Ad quod habes constit. indicatas hic in sub. 3. vers.

Vniuersis, & singulis Ducibus, Principibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & Domicellis, etiam quacunque Ecclesiastica dignitate fungentibus, necnon Vicarijs, Feudatarijs, Armorum Ductoribus, Capitaneis, Magistratibus, Communitatibus, Vniuersitatibus, & officialibus, Ciuitatum, Terrarum, Castrorum, oppidorum, & aliorum quorumcunque locorum prædictæ Rom. Eccl. mediate, vel immediate subiectorum, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, necnon duorum millium per Communitates, & mille per Vniuersitates, ac quinque millium ducatorum auri Cameræ Apost. irremissibiliter ipso facto applicandorũ per Dominos temporales, & alios prædictos absque alia declaratione incurrendis pœnis (vltra alias in eorundem prædecessorum nostrorum literis contentas) districte præcipiendo mandamus, quatenus adhibita exactissima diligentia, de qua per publica documenta, & alias probationes fidem faciant, eorum Ciuitates, Terras, Oppida, Castra, Villas, Dominia, loca, & Territoria omnia à Perduellionibus, Homicidis, Latronibus viarum grassatoribus, raptoribus, incendiarijs, sicarijs, exititijs, publicæ quietis perturbatoribus, armatas facientibus, statum Ecclesiasticum hostiliter peragrantibus pro quocunque crimine capitali, etiam in contumaciam Bannitis, alijsque similibus notorijs delinquentibus, & facinorosis hominibus, etiam nondum condemnatis, eorumque fautoribus, & complicibus, quos omnes nostros, dictæque Rom. eccl. rebelles, ac publicos Hostes esse decernimus, secura, libera, & expurgata custodire, tenere, & præseruare.

Eosque capiant & officialib. Põtificis consignẽt.

Necnon si quos ex ipsis eo accedere, vel commorari, seu ad prædicta loca declinare, vel illac pertransire contigerit, statim illos capere, & apprehendere, ac ad carceres conducere, captosque nostris, & pro tempore existentium Romanorum Pontificum Magistratibus, & officialibus fideliter tradere, & consignare, populosque suos pulsu campanarum, & alijs signis ad arma conuocare, & coadunare teneantur.

Et capere nõ valentes persequãtur conuocatis Communitatib. conuicinis.

Quod si illos capere, & apprehendere per seipsos nequiuerint, finitimas quasque Communitates, & Vniuersitates, necnon Dominos temporales commonefaciant, & in auxilium conuocent, iunctisque simul viribus eosdem Perduelliones, homicidas, latrones, & alios prædictos forti manu, & incessanter quocunque se verterint, etiam extra proprium territorium, & iurisdictionem ipso persequutionis actu vsque ad vltimam eorum profligationem persequantur, ac vt capiantur, & apprehendantur, seu profligentur omnem operam adhibeant.

Et ad cauillosas excusationes nõ admittantur.

Cumque verisimile non sit huiusmodi Hominum genus in occulto versari, & eos qui ad custodiam tenentur si diligenter inuigilent, illorum notitiam non habere; neque tantam multitudinem esse posse quin à Dominis temporalibus, ac Communitatibus, & Vniuersitatibus prædictis vinci, & opprimi queat, iuncto præsertim finitimorum auxilio, cauillosæ excusationes ubi imposterum nullo modo suffragentur.

Particulares personæ contra bannitos, & c. arma capiant, & accurrant.

Particulares vero personæ cuiuscunque status, gradus, & conditionis existentes sub quingentorum ducatorum similiter eidem Cameræ ipso facto applicandorum, alijsque corporalibus, etiam vltimi supplicij inclusiue Gubernatorum, & officialium prædictorum arbitrio iuxta cuiuscunque personæ, & culpæ qualitatem extendendis pœnis cum primum campanæ sonitum aliaue signa populum aduersus dictos facinorosos homines conuocantia audiuerint, vel aliàs de illis quomodolibet notitiam habuerint arma capere, & ad locum necessarium accurrere, ac vnà cum alijs, & per seipsum omnem conatum in persequendis capiendis, & profligandis bannitis, alijsque nefarijs hominibus prædictis adhibere teneantur.

Executoribusq. iustitiæ arma etiam manu subueniant.

Barones, & Communitates, &c.

Præterea sub eisdem pœnis omnes, & singuli prædicti tam in Vrbe, quàm extra eam ad quamcunque Curiæ, seu Ministrorum, & executorum Iustitiæ, vel cuiuique eorum simplicem requisitionem, ac etiam nulla requisitione præuia (si aliquos ipsos resistere, vel sese opponere, seu aliquod impedimentum adferre, eosue ad aliquam executionem faciendam auxilio egere quoquomodo cognouerint) eisdem Curiæ Ministris, & executoribus opem, & fauorem, armata, etiam manu conferre, & subuenire, ac præsto esse, & denique obedire, eosque si opus fuerit in perquisitione, executione, permansione, transitu, & alijs præmissis comitari debeant.

In quo facta, latrocinia vel alia damna illata fuerint, facinorosos capere debent, alioquin vltra alias pœnas ad refectionem damnorum, & pœnã Cameræ Apost. soluendam astricti sunt.

Insuper statuimus, & ordinamus, vt si qui ex Perduellionibus, homicidis, latronibus, furibus, & alijs facinorosis hominibus prædictis in Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Castris, Villis, Dominijs, locis, & Territorijs huiusmodi damna aliqua intulerint, seu furtum, aut latrocinium commiserint, nec capti, & deprehensi fuerint, sed impune euaserint, Domini temporales, seu Communitates, Vniuersitates nobis, & Sedi Apostolicæ mediate, ac immediate subiecti, in quorum locis, territorijs, & iurisdictionibus respectiue similia perpetrata fuerint, præter hoc, quod ad damnorum quorumcunque sic illatorum parti læsæ damnaque huiusmodi patienti, ac eorum hæredibus plenariam restitutionem, & satisfactionem omnino teneantur ad tantundem etiam quantum damna illata, extimata fuerint Cameræ prædictæ realiter, & cum effectu persoluendum eo ipso sint adstricti, ac aliàs prout latius continetur in alijs literis dicti Pij V. prædecessoris contra Dominos, ac Communitates, & Vniuersitates eorum territoria non custodientes editis, quas, firmis tamen remanentibus alijs supra, & infrascriptis pœnis tenore præsentium, etiam innouamus.

Ad quod habes const. Pij. & aliarum, quas in dictis hic in sub. in sexto vers.

Duces quoque Principes, Marchiones, Comites, Barones, Domicellos, Vicarios, Feudatarios, Gubernatores, Magistratus, Ductores, Capitaneos, & officiales prædictos, necnon quoscunque alios cuiuscunque etiam Eccl. dignitatis, conditionis, status, gradus, ordinis, excellentiæ sexus, & ætatis, dummodo decimumquartũ illius annũ excedant huius status, & iurisdictionis nostræ temporalis, ac prædictæ Romanæ Eccl. in eisdem tẽ-

poralibus

poralibus mediate, vel immediate subiectus, etiam dominia, iurisdictiones, & loca extra statum prædictum obtinentes, qui Perduelliones, homicidas, latrones, & alios nefarios homines prædictos in suis quisq; Dominijs, Terris, Oppidis, Castris, fortalitijs, villis, locis, territorijs, seu domibus, tam in ipso statu, quam extra eũ consistentibus receptauerint, seu confouerint, aut quod in illis recipiantur, vel confoueantur quoquomodo permiserint, seu ne ij capiantur impediuerint, vel captos eripuerint, seu occultauerint, aut illis potestatem, seu commoditaté euadendi fecerint, vel carcerem, aut aliam quamcunque custodiam effregerint, inuaserint, aut quoquo modo violare tentauerint, siue ad hoc homines, vel arma, aliaue ministrauerint, siue aliàs auxilium, consiliũ, vel fauorem, pãlam, vel in occulto per se, vel alium, seu alios quoquomodo etiam extra territoria iurisdictiones, & domos proprias præstiterint, seu præstare permiserint, vel etiam quoscũque Iudices, Ministros, aut executores Iustitiæ in perquisitione, captura, vel abductione, ac omnino in eorum officij libera executione, siue in Vrbe, siue extra vbiq; locorum impediuerint, seu verberauerint, vel insequuti fuerint, aut concusserint, seu minis, vel aliàs perterrefecerint, aut ad arma conclamauerint, alio sue concitauerint, seu talia fieri mandauerint facientibus adhæserint, & fauerint, seu alicuius Magnatis nomen auxilij causa aduersus Curiam, Executores, & Ministros prædictos inuocauerint, seu franchitias appellauerint (contra quas aliam constitutioné dicti Gregorij prædecessoris desuper editam similiter innouamus; Acrioribus, etiam remedijs in dies vsuri pro huiusmodi Asylis, præsertim in dicta Vrbe tollendis, & omnino extirpandis) Læsæ Maiestatis reatum verum, ac nulla iuris, aut hominis fictione confictum crimen incurrisse, & eiusdem Rom. Eccl. Rebelles, omnibusq; & singulis priuilegijs, gratijs, libertatibus indultis, exemptionibus, immunitatibus, realibus & personalibus, necnon Ducatibus, Principatibus, Marchionatibus, Comitatibus, Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Castris, Dominijs, Vicariatibus, Gubernijs locis, iurisdictionibus, dignitatibus, etiam Ecclesiasticis honoribus, iuribus officijs, pẽsionibus, beneficijs, & fructibus Ecclesiasticis, ac etiã quibuscunque feudis, & concessionibus, quæ à Romana prædicta, & quibuscunque alijs Ecclesijs obtinent, & in futurum obtinebunt, cæterisq; etiam immobilibus, mobilibus, & se mouentibus bonis, iuribus, & actionibus eo ipso priuatos, ipsosq; & illorum filios ad illa, & quælibet alia imposterum obtinenda, ac quoscunque actus legitimos exercendos inhabiles, & indignos fore, atque esse: Necnon à toto statu Ecclesiastico vnà cum eorum familijs perpetui exilij pœna damnati, Domosque ædificia arces, & fortalitia eorũdem demoliri, & solo æquari, seu alijs dictæ Cameræ iuribus adscribi debere, nec illis portam vllius dignitatis Ecclesiasticæ, vel mundanæ vnquam patere decernimus, & declaramus. Vassallos vero Custodes, Capitaneos, Officiales, populos, & subditos eorundem à fidelitatis iuramento, ac homagij, & quocunque alio iure, quo ipsis quomodolibet adstricti fuerint ex nunc, penitus absoluimus, & liberamus. Ducatus autem, Dominia, Vicariatus, gubernia, feuda, Ciuitates, Terras, Oppida, Castra, cæteraque bona prædicta, necnon iura, & actiones cum fructibus, & emolumentis eorundem Fisco nostro, & Cameræ prædictæ ipso facto, absq; aliqua declaratione, citatione, Iudicis sententia, seu decreto, vel alia iuris, & facti solemnitate habenda, etiam in præiudicium filiorum descendentium, & aliorum quorũcũq; Agnatorum in inuestituris concessionibus, seu alijs dispositionibus comprehensorum in omnibus & per omnia, perinde ac si per lapsum temporis illorum concessionis, & finitam lineam ad ipsam Cameram rediissent, seu deuoluta essent, confiscamus, applicamus, & incorporamus, illaq; sic nobis, & pro tempore existentibus Rom. Pont. & Cameræ prædictæ aperta, deuoluta, cõfiscata, applicata, & incorporata sub constitutione eiusdem Pij V. prædecessoris de huiusmodi Dominijs, & iurisdictionibus in feudum, aut aliàs nõ concedẽdis minime comprehendi, etiã declaramus. Necnõ quæcunq; fideicõmissa, substitutiones, & alias dispositiones sub quacũq; verborũ forma, etiã cum expressa alienationis prohibitione, alijsque strictissimis clausulis, & cautelis conceptas, ad hoc, vt fruct⁹ bonorum huiusmodi fideicommissis subiectorum durante vita naturali delinquentis etiam in contumaciam ex prædictis causis cõdẽnati Fisco applicẽtur, & ĩ dictæ Cameræ vsũ cõuertãtur, ꝓprietatesq; dictorũ bonorũ quãdiu ipse delinquẽs naturaliter vixerit per Fiscũ, & Camerã huiusmodi possideatur, & detineãtur tollim⁹, & abrogam⁹.

Ad hęc Communitates, & Vniuersitates huiusmodi, si homines facinorosos prædictos receptauerint, tolerauerint, cibis, commeatu, auxilio, consilio, vel fauore, aut quocunque alio modo, etiam, vt euadant per se, vel alios iuuerint, omnibus pœnis supradictis supponimus, eorumque res & bona omnia, necnon fructus, & emolumenta eidem Fisco, modo & forma præmissis applicamus, & appropriamus.

Particularibus autem Hominibus, qui ad facinorosos prædictos capiendos, & apprehendẽdos Iustitiæq; ministris tradendos sufficientibus viribus fuerint destituti, nisi eosdem illico propalauerint, officialesque, populos, & finitimos, ita vt nullo modo euadant conuocauerint.

Ac demum ijs, qui aliqué in præmissis culpabilem sciuerint, nec nobis, vel successoribus nostris, seu alicui per quem ad nos, vel dictos successores fideliter deferatur intra trium dierum spaciũ reuelauerint pœnam arbitrio Iudicis pro modo culpæ, etiam vsque ad mortem inclusiue infligendam statuimus.

Decernentes super omnibus, & singulis præmissis per accusationem, delationem, inquisitionem, & quẽuis alio meliori modo procedi posse.

Ac quæcunque vetusta priuilegia, siue exemptiones, etiam immemorabiles, vel alias quascunque præuentiones de recipiendis, & non consignandis huiusmodi bannitis, & alijs facinorosis hominibus, nemini contra præsentium tenorem suffragari, etiam si de eis specialis, & indiuidua mentio facienda esset.

Neque Receptatores, fautores, auxiliatores, consultores, & alios quoscunque præsentibus nostris, ac prædecessorum nostrorum literis, vt præfertur approbatis, & innouatis quomodolibet contrauenientes quocunq; prętextu, etiam Agnationis, & cuiuscunq; cõsanguinitatis, etiã in primo gradu, aut vnico, & non dolose, & penitus inculpate, nec ad malum finem receptionis vllatenus excusari, Cum beneficium publicum sit priuatæ necessitudini præferendum, nec dolus absit ab eo qui ipsis nefarijs hominibus, & publicis inimicis quoquomodo se amicũ præstat, genusq; hominũ huiusmodi facile cognoscatur. Eum quoq; qui sese vi, & metu ad manifestum, & instãs vitæ periculum euitandum, de quo tamen per legitimas probationes docere teneatur, eis receptum dedisse, siue victum, & alia præstitisse asseruerit, nequaquam excusari, nisi quam primum se subripere, vel alios transmittere potuerit, nulla interposita mora de transitu, vel statione dictorum facinorosorum hominum viciniorem locum, illiusque Magistratus, & officiales certiorauerit.

Sicque per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos quauis auctoritate fungẽtes sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate vbique iudicari, & definiri debere, necnõ irritum

Barones, & alij maiores Ro. Eccl. & S.R.E. mediate, & immediate in tẽporalibus subiecti, auxiliãtes, aut eosdẽ bãnitos receptãtes, pœnas hic descriptas incurrunt. Ad quod habes alias const. indicatas hic in rubr. in 2. vers.

Hęc const. Greg. xiii. est sup. fol. 1313. nu. 20.

Hæc constit. Pij 5. est sup. f. 975. num. 35.

Cõmunitatesq; eosdem tolerantes, easdẽ pœnas incurrunt.

Particulares autẽ eos capere nõ valentes, illico propalare, & conuicinos cõuocare debent.

Scientes in præmissis aliquẽ esse culpabilẽ, reuelare tenentur.

Iudices procedãt etiam per inquisitionem, &c.

Priuilegia de recipiendis, & non consignandis bãnitis reuocantur.

Receptat. nõ excusantur prætextu agnationis, vel cõsanguinitatis aut non dolose receptionis, nisi coacte quis id faciat, vt hic.

Decretũ irritãs.

irritũ, & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignorãter cõtigerit attẽtari.

Executorum dep. & facult.

Et nihilominus, vt præmissa suum debitũ (prout ex intimo cordis nostri affectu exoptamus) consequãtur effectum, dilectis filijs eiusdẽ S.R.E. Camerario, Vrbis Gubernatori, causarũ, Curiæ Cameræ prædictæ Generali Auditori, necnõ Prouinciarũ nostrarũ Legatis, de quib⁹ plurimũ cõfidimus, ac Vicelegatis, & præsidib⁹ Ciuitatũq; & aliorũ locorũ prædictorũ Rectorib⁹, & officialib⁹, ac cæteris omnib⁹ singularũ cõstitutionũ, & literarũ prædictarũ executorib⁹ similiter in virtute sanctæ obediẽtiæ, ac sub indignationis nostræ pœna per Apostolica scripta mãdamus, vt quisq; pro se ad omnimodã præsentiũ, ac aliarũ literarũ, & cõstitutionũ prædictarũ, necnõ pœnarũ omniũ in eis cõtẽtarũ executionẽ omnino procedẽtes illas omnes, & in eis cõtẽta quæcũq; sẽper, & vbiq; per omnia loca prædicta, ac ab omnib⁹ sub illis cõprehẽsis inuiolabiliter obseruari, Capitalesq; sẽtẽtias prædictas à Iustitiæ Ministris absq; alicuius irregularitatis incursu exequi mandent, & faciãt, ac pro exequutione pœnarũ pecuniarũ contra Communitates, Vniuersitates, Dominos temporales, & alios prædictos propter eorũ inobedientiam represalias concedant, realiterque, & irremissibiliter dictas pœnas pecuniarias exigant.

Clausula derogatoria.

Non obstantibus fidei commissis, inuestituris, concessionibus, substitutionibus, testamentis, & alijs dispositionib. necnõ priuilegijs, exẽptionib. ac alijs præmissis, quorũ omniũ tenores, ac si de verbo ad verbũ nihil penitus omisso, & forma in illis tradita, obseruata inserti forẽt præsẽtib⁹ haberi volum⁹ pro expressis, & insertis, necnon omnibus, quæ in singulis literis prædictis concessum est, non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Hortatio ad principes extra statũ Ecclesiast. eũ, tẽporalem iurisdictionem habẽtes vt bannitos non assecurent sed capiant, & remittant.

Rogam⁹ quoq; & hortamur attẽte in Domino omnes, & singulos quãcũq; iurisdictionẽ tẽporalẽ extra statũ Ecclesiast. prædictũ exercẽtes, etiã Regia, Ducali, vel alia quacũq; mũdana, vel Ecclesiastica auctoritate, superioritate, & excellẽtia fulgẽtes, velint pro sua in nos, & hanc sãctã Sedẽ Apost. deuotione, & obseruãtia, reiq; ipsius æquitate prouidere, ne posthac in Prouincijs, Dominijs, & locis suis perduelliones, homicidæ, & alij facinorosi prædicti vllo modo recipiãtur, assecurẽtur, vel tuti reddãtur, quinimo si ipsos ad illa declinare, aut ibidẽ reperiri cõtigerit per suos Iustitiæ Ministros, & Executores capi, & apprehẽdi, ac ad præsides, & Gubernatores Prouinciarũ, & locorũ nostrorũ vnde ipsi originẽ traxerint, vel delictũ cõmiserint libere cõduci, & remitti, eisq; consignari mãdẽt, & procurent; Ac quoscũq; saluos cõductus, & alias assecurationes, reuocent, & annullẽt, prout nos vice versa idipsũ cõtra huiusmodi facinorosos homines à dictis eorũ Prouincijs, & Dominijs bãnitos fieri, & obseruari curabimus, sperãtes hac optima ratione omnino futurũ, vt eiusdẽ Ro. Eccl. & cuiusq; eorũ ditionis, status (annuẽte Domino) expurgetur, Populique nobis, & illis subditi pacis, & tranquillitatis dulcedine fruantur.

Forma, & effectus publ. hanc const.

Quæ publ. est hic in fine.

Vt autẽ præsẽtes literæ omnibus innotescãt, & ne quisquã illarũ ignorationem allegare possit, iubemus illas valuis Ecclesiæ S. Io. Lateranen. & Basilicæ Principis Apostolorũ de Vrbe, ac in acie Cãpi Floræ appẽdi, eisq; detractis illarũ exẽpla, etiã impressa in eisdẽ locis affixa relinqui, factaq; huiusmodi publicatione volum⁹ ipsas præsentes hic in Vrbe publicatas die sequẽti; extra eã vero post decẽ dies quoscunq; perinde arctare, atq; afficere, ac contrafacientes poenas, & alia supradicta omnino incurrere, ac si eis singulis præsentibus in proprijs eorũ personis, & locis intimatæ fuissent.

Insuper earundem præsentium exẽpla etiam impressa Notarij publici manu, & Camerarij prædicti, aut alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo obsignata, eandem prorsus fidem vbique locorum in iudicijs, & extra illa facere, quæ ipsæmet præsentes facerent si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Communitates publicent hanc const. in corũ publicis consilijs & in Archiuis custodiant.

Necnõ quod quælibet Communitas, Vniuersitas, & populus quarumcunque Ciuitatum, Oppidorum, Castrorum, & locorum prædictorum sub indignationis nostræ, ac mille ducatorum dictæ Cameræ applicandorum pœnis per contrafacientes eo ipso incurrendis statim cum præsentes literæ nostræ huiusmodi, siue earum transumptum, etiam impressum ad eorum notitiam peruenerit. Conuocato publico consilio in præsentia Officialium, Syndicorum, & curam maleficiorum habentium eas vnã cum alijs prædecessorum nostrorum constitutionibus, sic, vt præfertur confirmatis, & innouatis ibi alta & intelligibili voce, etiam vulgari sermone illas declarãdo, vt melius, & facilius ab omnibus percipi, & intelligi possint, legi facere, & deinde in eorum Archiuio publico diligenter custodiri curare omnino debeant.

Et quolibet anno cum eum aliis hic nominatis in publico consilio recitent. Quod voluit etiã Pius V. sup. in eius const. 16. f. 446.

Ac singulis annis successiue in principio cuiuslibet anni perpetuis futuris temporibus similiter easdem literas præsentes, & alias innouatas in eodem publico consilio legendo reiterare teneantur. Alioquin loci Gubernator, & Rector, & quilibet alius Iustitiæ Minister quocunque nomine nuncupatus contra eos ad exequutionem pœnarum huiusmodi sine mora irremissibiliter procedat. Dat. Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo octuagesimoquinto Kal. Iulij, Pontificatus nostri anno primo.

Ego Sixtus Cath. Ecclesiæ Episcopus.

Ego Alex. Farnesius Episcopus ostien.
Ego Io. Anto. Card. S. Georgij Episc. Tusc.
M. S. Card. ab Altaemps.
Ego Inn. Aualus Card. de Arag.
Ego P. Card. Sanctæ Crucis.
Ego Gulielm. Sirletus Card.
Ego F. Michael Card. Alex.
Ego Ludouicus Card. Madrutius.
Ego Nicolaus de Pelleue Car. S. Praxedis.
Iul. Ant. Card. S. Seuerina.

Ego P. Card. Cæsius.
Ego Carolus Card. Rambouillettus.
Ego Hier. Card. Rust.
Ego Io. Hier. Card. Albanus.
Ego Phil. Boncomp. Card. S. Sixti M. P.
Ego Hier. Card. Simoncellus.
Ego P. Card. Deza.
Ego Ant. Card. Carafa.
Io. Ant. Car. SS. Quatuor.
Ego Io Bap. Card. S. Marcelli.
Ego Aug. Card. de Verona.
Ego Vin. Card. Montis Regalis.
Ego M. Presbyt. Card. S. Stephani in Monte Cælio.
Ego Scipio Card. Lancelottus.

Ego Aloy.

Ego Vincentius Card. Gonzaga.
Ego Franciscus Card. Sfortia S. Georgij.
Ego Aloysius Card. Esten.
Ego Ferd. Card. de Medicis.
Ego Phil. Vast. Card. Cam.
Ego Alexander Card. de Montealto.
Ego Carolus à Lotharingia Card. Vademontanus.

Anno à Natiuitate Domini, millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, Indictione decimatertia, die vero quinta mensis Iulij, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. anno primo. Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in valuis, seu portis Ecclesiarum S. Ioannis Lateranen. & Principum Apostolorum de Vrbe, necnon in Valuis Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris est per nos Io. Gauce, & Nicolaum Taglietum, S. D. N. Papæ Cursores. Io. Freile Mag. Curs. Publicatio.

VII.

Banniti à Regno Neapolis, in locis S. R. E. ab Officialibus non assecurentur, sed capti ad Proregem remittantur, & è conuerso.

Similem constit. fecit Pius 4. vt sup. fol. 858. nu. 111. Romanus, & Pius 5. sup. fol. 952. nu. 5. Romanus.

De materia autem Bannitorum, habes in constit. præcedenti.

SIXTVS Papa V. Ad futuram rei memoriam.

ALIAS FELICIS recordationis Pius Papa V. prædecessor noster, exulibus, facinorosisq; hominibus non in statu solũ tẽporali Sedis Apostolicæ, sed fere vbiq; in Italia impie, & crudeliter grassantibus, ac populorũ pacem, & quietem perturbantibus, cogitans ei malo nullum aptius reperiri posse remedium, quam si vicini Principes in id concordi animo consentirent, vt pro sua quisq; parte prouideret, ne exules, & criminosi prædicti tuto alicubi cõsistere possent, nec ex vna ditione ad aliam receptus eis daretur, re cum Prorege Neapolit. tũc existente cõmunicata, & facta ab eo promissione, parem se gratiã in eo relaturũ Sedi Apostolicæ, omnibus Magistratibus, ac officialibus, & subditis S. R. E. inhibuit, ne bãnitos, & criminosos homines prædictos è Regno Neapolit. eiectos, vel aufugiẽtes receptarent, aut saluos facerent, quinimo caperẽt, & ipsi Proregi, vel eius officialibus traderent, & consignarent, prout in literis dicti prædecessoris in forma breuis die prima Februarij, Pontificatus sui anno primo editis plenius fuit expressum.

Pius 5. iussit bannitos à Regno Neap. non posse assecurari ab officialibus statuus Eccl. sed ad Proregem remitti debere, vt sup. in eius const. 2. fol. 952.

Quare cum idem nunc vigeat morbus, vel etiam ex superiorum tẽporũ malitia, seu licentia, adeo creuerit, vt ad illũ extinguendũ maiori, quàm vnquã antea opus sit cura, & vigilãntia: Nos Pij prædecessoris prædicti vestigijs, & consilijs inhærentes, ac dilecti filij nobilis viri Petri Ducis Ossunæ Proregis, & Locũtenentis generalis charissimi in Christo filij nostri Philippi Regis Catholici in dicto Regno supplicationibus inclinati, præsẽtiũ auctoritate prohibemus omnibus, & singulis Legatis, Vicelegatis, alijsq; ministris, & officialibus nostris, ac præcipue Gubernatori Ciuitatis nostræ Beneuentanæ, seu eius Locũtenenti, ne ab eis, aut eorum aliquo in Ciuitatibus, Terris, & locis nostris, & dictæ Sedis, hæretici, rebelles, sacrilegij, falsarij, monetarij, raptores, pacis violatores, latrones, assassini, homicidæ, viarũ grassatores, & alij qui bannitos armati cõcomitãtur, a Regno prædicto exules aliquo modo recipiãtur, aut securi, vel tuti fiant; quinimo capiãtur, & carceribus mãcipẽtur, ac ipsi Petro Duci, & Proregi, vel officialibus, & Ministris suis ad omnẽ eorũ requisitionẽ capti remittãtur, & nõ capti cuiuscunq; dignitatis fuerint, & siue de prædictis delictis, vel aliquo eorum inquisiti, & damnati, vel alias in contumaciam tantum banniti similiter capiantur, ac vt præfertur tradantur, quoscunque saluos conductus, & securitates eis hactenus forsan concessas reuocantes, & ne in posterum concedantur omnino prohibentes.

Hic Pont. modo idem statuit.

Præterea si contigerit aliquem ex Terris, & locis nostris, & dictæ Sedis oriundum in prædicto Regno aliquod delictum committere, illum præcipimus ab officialibus, & ministris nostris, si in eorum potestate fuerit, puniri, perinde, ac si delictum ipsum in Terris nostris commisisset.

Oriundosq. ex locis Sedis Apost. pro delictis in ipso Regno cõmissis puniri posse decreuit. ab officialibus suis.

Ac etiam, vt ministri, & officiales dicti Proregis, delinquẽtes prædictos intra fines, & territorium status nostri Ecclesiastici per spacium decem milliarium in Villis, & Casalibus, ac Terris, quæ tamen muris carent, capere, & captos secum abducere libere, & licite valeant, permittimus.

Proregis officiales insequi posse bannitos intra terri. nost. Eccl. declarat.

Quod si forte tam in dicto Regno, quàm in ditione nostra temporali reperiantur aliquæ personæ Ecclesiasticæ sæculares, vel regulares, etiã in dignitate constitutæ, quæ bannitos, ac nepharios, & scelestos prædictos in suis Ecclesiis, Monasterijs, cellis, seu locis quouis prætextu recipere, detinere, vel occultare audeant, concedimus dictis officialibus Regijs, vt Ecclesias, Monasteria, cellas, seu loca huiusmodi ingredi, ipsosq; bannitos, & delinquẽtes inde extrahere, & si opus fuerit, ipsas etiam personas Ecclesiasticas, & Religiosas capere, & carceribus Ecclesiasticis dumtaxat mancipare, ac cum interuentu, & assistentia suorum Superiorum, vel locorum ordinariorum, seu eorum Vicariorum, vel officialium illos examinare, ac si eisdem Superioribus ex conditiorum, & facti grauitate ita videbitur, torquere, & contra illos ad pœnas in prædictis literis contentas per manus tamen prædictorum Superiorum, & non aliter procedere absq; aliquo censurarum, vel alterius pœnæ incursu possint, & valeãt. Quibus quidem Regijs, officialibus, & ministris districte etiã sub excommunicationis pœna præcipimus, & mandamus, vt quã eis in hac exequutione (publicæ, quietis, & salutis causa) tribuimus auctoritatem, ea ne ad vexandos Ecclesiasticos abutantur, sed qua decet reuerentia, & moderatione, nec nisi vrgente necessitate contra illos agant, & in Ecclesijs, locisque sacris à sanguinis effusione, & ab omni alia vi, quæ immunitatem Ecclesiasticam labefactare, & scandalum populo præbere possit, diligenter caueant, & abstineant.

Et etiam in Monasterijs perquirere & personas Ecclesiast. capere, &c.

Et si etiam acciderit, quòd pro bono regimine alicuius Terræ, Castri, seu Villæ dicti Regni, aliquæ familiæ, de mandato Proregis, seu ministrorum eius inde expellantur, seu alias ad confinia, seu certa loca transmittãtur, nemini liceat illas familias, aut earum aliquã in statu nostro Ecclesiastico receptare, aut eis saluum conductũ, seu tolerantiam tacite, vel expresse concedere; quinimo, vt illas capiant, & ministris Regijs consignent, iubemus, ita

Familiasq. à Regno expellendas prohibet recipi in statu Ecclesiast.

MMM 2 vt

vi receptatores prædictorum expulsorum, ac eisdem auxilium, consilium, vel fauorem publice, aut occulte præstantes, eisdem pœnis, quibus receptantes bannitos status Ecclesiastici affici, & puniri debeant.

Communitatibus & aliis præcipit vt in præmissis faueant, executoribus huius const.

Mandantes propterea omnibus, & singulis Communitatibus, & Vniuersitatibus, ac Magistratibus, officialibus populis, & particularibus personis nobis subiectis, necnon ministris, & officialibus ipsius Proregis, vt circa præmissa exequenda vbi opus fuerit, omnem fauorem, & auxilium præbeant.

Prorex curabit ceterà præmissa obseruari facit in ipso Regno & ego vidi bannū Proregis Dat. sub die 16 Aug. præsentis anni.

Quæ quidē oīa eo libētius fecimus atq; decreuimus, quia idē Prorex, & per suas literas, & per dilectū filiū Ferdinadū de Torres, (cui negociorū eiusdē Regni spālis cura īminet) significauit nobis, & pollicitus est, se cūcta superius expressa vt ī dicto Regno à suis ministris, & offalibus erga nos obseruētur, sedulo mādaturū, & curaturū.

Clausula derogatoriæ.

Non obstantibus constōibus, & ordinationibus Apostolicis, statutisque, & cōsuetudinibus quarūuis Prouinciarum, Ciuitatum & locorum, necnon priuilegijs, indultis, & literis Apostolicis, etiam sub titulo Maris Magni comprehensis, quibusuis personis Ecclesiasticis sæcularibus, vel regularibus, eorumue ordinibus, Ecclesijs, Monasterijs, ac illorum Superioribus, quoquomodo concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus eorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ, apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris, die vigesimaoctaua Iulij, millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, Pontificatus nostri anno primo.

Io. Baptista Canobius.

VIII.

Montis Pacis non vacabilis erectio, cum emolumentis scutorum quinque cum vno quarto pro centenario.

SIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Causa huius erectionis.

MVLTA, ET grauia, quæ in Rempublicam Christianam ante hac excreuerint incommoda, nos cū primum ad Summi Apostolatus apicem diuina clementia assumpti sumus, creditoque nobis fideli populo inuigilare cœpimus, vsquequaque circunsteterunt, & nunc magis, magisque sollicitant, atque animū nostrum ob imminentia pericula anxium dies noctesque vehementer perturbant. Nec solum Prouinciarum, & Regnorum longo à nobis interuallo disiunctorum plagas, partim ab execrabili, & pestifera hæresi, partim à seditiosis armis inflictas audimus; sed, & in Romanæ Ecclesiæ temporalisque eius ditionis sinu inexpletam sceleratorum hominum, ac sicariorum rabiem, immanemque in bonos, & pacis cultores violentiam, cædibus, latrocinijs, stupris, atque incendijs sæuientem nostris pene oculis conspicimus, quæque propiora sunt mentē nostram grauius excruciant, atque eam à maioribus curis ad quas saluti commissi gregis intendens pietatis zelo assidue fertur, sæpe distrahunt. Cumque eò confirmata processerit audacia, vt non sine maximo totius status temporalis Ecclesiastici detrimento iam negligi possit, subit item & alia cura, quòd ab ærario propter ingentes sumptus pene exhausto, aut ab ordinarijs nostris redditibus ad ditionem nostram tutandam, Prouinciasque sceleratis, & impuris hominibus purgandas, aliasque necessitates subleuandas, & vt ad futura quoque, ac repentina pericula propulsanda parati simus, auxilia nobis minime suppeditantur; Ipsique, qui subditis nostris quantum possumus in Domino parcere, & à nouis oneribus eis, qui alij nostri spirituales sunt imponendis, quod in huiusmodi angustijs plerique, alij Romani Pontifices fecerunt, refugimus, difficiliorem nobis administrationis, & seruitutis rationem efficimus. Talibus igitur curis circunuenti, diu multumque nobiscum meditantes, qua ratione ex huiusmodi difficultatibus sine cuiusquam incommodo euadere possemus: tandem decreuimus aliquā vectigalium nostrorum partem in vnum vno tempore congerere, vt præsentes calamitates, diuina nobis gratia assistente, aliquo pacto deuitari possint, ac simul nostrorum subditorum saluti, & tranquillitati promptius consulatur. Habita itaque cum fratribus nostris in Consistorio nostro secreto deliberatione matura, ac de illorum consilio, & assensu, deque traditæ nobis Apostolicæ potestatis plenitudine, vnum Montem Pacis nuncupandum trecentorum millium scutorum monetæ decem iulijs pro scuto computatis, super fructibus, & iuribus Dohanarum Vrbis ad rationem huius summæ, ac cuius portiones, & loca non vacent, & quorum quæque non minor centum scutis similibus sit, & aliàs prout Montis Fidei Alumeriarum, & Religionis, cæteraque eiusdem Vrbis Montium non vacabilium portiones, & loca, quam inter stabilia reputantur perpetuo erigimus, & instituimus. Illique sic erecto, & instituto pro illius dote, ac eorum qui nostram, & Romani Pontificis fidem secuti pecunias in dicto Monte contulerint, annua responsione, & honesto fructu cuiuscunque illi sint qualitatis, & conditionis, etiam si laica vtriusque sexus, ac presbyteri, & alij Clerici Ecclesiarum Prælati, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ac cæteri cuiuscunque dignitatis, status, & conditionis, sæculares, & quorumcunque ordinum, etiam in communi Mendicantium, ac Militiarum, vel Hospitalium regulares, & aliæ quæcunque personæ cuiusuis ætatis, etiam illegitimi, incapaces, & inhabiles, necnon Ecclesiæ Capitula, Congregationes, Conuentus, Societates, Hospitalia, Capellæ, & loca Religiosa, & profana, summam quindecim millium & septingentorum quinquaginta scutorum similium ex quadraginta quinque millibus scutis, qui ex redditibus, & iuribus dictarum Dohanarum, qui nulli hucusque obligati sunt, quos spe nuper conduxit initio locationis huiusmodi in proximis Kalendis Septembris præscripto, Dilectus filius Tiberius Ceuulus mercator Romanam Curiam sequens, Ita quod ijdem omnes, qui pecuniam in dicto Monte collocauerint, pro rata centum scutorum singulis annis summam quinque scutorum, cum quarta parte alterius similis scuti annis singulis, ac vnoquoque bimestri ratam eiusdem portionis partem, absque vlla prorsus diminutione percipiant, etiam perpetuo applicamus, & appropriamus, eandemque summam quindecim millium & septingentorum quinquaginta scutorum titulo venditionis, & alienationis eidem Monti, illiusque Collegio, vti singulis, & vniuersis perpetuo assignamus, ac in illos omne ius, & potestatem, atque auctoritatem, quas nos ipsi, & Camera Apostolica est transferimus, ipsosque in nostrum, & Cameræ prædictæ locum, ius, & actionem, quo ad dictam summam illiusque exactionem, & perceptionem ponimus, & subrogamus, prædictamque summam, vt præfertur assignatam ab oneribus, tributis, collationibus, ex quacunque vrgenti, & publica, ac etiam fidei causa impositis, ac omnibus, & quibuscunque grauaminibus ordinarijs, & extraordinarijs, præteritis, & futuris eximimus, & liberamus. Dictamque summam quinque scutorum cum vno quarto per quemcunque libere, & licite exigi, ac in sortem minime computari posse intendimus; Necnon contrahentium nobiscum, & Camera prædicta

Erectio Montis Pacis, trecentorum millium scutorum.

Declaratio circa personas, quæ pecunias ponere possunt in hoc Monte.

Assignatio fructuum ad quinque cum vno quarto pro centenario.

Exemptio à quibuscunque impositionibus.

securitati

securitati consulere volentes, quod idem Tiberius, durante tempore conductionis Dohanarum prædictarum, & eius in dicta conductione qui pro tempore fuerint successores, se ipsos, illorumque hæredes, & bona prædicta summa quindecim millium, & septingentorum quinquaginta scutorum, singulis eiusdem Montis descriptis creditoribus, & eorum nomine infra designato Depositario annuatim integre, & singulis duobus mensibus pro rata absque vlla prorsus retentione, siue diminutione persoluenda in forma dictæ Cameræ, ac alijs arctis obligationum vinculis se obligare teneantur statuimus, illisque id expresse iniungimus. Necnon eam summam, quæ ex dicta quadraginta quinque millibus nulli adhuc obligatis præter quantitatem quindecim millium septingentorum & quinquaginta huic Monti assignatam nemini adhuc, vt præfertur, constitutam, neque distractam specialiter præ cæteris, necnon omnia, & singula eiusdem Cameræ mobilia, & immobilia, & se mouentia bona, iuraque res & actiones præsentia & futura vbique locorum & gentium existentia, prædicto Monti, illiusq; personis pro præmissorum omnium obseruatione in solidum ac generaliter obligamus, atque hypotecamus. Ac ad conseruandum eosdem indemnes semper teneri, ac eiusdem Cameræ ministros atque agentes, ad eximendum in prædictis personas prædictas ab omni molestia obligatos esse volumus. Et insuper concedimus, vt quicunque prædictorum, siue ex prædictis, siue alijs & quibuscumque fructibus ac pecunijs confecta loca dicti Montis habuerint, atque acquisiuerint, illa tanquam bona patrimonialia & profana obtineant, & in eis eorumque fructibus & emolumentis ipsorum filij & hæredes vtriusque sexus quicunque fuerint, etiam illegitimi, & alias quomodocunque inhabiles, tam ex testamento, quàm ab intestato succedere, seque eis simul vel successiue, ac quotiescunque, siue donationis inter viuos, vel causa mortis, siue legatis, cessionis, venditionis, siue alio quocunque titulo, iure, & modo, ac etiam simplici scriptura, manu sua scripta vel subscripta, nullisque adhibitis testibus, etiam in fauorem suorum, vel aliorum illegitimorum prohibitorum & incapacium, etiam si illa in plures illegitimos, incapaces, & prohibitos, ordine successiuo transierint, ac aliàs vti cuique libuerit disponere. Quin etiam loca prædicta quocunque modo obtinentes, si illa in alios cedere, aut transferre, ac etiam qui loca huiusmodi alijs acquirere voluerint, talis in huiusmodi cessionibus, translationibus, vel acquisitionibus, sibi ipsis vel alijs etiam quoad vixerint omnimodam dictorũ locorum sic cessorum vel acquisitorũ administrationem, eorumq; fructuum & emolumentorum perceptionem, necnon plenam, liberam, & absolutam potestatem illa quandocunque voluerint, nulla etiam subsistente causa, ad se recipiendi, & reuocandi, seu alij vel alijs vendendi, alienandi, donandi, relinquendi, obligandi, & pignorandi. super eis paciscendi, & contrahendi, & prorsus omnem aliam ipsorum dispositionem, ius & facultatem, nullo obtinentium consensu desuper requisito, aut alia solemnitate seruata, ac etiam eum prohibitione huiusmodi administrationis fructuum perceptionis, cessionis, venditionis, obligationis, fideiussionis, aut alterius cuiuscunque dispositionis, per ipsos obtinentes faciendæ, necnon decreto irritanti adiecto, his quæ secus facta fuerint, ab eisdem reseruare & obtinere libere & licite valeant, nulla alia licentia a nobis, vel Romano Pontifice pro tempore existente impertita, seu confirmatione, aliaue solemnitate desuper requisita: Ita tamen quòd illegitimi in eis locia nullo modo succedant, quæ de fructibus, seu pensionibus alijsue rebus Ecclesiasticis fuerint cõparata. Cæterum expresse prohibemus nulla omnino loca prædicta, nulliue eorum fructus & emolumenta, etiam causa rebellionis, proditionis, assasinij, sacrilegij, læsæ Maiestatis, aut aliorum criminum quantumcunque grauium, & enormium per loca ipsa obtinentes, non tamen in personam Romani Pontificis, aut S. R. E. Card. cõmissorum, etiam confessatorum & probatorum publicari, nec aliàs Fisco applicari, aut publicata vel Fisco applicata declarari, seu deliberari, nec sub aliquibus siue generalibus, siue specialibus omniũ bonorum, rerum, & iurium confiscationibus, proscriptionibus, aut alijs adiudicationibus propterea factis, & decretis, seu alijs etiam ipso iure, vel ipso facto inductis deuolutionibus, etiã si sñia capitalis & mors secuta esset cõprehendatur, sed semper ab illis excepta sint, & esse cẽseantur; eisq; nõ obstãtib. delinquentiũ filij & hæredes, in huiusmodi locis & fructibus, vt præfertur succedere, & illa ad eos deuenire omnino debeant, seu ipsimet delinquentes de ijsdem omnino disponere possint, ac si delicta huiusmodi nequaquam commisissent. Necnon statuimus dictum Montem, & illius singulares personas, omnibus & singulis priuilegijs, exemptionibus, gratijs, facultatibus, fauoribus, & indultis, quibus Fidei, Almeriarum, & Religionis Montes in Vrbe pridem instituti, quibuscunque illa sint concepta formulis, aut confirmationibus, & innouationibus vallata, ac quæ si de verbo ad verbum insererentur his litteris habere volumus pro expressis, Quibus eorundem Montium descripti creditores vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac quomodocunque in futurum vtentur, & gaudebunt, etiam si notam magis specialem requirerent, quàm præsentibus sit expressa, vti, potiri, & gaudere posse: Ac Montem prædictum, illiusque loca & portiones, respectu summæ illi assignatæ nullis omnino reductionibus, diminutionibus, aut alijs contrarijs dispositionibus, etiam prætextu enormissimæ læsionis, vrgentis necessitatis, seu etiam euidentia vtilitatis, aut alia quacunque causa siue in genere siue in specie faciendis obnoxia esse, sed firma perpetuo & inuiolata persistere, nec quenquam ex ipsius Montis descriptis creditoribus, aut ab eis causam & ius habentibus integris fructibus, & emolumentis prædictis, quocunque modo, turbari, vel impediri, Neque eosdem Montis creditores ad probandum, vel docendum in iudicio vel extra pecunias in ipso Monte erogatas, aut illarum partem in dictæ sedis vel Cameræ prædictæ necessitatem vel vtilitatem conuersa fuerint nullo vnquam tempore teneri. Atque has nostras literas vim validi & efficacis contractus inter nos successoresque nostros, & eos qui creditores dicti Montis descripti fuerint, illorumque hæredes aut successores, iusque & causam ab illis habuerint, solemniter initi & stipulati obtinere, eundemque ab omnibus obseruari debere, neque ab illo sub quocunque quæsito colore vel ingenio resiliri posse, aut in ius vel controuersiam deduci. Necnon quibuscunque oppositionibus non obstantibus, dictum Tiberium, ac quoscunque in dicta conductione Dohanarum successores ad præstã dum summam prædictam vt præfertur Monti assignatam statutis temporibus libere & expedire teneri & obligatum esse, & ad id iuris & facti remedijs opportunis cogi & compelli posse, facultate tamen redimendi dictum Mõtem pro eodem pretio, vobis & successoribus vestris reseruata. Sicque in omnibus & singulis prædictis per quoscunq; Iudices ordinarios delegatos, etiam S. R. E. Card. in quauis causa & instantia, sublata eis & eorum cuicunque quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari & diffiniri debere: Necnon irritum & inane quicquid secus super his à quoquam, quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari decernimus. Denium vt illa quæ in prædicto Monte præcipuè gerenda & exercenda erunt, per probos & peritos viros omni fide, studio & diligentia exerceantur, idemque Mons felices habeat successus

Obligatio omnium bonorum Sedis Apost. pro assecuratione ipsius Montis.

Facultas disponendi de locis ipsius Montis, ac fructibus, ad fauorem etiam illegitimorum.

Quod mox infra declaratur.

Et loalim transferendi, etiam reseruata sibi libera administratione, & dispositione.

Declaratio inhabilitatis illegitimorum succedendi in acquisitis de bonis Eccles. Ad quod vide supra Pij v. const. 120. fol. 1104.

Priuilegiũ quod dicta loca Mõtis ac fructus non possunt confiscari.

Cõcessio priuilegiorum Mõtibus Fidei, Almeriarum, & Religionis concessorum. Mõtis Fidei priuilegia, vide supra in Clem. 7. const. 17. fo. 314. Almeriarum vide sup. Pau. 4. const. 46. fol. 634. Religionis, vide sup. Pij v. consti. 130. fol. 1128.

Montistæ non tenentur probare pecunias versas esse in vtilitatem Sedis Apost.

Clausula præseruatiua.

Deputatio Thesaurarij in administratorem Mõtis.

cessus

cessus: Dilectum filium Magistrum Benedictum Iustinianum Notarium ac Thesaurarium nostrum generalem, eiusque in dicto officio pro tempore existentem successorem dicti Montis Protectorem, ac administratorem, cum libera & absoluta potestate ea omnia peragendi, quæ ad dicti Montis vtilitatem pertinere cognouerit. Ac dilectum filium Iosephum quondam Benedicti Iustiniani Depositarium dicti Montis quoad vixerit; Necnon Ludouicum natum Vincentij Rentij nostri & Cameræ Apostolicæ Ratiocinatoris & Computistæ in Secretarium eiusdem Montis, necnon Fantinum alterum eiusdem Vincentij filium in Computorem, quoad quilibet ipsorũ etiam vixerint, in recognitionem immensurum laborum, quos Vincentius illorum genitor superioribus temporibus in Camera Apostolica maximo cum eiusdem Cameræ commodo ac vtilitate sustinuit, & in dies perferre cogitur, ac in illorum veram & actualem remunerationem & compensationem etiam ex causa quæ vere onerosa est, cum emolumento trium Iuliorum pro quolibet loco, tam Secretario, quàm Computori æqualiter inter ipsos diuidendos. Verum donec Vincentius pater vixerit per eundem Vincentium exigen. constituimus & deputamus. In quibus muneribus & curis illis demandatis ita se gerant quemadmodum in Monte Prouinciæ consueuit, & in eo obseruatur. Non obstantibus præmissis, necnon felicis recordationis Symmachi, Alexandri VI. Pauli II. Pauli III. Pauli IIII. & Pii V. de rebus Ecclesiæ non alienandis, aut alienatis recuperandis, ac etiã contra illegitimos aliorumque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum constitutionibus & ordinationibus apostolicis, & in concilijs generalibus editis, prædicta fieri spãliter & expresse prohibentibus, & facta irrita esse decernentibus, dictæque Cameræ Apostolicæ iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus, stabilimentis, vsibus, & naturis, priuilegijs quoque indultis, & literis apostolicis, eidem Cameræ illiusque Agentibus & personis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cũ quibusuis derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus & insolitis clausulis irritantibusque & alijs decretis etiam motu proprio, & ex certa scientia, deque consilio, assensu, & potestatis plenitudine similibus, ac pro conseruatione status, dignitatis, & existimationis S. R. E. concessis, confirmatis, & iteratis vicibus, & innouatis, extensis, & moderatis. Quibus omnibus etiam si de illis, eorumque tenoribus specialis, specifica, atque integra, & indiuidua mentio habenda esset, illorum tenores ac si de verbis ad verbum insererentur præsentibus pro sufficiẽter expressis, ac de verbo ad verbũ insertis habẽtes, illis aliàs in suo robore permãsuris, hac vice dũtaxat specialiter & expresse derogamus, illaq; quatenus præmissis obstent, tollimus, abrogamus, ac ẽt abolemus. Vt aũt præsentiũ litterarũ exẽpla ad manus eorũ qui eas inspicere aut illis vti voluerint de facili peruenire valeant, volumus illarum exemplis manu secretarij dicti Montis, aut alterius notarij publici subscriptis, ac sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis, eadem prorsus fides in iudicijs vel extra adhibeatur, quæ his nostris literis haberetur, si ostenderentur vel producerentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ erectionis, institutionis, applicationis, appropriationis, assignationis, translationis, positionis, subrogationis, exemptionis, liberationis, iniunctionis, obligationis, hypothecæ, concessionis, prohibitionis, statutorum, decreti, constitutionis, deputationis, derogationis, sublationis, abrogationis, abolitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Depositarij deputatio. Secretarij deputatio. Computatoris deputatio. Clausulæ derogatoriæ.

Datum Romæ apud sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ, 1585. quarto Kalen. Augusti, Pontificatus Nostri Anno Primo.

Ego Sixtus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Ego Io. Hier. Card. Albanus.
Ego Phil. Boncomp. Card. S. Sixti M. P.

Ego Io. Antonius Episcopus Tuscul. Card. S. Georgij.

P. Card. Deza.
Ant. Card. Carafa.
Io. Ant. Card. SS. Quatuor.
Io. Bap. C. S. Marcelli.
Ego Aug. Card. de Verona.
Ego Vin. Card. Montis Regalis.
Ego M. Ãt. S. Stephani in Monte Cælio, Presbyt. Card.
Scipio Card. Lancellotus.

Ego M. S. Card. ab Altaemps.
Ego Inn. Aualus Card. de Arag.

Ego P. Card Sanctæ Crucis.
Ego Gulielmus Sirletus Card.

Ego F. Michael Bonellus Card. Alex.
Ego Ludouicus Card. Madrutius.
Ego Nicolaus Cardin. Senonensis Sanctæ Praxedis.
Iul. Ant. Card. S. Seuerinæ.
Ego P. Card. Cæsius.
Ego Hier. Card. Rustic.

Ferd. Card. de Medicis.
Phil. Vast. Card. Cam.
Ego Vincentius Card. Gonzaga.
Ego Franciscus Card. Sfortia S. Nicolai.

Alexander Card. de Montealto.

A. de Alexijs.

Publicatio. Anno a Natiuitate Domini nostri Iesu Christi, Millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, Indictione decima tertia, die vero tertia Mensis Augusti, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Sixti diuina prouidentia Papæ Quinti. Anno Primo. Retroscriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt in acie Campi Floræ per nos Calistum Brunettum, & Dominicum Gugnettum eiusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores.

Pompeius Guerra Mag. Curs.

Erectio

IX.

Montis Cæsarini non vacabilis Erectio cum emolumentis Scutorum quinque cum dimidio pro centenario.

SIXTVS Papa V. Ad futuram rei memoriam.

VOLENTES DILECTVM filium Iulianum Cæsarinum Domicellum Romanum, quem nuper dum Cardinalatus fungebamur honore, ex patris voluntate ac testamento, in nostram fidem, & clientelam recepimus, fauore prosequi gratiæ specialis, vel in eo præcipue, vt æs alienum, quo maxime prægrauatur ab eius antecessoribus contractum, quàm maxime expedita ratione, ac minori quo fieri posit, ipsius Iuliani incommodo, facultatumque suarum iactura dissoluere posit, Motu proprio, & ex certa scientia nostra ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, Montem vnum Cæsarinum nuncupandum centum millium scutorum monetæ de iulijs decem pro quolibet scuto, pro his, qui pecunias vsque ad summam prædictam centum, vel etiam quinquaginta saltem scutis similibus pro quolibet loco eiusdem Montis computatis, & æstimatis in dicto Monte, ac in emptionem locorum eiusdem Montis collocabunt, atque exponent: quæ quidem loca Montis huiusmodi resignabilia sint, & nunquam vacent, ad instar aliorum Montium non vacabilium per Romanos Pontifices prædecessores nostros, aut eorum auctoritate tam in Vrbe nostra, quàm alibi institutorum, super fructibus, redditibus, & prouentibus, iuribus, emolumentis, ac obuentionibus vniuersis Terrarum Ciuitacis Lauiniæ, & Ienzani, ac Plani del Frasso, Fusignani, Bonirepost, Campi Siluæ, & Campi Carnis, Casalium ad præfatum Iulianum legitime, & pleno iure spectantium, ac per ipsum possessorum quæ pro annua pensione duodecim millium, & quadringentorum decem scutorum similium, vel circa ad præsens locata reperiuntur, erigimus, & instituimus, dictamque summam duodecim millium quadringentorum decem scutorum ab omni onere prorsus liberam, immunem, & exemptã à reliquis ipsius Iuliani bonis, & fructibus, ac prouentib. annuatim diuidimus, & separamus, illamq; eidẽ Monti & locorũ dicti Montis emptoribus pro se ipsis, & quibuscunq; ab eisdẽ emptoribus quandocunq; nominãdis etiam vtriusq; sexus personis, qui inter se Collegiũ constituant, applicamus, & appropriamus, & titulo venditionis damus, atq; cõcedimus. Ita vt de fructibus & prouentibus hmôi ad rõnem quinq; scutorũ cũ dimidio pro quolibet Cẽtenario, & anno, ac de bimestri in bimestre pro rata dictis Collegio, & Mõtistis per Depositarium à dicto Iuliano, seu illius Tutoribus, vel Actoribus deputandum, qui Campsor sit publicus, fide, & facultatibus idoneus, qui etiam se de persoluendis fructibus per Triennium in fauorem ipsorum Montistarum in ampliori forma Cameræ obligabit, persoluatur: Quiquidem fructus in sorte computari minime possint, dictosque Montistas, eorumque Collegium, quoad omnes redditus, & prouentus Terrarum, & Casalium prædictorum, vt supra assignatorum, & illarum proprietatem in locum, ac ius vniuersum dicti Iuliani substituimus, ponimus, & surrogamus, eosdemque montistas postquam in dicto Monte pecunias contulerint, & de pecunijs, vt supra collatis, per dictum Iulianum, aut illius Tutores, vel Actores legitime absoluti, & quietati fuerint ad probandum, quod pecuniæ in extinctionem debitorum dicti Iuliani conuersæ extiterint, minime teneri, nec per quoscunque ad id in iudicio, vel extra compelli posse volumus. Ac pro faciliori debitorum dicti Iuliani solutione, atque huius negotij expeditione statuimus, quod dictus Iulianus, seu pro eo Tutores, aut Actores ad lites, & negotia legitime deputati, pecunias in dicto Monte collocantibus, tam vniuersaliter, quàm particulariter eorum singulis Patentes literas, vel instrumenta publica in hac primæua erectione prout desuper conuenerint, pro securitate, & admisione ipsorum Montistarum conficere, concedere, & celebrare possint, nulla re alia requisita. In posterum autem ipsi Montistæ, eorumque Collegium ad instar aliorum Montium Vrbis, Secretarium eiusdem Montis ab ipsis eligendum, qui patentes literas sigillo dicti montis munitas conficiat, atq; pro dictorum Montistarum cautela easdem patentes literas descriptis creditoribus tradat, atque consignet, iuraque eiusdem Collegij custodiat, nec tamen pro suo labore vltra quintam vnius aurei partem, scilicet, iulios duos pro singulo loco, & summa centum scutorum, & iulium vnum pro his, qui loca ad rationem quinquaginta habere voluerint, exigere queat, constituere, & deputare debeant. Et nihilominus eisdem Montistis, eorumque hæredibus & successoribus quibuscunque, tam respectu personarum, quàm ipsius Montis, ac annui redditus vt supra assignati, necnon liberæ perceptionis, & dispositionis, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate Montistas, & successores præfatos concernentium, vt omnibus, & singulis immunitatibus, libertatibus, prærogatiuis, priuilegijs, honoribus, exemptionibus, facultatibus per Romanos Pontifices Monti Fidei, & alijs quibuscunque concessis, etiam si notam exigerent magis specialem, quàm præsentibus sit expressum, vti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant. Ita tamen quod Montistæ eorum credita pro pretio centum, seu quinquaginta scutorum respectiue pro singulis, locis, post Triennium à data præsentium inchoandum retrouendere, dictusque Iulianus, ac pro eo Depositarius vt præfertur constituendus ex prouentibus ipsi Monti assignatis, qui annuatim, & in fine cuiuslibet anni, siue sexto quoque mense superfuerint, proue eidem Iuliano, eiusque Tutoribus magis expedire videbitur, Montem prædictum extinguere teneantur, & obligati sint, ipsaque extinctio sorte fieri debeat per extractionem, scilicet ex vrna, seu bussula, prout in Monte carnis Almæ Vrbis fieri consueuit, donec Mons prædictus spatio ad summum vndecim annorum post dictum Triennium, in totum redemptus & extinctus sit. Ipsis vero locorum Montis huiusmodi creditoribus descriptis, vt pro dicti Collegij gubernio quascunque conuentiones, ordinationes, Capitula, & Statuta sub quibuscunque modis, & formis pro iuribus, & emolumentis, alijsque rebus ad dictum Montem pertinentibus tuendis, condere, & inire valeant, Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Ac demum, vt creditorum Montis huiusmodi indemnitati magis consulatur, omnes, & singulos Terrarum, & Casalium prædictorum conductores, tam præsentes, quàm futuros ad se eidem Collegio, & Montistis pro solutione dictorum fructuum, redditutum, & prouentuum, ipsa locatione durante, obligandum teneri, & ad id cogi, & compelli posse, ac in euentum, in quem redditus annuus ipsi Monti, vt præmittitur, assignatus impediretur, controuerteretur, aut diminueretur, siue quouis modo, vel causa, etiam ratione litis tam in petitorio, quàm possessorio motæ, vel mouendæ, aut hypothecæ, sub obligationis realis, vel personalis., (salua tamen redemptione, & extinctione vt su-

pra

Six. V. dum erat Cardinalis fuit deputatus tutor & curator Iuliani Cæsarini in testamento paterno.

Ideo ipse Pont. ad extinguendũ debita contracta per Antecessores ipsius Iuliani erigit Montem non vacabilem 100. millium scutorum.

Montistisque assignat fructus ad quinque cum dimidio pro centenario.

Et eosdem Montistas declarat non teneri probare pecunias in Monte positas, versas fuisse in extinctionẽ debitorũ ipsius Iuliani.

Montistisque facultatem concedit eligendi Secretarium.

Priuilegiaque & exemptiones Monti Fidei, & alijs concessa, eisdem Montistis concedit.

Montistas quoque obligatos esse declarat ad retrouendendum ipsi Iuliano sua credita, post triennium.

Iulianumque debere illa credita emere, & partem Montis extinguere iuxta prouentus qui superfuerint.

pra facienda) cessaret, tunc Iulianum, illiusque Tutores vel Actores præfatos ad suscipiendum in se litem, & controuersiam huiusmodi, ac interim se in forma iuris valida, & in Vrbe consueta de euictione particulari, & generali dictorum bonorum obligandum, conseruandumque indemnes dicti Montis creditores efficaciter se obligare: ac præterea obligationem Campsoris Depositarij prædicti in ipsorum Montistarum fauorem de Triennio in Triennium renouare: Sicque per quoscunque iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij apostolici Auditores, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, vbique iudicari, & diffiniri debere: Irritumque & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obstantibus testamentis, codicillis, voluntatibus, ac fideicommissis, & de non alienando prohibitionibus, etiam sub pœna caducitatis, & deuolutionis: quas omnes dispositiones, illarumque effectum per prædictum tresdecim annorum spatium suspendimus, ac etiam nostra de non tollendo iure quæsito, alijsque constitutionibus, suspensionibus, & ordinationibus Apostolicis, quomodolibet etiam pluries concessis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus etiam si de illis, eorumque totis tenoribus & formis, specialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut exquisita forma seruanda foret, eorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, quod præsentium literarum transumptis, etiam impressis, manu alicuius Defensoris pro tempore Collegij Montis Cæsarini huiusmodi subscriptis, & sigillo Montis eiusdem munitis, eadem prorsus vbique fides adhibeatur quæ adhiberi posset eisdem præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Obligatio Depositarii de triennio in triennium renouanda.

Decretum irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

Datum Romæ, apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die decima tertia Iunij. M. D. LXXXV. Pont. Nostri Anno Primo.

Io. Bap. Canobius.

Die 26. Iunij 1585. Præsentes literæ Apostolicæ præsentatæ fuerunt in plena Camera Apostolica, & referente Reuerendiss. D. Archiepiscopo Cuseotino Cameræ præfatæ Clerico Præsidente, & Iudice deputato, citato prius Magnifico D. Ioanne Bernardino Piscina dictæ Cameræ generali Commissario, admissæ, & in illius libris registratæ, scilicet libro quinto signaturarum fel. rec. Gregor. xiij. & primo Sanctissimi D. N. Sixti Papæ V. folio 36. penes me infrascriptum eiusdem Cameræ Notarium.

Admissio, & registratio in eadē Camera.

Tydeus de Marchis.

Sequitur declaratio circa prouentus dicti Montis.

SIXTVS Papa V. Ad futurā rei memoriam. Cū nos nuper ad dissoluendū æs alienū, quo dilectus filius Iulianus Cæsarinus Domicellus Romanus maxime prægrauabatur, sicuti prægrauatur, vnū Montē Cæsarinū nuncupatū centū milliū scutorū monetæ de Iulijs decē pro quolibet scuto, super certorū tunc nominatorū terrarū & castrorū ad eundē Iulianum spectantiū, quæ pro annua pensione duodecim milliū & quadringentorum decem scutorū similium, vel circa tunc locata reperiebantur, & reperiuntur, fructibus, redditus, & prouentibus, modis, & formis ibi expressis, Apostolica auctoritate, per nostras sub Dat. Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die xiij. Iunij proxime præteriti desuper confectas literas erexerimus, & instituerimus, Cum hoc inter alia quòd Montistæ dicti Mōtis eorum credita post triennium a Dat. dictarum nostrarum literarum inchoandum, retribuendere, dictusque Iulianus, ac pro eo Depositarius ab eodem Iuliano, seu illius tutoribus, vel actoribus constituendus ex prouentibus ipsi Monti etiam, vt præfertur, assignatis, qui annuatim & in fine cuiuslibet anni, siue sexto quoque mense superessent, prout eidem Iuliano, eiusque Tutoribus magis expedire videretur, Montem præfatum extinguere tenerentur, & obligati essent, ipsaque extinctio sorte fieri deberet, per extractionem scilicet ex vrna, seu bussula, prout in Monte carnis Almæ Vrbis fieri consueuit, donec Mons prædictus spatio ad summam vndecim annorum post dictum triennium in totum redemptus & extinctus esset, ac alias prout in literis nostris prædictis, quarum tenores ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro expressis ac insertis haberi volumus, plenius continetur. Cumque in eisdem nostris literis disponatur, quòd Montistæ eorum credita post triennium a data literarum huiusmodi inchoandum retrouendere, ac Iulianus & pro eo Depositarius, vt præfertur, deputandus, ex prouentibus ipsi Monti assignatis, qui vt supra superfuerint, Montem præfatum extinguere teneantur: dicto uero triennio durante, ad manus eiusdem Depositarij summa duodecim millium & quadringentorum decem scutorum quolibet anno peruentura sit, & dictorum Montistarum prouentus annis singulis ad summam quinque millium & quingentorum dumtaxat ascendant, seu ascensuri sint, & sic penes ipsum Depositarium summa sex millium & noningentorum decem scutorum quolibet anno, dicto triennio durante, sit remansura, de qua quid agendum sit in literis nostris præfatis nequaquam disponitur, vnde iam aliquæ super eo, ac nonnullis alijs emerserunt seu emergere possent difficultates. Nos in his opportunæ prouidere, omnesque difficultates & dubitationes, quantum fieri potest, de medio tollere cupientes, Motu proprio, ex certaque scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine volumus, & eadem Apostolica auctoritate statuimus, decernimus, & ordinamus, quòd dictus Depositarius summam & quantitatem sex millium & noningentorum decem scutorum huiusmodi, quolibet anno dicto triennio durante, penes eum, vt præfertur remansuram, tutoribus, & actoribus præfati Iuliani omnino tradere, soluere, & consignare, dictique tutores & actores eam in extinctionem, ac satisfactionem dicti Iuliani debitorum, & legatorum, ad quæ ipsi, ex patris testamento & codicillis obligatus est, eo ordine ac modo, quibus & prout eis expediens videbitur, conuertere debeant, & teneantur. Ipso autem triennio elapso, idem Depositarius ex prouentibus ipsi Monti assignatis, qui, vt dictum est, annuatim, & in fine cuiuslibet anni, siue sexto quoque mense superfuerint, pro ratæ partis dicti Montis extinctione, summam & quantitatem, quæ ex dictis prouentibus ad eius manus peruenerint, omnino soluere & exbursare obligatus sit, obligationesque conductorum, qui pro tempore fuerint terrarum

Hic Pont. erexit Montem Cæsarinum ad extinguendum debita contracta a prædecessorib. Iuliani Cæsarini. vt in superiora.

Et dictum Montē post triēnium extingui debere decreuit pro rata prouētuum quæ superessēt, vt hic, & ibidem.

Quia tamen nō declarauit quid agēdum esset de prouentib. durante triennio apud Depositarium detentis.

Idem Pont. nunc declarat quid de eis agendum sit.

tarum

tarum & casalium prædictorum, ad Monsistarum, Montisq; Depositarij fauorem fiant. Præterea cum in derogatione fideicommissi, de quo in eisdem literis fit mentio, tempus siue circulum Tresdecim annorum expressum fuerit, essetque dicendum Quatuordecim, prout superius narratum fuerat, declaramus, quòd extinctio Montis huiusmodi Quatuordecim annorum spatio, videlicet vndecim post priores tres annos perfici, & per eosdem quatuordecim annos ipsius quoque Depositarij obligatio iuxta dictam erectionem durare debeat. Insuper eisdem Montistis collegialiter congregatis, qui vigintisex saltem numero sint, vt vnà cum dicto Depositario, etiam quod omnia loca eiusdem Montis integre vendita & alienata non fuerint, dum aliqui casus venditionis & alienationis ipsius Montis vrgere possunt, personam idoneam & peritam in eiusdem Montis Secretarium constituere, & deputare valeant, integra Montis alienatione non expectata, plenam licentiam & liberam facultatem impartimur. Ac ex nunc dilectos filios Bartholomæum, Alexandrum & Horatium Ruspulos mercatores Florentinos Romanam Curiam sequentes, in eiusdem Montis Depositarios nominamus, fructusque illius in proximis Calendis Augusti decurrere, ac illos primo elapso trimestri, singulis duobus mensibus, & in illorum fine persolui. Necnon præsentes & in eis contenta quæcunque à Data prædictarum literarum nostrarum super erectione Montis huiusmodi confectarum, valere, & obseruari, perinde ac si eadem omnia in eisdem literis, prout hodie hic enarrantur, expressa, statuta, & ordinata fuissent: neque de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel quouis alio defectu notari, seu impugnari, aut aliàs quomodolibet infringi, vel retractari, sicque etiam in præmissis ab omnibus censeri, ac ita per quoscunque Iudices & Commissarios, quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos & Vicelegatos, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari & diffiniri debere. Irritum quoque & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & præsertim felicis recordationis Pij Papæ Quarti prædecessoris nostri, de similibus vel dissimilibus gratijs in Camera Apostolica intra tres menses præsentandis & registrandis, necnon illis omnibus, quæ in præfatis literis volumus non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Præsentium autem literarum transumptis, etiam impressis, manu alicuius Defensoris pro tempore Collegij Montis huiusmodi subscriptis, ac sigillo eiusdem Montis munitis, eandem prorsus fidem adhiberi volumus, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Extinctionem quo dicti Montis infra quantum tempus fieri velit declarat.

Depositariorum deputatio.

Clausulæ præseruatiuæ.

Decretũ irritãs.

Clausulę derogat.

Hęc est const. Pij 4. habetur supra fol 873. nu. 131.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris, die 31. Iunij. M. D. LXXXV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Ioannes Baptista Canobius.

Die vigesima prima Augusti millesimo quingentesimo octuagesimo quinto Præsentes literæ Apostolicæ in plena Camera Apostol. præsentatæ fuerunt, & vigesima sexta eiusdem Camera ipsa referente Reuerendiss. D. F. Corneo dictæ Cameræ Apostolicæ Clerico Præsidente, & Iudice ad hoc deputato, citato prius Magn. Domino Ioanne Bernardino Piscina dictæ Cameræ generali Commissario illas admisit, & registrari mandauit, prout registratæ fuerunt in libris ipsius Cameræ, scilicet libro quinto signaturarum felicis recordationis Gregorij Decimitertij, & primo Sanctissimi Domini nostri folio 44. penes me infrascriptum dictæ Cameræ Notarium.

Admissio, & registr. in Camera Apost.

Tydeus de Marchis.

X.

Declaratio contra Henricum Borbonium assertum Regem Nauarræ, & Henricum item Borbonium, prætensum Principem Condensem Hæreticos, eorumque posteros & successores: & eorundem inhabilitatio ad succedendum in Regno Franciæ, alijsque Dominijs, ac liberatio Subditorum ab omni fidelitatis & obsequij debito.

Similem declarationem fecit Pius Quintus contra Helisabeth Reginam Angliæ, vt supra in eius constitu. 102. Regnans, fol. 1072.

SIXTUS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

AB IMMENSA æterni Regis potentia beato Petro, eiusque successoribus tradita auctoritas omnes terrenorum Regum, & Principum supereminet potestates, stabilique in petra consistens, nec vllis aduersantibus, vel etiam secundis flatibus a recto deflexa, inconcussa profert in omnes iudicia; & ne diuinæ maxime leges violentur, summa ope prouidet, & si quos ordinationi Dei resistentes inuenit, seueriore hos vindicta vlciscitur, & quamuis potentiores de solio deijciens, veluti superbientis Luciferi ministros ad infima terræ deturbatos prosternit. Quare pro incumbenti nobis Ecclesiarum omnium, populorum, ac gentium sollicitudine, vt animarum saluti in primis prospiciatur, & non solum famulatus nostri, sed etiam omnia futura tempora impijs, ac detestandis monstris purgata cunctis Christiani Orbis partibus pacem afferant, & quietem, & præsertim amplissimo Galliæ Regno, in quo Christiana Religio omni tempore ita viguit, tantaq; Regum illius pietas, fides, ac deuotio, tot in Romanam Ecclesiam merita extiterunt, vt ij iure optimo gloriosissimum Christianissimi

Causæ huius declarationis.

mi cognomen ab ea fine consecuti, ac etiam ne nos de neglecta officij nostri cura vnquam apud Deum argui possimus, arma militiæ nostræ, quæ non carnalia sunt, sed potentia Deo in distructionem munitionum nunc contra duos potissimum iræ filios, Henricum Borbonium quondam Nauarræ Regem, & Henricum item Borbonium olim Principem Condensem exercere compellimur. Ille enim quondam Rex, Caluini errores, atque hæreses etiam ab ineunte adolescentia secutus est, pertinaxque earum patrocinium tandiu exercuit, quoad claræ mem. Caroli Noni Francorum Regis, & charissimæ in Christo filiæ Catharinæ Reginæ eius matris pientissimæ, atque etiam dilecti filij nostri Caroli tit. S. Chrysogoni presbyteri Cardinalis Borbonij patrui sui, & Ludouici Mompenseri Ducis, pijs frequentibusque hortationibus, apertisque eximiæ virtutis ac doctrinæ Theologorum demonstrationibus ad fidem Catholicam & Apostolicam Romanam (vt existimabatur) conuersus, hæreticas omnes contra fidem Catholicam opiniones Parisijs publice in Ecclesia damnauit, anathematizauit, & abiurauit, fidemque ipsam Catholicam expresse professus est, datisque subinde suis ad fe. re. Gregorium Papam XIII. prædecessorum nostrorum literis, quibus eundem prædecessorem supremum Catholicæ Ecclesiæ caput iam agnoscens, ipsum supplex deprecabatur, vt pœnitentiæ, conuersionis, & obedientiæ suæ confessionem acceptam habere, & anteactorum veniam remissionisque gratiam concedere dignaretur, firmiter promittens se fidem ipsam Catholicam perpetuo integre, ac inuiolate seruaturum. Quibus literis, vtpote Regijs idem prædecessor credens, & paternæ charitatis visceribus commotus, ac etiam grauissimo Regis, Reginæ matris, Cardinalis & Ducis prædictorum de huiusmodi conuersione testimonio adductus, illum ipsum præteritos errores confitentē, veniamque humiliter petentem à crimine hæresis, & a censuris Ecclesiasticis propterea incursis absoluit, & in gremium Sanctæ matris Ecclesiæ communionemque fidelium admisit, omni inhabilitate ab eo sublata. Quin etiam vt arctiori, & firmiori vinculo ligaretur, cum eo, & Margarita dicti Caroli Regis sorore, quæ ex illa Christianissima stirpe nata, atque alta facile maritum in officio, & Religionis Catholicæ obseruantia continere posse separabatur, dispensauit, vt non obstantibus impedimentis tertij, & aliorum forsan inter eos graduū consanguinitatis, & cognationis spiritualis, matrimonium inter se contrahere possent, prout in facie Ecclesiæ contraxerunt, exactisque deinde aliquot mensibus, ille Ioannem Duratij Dominum Oratorem suum, qui nomine suo de pœnitentia, conuersione, fide, & constantia sua in sedis Apostolicæ conspectu sponderet, ad dictum prædecessorem delegauit, habitoque pro eo publico, solemnique in aula Regia de more consistorio, in consessu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, Prælatorumque, & aliorum frequentissimo concursu, professis omnibus supradictis, idem Henricus tanquam Rex recens ad fidem conuersus, & vt Catholicus admissus est, tota Vrbe exultante, & ingentes Deo de conquisita & inuenta oue gratias agente. Sed ille, vt erat vario & inconstanti animo, haud multo post a Catholica fide, & debita erga sedem Apostolicam obedientia, cæterisque a se expresse, & cum iuramento professis deficiens, atque in eo, quo prius erat, cœno reuolutus, a Rege Christianissimo clam se subducens, collectoque in loco ab ipsius Regis aula satis remoto, quam potuit copioso hæreticorum sceleratorum, aliorumque id genus impiorum hominum numero, ibi ea omnia, quæ de Caluinismi detestatione, hæresum omnium abiuratione, ac Romanæ fidei Catholicæ & Apostolicæ professione antea fecerat, palam reuocauit, testificās, se Caluinismum ipsum profiteri prout professus est, eique hæresi pertinaci, & obdurato animo semper adhæsit, & in ea hucusque viuens, sæpius hæreticos perduelles, ac seditiosos (quorum caput, dux, & propugnator in Gallia, & etiam exterorum hæreticorum acerrimus fautor semper fuit) ad arma contra prædictum Carolum, ac etiam charissimum in Christo filium nostrum Henricum Francorum Regem Christianissimum, tametsi eum, vt Regem, ac Dominum suum colere, vt sororium amare, & sequi debebat, omnis scilicet officij, ac pietatis immemor, aduersus ipsum, & reliquos Catholicos omnes concitauit, infestissimos exercitus, accitis etiam externarum nationum hæreticis contraxit, a quibus omnia passim loca cruentis piorū hominum cædibus fœdata, sacra Dei templa temerata & direpta, Sacerdotes, & viri religiosi cruciatibus truci dati sunt: oppida præterea, & munitiones Catholicorum partim insidijs, partim vi, & armis occupauit, & in eis Catholicæ Ecclesiæ ritus prohibuit, ac sustulit, ministros & concionatores hæreticos constituit, Ciues & Incolas ad eandem impietatem capessendam minis, verberibusque coegit. Sed ne hæc quidem satis sibi esse existimans, inter alios, intimum quendam suum nefarijs artibus suis instructum, extra Galliæ fines ad diuersa loca misit, per quem cum primarijs hæreticis impia consilia sua communicauit, eorumque vires, & arma contra Religionem Catholicam & Romani Pontificis potestatem prouocauit: conciliabula quoque hæreticorum in diuersis Prouincijs habenda curauit, quorum nonnullis dum iniquissima illa fœdera contra fidem Catholicam, ac præsertim contra Ecclesias, Clerum & vniuersos Catholicos Regni Franciæ tractabantur, ille non solum interfuit, sed etiam præfuit: Henricus vero Borbonius Princeps Condensis, vtroque parente hæretico genitus, cum illi exitialia Caluini dogmata, eorumque Ministros pertinaciter in omni vita fouissent, eorundem patria, ac matris secutus hæreses, cōsimilia facinora etiam adolescens perpetrauit: deinde eadem illa, qua alter Henricus, opera, viam veritatis pœnitentia, & humilitate cordis quantum conijci potuit, arripiens, derelictisque pariter, & abiuratis publice omnibus hæreticorum erroribus & deliramentis, fidem Catholicam, vt præfertur, professus est. Quibus ad eundem Pontificem perlatis, ac etiam pro eo similibus precibus porrectis, ipse prædecessor illum, ac etiam quondam Mariam Cliuensem prætensam coniugem suam, eodem tunc hæresis crimine infectam, simili modo pœnitentem, detestantem, ac profitentem ab hæresi & censuris huiusmodi absoluit, eosque in gremium Catholicæ Ecclesiæ, fideliumque consortium recepit: quinetiam ex paternæ charitatis abundantia, cum eis, vt non obstante impedimento secundi gradus consanguinitatis, quo inuicem tenebantur, matrimonium inter se contrahere possent, dispensauit. Sed ille paulò post ad pristinam impietatem rediens, deterrimamque illam viam, quæ signata, & impressa erat vestigijs quondam Ludouici Condensis patris sui impijssimi Catholicæ Ecclesiæ persecutoris ingressus, eisdemque vestigijs insistens, se quoque hæreticorum, ac consceleratorum hominum dicti Regni Galliæ Ducem, ac defensorem, bellorumque ciuilium, ac seditionum auctorem præstitit, militum hæreticorum exterorum copias in Galliam transduxit, Vrbes & oppida expugnare tentauit, Templa euertit, sacra violauit & populatus

est, Sa-

Henricus Borbonius assertus Rex Nauarræ, Caluini hæreses olim sequebatur.

Sed postea hæreses abiurauit, & a Greg. Papa 13. absolutionem obtinuit.

Sed deinde in easdē reincidit hæreses, & se Caluinismū professus fuit.

Multaque delicta enormissima hic expressa commisit.

Alter vero Henricus Borbonius assertus Princeps Condensis, natus ex vtroque parente hæretico, eorū secutus fuit hæreses.

Sed illas postea declarauit, & pro se, ac Maria sua vxore absolutionem obtinuit ab eodem Greg. 13.

Sed tamen rediit ad pristinas hæreses, & multa nephanda scelera perpetrauit.

est, Sacerdotes indignis modis negauit ministrosque impietatum substituens, peruersam illorum doctrinam pu
blicari, & custodiri iussit & denique omne feritatis & sæuitiæ genus, tam in Dei ministros, quàm in cæteros
Catholicæ fidei cultores exercuit. Quæ omnia cum manifesta, publica, & notoria sint, cumque nobis plene, &
legitime constet, præsertim ex processu, tempore eiusdem felicis recordationis Gregorij Papæ prædecessoris
nostri confecto, & alijs quàm plurimis documentis, & grauissimis testimonijs, Henricum quondam Regem,
& Henricum Condensem prædictos notorij, & inexcusabilis criminis hæresis, & in hæresim relapsus, atque — *Ideo Greg. 13. ex tra prædictos processum, sicut voluit.*
etiam hæreticorum fautoriæ reos existere; Nos gladium vindictæ contra eos pro officij nostri debito exercere
coacti vehementer indolemus, quod illum in hanc prolem detestabilem, ac degenerem inclytæ Borboniorum
familiæ, in qua spectatæ Religionis candor, & virtutis decus, ac in sedem Apostolicam obseruantia omni tempo
re emicuit, pro his sceleribus conuertere debeamus. Itaque in præcelso hoc solio & in plenitudine potestatis
quam ipse Rex Regum, & Dominus dominantium, licet nobis indignis tribuit, constituti auctoritate Dei om
nipotentis, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, & nostra, ac de venerabilium fratrum nostrorum
Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, pronunciamus, & declaramus Henricum quondam Regem, & — *Hic vero Pont. præfatos Henricos, declarat hæreticos, & in hæreticorum pœnas incidisse*
Henricum Condensem supradictos fuisse, & esse hæreticos, in hæreses relapsos, & impœnitentes, hæreticorum
quoque duces, fautores, & defensores manifestos, publicos, & notorios, sicque læsæ Maiestatis diuinæ reos,
& orthodoxæ fidei Christianæ hostes, adeo vt nulla possint se tergiuersatione, aut excusatione defendere: ac
proinde eos damnabiliter incurrisse in sententias, censuras, & pœnas sacris canonibus, & constitutionibus — *Hæreticorum pœnas vide supra in Pau 4 const. 41. fol. 650.*
Apostolicis, legibusque generalibus, & particularibus contentas, ac hæreticis relapsis, & impœnitentibus
debitas, & specialiter eosdem fuisse, & esse ipso iure priuatos Henricum quondam Regem, videlicet prætenso
Nauarræ Regno, illiusque parte, quàm adhuc obtinuit, necnon Bearni alterum vero Henricum, Condensem, &
vtrumque eorumque posteros omnibus, & quibuscunque alijs Principatibus, Ducatibus, Dominijs, Ciuitati — *Ipsosque omnib. reg. n. & bonis & dignitatibus priuatos declarauit.*
bus, & locis, feudisque, & bonis etiam emphyteoticis, & successionibus, necnon dignitatibus, honoribus, mu
neribus, & officijs, etiam Regis, ac iurisdictionibus, & iuribus, quæ de facto detinent, & ad quæ ius quo-
modolibet habuerunt, (seu prætendunt, eosdemque propterea se illis reddidisse indignos, ac fuisse & esse inha-
biles, & incapaces ad illa retinenda, & alia huiusmodi in posterum obtinenda. Ac pariter eos ipso iure priua-
tos, & incapaces, ac inhabiles ad succedendum in quibuscunque Ducatibus, Principatibus, Dominijs, & Re
gnis, ac specialiter in Regno Franciæ in quo tot atrocia, & nefaria crimina patrarunt, ac Regno ipsi annexis — *Inhabiles etiam eos, & eorum successores declarat ad succedendum in Regno Franciæ, &c.*
dominijs, iurisdictionibus, & locis cæterisque omnibus bonis, & rebus prædictis, & ad illa alias quomodocū
que acquirendum prout etiam ex abundanti, & in quantum opus est, nos illos, illorumque posteros priuamus in
perpetuum, videlicet Henricum quondam Regem Regno Nauarræ, & illius parte ac Bearni, & alterum Henri
cum Condensi, ac vtrunque, & eorum posteros alijs Principatibus, Ducatibus, Dominijs, Feudis, ac cæteris
omnibus bonis, & rebus necnon iure succedendi & acquirendi, alijsque prædictis vniuersis, & singulis: Ac etiā
in perpetuum inhabilitamus eosdem, eorumque posteros ad illa, & ad successionem in quibusuis Principati-
bus, Ducatibus, Dominijs, Feudis, & regnis, & signanter in Franciæ Regno & illi annexis omnibus supradi
ctis, supplentes omnes iuris & facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem. Quinetiam Proceres, Feuda — *Subditosque à iuramento fidelitatis, & obsequij debito absoluit.*
tarios, Vasallos, Subditos, & Populos Regnorum, Ducatuum Principatuum, & aliorum Dominiorum, prædicto-
rum, etiam alium superiorem non recognoscentes, ac cæteros omnes, qui illis quomodocunque iurauerunt
a iuramento huiusmodi, ac omni prorsus Dominij, fidelitatis, & obsequij debito perpetuo absolutos esse, pro
ut nos illos omnes tam vniuerse, quàm singulatim, auctoritate præsentium absoluimus, & liberamus; Præcipi-
musque & interdicimus eis vniuersis & singulis, ne illis, eorumvè monitis, legibus & mandatis audeant obe-
dire: qui secus fecerint, eos excommunicationis sententia innodamus eo ipso. Cæterum eundem charissimum
in Christo filium nostrum Hēricum Francorum Regem Christianissimum per viscera misericordiæ Iesu Christi — *Regem quoque Franciæ hortatur, vt hanc sententiā exequatur.*
hortamur, rogamus, ac etiam monemus, vt memor præstantissimæ fidei, & religionis Regum maiorum suorū,
quam quasi hæreditatem longe ipso Regno potiorem ab eis accepit, memor etiam illius iuramenti, quod in
eius coronatione de exterminandis hæreticis solemniter præstitit, auctoritate, potestate, virtute atque animi
magnitudine vere regia ad executioné tam iustæ huius sentétiæ nostræ incumbat, vt scilicet in hoc quoque gratū
se omnipotenti Deo exhibeat, & matri suæ Ecclesiæ obsequium debitū persoluat. Præterea omnibus venerab. — *Ordinarijsque locorum præcipit, vt hanc const. publicari faciant.*
fratribus nostris Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis per Regnum Franciæ, Nauarræ, Bearni, & alia præ-
nominata loca constitutis in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus, vt cum primum harum li-
terarum exempla ad eorū manus peruenerint, illa publicari faciant, & quantum in ipsis erit, ad effectū perduci
curēt. Volumus autem quod eædem præsentes nostræ literæ ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum, & in acie — *Forma publ. huius const.*
Campi Floræ, vt moris est, affigantur, & publicentur, quodque earum exemplis, etiam impressis, ac Notarij pu- — *Quę publ. est hic in fine.*
blici manu, & prælati Ecclesiastici, eiusue Curiæ sigillo obsignatis eadem prorsus fides in iudicio, & extra il-
lud vbique gentium habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si essent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omni-
no hominum liceat hanc paginam nostræ pronunciationis, declarationis, priuationis, inhabilitationis, suppletio
nis, absolutionis, liberationis, præcepti, interdicti, innodationis, hortationis, rogationis, monitionis, mandati, &
voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationē
omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo octuagesi-
mo quinto, Quinto Idus Septembris, Pontificatus Nostri anno Primo.

A. de Alexijs.

Ego Sixtus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Ego Io.Bap.Card.S.Marcelli.

Ego Io. Antonius Episcopus Tuscul.Card.S.Georgij.

Ego M.Sitticus Card.ab Altaemps.
Ego Inn. Aualus Card.de Arag.
Ego P.Card Sancta Crucius.
Ego Gulielmus Sirletus Card.
F.Michael Bonellus Card. Alex.
Ego Ludouicus Card.Madrutius.
Ego Nicolaus Cardin.Senonensis.
Iul.Ant.Sanctorius Card.S.Seuerinæ.
Ego P.Card.Cæsius.
Ego Hier.Card.Rustic.
Ego Io.Hier.Card.Albanus.

P.Card.Deza.
Ego Ant.tt.SS.Io.& Pauli Card.Carafa.
Io.Ant.Card.SS.Quatuor.

Ego Aug.Card.de Verona.
Ego Vin.Card.Montis Regalis.

M.Card.S.Stephani.
Scipio Card. Lancellotus.

Ferd.Card.de Medicis.
Phil.Vast.Card.Cam.

Ego Vincentius Card.Gonzaga.
Ego Franciscus Card.Sfortia S.Nicolai.

Alexander Card.de Montealto.

Publicatio.

Anno a Natiuitate Domini nostri Iesu Christi, Millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, Indictione decima tertia, Die vero vigesima prima Mensis Septembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Sixti diuina prouidentia Papæ Quinti Anno Primo. Retroscriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt in Basilica Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ per nos Hieronymum Lucium, & Nicolaum Taglietum Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores.

Io.Andreas Panizza Mag.Curs.

X I.

Facultates Illustriss. D. Ioannis Pellicani I. C. Maceraten. Almæ Vrbis Senatoris, procedendi & iudicandi in causis criminalibus, iuxta facultates Gubernatoris Vrbis, & non seruata forma Statutorum nuper editorum & confirmatorum.

Huius Senatoris Collaterales, sunt Magn. Domini Franciscus Beninus Florentinus & Gismundus Ghiottus Firmanus Iurisconsulti, & Iudex Maleficiorum, est Magn. Dominus Iosephus Boglionus Fanen. etiam Iureconsul.

Gubernatoris facultates, vide infra in constit. 13: Spectata, vbi notabo.

Statutorum Vrbis confirmationem habes supra in Greg. XIII. constit. 63. Vrbem, fol. 1287.

SIXTVS Papa V. Motu proprio, &c.

CVM IN Curia Capitolij Almæ Vrbis Nostræ multi delinquentes, prauique, & facinorosi homines, quotidie carceribus mãcipentur, qui propter seriosam dictæ Vrbis statutorum, in procedendo obseruantiam, leuissimasque per eadem statuta impositas & inflictas, sceleris que grauitate non condignas in iudicando pœnas, quodammodo impuniti euadere soleant, nec etiam per eadem statuta cautionibus de non offendendo, inter partes dandis quandoque per eiusdem Vrbis Senatorem pro tempore existen. prouideri valeat. Vnde facinorosi homines ad grauissima scelera frequenter perpetranda, audaciores redduntur. Nos qui inter cætera cordis nostri desiderabilia a tempore, quo diuina fauente clementia ad summi Apostolatus apicem assumpti fuimus, illud sinceris semper exoptauimus desiderijs, vt in toto nostro statu Ecclesiastico, & præcipue Alma Vrbe nostra prædicta, ne vtique delicta impunita remanerent, quin potius vt aliquando temerarij flagitiorum ausus hominum si non virtutis amore, saltim formidine pœnæ arctius reprimerentur, ac cuncti delinquẽtes, vt cæteris in exemplum transirent, condignis suorum scelerũ plecterentur pœnis, in præmissis, pro nostri pastoralis officij debita opportune prouidere volentes. Motu simili, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine. Dilecto filio Ioanni Pellicano Maceraten. per nos creato & deputato moderno Vrbis Senatori, de cuius fide & probitate, in præmissis eaequen. multum confidimus, vt in casibus quibuscunque criminalibus, tam in procedendo, quàm iudicando, statutorum Vrbis forma aliter non seruata, contra delinquentes quoscunque in ipsius Curiæ Carceribus nunc & pro tempore detentos, etiam cuiuscunque status, gradus, conditionis, & præeminentiæ earsten. prout sibi beneuisum fuerit, ac etiam iuxta facultates in similibus nostro & pro tempore earsten. Vrbis prædictæ Gubernatori, hactenus quomodolibet cõcessas, procedendi, & iudicandi,

Causæ concessionis istarum facultatum.

Concessio facultatum procedendi & iudicandi in casibus criminalibus non seruata forma statutorum. & iuxta facultates Gubern. Vrbis.
Quas vide supra in Leon. X. constit. 7. fol. 835.

candi, poenasque statutarias secundum delictorum, & personarum qualitates, eius arbitrio augendi, plenam, am
plam, liberam, atque omnimodam facultatem, auctoritatem, atque potestatem præsentium tenore concedimus.
Omnesque & singulos processus, acta, sententias, & decreta, desuper statutorum huiusmodi, etiam vt præmitti-
tur minime seruata, per Senatorem prædictum, in posterum formatos, facta, latas, & habita, in omnibus, & per
omnia, perinde ac si eadem statutorum forma huiusmodi in eis, & eorum quolibet, seruata foret, valida, & effi Decretū irritāte
cacia perpetuo existere, suosque plenarios effectus sortiri, sic & per quoscunque Iudices, &c. sublata, &c. iudica-
ri, &c. deberi, Irritum quoque, &c. decernimus. Non obstantibus dictæ Vrbis statutis, ac etiam iuramento, &c. ro
boratis priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis, per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores
nostros, ac etiam nos, pro illorum corroboratione hactenus quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis,
ac concedendis. Quibus omnibus etiam si de illis, &c. illorum tenores, &c. latissime, &c. hac vice, & ad effe- Clausula derog.
ctum præmissorum dumtaxat derogamus, illisque sufficienter derogatum esse, & censeri similiter decernimus,
cæterisque contrarijs quibuscunque.

Placet P.

XII.

Deputatio, & facultates Illustrissimorum, & Reuerendiss. DD. Antonij Carafæ, Io. Ba-
ptistæ S. Marcelli, & Augustini Sancti Marci Veronen. S. R. E. Car
dinalium, causas Religiosorum extra claustra
degentium audiendi, & desu-
per prouidendi.

De materia Apostatarum, & extra claustra degentium, vide sup. in Pauli 4. const.
29. Postquam, fol. 610. & ibi notaui concord.

SIXTVS Papa V. Ad futuram rei memoriam.
CVM PRIMVM in Apostolicæ seruitutis specula, non nostris meritis, sed Domino pro sua bonita-
te ita disponente, fuimus constituti: statim mentis nostræ oculis cunctas Christianæ Reipublicæ partes cœ
pimus perlustrare; & inter cætera, quæ occurrebant, animaduertimus, debere nos quàm primum pro
Pastoralis officij nostri debito, curare, & agere, vt omnes Ecclesiastici, & præsertim Regulares in suo ordi-
ne, & ea vocatione, quâ vocati essent, firmiter permanerent; & si quid defecissent, locumque, & stationem Causa huius ex
suam deseruissent, ij tanquam oues à grege Dominico aberrantes & deperditæ conquirerentur sollicite, & pectationis.
omnibus modis in viam salutis reducerentur. Quæ quidem cura, & sollicitudo, dum animum nostrum assidue
pulsat, ex varijs multorumque querelis, ac supplicationibus nobis innotuit, quamplurimos Religiosos extra
Religionem, quam semel professi sunt, siue ab eorum Superioribus ob demerita eiectos, siue propria teme-
ritate, vel ea causis friuolis instinctuque Satanæ impulsos, & amisso, vel deposito regulari habitu, cum pro-
prio salutis detrimento, aliorumque scandalo extra claustra degere: quorum causæ cum ad Sedem Apostolicam
omnino pertineant, oportet pro cuiusque earum statu, & qualitate congruum à nobis adhiberi remedium. Qua-
re, vt propositum hoc nostrum ad rem perducamus, prouidesmusque, vt causæ prædictæ, quam expeditissima Deputatio Car. causas Religioso
via decidantur: & hac ratione qui in Diaboli laqueos inciderunt, inde eripiantur, & extricentur: dilectos fi- rum extra clau-
lios nostros Antonium Tituli Sanctorum Ioannis & Pauli Carafam, Ioannem Baptistam S. Marcelli Castaneum, stra degentium
Augustinum Sancti Marci Veronen. nuncupatos Presbyteros Cardinales, quos scimus, pro singulari ipsorum audiendi, & de-
pietate, & charitate, ac regularis disciplinæ augendæ studio, libenti animo laborem huiusmodi suscepturos, super prouiden
ad id potissimum eligendos duximus. Quare, quod aliàs dictis Cardinalibus verbo significauimus, idem nunc di.
præsentium tenore committimus, vt adiunctis sibi aliquibus Prælatis, seu probis, & doctis viris, illorum om-
nium, qui extra claustra Monasteriorum in maximam animarum suarum perniciem vagantes viuunt, petitio-
nes, ac supplices libellos accipiant, eorumque causas diligenter examinent, & tam ipsorum, qui claustra egres-
si sunt, quàm Superiorum, qui forsan illos eiecerunt, rationes fundamentaque omnia cognoscant, & intelli-
gant, ac quæ terminandā videbuntur, terminent, quæ ad nos referenda referant, vt sic omnibus mature discus-
sis, rerumque, ac temporum, locorum, personarum, & Religionum qualitate pensata, quæ cuique opportu-
na, & salutaria visa fuerint remedia sine mora applicentur. Super quibus omnibus, Motuproprio, ea certaq;
scientia nostra, dicta auctoritate Apostolica plenam, & liberam prænominatis Cardinalibus impertimus facul-
tatem, & auctoritatem, ita, vt quæ illi in causis prædictis decreuerint, statuerint, & ordinauerint, iusserint-
que, eandem vim, idemque robur obtineant in iudicio, & extra illud, ac si à nobis ipsis decreta, statuta, or-
dinata, & iussa essent; Sicque per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos, Sacrique Palatii nostri Audi- Decretū Irritās.
tores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos sublata eis, & earum cuilibet quauis aliter iudicandi,
& interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debero, ac quicquid secus super his à quoquam
quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obstan-
tibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac cuiusuis ordinis regularum iuramento, confirmatio-
ne Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & Clausula derog.
literis Apostolicis eisdem ordinibus, ac regulis, earumue Prælatis, & particularibus personis sub quibuscun-
que tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & in-
solitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs huiusmodi decretis, in genere, vel in specie, ac aliàs quocunq;
modo concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, illorum tenores præsentibus pro sufficienter ex-
pressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse
derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Vt autem facilius hæ literæ in eorum, quorum interest, no-
titiam perueniant, volumus, & eadem auctoritate decernimus, vt illarum exemplis, etiam impressis, manu
nota-

Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris. Die xvi. Augusti, M. D. LXXXV. Pontificatus nostri anno primo.

Io. Baptista Canobius.

XIII.

Iurisdictio, & facultates Reuerendissimi D. Mariani Perbenedicti Camerin. Episcopi Marturanen. Almæ Vrbis Gubernatoris, & Vicecamerarij.

De facultatibus Gubernatoris, habes etiam sup. in Six. 4. const. 5. fol. 98. Iul. 2. const. 13. fol. 159. Pauli 4. const. 51. fol. 639. Pij 4. const. 85. fol. 777. & const. 161. fol. 917. Pij 5. const. 109. fol. 1083. Greg. 13. const. 80. fol. 1315. & const. 85. fol. 1322. & Stat. Vrbis, lib. 1. cap. 41.

Deputatio Gub. cum solitis facultatibus, & emolumentis.

SIXTVS Papa V. Venerabilis frater, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

SPECTATA TVA fides, prudentia, integritas, doctrina, & experientia nos adducunt, vt ea quæ nobis maxime cordi sunt tuæ curæ, & administrationi libenter committamus. Itaque te Almæ Vrbis nostræ Gubernatorem, ac Vicecamerarium cum omnibus, & singulis honoribus, oneribus, auctoritatibus, facultatibus iurisdictionibus, salarijs, & emolumentis consuetis, & quibusuis alijs dictæ Vrbis ante te Gubernatoribus quomodolibet concessis, ita quod te immiscendo in criminalibus nullam propterea censuram Ecclesiasticam, aut irregularitatis notam incurras, dummodo à sententia sanguinis per te ipsum ferenda, & voto abstineas, auctoritate Apostolica tenore præsentium, ad beneplacitum nostrum facimus, & deputamus. Mandantes dilectis filijs nostro, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, & Cameræ Apostolicæ Clericis Præsidentibus, cæterisque, ad quos spectat, vt te ad officium huiusmodi, eiusque liberum exercitium iuxta tenorem præsentium, recipiant, & admittant, tibique in omnibus officium ipsum concernentibus faueant, & assistant, Thesaurario vero, ac Depositario nostris generalibus, vt tibi de salarijs, & emolumentis præfatis, debito tempore cum effectu respondeant; Contrarijs non obstan. quibuscunque. Volumus autem, vt de eodem officio iuste, & fideliter exercendo, ac de non recipiendo aliquod genus muneris præter esculenta, & poculenta, quæ triduo consumi possint, iuxta formam iuris communis, in manibus ipsius Camerarij debitum præstes in forma solita iuramentum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris, die xx. Augusti. 1585. Pontificatus nostri anno primo.

Camerarius, & alij admittāt Gubernato. ad eius officium.

Thesaurarius, ac Depositarius soluta præstent eidem emolumēta.

Gubernator præstet solitum iuramentum.

Io. Baptista Canobius.

Die xxi. Augusti. 1585. Ex decreto in Camera Apostolica facto, Retroscriptus Reuerendissimus P.D. Marianus Episcopus Guber. præsens, &c. fuit ad suprascriptum Vicecamerarij, & Gubernatoris officium admissus, præstito prius per eum in manibus Illustrissimi, & Reuerendissimi D. mei Philippi Vastauillani Cardinalis Camerarij iuramento præfato, tactis, &c. iurauit iuxta formam suprascriptam, &c.

Admissio Guber. ad officium.

Andreas Martini.

XIIII.

Festum Præsentationis Beatæ Mariæ Virginis, singulis annis die xxi. mensis Nouembris duplici officio celebretur.

SIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

INTEMERATAE MATRIS Dei Mariæ, ex cuius purissimis visceribus salua per Spiritus Sancti virtutem integritate virginitatis auctor vitæ nasci dignatus est, salutiferam fœcunditatem humiliter veneramur, & quæcunque vltimis Orientis adhuc Ecclesiæ, alijsque temporibus à Sanctis Patribus in eius honorem instituta fuerunt, nostræ imbecillitatis ope tueri, atque augere, & si quid fuerit prætermissum ipsa adiuuante, quæ supra Choros sedet Angelorum renouare studemus, vt spiritualium gaudiorum crebritate deuota nobiscum plebs lætetur, & cuius splendorem Angelici cœtus admirantur in Cælis, eius in Terris per Sacras Festiuitates recolendæ, laudandæ, atque inuocandæ pia memoria non prætermittatur. Alijs igitur celebritatibus perpetuæ Virgini, quæ ab æterno præparata, & Propheticis testificationibus prænuntiata, nondum tamen Mater Dei Angelo nunciante fuerat effecta, à Catholica Ecclesia consecratis, eiusdem quoque, quæ Templum Dei futura erat, & Sacrarium Spiritus Sancti in Templum Præsentationem ab antiquissimis vsque temporibus summa vbique gentium cum veneratione obseruatam adscribi volumus, & sicubi intermissa est, restitui, ac iugiter custodiri. Quare hac perpetua constitutione mandamus, vt Præsentationis Beatæ Mariæ semper Virginis Festus dies vndecimo Kalen. Decembris per omnes totius Orbis Ecclesias duplici officio, prout in Natiuitatis die sumpto Præsentationis vocabulo peragatur, idemque in Kalendario cum duplicis adiectione inseratur. Præcipientes omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque Ecclesiarum Prælatis in vniuersi Orbis ambitu constitutis, vt in suis quisque Ecclesijs, Prouincijs, Ciuitatibus, & diœces. præsentes nostras solemniter publicari faciant ab omnibusque Ecclesiasticis personis, sæcularibus, & quorumuis ordinum

Causa huius constit.

Festum Præsentationis B. Mariæ quotānis die 21. Nouemb. duplici officio celebr.

Prælati omnes hāc const. publicari faciāt, & obseruari.

tegu-

regularibus omnino obseruari, licet adnotatio huius celebritatis in postremis Breuiarij, & Missalis reformationibus fuerit prætermissa. Volumus quoque, vt præsentium exemplis etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides vbique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, Kalen. Septembris, Pontificatus nostri anno primo.

M. Card. S. Stephani.

Io. Baptista Canobius.

A. de Alexijs.

XV.

Contra Officiales Status Ecclesiastici dantes participationes prouentuum officiorum, pro illis obtinendis, aut retinendis, & participationes ipsas recipientes, Ac contra Barisellos & alios, vltra eorum stipendia aliquid exigentes.

Consonat Sixti 4. constit. 8. sup. fol. 101. & Pij 5. const. 145. fol. 1151.

SIXTVS Papa Quintus Motuproprio, &c.

ETSI nos diuina prouidentia vniuersæ S. Ecclesię curæ, licet immeriti, præpositi, ea potius respicere debeamus, quæ maiora sunt, & sublimiora tangunt negotia, cogimur tamen paterno quodam affectu, quo Ecclesiastici status subditos prosequimur, vt ea etiam, quæ minora videntur pro eiusdem status felici regimine minime negligamus. Siquidem ad nos peruenit plurimarum Prouinciarum, Ciuitatum, seu locorum Centuriones, quos Barigellos appellant, vel etiam Gubernatores, Potestates, Commissarij, & officiales, quouis nomine nuncupentur, vt talia officia adipiscantur, vel in eisdem confoueantur, diuersis personis, etiã quandoq; locorum Gubernatoribus ipsis, seu eorum, aut Legatorum familiaribus de parte salarij, & mercedis contribuere & (vt dicitur) correspondere, & sub donationis, seu recognitionis, & gratitudinis, vel alijs diuersis titulis, coloribus, & adinuentionibus eos participes facere; ita vt quadam simoniæ similitudine fauores, & gratias huiusmodi aucupentur. Quo fit, vt qui officia, seu administrationes hoc modo emunt, potiusquam ad ea eligantur, illas pariter vendere curent, subditos nostros diuersimode grauando, indebita exigendo, & extorquendo.

Causæ huius prohibitionis.

Volentes igitur huiusmodi grauaminibus, ac sordibus obuiare, omnibus, & singulis officialibus prædictis, tam dantibus, quàm recipientibus districte præcipimus, ac mandamus, ne de cætero talia agere, seu tentare præsumãt sub poena priuationis officij, & inhabilitatis ad alia, ac perpetuæ infamiæ, alijsque poenis arbitrio Superiorum imponendis.

Prohibitio recipiendi, & dandi participationes de prouentibus officiorum, pro illis consequẽdis

Mandantes Venerabilibus S.R.E. Cardinalibus de Latere Prouinciarum Legatis, necnon earundem Gubernatoribus, vt omni cura, ac diligentia inter Officiales, & familiares suos inquirant, an talia committantur: quod si reos inuenerint, puniant. Intelligentes, quod si in hoc negligentes, seu remissi fuerint: ipsi quicunque sint, nostræ indignationis effectum non euitabunt.

Præcipimus insuper eisdem Legatis, Gubernatoribus, ac Magistratibus omnibus, & singulis, vt prouide, & cũ effectu prouideant, vt Ministri, & officiales huiusmodi cõtenti sint suis stipendijs, & nullo prorsus prætextu, etiã quod dicant à sponte dantibus accipere, Ciues, vel Comitatiuos molestent, sed taxatis paucis aliquibus, quæ gratis habere solent, iuxta cuiusuis Prouinciæ, vel Ciuitatis laudabilem consuetudinem, seu aliàs, prout eorum Legatorum prudentiæ, pietati, ac discretioni conuenire videbitur, si quid vltra debitum aliquis ex Militibus, seu Birruarijs receperit, si talis non apparuerit, vel soluere non posset, tantum de salario ipsius Barigelli retineatur, quantum res ipsa extorta valet, & de eo Domino plene satisfiat, vel alio modo satisfactioni prouideatur.

Prohibitio recipiẽdi aliquid vltra debita stipendia.

Recensitis autem in principio cuiuslibet mensis Militibus prouideant, vt scriptus numerus vere, ac integre retineatur.

Barigelli retineant verum numerũ birruariorum.

Nec mercedes exequutionum, tam ciuilium, quàm criminalium recipiant, nisi iuxta taxam à Superioribus prædictis constitutam, vel constituendam, & non nisi perfecta executione, & semel tantum.

Mercedes, iuxta taxam, & semel tantum pro executione iam perfecta recipiant.

Cedula ipsa taxarum vbique in omnibus Cancellarijs ciuilibus, & criminalibus affigatur vulgari sermone descripta.

Taxarum cedula retineatur in omnibus Cancell.

Et demum vltra hæc ipsi Legati, Gubernatores, Præsidentes vniuscuiusque Prouinciæ, & Ciuitatis, qualitate, & necessitate pensata ea constituant, ac seruari mandent, quibus abusus prorsus tollantur, laudabiles vero consuetudines, constitutiones, subditorumque indemnitas, pax que, ac Iustitia conseruetur.

Guber. locorum tollant cẽt abusus, &c.

In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Idibus Octobris, Anno primo.

Indul-

XVI.

Indulgentia Plenaria perpetua, pro omnibus Christifidelibus, qui in Festiuitatibus Sanctorum Francisci, Antonij de Padua, Bonauenturæ, ac Bernardini, Ecclesias Fratrum Minorum Conuentualium, Capuccinorum & de Obseruantia, Ac in Festiuitate Sanctæ Claræ, Monasteria dicti Ordinis Monialium deuote visitauerint & cæt.

De Conuentualium Ordinis alijs Indultis, & tota Materia, habes sup. in Pauli 3. const. 61. Exhibita. folio 474. & Pij V. const. 67. Illa nos folio 1023. & Greg. 13. const. 74. Sedes f. 1307. & ibi not.

De Obseruantium, ac Monialium S. Claræ Materia, vide sup. in Greg. 13. const. 357. Ex benigna. folio 1237.

SIXTVS Papa V. Vniuersis Christifidelibus præsentes literas inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

CVM A PRIMAEVA institutione regulæ Beati Francisci, tam ob illius, & Sanctorum Antonij de Padua, Ludouici Episcopi, & Confessoris, Bonauenturæ, & Bernardini, necnon Diuæ Claræ, aliorumque eiusdem ordinis sequacium Sanctitatem, & miraculorum multitudinem, quam etiam ob multorum ipsius Religionis Summorum Pontificum prædecessorum nostrorum merita, ingens vbique Christifidelium multitudo singularem erga quemcunque dictorum Sanctorum gerat deuotionis affectum:

Causa huius concessionis. Nos vt ipsorum fidelium deuotio huiusmodi non modo conseruetur, sed indies magis augeatur, animarumque saluti vberius consulatur, precibus, etiam dilecti filij Clementis Bontadosij Ordinis Fratrum Minorum Conuentualium Magistri Generalis super hoc nobis humiliter porrectis inclinati, tam omnibus, & singulis dicti Ordinis Minorum Conuentualium, Capuccinorum, & de obseruantia nuncupatorum Fratribus, & Monialibus, quàm cæteris vtriusque sexus Christifidelibus, qui vere pœnitentes, & confessi, ac sanctissima Communione refecti, diebus festis Sanctorum Francisci, Antonij de Padua, Bonauenturæ, Ludouici Episcopi & confessoris, ac Bernardini prædictorum; eorundem Fratrum Minorum Conuentualium, Capuccinorum, & de obseruantia; Necnon die festiuitatis Sanctæ Claræ Monialium dicti Ordinis Monasteriorum vbilibet constitutorum Ecclesias, tam erectas, quam erigendas, vel earum aliquam, à primis vesperis vsque ad occasum Solis eorundem dierum, singulis annis deuote visitauerint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, & Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die præfatorum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & elargimur. *Indulgentiæ Plenariæ concessio.*

Præsentibus, perpetuis futuris temporibus valituris.

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Clausulæ derogatoriæ. Vt autem præsentes literæ ad ipsorum Christifidelium notitiam facilius, citiusque perueniant, volumus, quòd earum exemplis, etiam impressis manu alicuius Notarij subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romę apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris, die xxviij. Septembris. 1585. Pontificatus nostri anno primo.

Io. Baptista Canobius.

XVII.

Ordinationes, & Constitutiones Cancellariæ Apostolicæ.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus Noster, Dominus Sixtus diuina prouidentia Papa Quintus suorum prædecessorum vestigijs inhærendo, normam, & ordinem rebus gerendis dare volens in crastinum assumptionis suæ ad Summi Apostolatus apicem, videlicet die vigesimaquinta mensis Aprilis, Anni ab Incarnatione Domini, millesimi quingentesimi octuagesimi quinti, Reseruationes, Constitutiones, & Regulas infrascriptas fecit, quas etiam ea tunc suo tempore duraturas obseruari voluit, & quas Nos Alexander Episcopus Ostien. Cardinalis Farnesius nuncupatus S. R. E. vicecancellarius die Iouis secunda mensis Maij in Cancellaria Apostolica publicari fecimus.

Reseruationes generales, & speciales.

1 In primis reseruationes fecit similes illis, quæ in constitutione fe. rec. Benedicti Papæ Duodecimi, quæ incipit. Ad regimen, continentur, & illas locum habere voluit, etiam si officiales in eadem constitutione expressi Apostolicæ sedis officiales ante obitum eorum esse desierint, quoad beneficia, quæ tempore quo officiales erant obtinebant. Declarans nihilominus beneficia, quæ dictæ sedis officiales, qui ratione officiorum suorum huiusmodi eiusdem sedis notarii erant, etiam dimissis ipsis officiis, & quandocunque assecuti fuerint sub huiusmodi reseruationibus comprehendi. Ac reseruauit beneficia, quæ per constitutionem Ioannis Papæ 22. quæ incipit Execrabilis. vacant, vel vacare contigerit, quas constitutionem, & reseruationem Sanctitas sua etiam ad beneficia de quibus ordinarii, & alii collatores contra Concilii Tridentini decreta disposuerunt, & disponent in futurum extendit, & ampliauit.

Item reseruauit generaliter omnes Ecclesiasticas, Patriarchales, Archiepiscopales, Episcopales, necnon omnia Monasteria virorũ. Ac etiam reseruauit dignitates & beneficia omnia ad collationem, præsentationem, electionem, & quamcumque aliam dispositionem Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, necnon Abbatum, & aliorum quorumcunque collatorum, & collatricum secularium, & regularium quomodolibet, non tamen cum alio vel aliis pertinentia, quæ post illorum obitum, aut Ecclesiarum seu Monasteriorum, vel aliarum dignitatum suarum dimissionem, seu amissionem, vel priuationem vsque ad promotionem successorum ad easdem Ecclesias, aut monasteria, vel dignitates Apostolica auctoritate faciendam, & adeptam ab eisdem successoribus pacificam illorum possessionem quomodocumque vacant, & vacabunt in futurum.

Reseruatio dignitatum, necnon suorum, & Sanctę Romanę Ecclesię Cardinalium familiarium beneficiorum.

2 Itẽ reseruauit generaliter dispositioni suæ omnes dignitates maiores post Pontificales in Cathedralibus, etiã Metropolitan. & Patriarchalibus, necnon principales in collegiatis, ac etiam vnicas, & quæ monoculares appellantur in eisdem Cathedralibus, etiam Metropolit. ac Patriarchalibus, necnon Collegiatis Ecclesiis, reseruauit etiam Prioratus, Præposituras, Præpositatus, ac alias dignitates, conuentuales, & præceptorias generales ordinum quorumcunque, sed non militiarum, Ac quæcumque beneficia, quæ cui etiam dum Cardinalatus fungebatur honore existentes, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ viuentium nunc, & qui erunt suo tempore Cardinalium familiares continui cõmensales obtinent, & in posterum obtinebunt eorum familiaritate, durante, ac in quibus, seu ad quæ ius eis competit, aut competierit, etiamsi ab ipsa familiaritate per obitum Cardinalium eorundem, vel aliàs recesserint. Declarans dignitates, quæ in Cathedralibus, etiam Metropolitanis post Pontificales non maiores existunt, & quæ ex Apostolicæ sedis indulgentia, vel ordinaria auctoritate, aut consuetudine præscripta, vel aliàs quouis modo in collegiatis Ecclesijs principalem præeminentiam habere noscuntur, sub reseruatione prædicta comprehendi debere.

Reseruatio beneficiorum Collectorum, & Subcollectorum.

3 Item reseruauit generaliter omnia beneficia Ecclesiastica quorumcunque collatorum, & vnitorum in quacumque Ciuitate vel diœcesi, qui suo tempore officia exercuerunt subcollectorum fructuum, & prouentuum Cameræ Apostolicæ debitorum, illa videlicet beneficia dumtaxat, quæ durante eorum officio obtinebant, & in quibus, seu ad quæ ius tunc eis competebat.

Reseruatio beneficiorum Curialium dum Curia transfertur.

4 Itẽ reseruauit omnia, & singula beneficia Ecclesiastica quorumcunque Curialium, quos dum Curia Romana de loco ad locum transfertur eam sequendo decedere contigerit, in quouis loco quantumcunque etiam à dicta Curia remoto.

Reseruatio beneficiorum Cubiculariorum, & Cursorum.

5 Itẽ reseruauit generaliter idem D. N. Papa dispositioni suæ omnia beneficia Cubiculariorum & Cursorũ suorũ.

Reseruatio beneficiorum Ecclesiarum Sancti Petri, & Sancti Ioannis Lateranen. ac Beatę Marię Maioris de Vrbe, ac beneficiorum titulorum Cardinalium a Curia absentium.

6 Item reseruauit dispositioni suæ generaliter quæcunque Canonicatus, & præbendas, ac dignitates, personatus, & officia in Principis Apostolorum, & sancti Ioannis Lateranen. ac Beatæ Mariæ Maioris, de Vrbe Ecclesijs, necnon ad collationem, prouisionem, & præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem S. R. E. Cardinalium à Romana Curia absentium ratione suorum Episcopatuum, Cardinalatus, ac ipsorum Cardinalium titulorum, & Diaconiarum spectantia, quandiu absentia sua durauerit Canonicatus, & præbendas, dignitates, personatus, administrationes, & officia, cæteraque beneficia Ecclesiastica, cum cura vel sine cura vacantia, & in antea vacatura, tam in eadem Vrbe, quàm in Ecclesijs, Ciuitatibus, & diœc. dictorum Episcopatuum consistentia, ac decreuit irritum, &c.

De literis in forma rationi congruit expediendis.

7 Item voluit idem Dominus N. Papa, quòd concessa per fe. re. Gregorium Papam XIII. prædecessorem suum, & de eius mandato expediantur in forma rationi cōgruit sub die Coronationis suæ, vt moris est, & idem quoad concessa per pię mem. Pium Papam V. etiam prædecessorem suum, ad sex menses dumtaxat ab ipso die Coronationis incipiendos obseruari voluit.

Declaratio reseruationis Ecclesiarum, & beneficiorum per prędecessores reseruatorum.

8 Item declarauit omnium, & singularum Ecclesiarum Cathedralium, & Monasteriorum prouisiones, quas præfati prædecessores sui ordinarioni, & dispositioni eorum, necnon omnia, & singula beneficia Ecclesiastica, quæ dicti prædecessores etiam prædictæ dispositioni, cum interpositione decreti reseruauerant. Quæ quidem Ecclesiæ, & Monasteria, necnon sic reseruata beneficia tempore obitus eorundem prædecessorum vacabant, aut Ecclesiæ ipsæ, vel Monasteria huiusmodi si commendata, vel eis administratores deputati non fuissent, etiam tunc vacassent remansisse, & remanere per huiusmodi reseruationem & decretum affecto, nullumque de illis pręter Romanum Pontificem ea vice se intromittere, vel disponere potuisse hue posse quoquomodo, Decernens irritum & inane, si secus super illis attemptatum forsan erat tunc, vel in posterum contingeret attemptari.

Reualidatio literarum prędecessoris gratię, & iustitię infra annum concessarum.

9 Item prædictus D. N. omnes, & singulas ab ipso Gregorio XIII. prædecessore suo infra annum ante diem obitus eius concessas gratiæ vel iustitiæ literas temporibus debitis eorum executoribus non præsentatas omnino reualidauit, & in statum pristinum, in quo videlicet ante fuerant, vel pro quibus erant obtentæ, quoad hoc plenarie restituit, ac decreuit, per executores prædictos, vel ab eis subdelegandos perinde ad illarum executionem procedi posse, & debere, ac si executio huiusmodi temporibus prædictis inchoata fuisset.

Reuocatio vnionum.

10 Item rationalibus suadentibus causis ipse D. N. omnes vniones, annexiones, incorporationes, suppresiones, extinctiones, applicationes, & dismēbrationes, etiā perpetuas, de quibusuis Cathedralibus, necnon alijs Ecclesijs, Monasterijs, dignitatibus, personatibus, officijs, & beneficijs Ecclesiasticis eorumue domibus, prædijs, & locis per cessum, vel decessum, aut quamuis aliam dimisionem, vel amissionem qualiacunque fuerint inuicem vel alijs Ecclesijs, Monasterijs, & mensis, dignitatibus, personatibus, officijs, beneficijs, ac pijs, & alijs locis, Vniuersitatibus, etiam Studiorum generalium, & Collegijs etiam in fauorem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, seu Ecclesijs, Monasterijs, & beneficijs per eos obtentis quomodolibet Apostolica, vel alia quauis, non tamen Concilij Tridentini auctoritate, aut pro fundatione, seu dotatione, augmento, vel conseruatione Collegiorum & aliorum piorum, & religiosorum locorum ad fidei Catholicæ defensionem, & propagationem bonarumque artium cultum institutorum factas, quæ suum non sunt sortitæ effectum, Ac quæcunque concesiones, & mandata super vnionibus, annexionibus, incorporationibus, & alijs præmisis taliter faciendis, reuocauit, cassauit, & irritauit, nulliusque decreuit existere firmitatis, nec alicui quascunque clausulas, vel adiectiones in quibusuis Apostolicis, etiam quæ Motu proprio, aut ex certa scientia, & consistorialiter processerant, & emanauerant literis, & si in eis decretum esset illas ex tunc effectum fortitas esse, aut ius quæsitum fore quomodolibet contenta, aduersus reuocationem, & irritationem huiusmodi voluit aliquatenus suffragari.

Reuocatio facultatum quibusuis concessarum.

11 Item reuocauit quascunque facultates concessas, quibusuis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Prælatis, & personis, necnon Apostolicæ Sedis, Nuncijs, ac fructuum, & prouentuum Cameræ Apostolicæ debitorum collectoribus, de dispensando cum quibusuis personis, super matrimonio contracto, vel contrahendo in gradu prohibito, ac natalium, & ætatis defectibus, & de incompatibilibus beneficijs Ecclesiasticis insimul retinendis, necnon de Notarijs publicis creandis, ac disponendis, quomodolibet de quibusuis beneficijs Ecclesiasticis, & alijs à præmissis officia ipsorum Nunciorum, & collectorum directè non concernentes, etiam si in literis desuper

desuper confectis sint clausulæ restitutoriæ,& derogatoriarumderogatoriæ, & aliæ efficaciores, quas pro expressis haberi voluit,quoad omnia,in quibus facultates ipsæ non sunt sortitæ effectum , etiam si Nuncijs eisdem dictæ Sedis Legatis de Latere competens sit concessa prædicti. Decernens irritum, &c.

Reuocatio facultatum conferendi beneficia reseruata.

12 Item reuocauit quascunque facultates,& literas desuper confectas, per quas quicunque sui prædecessores Romani Pontifices quibusuis personis ordinariam collationem , seu aliam dispositionem beneficiorum Ecclesiasticorum de iure vel consuetudine habentibus,& quauis etiam Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali , vel alia dignitate , vel alio non tamen Cardinalatus honore fungentibus quauis consideratione vel intuitu , etiam Motu proprio,& ex certa scientia,ac de Apostolicæ potestatis plenitudine concesserant,aut quandiu viuerent, vel suis Ecclesijs,seu Monasterijs præessent, aut ad aliud tēpus de beneficijs Ecclesiasticis generaliter reseruatis,seu affectis,ad eorum collationem,prouisionem,præsentationem, electionem, & quamuis aliam dispositionem communiter,vel diuisim spectantibus disponere libere,& licite valerent, aut etiam ad id per eosdem prædecessores Vicarij perpetui,vel ad tempus constituti forent.

De dictionibus numeralibus.

13 Item vt in Apostolicis literis committendi crimen falsi per amplius tollatur occasio,Voluit,statuit, & ordinauit,quòd dictiones numerales, quæ in dictis literis annum,nonas, & idus immediate poni consueuerunt per literas,& syllabas extense describantur,& illæ ex prædictis literis in quibus huiusmodi dictiones aliter scriptæ fuerint , ad bullariam nullatenus mittantur.

De concurrentibus in Dat.

14 Item voluit quòd de concurrentibus super vacantibus,seu certo modo vacaturis beneficijs illis,quibus gratiæ Motu proprio concedantur,cæteris simili modo gratias non habentibus, aliàs graduati,non graduatis, aut inter graduatos magis graduati,ac inter æqualiter graduatos prius graduati , necnon colorato titulo possessores non possessoribus,ac inter personas aliàs in Curia præsentes absentibus ab ea, ac inter præsentes non beneficiati beneficiatis,& similiter inter absentes cæteris paribus oriundus non oriundo, & diœcesanus non diœcesano. In reliquis vero singuli,qui prius Apostolicas desuper literas eorum executoribus præsentauerint, alijs in ipsorum,de quibus agi contigerit beneficiorum assecutione præferantur.

De non tollendo iure quæsito.

15 Item ne per varias,quæ pro commissionibus,seu mandatis,& declarationibus habendis in causis plerunque fiunt suggestiones iustitia postponatur,Idem Dominus Noster decreuit,& declarauit suæ intentionis esse, quòd deinceps per quamcunque signaturam,seu concessionem,aut gratiam , vel literas Apostolicas pro commissionibus,seu mandatis,aut declarationibus huiusmodi , etiam si Motu proprio,& ex certa scientia , ac etiam ante motam litem a sanctitate sua emanauerint , vel de eius mandato faciendas nulli ius sibi quæsitum quomodolibet tollatur.

Regula de viginti.

16 Item voluit , quòd si quis in infirmitate constitutus resignauerit aliquod beneficium siue simpliciter , siue ex causa permutationis , vel aliàs dimiserit, aut illius Commendæ cesserit, seu ipsius beneficij vnionis dissolutioni consenserit,etiam vigore supplicationis dum esset sanus signatæ , & postea infra viginti dies a die per ipsum resignantem præstandi consensus computandos,de ipsa infirmitate decesserit, & ipsum beneficium quauis auctoritate conferatur per resignationem sic factam,collatio huiusmodi sit nulla, ipsumque beneficium nihilominus per obitum censeatur vacare.

De idiomate.

17 Item voluit quòd si cōtingat ipsum alicui personæ de parochiali Ecclesia, vel quouis alio beneficio exercitium curæ animarum parochianorum quomodolibet habēte prouidere,seu mandare prouideri, nisi ipsa persona intelligat,& intelligibiliter loqui sciat idioma, loci vbi Ecclesia vel beneficium huiusmodi consistit , prouisio, seu mandatum , & gratia desuper quoad parochialem Ecclesiam,vel beneficium huiusmodi nullius sint roboris vel momenti.

De non impetrando beneficium per obitum viuentium.

18 Item si quis supplicauerit sibi de beneficio quocunque tanquam per obitum alicuius,licet tunc viuentis,vacante prouideri,& postea per obitum eius vacet prouisio, & quæuis alia dispositio dicto supplicanti per obitū huiusmodi denuo facienda,nullius sint roboris vel momenti.

De vnionibus , & vnionum confirmatione.

19 Item voluit quod petentes beneficia Ecclesiastica alijs vniri,tenerentur exprimere verum annuum valorem secundum communem æstimationem tam beneficij vniendi, quàm illius, cui vniri petitur. Alioquin vnio non

 valeat

valeat, & semper in vnionibus commissio fiat ad partes vocatis quorum interest, & idem voluit obseruari in confirmationibus vnionum factarum.

De Moneta,

20 Item declarauit idem D. N. quod libra Turonen. paruorum, & florenus auri de Camera pro æquali valore in concernentibus literas, & Cameram Apostolicam computari, & æstimari debeant.

De beneficiis vacaturis per promotionem ad Ecclesias & Monasteria.

21 Item prædictus D. N. Papa voluit, decreuit, & ordinauit, quod quæcumque concessiones, gratiæ, & mandata etiam Motu proprio & cum derogatione huius constitutionis, quæ ab eo pro quibusuis personis emanauerunt de prouidendo eis, de quibusuis beneficijs vacaturis per promotionem quorumcunque ad Ecclesiarum, & Monasteriorum regimina si huiusmodi concessiones, & mandata diem promotionis promouendorum ipsorum præcesserint. Necnon quæcumque collationes, prouisiones, & dispositiones pro tempore faciendæ, de præmissis, ac quibusuis alijs beneficijs Ecclesiasticis, secularibus, & regularibus, quæ per promouendos, vel assumendos ad quascumque prælaturas inter illarum vacationis, & huiusmodi promotionis vel assumptionis tempora simpliciter, vel ex causa permutationis vbicumque resignari, vel alias dimitti contigerit cum inde secutis, pro tempore sint cassæ & irritæ, nulliusque roboris vel momenti.

De non iudicando iuxta formam supplicationum, sed literarum expeditarum.

22 Item cum ante confectionem literarum gratia Apostolica sit informis, Voluit, statuit, & ordinauit, idem D. N. quod iudices in Rom. Curia, & extra eam pro tempore existentes, etiam si sint Sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinales, causarum Palatij Apostolici Auditores, vel quicumque alij, tam in possessorio, quam in petitorio iudicio nō iuxta supplicationum signatarum super quibusuis impetrationibus (nisi in dicta Curia dumtaxat sint commissiones iustitiam concernentes per placet, vel per Sanctæ Rom. Ecclesiæ Vicecancellarium iuxta facultatem super hoc sibi concessam signatæ) sed iuxta literarum super eisdem impetrationibus & concessionibus confectarum tenores & formas iudicare debeant. Decernentes irritum, &c. & si litteræ ipsæ per præoccupationem, vel alias minus bene expeditæ reperiantur ad illorum quorum interest instantiam ad Apostolicam Cancellariam remitti poterunt per eius Officiales, quibus huiusmodi tenores, & formas restringere cōuenit, ad formas debitas reducendæ.

De Regulis Cancellariæ producendis.

23 Item attendens D. N. Papa, quòd super habendis de Cancellaria Apostolica Regulis & Constitutionibus inibi descriptis faciliter per eos, qui in Romana Curia indiguerint ad ipsam Cancellariam recursus dirigi potest, nec Consultum foret, quod super earundem regularum & constitutionum, quæ iuxta varietatem occurrentium causarum, & negociorum aliquoties immotari conuenit probando tenore vel effectu testium plerumque tenacem desuper memoriam non habentium depositionibus stari deberet, voluit, statuit, & ordinauit, quod deinceps quilibet ex auditoribus causarum Palatij Apostolici, & alij etiam si S. R. E. sint Cardinales in ipsa Curia pro tempore deputatis auctoritate Apostol. iudicibus, etiam in causis actu pendentibus super huiusmodi tenore, vel effectu probando dumtaxat stet, fidemque adhibeat cedulæ, seu scripturæ desuper a duobus de maiori parco, quod danda sit, a tergo signatæ, & etiam duobus alijs literarum Apostolicarum abbreuiatoribus in ipsa Cancellaria auscultatæ, & D. Vicecancellarij, seu dictam Cancellariam, Regentis manu subscriptæ, vt moris est, quicquid autem secus fieri contigerit nullius sit roboris, vel momenti.

De surrogandis colligantibus.

24 Itē Dominus noster cupiēs litium succidere anfractus, & ne noui collitigantibus aduersarii dentur, prouidere, voluit, statuit, & ordinauit, quod quoties deinceps aliquem super quouis Ecclesiastico beneficio collitigantem in iure, vel ad ius, si quod forsan eius aduersario in dicto beneficio competierit, surrogari concesserit (dummodo prædictus collitigans in dicto beneficio intrusus non fuerit, nec super eo contra dictum aduersarium, postquam illud per triennium pacifice possederit, lis tunc mota fuerit) aliorum quorumlibet de præmisso iure, siue tunc vacet, vel cum vacauerit, impetrationes, vel concessiones, etiam Motu proprio infra mēsem ante concessionem huiusmodi factæ nullius sint roboris, vel momenti: & nihilominus cupiens eorum fraudibus obuiare, qui viuentium, beneficia illorum præsertim, quibus, aut propter senium, aut propter infirmitatem immineret vitæ periculum impetrant, vt illis decedentibus, tamquam collitigantes in eorum iuribus facilius subrogentur, voluit, vt deinceps nullus in iure, vel ad ius in beneficio defuncti, quod illo viuente in casibus præmissis, vel similibus impetrauerit aliquo modo subrogetur, ac subrogatio, vel gratia, si neutri, si nulli, seu nouæ prouisionis, aut perinde valere taliter impetrandi, nullatenus suffragetur, quod etiam strictissime obseruari mandauit in impetrationibus beneficiorum per priuationem, & amotionem, ex quibusuis criminibus, & excessibus forsan perpetratis, etiam si vsque ad diffinitiuam sententiam, quæ tamen in rem non transiuerint iudicatam processum foret.

De verisimili notitia.

25 Item voluit, & ordinauit, quod omnes gratiæ, quas, de quibusuis beneficijs Ecclesiasticis cum cura, vel sine cura, secularibus vel regularibus per obitum quarumcumque personarum vacantibus in antea fuerint nul-

lius

lius roboris, vel momenti sint, nisi post obitum, & ante datam gratiarum huiusmodi tantum tempus effluxerit, quod interim vacationes ipsæ de locis, in quibus personæ prædictæ decesserint ad notitiam eiusdem Domini Nostri verisimiliter potuerint peruenisse.

Non valeant commissiones causarum nisi literis expeditis.

26 Item quòd omnes, & singulę commisiones causarum, quas in antea fieri contigerit, obtentæ, vel occasione concesionum dumtaxat Apostolicarum de beneficijs Ecclesiasticis gratiarum, super quibus literæ Apostolicæ confectæ non fuerint, ac processus desuper habendi nullius sint roboris vel momenti.

De impetrantibus beneficia per obitum familiarium Cardinalium.

27 Item voluit, quod impetrans beneficium vacans per obitum familiaris alicuius Cardinalis teneatur exprimere nomen, & titulum ipsius Cardinalis, & si ille in Curia fuerit, eius ad id accedat assensus. aliàs desuper gratia sit nulla; & idem seruari voluit, si dicti familieres eorundem Cardinalium familiares esse desierint, seu ad aliorum Cardinalium familiaritatem similem transierint quoad beneficia, quæ familiaritate priori durante obtinuerint, & in quibus priori ipsa familiaritate durante, ius eius competierit, ita quod quoad illa, Cardinales quorum prius familiares fuerint, suum habeant adhibere consensum. Declarans præsentē constitutionem locum non habere, in illis beneficijs, quæ non solum ratione familiaritatis, continuæ commensalitatis huiusmodi, sed etiam ratione officiorum, quæ familiares ipsi tempore obitus eorum in dicta curia, vel extra eam obtinerent, aut antea obtinuissent dictæ dispositioni generaliter reseruata, vel effecta fuisse apparerent. Necnon illos, quoad effectum dictæ constitutionis familiares eorundem Cardinalium censeri, qui ipsorum Cardinalium familiares continui commensales ad minus per quatuor menses fuisse probarentur. Decernens irritum, &c.

Super eadem familiaritate.

28 Item idem Dominus Noster ad euitandas lites, & contentiones, quæ ex præcedenti sua constitutione, exoriri possent vestigijs prædecessorum suorum inhærendo voluit statuere, & ordinauit, quod si beneficia quæ per obitum familiarium continuorum commensalium eorundem Cardinalium in futurū vacabunt cessantibus Apostolicis reseruationibus da alterius Cardinalis collationem, vel aliam dispositionem pertinere deberent, in dicta præcedenti constitutione non comprehendantur, quo ad hoc, vt in prouisionibus talium beneficiorum, super expeditionibus literarum illius Cardinalis, cuius familiaris defunctus illæ extitit consensus requiri debeat, sed beneficia huiusmodi ad collationem, seu quamuis aliam dispositionem Cardinalis ordinarij collatoris, vt præfertur libere spectare censeantur, & si apud Sedem Apostolicam beneficia huiusmodi per obitum dictorum familiarium vacauerint, tunc in prouisione talium beneficiorum super expeditione literarum illius Cardinalis exigatur consensus, si in Romana Curia præsens fuerit, ad quem eorūdem collatio, vel dispositio, vt præfertur pertinere deberet.

Signatura per fiat, pręferatur alteri per concessum.

29 Item voluit idem Dominus Noster, quod concurrentibus eadem die super quocunque beneficio per fiat, & concessum signaturis, ex eis per fiat etiam vt petitur habens, alteri per concessum etiam Motu proprio habenti præferatur, etiam si in illa per concessum prægnantiores, & quantumlibet priuilegiatiuæ essent clausulæ.

De Annali possessore.

30 Item Sanctissimus Dominus Noster, vt improbi lites exquirentium motus reprimantur, voluit, statuit, & ordinauit, quòd quicunque beneficium Ecclesiasticum tunc per annum immediate præcedentē pacifice possessum, & quod certò modo vacare prætenditur deinceps impetrauerit, nomen, gradum, & nobilitatem possesionis eiuidem & quotannis illud ipse possederit, ac specificam, & determinatam, ex qua clare poterit constare quòd nullum ipsi possessori in dicto beneficio ius competat causam in huiusmodi impetratione exprimere, & infra sex menses ipsum possessorem ad iudicium euocari facere, causam que ex tunc desuper infra annum vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiue prosequi debeat, & teneatur. Alioquin impetratio prædicta, & quæcunque inde secuta nullius existant firmitatis, & idem impetrans de damnis, & interesse possessorem præfatum propterea contingentibus ei satisfacere, & si possessorem ipsum iniuste, friuole, & indebite molestasse repertus extiterit, Quinquaginta florenos auri persoluere Cameræ Apostolicæ sit adstrictus, nec alius, quàm præmissæ vacationis modus, etiam per literas, si neutri, aut surrogationis, aut aliàs sibi quoad hoc, vt beneficium huiusmodi ea vice consequi, aut obtinere valeat quomodolibet suffragetur illudque nullatenus interea litigiosum propterea censeatur, quòd etiam extendi voluit ad impetrantes beneficia Ecclesiastica cuiuscunque qualitatis per priuationem, & amotionem, vel alias propter commissa excessus, & crimina vacantia, vel vacatura, & similiter ad impetrantes beneficia tanquam vacantia per deuolutionem.

De Triennali.

31 Item statuit, & ordinauit idem Dominus Noster, quod siquis quæcumque beneficia Ecclesiastica qualiatūque sint absque simoniaco ingressu, ex quibus titulo Apostolica vel ordinaria collatione, aut electione, & electionis huiusmodi confirmatione seu præsentatione, & institutione illorum, ad quos beneficiorum huiusmodi collatio, prouisio, electio, & præsentatio, seu quæuis alia dispositio pertinet per triennium pacifice pos-

ſederit (dummodo in beneficijs huiuſmodi, ſi diſpoſitioni Apoſtolicæ ex reſeruatione generali in corpore Iuris clauſa reſeruata fuerint ſe non intruſerit) ſuper eiſdem beneficiis taliter poſſeſſis moleſtari nequeat, necnon impetrationes, quaslibet de beneficiis ipſis ſic poſſeſſis factas irritas, & inanes cenſeri debere decreuit, antiquas lites ſuper illis motas penitus extinguendo.

De non appellando ante diffinitiuam ſententiam.

32 Item idem D. Noſter; vt finis litibus celerius imponatur, & litigantium parcatur ſumptibus, & expenſis, ſuorum prædeceſſorum conſtitutionibus, & ſtatutis inhærendo, ſtatuit, & ordinauit, quod in cauſis in Romana Curia pendentibus, & quas in poſterum contigerit agitari, nulli ante diffinitiuam ſententiam liceat appellare, nec appellatio ſi fuerit emiſſa, debeat admitti niſi ab interlocutoria, quæ vim habeat diffinitiuæ, vel à grauamine minime concernente negocium principale, quod non poſſit per appellationem à diffinitiua ſententia reparari, nullæque cauſæ appellationum committantur, niſi in commisſione exprimatur, quod interlocutoria vim diffinitiuæ habeat vel grauamen ſit tale quod in appellatione a diffinitiua nó valeat reparari. Alioquin appellationes, & commisſiones impoſterum, & quicquid inde ſequutum fuerit, nullius ſit roboris, vel momenti, commiſſionibus appellationũ iam iudicibus præſentatis, & exhibitis in ſuo robore permanſuris, in quibus latis ſuper eiſdem ſententijs ſecundo vel vlterius ab eis non liceat appellare, Appellantes vero, & appellationes etiam ab interlocutoriis, & grauaminibus huiuſmodi ſuo vel alterius nomine proſequentes ſi ſuccubuerint, vltra expenſas, & damna, ad quæ reſarcienda de iure condemnatus compellitur, viginti Florenorum auri pœna mulctetur.

Non ſletur commiſsioni poſt concluſionem.

33 Item ſtatuit, & ordinauit, quod in commisſionibus de iuſtitia ſeu mandatis etiam conſiſtorialibus per eum ſeu de eius mandato, vel auctoritate in cauſis, in quibus concluſum exiſtat impoſterum concedendis, etiam ſi in eis de concluſione huiuſmodi implicitæ vel explicitæ mentio facta fuerit, nihil cenſeatur eſſe conceſſum, niſi per conceſsionem commisſionis huiuſmodi derogetur expreſſe.

De literis Religioſorum expediendis.

34 Item voluit, & ordinauit quod ſi aliqui Religioſi petunt aliquod beneficium ad nutum amouibile cum clauſula, quod exinde pro ſolo nutu Abbatis, vel ſuperioris amoueri non posſint literæ, quoad ipſam clauſulam nullatenus expediantur, niſi idem Dominus Noſter ponat in ſignatura, quod non poſſit amoueri, vel ad partem ulam ipſam concedat.

De clauſula ponenda in literis permutationum beneficiorum.

35 Item ſi cõmittatur alicui beneficii reſignationis receptio, ponatur clauſura, attẽte quoque prouideas &c. & ſi ex cauſa permutationis reſignationes fiant, ponatur clauſula, Quod neuter permutantiũ ius acquirat niſi quilibet ipſorum ius habuerit in beneficio per ipſum reſignato.

De ſupplendis defectibus.

36 Voluit, quod ſi petatur ſuppleri defectus in genere, nullatenus literæ deſuper concedantur niſi in petitione deſuper huiuſmodi defectus exprimantur, vel per fiat vt petitur, ſupplicatio ſignata fuerit.

De derogatione iuris patronatus.

37 Item voluit, quod ſuper quouis beneficio Eccleſiaſtico de iure patronatus laicorũ non expediantur literæ, niſi ponatur expreſſe, quod tale beneficium tanto tempore vacauit, quod eius collatio ad ſedem Apoſtolicam legitime eſt deuoluta, vel quia tempus patronis laicis ad præſentandum à iure præfixum lapſum exiſtat, aut ad id patronorum ipſorum accedat aſſenſus, & ſi per ipſum iurispatronatus huiuſmodi derogari contigerit, iurispatronatus huiuſmodi mentio diſpoſitiue, ac ſpecifice, & determinate, non autem conditionaliter fiat, & ſi illud ad aliquem Regem, Ducem, Marchionem vel alium Principem pertineat, & de hoc in literis prouiſionis, vel mandati de prouidendo de dicto beneficio ſimilis mentio facta non fuerit, non cenſeatur quomodolibet derogatum.

De Commendis.

38 Item voluit, quod nulli ſeculari de regulari, nec Religioſo de ſeculari beneficiis commenda detur, niſi in ſignatura per clauſulam ad partem ſuper petitione commendæ huiuſmodi de commenda ipſa mentio fiat.

De reformationibus.

39 Item voluit, ſtatuit, & ordinauit, quod ſuper quibuſcunque reformationibus ſignatis ſuper impetrationibus quorumcumque beneficiorum vacantium, vel certo modo vacaturorum, in quibus petitur, quod literæ ſuper prima data expediri poſſent, ſi ex huiuſmodi expeditione ſub tali data cuiquam videatur poſſe fieri præiudicium, literæ huiuſmodi ſub ipſa prima data nullatenus expediantur, niſi reformationes huiuſmodi per fiat ſub prima data ſignatæ fuerint.

De consensu in resignationibus, & pensionibus.

40 Item voluit, & ordinauit, quod super resignatione cuiuscumque beneficij Ecclesiastici, seu cessione iuris in eo, quam in manibus suis, vel in Cancellaria Apostolica fieri contigerit, Apostolicæ literæ nullatenus expediantur nisi resignans vel cedens, si præsens in Romana Curia fuerit, personaliter, alioquin per procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum expeditioni huiusmodi in eadem Cancellaria expresse consenserit, & iurauerit, vt moris est, & si ipsam resignantem, seu cedentem pluries super vno & eodem beneficio in fauorem diuersarum personarum successiue consentire contigerit, voluit Sanctitas sua, quod primus consensus tenere debeat, & alii posteriores consensus, ac literæ illorum prætextu, etiam sub priori data expeditæ pro tempore nullius sint roboris, vel momenti literæ reseruationis, vel assignationis Motu proprio cuiusuis pensionis annuæ super alicuius beneficii fructibus expediri possint, nisi de consensu illius qui pensionem persoluere tunc habebit.

De ingressu Religionis.

41 Item non dentur literæ super beneficijs vacaturis per ingressum Religionis, nisi ille præcesserit datam desuper petitionis.

Non valeat impetratio facta per modum in Cancellaria exprimendum.

42 Item voluit, quod si petatur aliquod beneficium vacans per modum in Cancellaria Apostolica exprimendũ, talis impetratio non valeat, nec literæ desuper expediantur.

De executione facienda.

43 Item voluit, statuit, & ordinauit, quod quotiescumque per signaturam suam, vel de eius mandato factum super exequendis aliquibus cum adiectione proprij nominis vel dignitatis cuiusuis iudex datur, literæ desuper expediantur cum expressione, quod idem iudex executionem faciat per seipsum.

De dispensationibus in gradibus consanguinitatis.

44 Voluit quod in literis dispensationum super aliquo gradu consanguinitatis, vel affinitatis, aut alias prohibito ponatur clausula, Si mulier rapta non fuerit, Etsi scienter, ponatur clausula addita in quaterno.

Super defectu Natalium.

45 Voluit quod in dispensationibus super defectu Natalium, quod possint succedere in bonis temporalibus ponatur clausula. Quòd non præiudicetur illis ad quos successio bonorum ab intestato pertinere debeat.

Super dispensationibus.

46 Item quod per quamcumque signaturam in quauis gratia nullatenus dispensatio veniat, nisi dicta gratia totaliter effectum huiusmodi dispensationis concernat, vel aliàs nihil conferat, aut operetur.

Nulli suffragetur dispensatio, nisi literis confectis.

47 Item cum concessiones super gratiis dispensationum quarumcumque quibusuis per ipsum Dominum Nostrum cõcessarum vel concedendarum per regulas Cancellariæ Apostolicæ sint prouide limitatæ, licet aliquando in petitionibus super huiusmodi concessionibus oblatis multa sint petita, nequis talium concessionum prætextu id dispensatiue tenere, aut facere præsumat, ad quod concessiones huiusmodi se non extendant. Voluit idem Dominus Noster, quod nulla talis dispẽsatio cuiquam in iudicio vel extra suffragetur, antequam super ea literæ Apostolicæ sint confectæ.

De clausulis ponendis in literis indulgentiarum.

48 Item voluit, quod in literis indulgentiarum ponatur, quod si Ecclesiæ, vel capellæ vel aliàs aliqua indulgentias fuerit per ipsum concessa, de qua inibi specialis mentio facta non sit, huiusmodi literæ sint nullæ.

De indulgentiis concessis ad instar.

49 Item voluit idem Dominus Noster, quod literæ super indulgentijs non expediantur ad instar nisi specificentur.

De exprimendo valore beneficiorum in impetrationibus.

50 Item voluit, quod in gratijs, quas quibusuis personis de beneficijs vacantibus, seu certo modo vacaturis fieri contigerit, illorum, & aliorum quorumcumque beneficiorum, quæ dictæ personæ tunc obtinuerint, seu de quibus eis fuerit prouisum, vel concessum, aut mandatum prouideri verus annuus valor, per Marchas argen-

ti, aut

ti, aut sterlingorum, vel libras Turonen. paruorum, seu florenorum auri, aut ducati, vel vncias auri, seu aliam monetam, secundum communem extimationem, exprimantur, nisi personæ prædictæ, beneficia quæ tunc obtinuerint, aut in quibus, vel ad quæ ius eis competit, iuxta ipsarum oblationes, aut alias dimittere teneantur. Alioquin gratiæ prædictæ sint nullæ, & idem seruetur in gratijs, quas à Sanctitate sua Motu proprio emanare contigerit, quoad beneficia, de quibus per Sanctitatem suam pro tempore prouidetur, seu prouideri mandatur, aut alias disponitur, ac literis, per quas pro tempore ad Ecclesiarum Patriarchalium, & Cathedralium ac Monasteriorum regimina promotis conceditur, quod Monasteria, & alia beneficia Ecclesiastica, secularia, & regularia per eos obtenta, & in quibus, & ad quæ ius eis competit retinere possint.

De clausulis in beneficiis vacantibus ponendis,

51 Voluit & ordinauit, quod quando prouidet, seu mandat prouideri alicui de beneficio Ecclesiastico vacante, tunc dari poterunt clausulæ si petantur, etiam si illud quouismodo &c. seu per constitutionem execrabilis vacet, ac specialiter reseruatum inter aliquos litigiosum sit, & eius collatio deuoluta fuerit, & si pro collitigante, vel surrogationem, aut si neutri, vel si nulli, &c. petente, si tunc lis specifice exprimatur. Nec detur aliqua generalis reseruatio dispositiue nisi desuper in concessione speciali, & expressa, ac pure, & non sub conditione mentio fiat, & tunc reliquæ reseruationes ibi contentæ veniant. Si uero tépore expeditionis inde literarum generalis reseruatio huiusmodi probari non possit, aut in nouis prouisionibus, seu pro collitigantibus, si neutri, vel si nulli, &c. sit expressum, quod ab aliquibus asseritur, illum cuius beneficium conceditur Collectorem vel vnicum subcollectorem, Abbreuiatorem, vel familiarem. Notarium, aut dictæ sedis officialem fuisse clausula ponatur, etiam si dictum beneficium, ex eo quod talis Collector, vel vnicus subcollector, abbreuiator, vel familiaris Notarius. aut dictæ sedis officialis fuit dispositioni Apostolicæ generaliter reseruatum existat, dummodo non sit in eo alicui specialiter ius quæsitum: in reliquis vero nulla clausula detur. Vnde reseruatio generalis dici possit, nisi desuper signatura per duplex, fiat, signata sit, aut reseruatio, vel aliàs specialiter habeatur.

De expressione qualitatum beneficiorum in impetrationibus.

52 Item voluit quod super beneficijs Ecclesiasticis, de qualitatibus illorum videlicet, an dignitates, personatus, vel officia sint, eisque cura immineat animarum, & ad illa consueuerint, qui per electionem assumi mentio fiat, aliàs gratiæ desuper factæ sint nullæ, & si qualitates huiusmodi affirmatiue, vel conditionaliter non exprimantur, negatiua expresse desuper fiat in beneficiis, quæ tales qualitates, vel ex eis aliquas consueuerunt habere.

De beneficiis vacantibus per contractum matrimonii.

53 Item si reseruetur beneficium per contractum matrimonii, non dentur alij modi vacationum de futuro nec censeatur beneficium reseruatum specialiter vel affectum, nisi sequatur matrimonium: sed in beneficijs per promotionem, aut ingressum Religionis, vel assecutionem vacaturis ponatur clausula, etiam si non petatur. Cum beneficia huiusmodi præmisso, vel aliàs quouis modo &c. præterquam per obitum obtinentis vacare contigerit, etiam si vacent.

De clausulis ponendis in literis Religiosorum.

54 Item voluit, quod si petatur aliquem in Religiosum recipi, & sibi de quouis beneficio Ecclesiastico prouideri per simplicem signaturam fiat receptio huiusmodi, dumtaxat detur adiectio, si petens idoneus sit, aut aliud Canonicum non obsistat, & exprimatur si certus numerus Regularium sit ibidem cui etiam non derogetur, nisi expresse concedatur, & si numerus ille non existat, ponatur, Dummodo receptionis locus huiusmodi nimium propterea non grauetur.

De translatione Religiosorum.

55 Item si regularis petat sibi de beneficio ab aliquo Monasterio, vel alio regulari loco dependente prouideri, & appareat ex petitione huiusmodi, quod alterius Monasterij, vel loci Religiosus sit ibi. Translatio non petatur nihilominus illa veniat.

Petenti prouideri de vacaturo, dentur literę de vacaturo, & è conuerso.

56 Item petenti sibi prouideri de vacaturo, dentur literæ de vacaturo, & è conuerso, prout expedierit impetranti.

De mandatis Apostolicis, & executorialibus.

57 Voluit, & ordinauit, quod mandata Apostolica super sententijs in Romana Curia latis executioni demandandis sub bulla expediantur, alias sint nulla.

Reuocatio decimarum, & aliarum impositionum.

58 Item reuocauit quascumque decimarum subsidiorum, vigesimæ, & aliorum onerum impositiones, quæ à prædicto Gregorio 13. prædecessore suo, ex quauis causa, etiam in subsidium expeditionis contra Turcas, &

Orthodoxæ fidei hostes emanarunt, & quascumque facultates super decimarum, vigesimæ, & onerum huiusmodi exactione, quibusuis fructuum, & prouentuum Cameræ Apostolicæ debitorum, Collectoribus, & Apostolicæ sedis nunciis ab eodem prædecessore concessas. Suspendit quoque ad suæ Sāctitatis, & sedis Apostolicæ beneplacitum, quascumque plenarias Indulgentias, ab eodem prædecessore, ex quauis causa etiam expeditionis huiusmodi concessas, si quæ per Nuncios, vel Quæstores deferebantur. Necnon deputandi, & eligendi confessores, qui plenarie absoluant, & alia faciant ad earundem indulgentiarum suspensarum effectum, reliquasque facultates, ipsasque Indulgentias quomodolibet concernentes, præterquam, quoad ea, in quibus Indulgentiæ, & facultates in aliqua sui parte fins sortitæ effectum, Ita vt illis, qui implentes iniuncta eis in literis indulgentiarum huiusmodi iam consequuti sunt facultatem eligendi confessores, qui absoluant eos plenarie in mortis articulo per huiusmodi suspensionem non præiudicetur, quin facultate ipsa vti possint in futurum: decreuit quoque irritum, & inane quicquid facultatum reuocatarum, earundē prætextu imposterū contigerit attentari.

Reuocatio facultatum percipiendi pretium Officiorum.

59 Item reuocauit, cassauit, & annullauit, ac irritas declarauit quascumque facultates percipiendi pretium officiorum Rom. Curiæ pro tempore vacantium in toto vel in parte, ac quasuis concessiones, & collationes, aliasque dispositiones, per fe. record. Gregorium PP. 13. prædecessorem suum de dictis officijs, etiam ex die collationum, concessionum, & dispositionum earundem in antea vacaturis in fauorem quarumcunque personarum, Ecclesiarum, Monasteriorum, piorum locorum, Collegiorum, seu eorum mensarum, etiam perpetuo, etiam in vim contractus, & ex titulo oneroso, & sub alia quauis verborum forma, quam & præmissorum tenores pro expressis haberi voluit, concessas, & factas, quoad officia, quæ post obitum ipsius prædecessoris vacarunt, & in posterum quomodolibet vacabunt.

Quòd fructus in tertia parte augeri possit vigore clausula.

60 Item cum nonnulli in impetrationibus beneficiorum Ecclesiasticorum pro tempore vacantium, & certo modo vacaturorum afferendo illorum fructus, &c. certum per eos expressum annuū valorem nō excedere non nunquam obtineant à Sanctitate sua, vt huiusmodi valorem annuum augeri possint, vt verius possit in cōfectione literarum super huiusmodi impetrationibus summa, ac valor ipse annuus exprimi, aliter desuper non specificato, ne de virtute huiusmodi concessionis imposterum hæsitari contingat, declarauit prætextu cōcessionis huiusmodi valorem ipsum vsque ad tertiam partem valoris expressi, & in prima, quæ desuper fiet literarum expeditione dumtaxat augeri posse, & eas, quas literis iam expeditis cum expressione valoris specificati, aut non integro augmento prædicto denuo desuper expediri contigerit literas cum aliquo augmēto valoris huiusmodi nullius esse roboris, vel momenti, etiam si Motu proprio beneficiales gratiæ, & dispositiones quæcumque à Sanctitate sua emanarent.

De insordescentibus.

61 Item ne personis, pro quibus literæ suæ Sanctitatis emanabunt ob generalem absolutionem à censuris Ecclesiasticis, quibus ligati forent, ad eorum effectum indifferenter concedi, & in literis Apostolicis apponi solita præstetur occasio censuras ipsas vilipendendi, & insordescendi in illis; statuit, & ordinauit huiusmodi absolutionem, & clausulam in literis, quas in futurum cum illa concedi continget, non suffragari, non parentibus rei iudicatæ, Incendiarijs, violatoribus Ecclesiarum, falsificatoribus, & falsificari procurantibus literas, & supplicationes Apostolicas, & illis vtentibus, receptatoribus, & fautoribus eorum, ac res vetitas, ad infideles deferentibus. Violatoribus Ecclesiasticæ libertatis. Via facti, ausu temerario Apostolicis mandatis non obtemperantibus, & Nuncios vel executores Apostolicæ sedis, & eius officialium eis commissa exequentes impedientibus, qui propter præmissa, vel aliquod eorum excommunicati à iure vel ab homine per quatuor mēses scienter excommunicationis sententiam huiusmodi sustinuerint, & generaliter quibuscumque alijs, qui censuris aliquibus, etiam aliàs, quàm vt præfertur quomodolibet ligati in illis per annum continuum insorduerint.

Officiales nihil exigant vltra debitum.

62 Item idem Dominus Noster exactionibus, quas Sanctitas sua non sine displicentia plerumque fieri intellexit per officiales Romanæ Curiæ, qui constitutis sibi emolumentis pro exercitio officiorum, quæ obtinent, non contenti vltra à prosequentibus negociorum quorundam expeditionem in eadem exigere non verentur, obuiare volens, districte præcipiendo inhibuit omnibus, & singulis quæuis officia in eadem Curia obtinentibus, ne de cætero quicquam prætextu officiorum, quæ obtinent, quouis colore, etiam celerioris expeditionis vltra emolumenta huiusmodi exigere, seu ad hunc effectum expeditionem eorum, quæ eis incumbunt malitiose differre sub excommunicationis, & præter illam suspensionis à perceptione emolumentorum huiusmodi pro prima ad semestre, & pro secunda ad annum, & pro tertia vicibus, quibus sic excederent priuationis officiorum per eos obtentorum in quibus sic excessetint pœnis. Ac voluit, quod S. Rom. E. Vicecancellarius, & Camerarius excedentes ipsos respectiue, prout eis subsunt per subtractionem emolumentorum eorundem, ac aliàs vt præmittitur compellant ab huiusmodi illicitis exactionibus abstinere, & contra eos per prædictas pœnas, & alias prout melius expedire viderint, procedant.

Quòd Cardinales non comprehendantur sub regulis faciendis.

63 Item cum S. R. E. Cardinales ipsi Sanctissimo D. N. assistant, ac propterea debeant specialibus prærogatiuis

tinis, & priuilegijs gaudere, idem D. N. statuit, ordinauit, & decreuit, quod in quibuscumque constitutionibus & regulis per Sanctitatem suam imposterum post hanc primam editinnem, & suarum constitutionum, & regularum publicationem faciendis, non includantur ipsi Cardinales, nisi illæ eorundem Cardinalium fauorem concernant, vel ipsæ constitutiones edendæ de eorundem Cardinalium, vel maioris partis eorum consilio editæ fuerint.

De potestate Reuerendissimi D. Vicecancellarij, & Cancellariam a Regentis.

64 Primo quod possit committere absolutionem illorum, qui ignoranter in supplicationibus, vel in literis Apostolicis aliquid scriberent, corrigerent, vel delerent.

Item quod possit corrigere nomina, cognomina personarum, non tamen eorum, quibus gratiæ, & concessiones fiunt, ac beneficiorum, dum tamen de corpore constet.

Item quod possit omnes causas beneficiales, etiam non deuolutas committere in Curia, cum potestate citandi ad partes.

Item quod processus Apostolica auctoritate decretos aggrauare possit cum inuocatione brachij secularis, & sententias executioni demandari facere contra intrusos, & intrudendos, per literas apostolicas desuper conficiendas, & non alias.

Item quod possit signare supplicationes manibus duorum Referendariorum signatas de beneficijs Ecclesiasticis, secularibus, & regularibus dispositioni Apostolicæ generaliter non reseruatis, quorum cuiuslibet valor, centum florenorum auri de Camera vel totidem librarum Turonen. paruorũ seu totidem in alia moneta secundum communem æstimationem valorem annuum non excedat.

Item quod possit signare supplicationes etiam duorum Referendariorum manibus signatas, & de nouis prouisionibus Si neutri, & subrogationibus pro colligitantibus, in quibus non detur clausula generalem reseruationem importans.

Item quod possit ad ordines suscipiendos arctatis prorogare terminos de dictis suscipiendis ordinibus, vsque ad proxima tunc à iure statuta tempora, in quibus sic arctati, successiue ad ipsos ordines promoueantur.

Placet, & ita publicentur, & describantur F.

Lectæ, & publicatæ fuerunt suprascriptæ Regulæ, ordinationes, constitutiones, Romæ In Cancell. Apost. anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, die vero Iouis, 2. mensis Maij Pont. S. D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. anno primo.

Claudius Ciccolinus Custos.

XVIII.

Reseruatio mensium Apostolicorum, & alternatiua, pro Episcopis residentibus.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus Noster Dominus Sixtus diuina prouidentia Papa Quintus, Cupiens pauperibus clericis, & alijs benemeritis personis prouidere, omnia beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura secularia, & quorumuis ordinum regularia qualitercunque qualificata, & vbicunque existentia in mensibus Maij, Iulij, Augusti, Octobris, Nouembris, Ianuarij, Februarij, & Aprilis a die publicationis præsentis Constitutionis vsque ad suæ voluntatis beneplacitum, extra Romanam Curiam, aliàs quam per resignationem quocunque modo vacatura, ad collationem, prouisionem, præsentationem, electioné, & quamuis aliam dispositionem quorumcunque collatorum, & collatricum secularium, & quorumuis ordinum regularium, non tamen S. R. E. Cardinalium, aut aliorum sub concordatis inter sedem Apostolicam, & quoscumque alios initis, & per eos, qui illa acceptare, & obseruare debuerant acceptatis, & obseruatis, quæ lædere non intendit, comprehensorum quomodolibet pertinentia, dispositioni suæ generaliter reseruauit: Volens supplicationibus seu cõcessionibus gratiarum, quæ de dictis beneficijs tunc vacãtibus, etiã Motu proprio fierent de mense in quo vacauerint, dispositiue mentionem fieri, alioquin gratias nullas esse, ac consuetudines etiam immemorabiles optandi maiores & pinguiores præbendas, necnon priuilegia & indulta Apostolica circa ea, ac etiam disponendi de huiusmodi beneficijs, aut quod illa sub ea, huiusmodi reseruationibus namque comprehendantur. etiam cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs, ac fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, quibusuis personis, & collegijs, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus quomodolibet concessa, aduersus reseruationem huiusmodi minime suffragari. Insuper Sanctitas sua, ad gratificandum Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis interea ipsis quamdiu apud Ecclesias, aut diœceses suas vere, ac personaliter resederint, dũtaxat, de omnibus & quibuscunque beneficijs Ecclesiasticis, cum cura, & sine cura secularibus, & regularibus ad liberam ipsorum duntaxat, non autem aliorum cum eis dispositionem, seu præsentationem, vel electionem, nec etiam cum consilio, vel consensu, seu interuentu Capitulorum, vel aliorum, aut alias pertinentibus, quæ in antea in mensibus Iunij, Augusti, Octobris, Decembris, Februarij, & Aprilis, extra Curiam ipsam vacare contigerit (dummodo alias dispositioni Apostolicæ reseruata, vel affecta non fuerint) libere disponendi facultatem concessit, ac etiam voluit, vt si ipsi in collatione, aut alia dispositione beneficiorum in alijs sex mensibus, videlicet, Maij, Iulij, Septẽbris, Nouembris, Ianuarij, & Martii vacaturorum (quæ etiam dispositioni suæ, vt præfertur reseruauit) seu etiam aliorum dispositioni suæ, & dictæ sedis, alias quomodolibet reseruatorum, vel affectorum sese intromiserint, aut quo minus prouisiones, & gratiæ Sanctitatis suæ de illis debitum effectum consequantur, impedimentum quoquomodo præstiterint, vsu & beneficio prædictæ facultatis, eo ipso priuati existant, ac collationes, & aliæ

Reseruatio mensium Apostolicorum.

Alternatiua pro Episcopis residentibus.

aliæ dispositiones de beneficijs, illius prætextu deinceps faciendæ nullius essent roboris, vel momenti, Illi vero qui gratiam alternatiuæ prædictæ acceptare voluerint, acceptationem huiusmodi per patentes literas manu propria subsignatas suoque sigillo munitas, & in sua quisque Ciuitate vel diœcesi, datas declarare, & literas ipsas huc ad Datarium Sanctitatis suæ transmittere teneantur, quibus ab eo receptis, & recognitis, tunc demum, & non antea vti incipiant gratia supradicta. Decernens sic in prædictis omnibus per quoscumque &c. iudicari debere, ac irritum, &c.

Placet publicetur, & describatur. F.

Lecta, & publicata fuit supralcripta Regula seu constitutio Romæ in Cancellaria Apostolica, anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, die vero Sabbati quarta mensis Maij. Pontificatus præfati S.D.N.D. Sixti diuina prouidentia PP. V. anno primo. Publicatio.

Clau. Ciccolinus Custos

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus Noster, Dominus Sixtus diuina prouidentia Papa Quintus, Accepto quod postquam ipse dispositioni suæ generaliter reseruauerat omnia beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura secularia, & quo uiuis ordinum regularia qualitercunque qualificata, & vbicunque existentia in mensibus Maij, Iulij, Augusti, Octobris, Nouembris, Ianuarij, Februarij, & Aprilis a die publicationis super hoc editæ constitutionis, quæ fuit dies quarta mensis Maij proxime præteriti vsque ad suæ voluntatis beneplacitum extra Romanam Curiam alias quàm per resignationem quocunque modo vacatura ad collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, & quamuis aliam dispositionem quorumcunque collatorum, & collatricum secularium, & quorumuis ordinum regularium, non tamen Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, aut aliorum sub concordatis inter Sedem Apostolicam, & quoscunque alios initis, & per eos, qui illa acceptare & obseruare debuerant acceptatis & obseruatis quomodolibet comprehensorum pertinacia irritanti, & alijs decretis, & clausulis adiectis a nonnullis reuocatur in dubium. An ipsa dies publicationis & beneficia quæ in ipsa die vacarunt comprehensa sint sub prædicta reseruatione. Ad tollendum in præmissis omnem dubitandi, & litigandi occasionem, declarauit mentis & intentionis suæ fuisse & esse, nec aliquem præter Sanctitatem suam de huiusmodi beneficijs, quæ in ipsa die quarta Maij vacauerunt disponere potuisse, neque posse, & quascunque collationes, prouisiones, electiones, & alias dispositiones de illis per alios quàm per Sanctitatem suam factas cum possessionibus, ac alijs pro tempore inde secutis quibuscunque nullius roboris, vel momenti fuisse & esse, nec per illas ius cuique tam in possessorio quàm in petitorio acquiri potuisse ac posse, ac literas Apostolicas super prouisionibus, quæ de eisdem beneficijs tanquà eius dispositioni reseruatis per Sanctitatem suam pro tempore factæ fuerint expeditas vel expediendas validas omnino, & efficaces fuisse & esse, suosque plenarios effectus sortiri debere in omnibus & per omnia, sicque per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, &c. iudicari & diffiniri, ac irritum, &c.

Declaratio dictæ reseruationis.

Decretum irritans.

Placet publicetur, & describatur F.

Lecta, & publicata fuit supradicta Regula Romæ in Cancellaria Apostolica Anno Incarnationis Dominicæ 1585. Die vero Sabbati vigesimaseptima mensis Iulij, Pontificatus prælibati Sanctissimi Domini Nostri Papæ Anno Primo. Publicatio.

Claudius Ciccolinus Custos.

X I X.

Deputatio & Iurisdictio & facultates Excellentissimi D. Michaelis Peretti Gubernatoris Burgi S. Petri, & Generalis Capitanei Custodiæ Sanctissimi D.N. Papæ Sixti V.

Circa Iurisdictionem & Facultates Gubernatoris Burgi, vide Pii Quarti constit. 85. supra fol. 776. & quandam Iulij Tertii constitutionem, de qua sæpe in Tribunalibus disputatur, & ideo me Laertio inserta fuerit sup. in const. 5. Sed per errorem fuit impressa in fi. constit. 1. fol. 1370.

SIXTVS Papa V. Dilecte fili Salutem & apostolicam benedictionem.
QVIA OB discessum Roberti Ducis Gallesij, quem Auinionē misimus, officium regiminis militum custodiæ nostræ vacat, nec præter te alium sanguine nobis proximiorem habemus, quem iuxta vsitatum prædecessorum nostrorum morem ei muneri præficiamus, tuaque præclara indoles ac pietatis, & virtutis specimen quod in te apparet spem faciunt, euasurum te adolescentē loco & gradu huiusmodi non indignum, Idcirco te ad id muneris duximus eligendum. Causa deputationis.

Itaque motu proprio & ex certa scientia nostra ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, te militum custodiæ corporis nostri tam peditum quàm equitum Capitaneum generalem, cum omnibus & singulis auctoritatibus, iurisdictionis, facultatibus, prouisionibus, stipendijs, emolumentis, prærogatiuis, præeminentijs, iuribus, honoribusque & oneribus solitis, & consuetis, & ad capitaneatus generalis officiū huiusmodi quocunque modo de iure aut speciali gratia vel consuetudine seu priuilegio spectantibus, & pertinentibus ad nostrum, & sedis apostolicæ beneplacitum auctoritate apostolica tenore præsentium creamus, facimus, & deputamus. Deputatio.

Ac etiam tibi per iudicem, seu iudices pro te pro tempore deputatos omnimodam in Generalibus ciuilem, & criminalem iurisdictionem ordinariam seu etiā delegatā, ac merum & mixtum imperium gladijque potestatem, etiam sede uacante duraturam in incolas, & habitatores quoscumque Burgi nostri S Petri, citato prius etiam in causis criminalibus procuratore nostro fiscali, & quasuis alias quibusuis ante te custodiç huiusmodi capitaneis generalibus per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, tam quoad equites, & pedites eorumque capitaneos militiæ huiusmodi, quàm etiam quoad dict. Burgi, & illius curiæ gubernium, & iurisdictio-

Concessio iurisdictionis, & facultatum.

Ad quod vide constitutiones indicatas hic in rubrica.

iurisdictionem, ac officiales quomodolibet hactenus concessas facultates in diversis literis in forma breuis seu motus proprij desuper confectis contentas, dummodo reformatio tribunalium almæ vrbis nostræ per fe.re. Pii PP. 4 prædecessorem nostrum facta obseruetur, exercendi, gerendi atque exequendi plenam, liberam, & omnimodam potestatem, facultatem, & auctoritatem harum serie concedimus pariter & indulgemus. Mandantes omnibus tam particularibus capitaneis equitum, & peditum ipsius custodiæ nostræ, quàm dictis peditibus & equitibus, cæterisque ad quos spectat, vt te in capitaneum generalem eiusdem custodiæ nostræ iuxta tenorem præsentium debito cum honore recipiant, & admittant, ac pro eorum capitaneo generali habeant, teneant, & agnoscant, atque in omnibus quæ illis pro tempore mandanda duxeris efficaciter pareant, & obediant.

Declaratio iurisdictionis iuxta Reformationem Pii 4. quæ est supra fol. 776.

Assignatio solitorum emolumentorum.

Dilectis vero filiis nostro ac S.R.E. Camerario, ac Thesaurario generali, & Depositario nostris iniungimus, vt tibi de prouisionibus, stipendijs, & emolumentis præfatis congruo tempore cum effectu respondeant, & responderi faciant.

Clausulæ derogatoriæ.

Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, cæterisque cõtrariis quibuscunque. Volumus autem, vt sicut moris est, de capitaneatus generalis huiusmodi officio fideliter exercendo in manibus nostris iuramentum præstes.

Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die 12. Nouembris M. D. LXXXV. Pont. nostri Anno Primo.

Io. Baptista Canobius.

Iuramentum Excellentiss. D. Michaelis.

Die 24. Nouembris 1585 Excellentiss. D. Michael præsens &c. iuramentum in manibus Sanctissimi D. N. D. Sixti PP. V. iuxta formam suprascriptam genuflexus præstitit tactis, &c.

Andreas Martini.

Adeptio possessionis.

Eodem die adeptio possessionis vtriusque custodiæ S.D.N. & gubernij Burgi S. Petri de Vrbe in forma &c.

Francifcus Gratianus Notarius.

FINIS.

PONTIFICVM
NOMINA
Iuxta seriem literarum, & Numerus Constitutionum.



Pontifices sunt 38. *Constitutiones vero sunt* 940

D

Index initiorum ſingularum Conſtitutionum, ſecundum ordinem literarum.

L

M

N

O

Onus

Tanta

Index Initiorum singularum Constitutionum, secundum ipsarum situationem, & ordinem Pontificum.

Boni-

7 Licet

Leo Decimus habet Conſt. 45.

Adrianus Sextus habet Conſt. 6.

Clemens Septimus habet Conſt. 47.

Paulus Tertius habet Const. 79.

Iulius Tertius habet Const. 62.

Marcellus Secũdus habet Cõſt. 1.

Paulus Quartus habet Cõſt. 51.

Pius Quartus habet Conſt. 162.

Pius Quintus habet Conſt. 190.

103 Pro

Gregorius Decimustertius habet Const. 111.

SIXTVS Quintus habet Cōst. 19.

Index Rubricarum singularum Constitutionum cuiuslibet Pontificis.

Adrianus Sextus.



Alexander Quartus.

Alexander Sextus.

Benedictus Duodecimus.

Bonifacius Octauus.

Bonifacius Nonus.

Calixtus Tertius.

Clemens Quartus.

Confor-

Gregorius Decimustertius.

Statu

Honorius Quartus.

Ioannes Vigesimussecundus.

Innocentius Tertius.

Innocentius Quartus.

Innocentius Sextus.

Innocentius Septimus.

Innocentius Octauus.

Iulius Secundus.

Iulius Tertius.

Index Rubricarum Singularum Const.

Leo Decimus.

Inquisi-

Marcellus Secundus.

Martinus Quintus.

Nicolaus Tertius.

Nicolaus Quintus.

Paulus Secundus.

Paulus Tertius.

Paulus Quartus.

Pius Secundus.

Pius Quartus.

Index Rubricarum Singularum Const.

Pius Quintus.

Medi

Clericorum

Sixtus Quartus.

SISTVS Quintus.

Vrbanus Quartus.

Vrbanus Sextus.

Index Alphabeticus Materiarum & rerum memorabilium in Bullario contentarum.

Primus numerus designat folia, secundus autem constitutiones.

A

C

Cardinalis

Curiæ

I

Magi-

M

O

P

Clem.

Pro-

Index Rerum & Materiarum

S

Si in

Ya lan-

Index Rerum & Materiarum

Omnipotenti Deo, eiusq. Gloriosa Matri Virgini Maria Laus & gloria, ac Sanctiss. D. N. Sixto Papa V. Falicitas.

R E G E S T V M.

✠ A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z.

Aa. Bb. Cc. Dd. Ee. Ff. Gg. Hh. Ii. Kk. Ll. Mm. Nn. Oo. Pp. Qq. Rr. Sſ. Tt. Vu. Xx. Yy. Zz.

Aaa. Bbb. Ccc. Ddd. Eee. Fff. Ggg. Hhh. Iii. Kkk. Lll. Mmm. Nnn. Ooo. Ppp. Qqq. Rrr. Sſſ. Ttt. Vuu. Xxx. Yyy. Zzz.

Aaaa. Bbbb. Cccc. Dddd. Eeee. Ffff. Gggg. Hhhh. Iiii. Kkkk. Llll. Mmmm. Nnnn. Oooo. Pppp. Qqqq. Rrrr. Sſſſ. Tttt, Vuuu. Xxxx. Yyyy. Zzzz.

Aaaaa. Bbbbb. Ccccc. Ddddd. Eeeee. Fffff. Ggggg. Hhhhh. Iiiii. Kkkkk. Lllll. Mmmmm. Nnnnn, Ooooo Ppppp. Qqqqq. Rrrrr. Sſſſſ. Ttttt. Vuuuu. Xxxxx. Yyyyy. Zzzzz.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z.

AA. BB. CC. DD. EE. FF. GG. HH. II. KK. LL. MM. NN. OO. PP. QQ. RR. SS. TT. VV. XX. YY. ZZ.

AAA. BBB. CCC. DDD. EEE. FFF. GGG. HHH. III. KKK. LLL. MMM. NNN. OOO. PPP. QQQ. RRR. SSS. TTT. VVV. XXX. YYY. ZZZ.

†. ††. †††. ††††. †††††. ††††††. †††††††.

Omnes sunt Duerniones, pręter PPP. simplex & †††††††. Ternio.



ROMAE.

Apud Hæredes Antonii Bladi Impreſsores Camerales, 1586.





